


ILLVSTRATIONES SIVE, ADDITIONES AD VARIAS RESOLVTIONES ANTONII GOMEZII:

AVTHORE

LICENTIATO IOANNE DE ATLLON LAYNEZ, Iurisc. Vtrarienſi.

AD EXCELLENTISSIMVM PRINCIPEM
ac Dominum D. Antonium Ioannem Ludouicum de la Cerda,
Ducem Auguſtobriæ (Vulgo Medina Cæli)
Et de Alcala, &c.



Anno 1654.

CVM PRIVILEGIO.

VTRARIÆ EXCVDEBAT NICOLAVS RODRIGVES, Authoris impenſis.

EXCELLENTISSIMO PRINCIPI

SANGVINIS ET VIRTVTVM MERITIS
Clariſsimo heroi,

CVI ET A SAPIENTIA SVA INEST SAPIENTI
commendatio.

IN FAMÆ ÆTERNAM TVRAM LAVDEM ET NOMINIS
victuram ſemper celebritatem.

D. D. ANTONIO IOANNI

LVDOVICO DE LA CERDA,

DVCI AGVSTOBRIÆ (VULGO MEDINA CÆLI)
& de Alcalà.

MARCHIONI DE ALCALA DE COGOLLVDOS
Tarteſiæ, ſeu de Tarifa ac oppidi de
la Laguna.

COMITI NOVILISSIMÆ VRBIS PORTVS MNESTHEI
(nobis Puerto de S. Maria) & los Molares.

ARCHI GRAMMATEO SIVE NOTARIORVM PRINCIPI
& præſidi Gubernatori (noſtro nomine Adelantado)
totius Bæticæ.

ÆDILI MAXIMO HISPALENSI, PRO HISPALENSIS
etiam tractu dominatus.

COMMENDATARIO EQVITI DE LA MORALEIA
in nobiliſsimo equeſtri Ordine de Alcantara.

AD OCEANI ORAS ET BELLICAS BÆTICÆ COPIAS
Duci Generali præfecto.

DOMINO AC MÆCENATI MEO,

S. P. D.



N tandem (maxime princeps) hoc ingenij, laborisq; mei opus tibi sistitur benignam tui fauoris auram captaturum, & a tui splendoris celsitudine sibi spem patrocinij certissimam pollicetur: nec te Patronum meum importunus clies ambio, si enim (vt summa ratione aiebat Aristotel. politic. 3.) mentis nostræ ædificium solidum prudentia, fortitudine, & iustitia sustinetur, iure inde hoc tibi debebat consecrari, cum his virtutibus nemo tibi comparari valeat, & vt Seneca dicebat. *Pulchrum est eminere inter illustres viros.* Quibus preterea accedit nam cum deus rerumq; natura tam longa Regum Stirpe te in hanc lucis vsuram ediderit, ita vt in te vno eluceat quod Virgil. lib. 2. Æneid. cecinit.

Cui genus a proauis ingens clarumq; paterne
nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis.

QVem nam consultius quam te ex toto orbe deligerem? Ac cum in mayorum memoriam irrepsi, clarissimam tuam originem e Regia Stirpe (Alfonso scilicet, qui & cognomento sapiens) omnibus notam non solum a sæculis antiquis productam, sed etiam ab ipsam & natura veluti digito demonstratam recordor: cum enim tuum glorioſum progenitorem effet editura speciali & plane miraculoso cerdæ signo illum sigillauit (ostupendum magni Principis vaticinium!) vnde tuum nomen peruenustum elucet, tuamq; generis claritudinem tuæq; familiæ splendorem vniuersus veneratur orbis, non enim ea est, vt à sæculis recentibus sibi vendicet pretium, sed longo seculorum tractu præclarissima nullam sui splendoris agnoscit originem: illam sibi commendatam visus fuit assumpsisse Cassiodorus lib. 3. Epistola. 6. cum ita ad scribebat *Tot annis continuis simul splendet claritate virtutis, & quamuis rara sit gloria nou agnoscitur tam longo stemmate variata seculis producit nobilis vena primarios, nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati qnot geniti, et quod difficile prouenit electa frequentia &c.* Ita semper tua familia summos est enixa heroes, vt omnia sæcula summum ab eius fætibus hauserint splendorem, cui recte adaptari videtur illud Horastij Carmen lib. 4. od. 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis
est in iuuencis, est in equis patrum
virtus: nec in bellem feroces
progenerant aquilæ columbam.

Quid

QVid nobilius? aliud quidem in te præcipuum (o maxime Princeps) tua virtus, tuus vere Regius animus, tua comitas, reliquarumq; virtutum cumulus; Sententia est Senecæ Epistola 44. *Non facit nobilem atrium plenum fumosis imaginibus; nemo in nostram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit nostrum est animus facit nobile.*

Eleganter Ouidius Metamorph. 13.

Nam genus & proauos & quę non fecimus ipsi
vix ea nostra voco &c.

Et pulcre Iuuenalis Saty. 8.

stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice longo
sanguine censeri, pictosq; ostendere vultus
maiorum?
tota licet veteres exornent vndiq; ceræ
atria, nobilitas sola est atq; vnica virtus.

Sed in hoc (Princeps optime) tu te ipsum vincis vt quidã dissertissimus cecinit.

aproauis atauisq; potens tu stemmata vincis
moribus & meritis cedit origo tuis.

Nam inte totius nobilitatis virtutumq; cũmulos reperitur vt Virgil. Canebat.

Te sospite nunquam
res equidem victas aut regna fatebor
hic paci bonus hic timendus armis
natura melior potentiorq;
o laudum cumulo beatior omni.

QVid de sapientia dicam, qua prestas? quæ non in honore sunt apud te literę? quæ Doctorum ingenia tibi non placita? quę disciplinarum studia tibi non gratissima? is es maximus literatum arbiter, is es, qui in summo Principe vna cum honorum gradu literarum omnium emolumenta miro nexu coniungas, nactæ sunt disciplinæ quem axornent, imprudens lapsus sum, corrigo linguæ lapsum, á quo ipsę exornentur nactæ sunt, vt appareat inte vno sapientiam inueniri nunquam verius spirantem quam cum egregiæ mentis arcem tuæ sibi in domicilium optauit occupauitq;.

Sed quo feror? ingens onus mihi egomet imposuisse videor dum breui & rudi calamo immensum pelagus tuarum laudum ingredior & vt ait Ouidius lib. 4. de tristib. eleg. 10.

Maius erat nostris viribus illud onus.

Sed vt dixit differtissimus Phil. lib. de sacrif. Abel & Caim: *Vera bona ex se ipsis naturaliter vocem emittunt, & Sisileant & sic cum Ouidio lib. 7. in ibin.*

Inde ego pauca cano frondes vt siquis in ida
& summam libico de mari carpat aquam.

QVid plura? eia age (Princeps maxime) primos laborum meorum fructus tuo patrocinio commendatos suscipe, munus sane si aut ex sua, aut ex tua dignitate spectetur, exiguum si ex affectu magnum, & natura ac Regijs animis quos ebibisti, mei operis exilitatem magnitudinis tuę beneuolentia penè Regia metire letabundus, vt diuini numinis imiteris naturam, potius affectum in his quę agimus quam pus attendentis teste Laureutio Iustiniano, vt omittam Plutarch. in apophtheg. idipsum tempestiuè aientem; hoc enixissimus votis exoro tuearis, suscipias, & foueas, & protua benignitate amplectaris, fuit in his quo animum testarer, erit in quo beneuolentiam annuas, sed non iddiffido, ipsa me in vitat humanitas tua: vale viue, quandiu boni omnes precantur, implorant, peroptant.

Celsitudini tuæ.

Addictissimus.

Lic. Ioannes de Aillon Laynez.

LICEN-

LICENCIA.

EL Doctor D. Gerenimo de Rada Prouisor y Vicario General de Seuilla, y su Arçobispado por el Illustrisimo, y Reuerédisimo señor D. Fr. Pedro de Tapia Arçobispo de Seuilla, mi señor, del Consejo de su Magestad, &c. Doy licencia para que se pueda imprimir è imprima el Libro intitulado *Additiones ad varias Resolutiones Antonij Gomezij*: Compuesto por el Lic. Iuan de Ayllon Laynez Presbitero, vezino y Abogado de la Villa de Vtrera, sin por ello incurrir en pena alguna. Fecho en Seuilla en veyntiocho dias del mes de Março de mil y seiscientos y cinquenta y tres años.

El Doctor D. Geronimo de Rada.

Por mandado del señor Prouisor
Iacobo Velloso y Setomayor.

Notario.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

EL Licenciado Iuan de Ayllon Laínez, Presuitero, Abogado y vezino de la Villa de Vtrera; Tiene priuilegio, por tiempo de diez años, para poder imprimir este libro, intitulado Adiciones a las varias Resoluciones de Antonio Gomez, y que otro ningun impressor, ni otra persona pueda imprimirlo sin su licencia, so las penas contenidas, en el dicho priuilegio despachado ante Francisco de Espadaña Escriuano de camara de su Magestad. En Madrid, a diez y siete dias del mes de Nouiembre de mil y seyscientos y cinquenta y tres años.

TASSA.

ESte libro, intitulado, Adiciones a las varias Resoluciones, de Antonio Gomez; Está tassado, por los Señores del Real Consejo, cada pliego a quatro marauedis, y que a este precio se venda y no mas: despachado ante Francisco de Espadaña, Escriuano de Camara de su Magestad, En Madrid en este año de 1654.

ERRATAS.

FOL. 18. col. 2. lin. 41. vt eligata vt. lege vt eligat aut. fol. 22. col. 1. lin. 18. opme. l. optime. fol. 23. col. 4. lin. 27. vuluisse. l. voluisse fol. 45. col 3. lin 36. omibus. l. omnibus. fol. 51. col. 1. lin. 37. patem. l. patrem fol. 104. col. 2. lin 34. legatorio. l. legatario, fol. 122. col. 3. lin. penultima debitoribus. l. debitoris. fol. 214. col. 1. lin. 23. expeciali. l. exspeciali fol. 251. col. 1. lin. 26. consumptiles l. consumptibiles. fol. 306. col. 2. lin. 17. apparuit. l. apparuerit. Demptis his mendis correspondet originali.

Lic. Murcia de la Llana.

CENSVRA:

Lic. ANTONII PEREZ IN HISPALENSI SENATV disertissimi aduocati Censura.

EX decreto Domini Doctoris D. Hieronimi de Rada huius Archiepiscopatus Vicarij dignissimi legi ac per legi quapotui diligentia illustrationes sue additiones ad Antonium Gomezium in suis varijs Resolutionibus in tres Libros distributas quas doctissimus Lic. Ioannes de Ayllon Laynez Iurisc. Vtrarien. edere intendit, & in eis nihil quod Catholicæ nostre fidei aduersum vel bonis moribus contrarium sit, inveni, sed potius multa, quæ Authoris eruditionem, Iuris Vtriusque peritiam, & indefessum laborem ostendunt, quibus noster Gomezius Theoricæ ac praticę communis Magister, vere illustratus & locupletatus de inceps se ostentet: currat igitur in ofenso pede liber hic, & in communem vtilitatem typis & prælo mandetur. Sic censeo Hispali octauo Kalend. April. Anno 1653.

Lic. Antonius Perez.

CENSVRA:

Lic. D. GENESII MOROTII BLASQVII IN SVPREMO Castellæ Senatu eruditissimi aduocati.

ILlustrationes, seu additiones ad Antonium Gomezium Authore doctissimo Lic. Ioanne de Ayllon Laynes, ex prescripto supremi Regij senatus præcepto vidi animoque attento perlegi; & quod iuri regalique opponatur, non occurrit, potius iurisprudentiæ procliues quoad theoricam & praxim subtilitatem vtilitatemque cognoscant. Aliæ extant non contemnendæ additiones, quæ, Author, addens, & additus noua illustratione luceſcunt, quare operis deprecata editio non deneganda videtur, &c.

Lic. D. Geneſsius Morotius Blaſquius.

DEL

DE EL MVY REVERENDO PADRE Maestro Fr. Pedro de Vargas dignissimo Prior de el Conuento del Carmen, de la Villa de Vtrera.

SONETO.

LA linea de su edad fue el Lusitano,
a quien diò Leyes, su inmortal prudencia
no por su potestad, si por su sciencia,
que es la excepcion imperio soberano.
Mas alto raya nuestro Ayllon Hispano
que a el sagrado de sel sin dependencia,
le introduze legal que su experiencia
le da para subir vltima mano.
Sus excepciones en la voz sustenta,
a sus cuerpos el alma multiplica,
y su fama en la pluma le alimenta,
de vuelos graue, y de adiciones rica,
y assi le debe el ler pues se lo aumenta
y la sciencia tambien pues se la explica.

DE EL LICENCIADO DON FRANCISco Salado Garces, Abogado de la Villa de Vtrera.

SONETO.

EN las varias de Gomez excelente
Ayllon, te desempeñas realçado,
dando tu ingenio y modo leuantado,
con tu glossa lecion tan eminente.
Con rara subtileza si eloquente
admirable tu sciencia as ostentado,
y en el polo remoto y apartado,
celebrada se vé de gente en gente.

Paulo

Paulo Iurisconsulto te publican
por Alexandro nueuo te repito
tus obras tus prodigios califican.
Por prodigios tus obras ya medito
los aplausos tus obras testifican,
pues no ay mas que escribir ni mas se a escrito.

DE EL MVY REVERENDO PADRE
Fr. Matheo de la Torre de la sagrada Religion Carmelitana.

SONETO.

CON nueua vida se repite vfano
oy en tu pluma Ayllon a mayor buelo
quanto mas lo subtil de tu desuelo
le forma cuerpo al feniz Lusitano.
Y a fuer de portugues queda mas vano
con mayor presũpsion, pues sin rezelo
puede jactarse en tu estudioso anhelo
que le a ilustrado ingenio soberano.
Segundo Eson le renouô tu idea
con amables encantos de doctrina
con vn modo feliz no qual Medea.
Redimiendo del tiempo la ruyna
en quanto Febo con su luz rodea
y en Zouas cinco su esplendor termina.

AD LECTOREM.

CVM viderem (Lector beneuole) totam fere iuris prudentiam in suis varijs Resolutionibus nostrum Gomezium comprehendisse, simulq; animad verterem plura à recentioribus postea scripta, quæ vel ampliare vel limitare vel saltim declarare doctri nam tanti Magistri viderentur opere pretium me facturum esse existimaui, si ea veluti per indicem demonstrarem. Accipe igitur, qua soles benignitate, nostros quales cumq; labores, & æquiboniq; consulito. non opus sed affectum considerans, & quod fere semper remissiue procedo, ne aliorum labores transcribere videar, cum facilimé possem ex remissionibus seu additionibus meis plurimas questiones vt pleriq; faciunt retexere & plura volumina con farcinare, quod non inficiaberis si opus attente perlegeris: fruere ergo laboribus meis & vale.



ADDITIONES

AD CAPVT PRIMVM, IN QVO DE SVCCESIONIBVS QVÆ AB INTESTATO DEFERVNTVR, AGITVR.

SVMMARIA.

1 *Doctores de hac materia agentes referuntur & de intellectu verbi* Ab intestato.
2 *De diffinitione successionis ab intestato.*
3 *Quid significet verbum* succedere, *& successio, quotuplex quæ sit.*
4 *A quo iure successiones oriantur, & quo iure filijs debeantur.*
5 *Legitima an in totum tol'i seu minui pro parte possit, vbi amp liationes & limitationes aliquæ adducuntur omnino videndæ.*
6 *Testamentum quo iure introductum.*
7 *Si filius ergo hæres declaratur, & ibi quod non est distinguendū, an sint filij, vel filiæ in potestate, vel emancipati.*
8 *Ratificatio quo tempore facienda.*
9 *Quo filius in successione præfertur auo, licet ambo in primo gradu existant.*
10 *Quod pater, & filius vna eademque persona, & caro reputantur in iure, ex quo aliqua inferuntur.*
11 *Filio reptato pater pro eo respondere potest*
12 *Merita & seruitia parentum transeunt in filios.*
13 *Priuilegium concessum ob merita patris, an transeat in filios.*
14 *Si statuto caueatur quod nullus habeat officium in ciuitate nisi habeat patrimonium centum librarum, an filius possit habere tale officium, licet non habeat centū libras, si pater illas habeat.*
15 *Pater conseruatur in filijs.*
16 *Filius patre viuente an possit vocarvi dux comes, &c.*
17 *Ex prædicta identitate processitsuitas in filiū, transmissio hereditatis, & continuatio dominij*
18 *Agitur de l. Taurri, & quod non admittitur linea ascendentium nisi finita descendentium.*
19 *Posthumus quod gaudeat priuilegio suitatis*
20 *De partu naturali, vbi de extracto ventre matris secto, & an debeatur legatum relictum matri si pepererit filios.*
21 *Renuntians hæreditati paternæ quod possit succedere posthumo vel alteri filio seu hæredi qui acquisiuit eandem hæreditatem vbi amp liatur, & ibi de hæreditate collateralium.*
22 *Nepotes succedunt deficientibus filis.*
24 *Nepos succedit si sit natus, vel conceptus viuo auo.*
24 *Rationes & exempla dictæ conclusionis*
25 *Limitationes dictæ conclusionis.*
26 *Nepotes succedūt in stirpes, & nō in capita, & ibi de quæstione patrui & nepotis.*

CAPVT I.

27 De repræsentatione, & an in infinitum extendatur, & quid in fideicommissis.
28 In collateralibus quando habeat locum repræsentatio, & à quo iure procedat.
29 De repræsentatione in maioratibus. De successione collateralium remissiuè,

IN HOC primo capite agit noster Gomecius de prima linea, scilicet descendentium in materia successionum quam nimis vtilem, passimq; & frequenter versatã appellat Rojas in epitome successionũ c.1.n.2. & quæ seipsam commendat, aliaq; non eget commendatione, vt in alio proposito ait Vlpianus Iurisconsultus *in l.1.ff de in integrum restitutione.*

1 De materia huius capitis in sua generalitate agunt Doctores in *l.1.§ gradatim.ff. vnde cognati. et in authent. de hæredit. ab intest. venientib* & alijs pluribus locis cumulatis per Spin. *in speculo testam. glos.1 princ. nu.1.* cui quis exornat latissimè Conser. *de success. ab intestat per totum titulum sub cap. fin de testament* Menoch. *de præsump. lib.1.quæst.46.num.20. & 21. & lib.4 præsump.27.* Matienzo *in l.1. tit. 8 lib.5. recop. l vbi glos.3* explicat, quis dicatur decedere intestatus, *& in l.1. tit.4 glos.13.num.1* Cancerius *in suis variis, cap. de success. ab intestat* omnino videndus. Antonius Gabriel *in suis comm. hac titulo de successionibus ab intestato*, & Pichardus *instituta de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur in rubricanum.38, & sequentibus*, & in verb. *Testamentum non fecit, num.1. & sequentibus*, Sousa *in repetitione l. fœminæ ex num.60 ff de regulis iuris.* Zevallos, *commun. contra commun. quæst.* 485. Sarmiento, *lib.2 select cap.6.n.38* iterum Matienzo supra *l.5 glos.1.n.22. & 23 tit.8.* vbi de quæstione quomodo intelligatur statutum loquens de successionibus ab intestato, & an intelligatur in pupillo, vel furioso, & alijs qui non possunt facere testamentum, de qua Gregorius Lopez *in l.1 tit.13 p. 6 glos.1* & Pacian. *lib.4 controu.c.74* & Cãcer. sup. *n.48* Scacc. *de commerc. §.1.q.7. part.2. ampliat.19. ex n.136.* vbi quod hæc successio processit ex meante tacita defuncti, quod benè explicat Pichardus in rubrica, instituta de hæredib. quæ ab intestato, *n.24.* post Petr. Gregor. *in syntag lib.41.c.1 n.8.* Suarez *in tit. de las herencias, l.1. lib.3. Fori*, & alij multi congesti per D. Ioann. del Cast. *lib.4. controuer. c.1. n.2.* & per Spin. sup. qui etiam agit de successione filij adoptiui, spurij, legitimati, & spiritualis, & melius Pichard. sup. in materia successionum quam ibi ponit, Molina, *de iustit. to.1. disp 162* & multis sequẽtibus. Barbosa, *in collectan. ad titul. de success. ab intest.* Osual. ad Donel. *li.9. c.1. notatis, lit H & I.* Pet Grego. *lib.45 c.2 & seq.*

Inter alias definitiones successionis ab intestato, ea est receptior. *Quod sit actus legitimus quo proximiori cõsanguineo hereditas intestati defertur*, vt docet Pichar. *instit. de hær. quæ ab intest. in rub n.29* reiecta alia adducta per Spin. vbi sup. *n.3.* 2

His ita prælibatis, & ad nostrũ instituti proprius accedendo quatenus noster Gomec. *n.1.* omnẽ ab intestato successionẽ ad tres lineas reducit asserm. descẽdentiũ scilicet ascendentiũ et collateraliũ, eãdẽ diuisionẽ constituũt Roj *in epit. success. c.1.n.3* Matiez. *tit.8. lib.5. l.1. glos.2.n.1.* Spin. *in spec. glos.1. princip. n.5* Canc. *variar.1.p.c.5.n.1.* Scacc. *de iudic. lib.2.c.9.n.1208.* Osuald. ad Donel. *lib.9.c.2.* Tusc. *pract. conclu.861. lit. S.* Pich. *in rub. inst. de hæred. quæ ab intest. n.2. & seq.* in mater, *success.* vbi de significatione verbi *Succedere. & successio* quotuplex q; sit Petr. Grẽg. *in syntag lib.4.c.2. et seq.* & Bartol. *de appel. ver. Successor*, vbi quis in eo comprehendatur Post Menoch *de success. creat. in præfat ex n.5.* vbi eleganter.

Ad 2. ibi. *De omni iure*, & eãdem resolutionem ponit Matienz *in l.1. tit.8. lib.5.*

lib.5. Recop.gl 4.n.1. nēpè quod filij ſuccedāt parētibus iure diuino, naturali & ciuili, ad quod videatur Oſuald. ſup *lib.9.c 1.in notatis lit.* A. Pichard. §. *interſtatorū, inſtitutade hæredit. quæ ab inſt-tato, ex n.1.* Mantica *de cōiectur. vltim. vo'unt. lib.10.tit.7.n.5.* Tuſch. *in ſuis pract. concluſ.209 lit.* L. Zeuallos *t.3.q.786 & q.692.* vbian bona patris ſint hypothecata profegitima & alimētis dequo etiam Tuſch. lit. L. *concluſ.* 203. & Merl. de legit. *li.5.ti.4.q.1.* & licet magna ſit cōtrouerſia, an legitima portio ſit filijs debita de iure naturali, vt videre eſt per Corral. lib.3. *miſcelan. cap.15.n.3.* Rojas *de ſucceſ.c.7.* Molina, *de primog. li.2.c.1.à num.14.* Spino *in ſpec gloſ. 17.à num 19.* Gutier. *in cap. quamuis pactum. n.33.* Zeuallos *q.383. & 786, to.3.* iterum Gutier. *lib 2.q.5 n.4. et in l. nemo poteſt. ex nu. 62. & lib.2. canonicarum, cap 1.n. 89.* qui latè agūt, an ſucceſsiones deſcendant à iure naturali, & diuino. Et quamuis inter eos receptior videatur opinio, quod legitima debeatur de iure naturali, contra Laram, & alios, eas tamen contrarias opiniones, diſtinctionis fœdere conciliat Barboſ cū alijs in collectan. ad ca. Raynuntius de teſtamentis, *n.6. & in cap. cum inter 2.* quiſi filij ſint legitimi, *n.15.* vt prima opinio intelligatur quo ad originē ſucceſsionis, ſecunda verò quo ad quotā ſeu quantitatē, declarans illud ius naturale intelligi, quod ſolis hominibus propriū eſt, & ius gentiū à iure conſultis appellatur, & antecū docuerāt Bar. de non meliorad. dot. ratione filiabus *c.2.n.15.* & alij relati, & ſequti per Pich, in principio iuſtituta de hæreditatibus, quæ ab inteſtato, *c. vnico in initio, ex n.2. & 31. & in rubr. eiuſdem tit nu.60. & ſeqq.* vide etiā Merlin in tract. de legit. *tit, 2.q 1. lib.1. & lib.5.tit.1.q.6.*

5 Ex qua reſolutione, ſeu cōciliatione multa poſsūt inferri, & primò quòd legitima portio nō poſsit in totū tolli, licet minui poſsit per ſtatutū, vel conſuetudinē, quod ita docet Pich. *ſup n 61. in rub.* Cornejo ad noſtrā Gaincę *in l.40 Taur. ad n. 57* & pro regula conſtituit Ioann. Grat. *reg. 436*, explicans quod minui poſsit vſq; ad quantitatē alimētorum, ideoq; per maioratus filij priuantur legitima vſq; ad alimenta, & non amplius, de quo videndi ſunt Molina *de primog lib.2. c.1 ex nu.19* & alter Molina de iuſtitia, *tom.3. diſp.578. ex n.5.* maximè in verſic. *Quartam verò partem &c.* vide etiam Zeual. *q. 112* & Merl. *ſup. lib.2. tit.1.q.3. & lib.3.q.1.* & Grat. *diſcept. c.178. n. 18, & c.300.*

Secundo infert ipſe Gratian *d.reg 436*, quod licet ſit ſtatutum prohibens filiam ſuccedere, nihilominus legitimā petet, & conſequetur, de quo latè Merl. de legitima, *lib.3.tit 1, §.2. & ſeq.*

Tertiò infero, quod cū legitima ſit adeo debita de omni iure, vt dictum eſt, ad hoc vt filius excludatur ab ea, neceſſaria eſt ſpecialis renuntiatio, & non ſufficit generalis bonorū patris, vt probat Zeual. *t.3 q. 780 n 237* vide Fuſ. *de fideicom q 296* Grat. *c 247. diſceptation. & 249, & c 472 & 743.* & Morq. *de diuiſ bonor lib 4 c 5* & Tuſc lit. L. *cōcl. 214* & Cāce. *var 3 p c 15 n, 6 & ſeq et 1, p c 3 ex n 73* & Merl. *ſup lib 3. tit 2 q 25* vbi cōtrariū probat, & vide inf. *a, c 9. n 30.*

Quarto ex eodem fonte procedit quod patre diſſipante bona ſua, legitima debeat ſtatim aſsignari filio, vt probat Ioannes Gratianus *in regul 199 num 12* referens pro hac parte Baldum *in l 2 numer. 3 Cod, ſi quid in fraudem patroni*, & ibi Paulum *nu 6.* & Alexandrum *in leg Imperator ff ad Trebel-lian* vbi Segura, *nam 118* & hanc opinionem receptiorem fatetur Arius Pinelus *in l 1. Cod de bonis maternis, 3 part num 75* licet dicta ipſe dubitet, & pro contraria aliqua fundamenta non contemnenda deducat, ſed tandem controuerſiam fœdere diſtinctionis conciliat. Nempe quod affirmatiua procedat quod ad alimenta, ſed non quo ad integram legitimam, cum hæc non ſit debita vſque ad mortem patris, & filio poſsit ſuccurri in hoc caſu alio remedio ordinario, ſcilicet interdicendo patri adminiſtrationem tamquam prodigo, quam conciliationem idem Gratianus laudat, vide ad hanc quæſtionem, Menchacam controuerſia-

rum illustrium *cap.* 37. Surdum *in tractatu de alimentis titul.* 8. *priuil.* 26 *num.* 5. & *priuil.* 88 & Merlinum latè *in tractatu de legitima, lib.* 5. *tit.* 3. *quæst.* 6. vbi sex opiniones adducit, & affirmatiuã veriorem dicit cum Alexandro, supra & alijs, & Fachin *eum, lib.* 12. *controuersiarum, cap.* 59. qui in primam opinionem Baldi, magis inclinat Barbosam, *in collect. cap* 1. *de plus petitionibus, num* 12. & Zeuallos, *quæst.* 596. *to.* 2 & Tuschum *lit. L. conclus.* 190, *n.* 7. & Molinam *de primog. lib* 1. *cap.* 16. & Gratianum *discept. cap.* 44. *ex num.* 18. Et vide etiam Barbosam *in collect. cap* 14 *de Regularibus* vbi an patre professo in Religione statim debeatur legitima, de quo latè Tho. Sãc *in summa li.* 7. *c* 10. post Zeual. *q* 342 & Merlinus *de legitima lib* 5 *tit.* 3 *q* 3.

Quinto infertur, quod filius possit propria auctoritate occupare aliquã rem hæreditariam pro sua legitima, de quo vide Ripam *in cap. sæpe, de restitutione spoliarum, num.* 94. Menochiu. *de recuperanda possessione remd* 5 *n.* 37. & *remedio* 9 *ex n.* 21. qui hoc benè explicat & eum referens Farinacius, *t.* 5 *q.* 175 *nu.* 18. Suarez *in l quoniam, in prioribus in declaratione l. Regni* versic. *septimo quæritur, n.* 12. & in titulo de las *herencia. num.* 3. Tuschum *lit. L. conclus.* 202. Merlin. *de legitima. lib* 5 *tit.* 4 *q.* 8. vide etiã Canc. *variar* 2 *p. c.* 10. *ex n.* 93 vbi distinguit.

Sexto infertur quod si pater affectat perdere bona in præiudiciũ filij, hoc non nocebit ei in sua legitima, vt benè explicat Menochius de recuperanda, *rem.* 9. *ex n.* 172. quẽ videas, & Pich. in § item si quis in fraudem instituta de actionibus, *n.* 15 vide Tusc. *lit. L. cõclus.* 188. & Merlin. *sup. lib* 5 *tit.* 3 *q* 6.

Septimo infertur, quod si filius recipiat legitimã viuo patre, & postea moriatur ipse filius patre viuẽte qui scilicet filius tũdũ quẽ recepit pro legitima iã vẽdiderat talis alienatio nõ possit reuocari per hæredes patris, vt contra Aior *in tra. de partitio.* 2 *p. q.* 34. probat Morq. *in tra. de diuis. bon. lib* 3. *c.* 3 *per tot.* quẽ videas, & Suar *cons.* 1. *n.* 216 *et* 278. *et* 313.

Octauo infertur, quod si filius sit incarceratus & sit egenus & damnatus, pater tenetur illi præstare legitimã inuita, vt per Corras. *in l filiũ quẽ habentẽ, nu.* 81. *C familiæ herciscund.* rel. tũ & sequutum per Alv. Valas. *in praxi part. c.* 21 *n.* 3. & 4: quod æquitate videtur habere, vt filius vitã suam redimat, vel personã de quo vide Far. *t.* 1. *tit.* 3. *q* 24 *n.* 21. *et n.* 150 Baeç. *de debit. c.* 20 *ex n.* 9. & Iul. Clar. *receptar. § fin. q* 86. *vers.* & Val. *ef. ad suar in l post rem, notab.* 13. & Tusc. *lit. L. conc.* 190 & 191 & *lit. F conc.* 357. Angul. *de melior. l.* 1 *gl* 2 *n* 7 & Cãcer. *par. c.* 3. *n* 46 vbi negatiuè resoluit, vide etiã Viuiũ in communibus verb. *Legitima.*

Nono infertur, quod si legitima assignata per patrem filio in vita sua perdatur, iterũ est danda. Si ãbsq; culpa eã amiserit vt probat Baeç. *in tract. de non melior. dot. ratione filiabus. c.* 16. *n.* 18. & 33 Angul. *in l.* 7. *ti.* 6 *gl.* 1. *n.* 34. & 35. Scob. *de ratiocin. comp.* 18. *n.* 8. & alios referẽs Herm. *in l.* 3. *tit.* 4 *part.* 5 *glos.* 6. *ex n* 65 vbi cũ alijs hanc conclusionẽ extendit ad dotẽ filiæ datã, & limitat quãdo culpa sua filius, vel filia legitimã, vel dotẽ amisit Tũc enim tantũ tenebitur pater vel eius hæres extraneus alimenta necessaria ad vitæ sustẽtationẽ præstare, & nõ secundũ dignitatẽ Barb. *alleg.* 20. *n.* 12. & 13 *in prax epis.* 2 *p.* Vide Parlad. *t.* 3. *dis* 150. § 2 *n.* 5 & Mer. *sup. li.* 2 *t.* 2 *q.* 30. & Cãc. *var.* 1. *p. c.* 3 *n* 30. & *n* 21 & *seq.* vbi latè de legitima assignata in vita, & Grat. *disc. c* 165. *n.* 5. Cast. *in l.* 23 *Tau.*

An autẽ legitimæ assignatio facta per Patrẽ filio possit reuocari, vel meliorare possit pater alĩũ filium in eius præiudiciũ, vide Auendanũ *resp.* 25. Valas *in prax part. c.* 21. Rod. Suar. *cons.* 1 *n.* 216. & 225 & 213. & 278. & Angul. *de melior. li gl.* 2. *ex nu.* 5. & Cancerium 1 *p. cap.* 3 *ex num* 22.

Supradictã regulã & cõclusionẽ nẽpè quod legitima in totũ nõ possit tolli

amo-

ampliat Zeuallos commun. contra com. *quæst.* 81. etiam si filius monitus à iudice Ecclesiastico infra annum non impleat legata pia in testamento relicta, quod etiam docet iterum, *tomo* 5. de cognitione per viam violentiæ *quæst.* 21. *n.* 9 Quesada diuersarum quæstionum iuris, *cap.* 4. *num* 3. Azeuedus, *in l.* 1. *tit.* 8. *lib* 5. *Recopi. num.* 42, Spino in speculo testam *glossa* 28. *ex n.* 47. latissimè fauorabilior enim est legitima quam pia causa Suar, in l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regni in præmissis, *num.* 7.

Sed quamuis legitima, ita sit debita, licet tamen aliquando expendere in funere vltra quintum in præiudicium eius, si quintum non sufficiat, vt bene docet Lara de aniversarijs, *cap.* 25. *lib.* 1. *num.* 24 cum Couarr. nb. *in cap.* Raynald. §. 3. *num.* 2. de testament, & Azeuedo in *l.* 13. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop, num.* 10. *&* 11. & plura de legitima, & quando & quomodo dari debeat. Latè Tusch. hoc verbo Petrus Gregor. in fintag. *lib.* 44. *c.* 5. Trétaeinq. *lib.* 1. *tit.* 5. de legit. quem videas & Mert. in suo tractatu, latissimè, & Cãcer. *variar. lib.* 1. *c.* 3. & Quesadam *in suis.* quæstionib. *cap.* 24.

Limitat etiam supradictam conclusionẽ idem Gratian in dicta regula 436. *nu.* 4. nisi filius alias habeat vnde viuat, pro quo refert Couarr. in 4. decretaliũ 2 *part. cap.* 8. §. 6. *nu.* 5. Molin. de primog. *lib.* 2. *cap.* 1 *n.* 25. & Matienç. *in l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5 *recop. glosa* 2. *num.* 4. quod procedere ait, etiam quo ad alimenta, quia cessat naturalis æquitas, ne filij famè pereant, cũ aliunde habeant, vnde possint viuere.

Limitat etiam, dictam conclusionem vt non procedat quãdo causa sufficiens datur, ex qua possit in totum tolli legitima etiam quo ad alimenta, vt per Orosium in l. de quib. ff. de legib. & vtramq; limitationẽ docuerunt multi re lati per Cornejo in addition. ad nost. Gomeziũ ad l. 40. Tauri, *n.* 57. & eas cũ resolution. Gratiani laudat Zeuall. *quæst.* 112. Gutier. *lib.* 3 *practicar. quæst.* 83. omnino videndus, licet Sarmiento in *lib.* 2. selectarũ *cap.* 14 *n.* 6. & alij relati per Barbos. dicto c. Rainuntius, *nu.* 5 contra dictã conclusion. tenent quod regulariter loquẽdo in totũ possit tolli legitima, vt iã dictũ est.

Eodem num. 2 ibi, ex quo venit declaranda sententia Bart &c. quod testamẽti factio sit de iure naturali licet solemnitas sit de iure ciuili, vide Spinum in speculo testamentorum, 1 *parte, glosæ rubricæ, nu.* 20 & sequen. & Tusch. lit. T. cõclus. 91, 92. & 93. Clarum receptarum sententiarum. §. *testamentũ quæst.* 2. Burgos de Paz in proemio legũ Tauri *n* 327. & sequentib Azeued. *l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 5. *recop. n.* 12 & sequent. Matienzo cadẽ *l.* 1 *glos.* 4 *n* 14 Gutier. in l. nemo potest, ff. de legatis 1. *nu* 79. noster Gomes. in l. 3 Tauri, *nu* 16 quæ opinio magis communis contra aliam communẽ appellatur à Zeuallos, *quæst.* 5 12. Pichard. in principio institut. de testamẽtis ordinãdis, *n.* 7. Osuald. ad Donel. *lib.* 6 *cap.* 4. & alij penes ipsos. 6

Num. 2. ibi si filius ergo hæres &c. Licet ex hoc videatur consequẽter filius obligatus ad solvendũ debita patris, ex text. in c. 1. de solutionibus. & quamuis Bald. in *cap.* 1, *an agnatus vel filius, &c* dixerit quod filius præsumitur hæres, si aliud non appareat, hoc tamẽ sano modo intelligendum est, nempe quod hæc præsumptio non est à iure recepta loco probationis, text. in l nam nec emãcipatus, ff de legatis 1. quando filius à creditoribus cõuenitur, sed quãdo agit vt talis semper præsumitur hæres nisi contrariũ probetur per tex. in l in suis ff. de liberis & posthumis, & ita intelligit, & declarat Baldus in l. 1, *numer.* 38, Cod. communia de legatis, & cum referens Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, *lib.* 12 *titulo* 10. *num* 2. & 3. vbi cum Angelo de periglis, ait hanc consequentiam, *si filius ergo hæres*, non esse necessariam in præiudicium filij, sed ad eius tantum commodum admitti, referens etiam pro hac doctrina Alexandrum, *consil.* 7

24 *num.* 3. *volum.* 3 & sic etiam docet Menochius de præsumptionibus *lib.* 4. præsumptione 99. *num.* 4. & 5. & ibi prosequitur latè cum duabus præsumptionibus sequentibus, ex quibus verbis vel factis præsumatur immixtio hæreditatis paternæ, de quo etiam Mascardus de probationibus verbo *aditio*, concluſ. 45. *ex num.* 29. vide Pichardum in rubrica instituta de hæreditatibus ab intestato. *num.* 56. vbi declarat locum Diui Pauli *si filius ergo hæres, &c.* & Postium de manutenendo obseruatione 87. latè & quæ infra dicemus in materia transmissionis hæreditatis, vide Barbosam in collectan. *l.* 1. *Cod.* si minor ab hæreditate se abstineat, *num* 8. & alterum Barbosam in leg. post dotem ff. soluto matrimonio *ex num.* 7.

Numero 3. ibi & in tantum prædicti filij succedant, &c. quod nulla distinctio sit facienda, an filij sint masculi, vel fœminæ, emancipati vel in potestate; certum & vulgare est in iure, vt videri potest per Matienzum *in l.* 1 *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloſſa* 4 *num.* 2. Gutierrez in §. sui, *à num.* 132. maximè, *num.* 145: & Roxas in epitome *cap.* 4. *num.* 1 Azeued. *in l.* 1. *dict. tit.* 8. *num.* 46. iterum Matienzo, *l.* 1. *tit.* 4 *gloſſa* 14, *nu.* 59. & 61. Cancerius, *variar.* 1. *part. cap* 5. *ex num.* 3. Spino in speculo, *gloſ.* 23, *num* 12 Pichardus de hæreditatibus quæ ab intestato, in initio *num.* 23. & §. *emancipati* eodem titulo, Merlinus de legitima, *tit.* 2. *quæſt.* 3.

Aduerte tamen quod non est sublata differentia inter filium in potestate & emancipatum, ad hoc vt filius qui est in potestate succedat, cum priuilegio, & prærrogatiua qua succedunt filij sui; non vero emancipatus, & sic etiam hodie emancipatus non transmittet hæreditatem ex potentia suitatis, nec vxoratus, nec gaudebit beneficio, *l finalis*, *Codice de repudia hæred.* nec cessabit differentia, quę refertur in text. *in l.* 1. §. Sed videndum, ff. de succeſſorio edicto, & alię quas congerunt Segura in repetitione l. cohæredi, §. cum filiæ, ff de vulgari & pupillari, & Costa in §. *& qui si tantum*, 3. *part*, *ex num.* 207. quos & alios refert Gutierrez, *ex dicto num* 145. quem vide, & Rojas, *dicto cap.* 4. *ex num.* 4 vbi etiam de dictis differẽtijs latè agit, & Pichardum supra & in repetitione ad text in *l.* Gallus, *cap.* 2. *ex num.* 2. in præludijs, & vide etiam Tholosanum in sintagmate *lib* 45. *cap.* 4. vbi de diuersis moribus gẽtium in succeſsione filiarum, & *cap.* 2. *nu.* 2. vbi de emancipatis, & alibi, & Cancerium variarum 1. *part: cap.* 10, *num.* 12. & 14. & *seq.*

Ibi dum tamen postea verus hæres habeat ratum, &c ratihabitionem, tunc admittendam, cum facta fuerit eo tempore quo res ipsa geri potuit ab ipso, ratum habente, pro regula constituunt Doctores, vt apparet, ex Antonio Gabriele, *lib.* 16. communium opionum verbo, *ratificatio*, vbi cum nostro Gomecio communem dicit, Thusc. practicarum, liter. R *concluſ.* 22. Suarez receptarum sententiarum verbo, *ratum fieri.* Francisc. Viuio communium opinionum verbo *ratificatio*; Zeuallos, *tom.* 5, de cognitione peruiam violentiæ, *quæst.* 152. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 18. *num.* 58. & 59. *lib.* 4. 8

Limitat supra dictam regulam Thuschus sup. n. 6. quantum ad præiudicium ratificãtis, quia sufficit ratificatio etiã post terminum assignatum rei gerendę Vide etiam Stephanum Gratianum disceptationum, *tom.* 3. *cap.* 573. *ex num.* 11. & Surdum decisione 189. *nu.* 18. & decisione 206. *nu.* 2 & delsione 159 *num* 23 Ualençuelam *conſ.* 177. *ex nu.* 48. Salgadum de retentione bullar, 2. *par. c.* 17. *num* 52 & in Labirintho, 1. *part. cap.* 33. *ex num* 4 & de protectione, 2 *par. cap.* 2. *num* 67. & 3 *part. cap.* 9 *num.* 221. Cancerium variar. 3. *par. cap* 12. *ex num.* 53. Postium de manuten. obseruatione 55. *num* 137.

Num. 4. ibi vt præferantur auo licet vterque sit in pari gradu, &c. quod filius 9

in

in ſucceſsione patris præferatur avo, licet æquali gradu vterque conſtituatur, notum eſt in iure, ex textibus allegatis per noſtrum Gomecium, & per Matiençum in *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop. gloſſa* 4. *num.* 3. Richardus de hæreditatibus quæ ab inteſtato, in materia ſucceſsionum, in initio, *num.* 33 & ſequent. & in principio inſtitutæ de vſufructu, *nu.* 22. Cancerius *variar.* 1. *part cap.* 1. *num.* 2. Rojas in epitome ſucceſsionum, *cap.* 29. *num.* 18. Surdus de alimentis *tit.* 1. *quæſt.* 19. *nu.* 6. Spinus in ſpeculo *gloſſa* 1. principali *num.* 27. & ſequent. vbi adducit illum locum, diui Pauli ad Corinthios 2. *cap* 12. aientis non debere filios Theſaurizare parentibus, ſed parentes filijs, quod habetur in cap. cum Apoſtolus § prohibemur de cenſibus, ita autem debent theſaurizare eis vt debitam in acquirendo & conſeruãdo menſuram habeant, vt benè explicat Scobar de puritate ſanguinis, *quæſt.* 1. §. 3. *num.* 31, quam non ſeruãt multi, contra quos inuehit, Suarez in *l. quoniam in prioribus* in principio. Petrus Gregorius in ſintagm *lib.* 45. *cap.* 2 *ex num.* 12. Zeuallos *quæſt.* 794. *tomo* 3. *num* 3.

10 Rationes autem ſupra dictæ reſolutionis adducuntur firmiſsimę per noſtrum Gomecium, & eius additionatorẽ Suarez à Ribeira in præſenti, & per reliquos Doctores ſupra allegatos, & infra referendos, nempè, quod fictione, & artificio iuris pater & filius dicũtur vna caro, & filius portio corporis paterni, cap. contradicimus, §. hac auctoritate 35. *quæſt* 3. Maſcardus de probationibus *concluſ.* 1156. vbi plura infert, voxq; vnius vox alterius cenſetur, § ei, qui inſtituta de inutilibus ſtipulationibus, ex quo filius dicitur quodammodo caro patris augmentata, & licet efficiatur novus homo propter novam animam, non dicitur tamen omnino primum hominẽ, id eſt eius patrem extinctum eſſe in totum, argumento text. in *l.* adeo §. fin. ff. de acquirendo rerum dominio, vt hæc & alia plura cumulant Menochius de preſumptionibus *lib.* 4. *preſumpt* 18. *nu.* 17. & ſeq. Marcus Antonius Bardus in tractatu de tempore vtili & continuo, *cap.* 12. per totum, vbi ex hoc infert quod ideo iniuria filij iniuria patris dicitur, & alia quæ per eum videri poſſunt & Tiraquel. in repetitione *l. ſi vnquam*, Codice de revocãdis donationibus in principio. *num.* 15. & ſequent. Matienço in dialogo 3 *part, cap,* 18. *num.* 4. & ſeq. Gironda de gabellis, *part.* 9. *num.* 13. & ſeq. §. vnico Thuſcus liter. F. *concl.* 351. & 352. omnino videndus, quia declarat materiam per ampliationes & limitationes. Richardus inſtit. de hæreditatibus quæ ab inteſtato, in materia ſucceſsionum, §. 2 *num.* 10. iterum Matienço in dialogo, *cap.* 5. vbi pulchre exornat Petr Gregorius in ſintagm. *lib.* 9 *cap.* 6. *ex num.* 22. & *lib.* 11. *cap* 5. *num.* 10. & nouiſsimè Scobar de puritate ſanguinis, *quæſt* 1. § 3 *ex num.* 11 D. Larrea, *deciſ.* 51. *num.* 15. Gratianus, *diſceptat cap* 612. *num.* 11.

Ibi quod paria ſunt metum adhiberi alicui vel filio eius, &c. Exornat hanc rationem, Silua nuptialis, *lib.* 3. verbo eſt nubendum, *column* 4. quia pater plus diligit filium quam ſe ipſum, vt ibi, & Menochius de arbitrarijs, *lib.* 2. *caſu* 135. *n* 6. 7. & 8 & de præſumptionibus, *lib.* 6 *præſumpt* 56 & plures referens Thom Sanchez de matrimonio, *lib.* 4. *diſputat.* 4. per totam, & Farinacius in fragmentis, verbo metus, *num.* 78 & concinit illud Ouidij Carmen. *lib.* 2 metamor.

Et patrio pater eſſe metu probor aſpice vultus.

Uide etiam Tuſchum liter M. *concl.* 218. *num.* 4. & Petrum Gregorium, ſupra dicto *num.* 21.

Et ex dictis rationibus & confidentia quam habet ius de patre erga filios, remiſsit ei ſatisdationem, & obligationem reddendi rationes in vſufructu, quem habet in bonis aduentitijs filij, vt notat Richardus in principio inſtitutæ de vſufructu, *num.* 22. Caſtillo de vſufructu, *cap.* 3. *num.* 85. & ſequent. & *nu.* 107.

vbi agit de emancipato.

Et ex eisdem rationibus explicat Gregor. Lopez, tex. in l. 5 *tit* 3 *par* 7, vbi pater potest respondere pro filio reptato,

12 Item ex dictis fundamentis merita, & seruitia parentum transire in filios, sit Matienzo in l. 5, *tit* 10. *lib.* 5, *Recopil.* multa deducens, ad hoc propositum, vide eum & Escobar de puritate sanguinis *quæst.* 1, §. 3, *ex num.* 16. vbi hoc bene exornat eum omnino videas.

13 Item ex dictis rationibus inferebant aliqui Doctores, quod concessio priuilegij facta propter benemerita patris transit ad eius filios, vt videre est per Tusch. *conclus.* 352. *num.* 12, lit. F. sed displicet Barbos. in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, *num.* 9. & in l. maritus, *num.* 80. vbi *num.* 81. locum tantum habere dicit supra dictam doctrinam, quando priuilegium conceditur propter matrimonium principaliter, tunc enim transit ad filios susceptas ex eodem matrimonio non alias, vide eum, & Augustinum Barbos. in collectanea ad text. in cap. fin. de priuilegijs vbi multa congerunt.

14 Item ex dicta identitate fictitia inter patrem & filium inferunt Alexand. & Bald. & eos referens Auilès in *cap.* 1, prætorum verbo, *ni hijos*, & Gutierr. in §. fui *nu.* 114, & Tiraquel. in l. fi vaquam Cod. de reuocandis donationibus in præfatione, *num.* 23. quod si statuto caueatur, quod nullus habeat officium in ciuitate, nisi habeat æstimum centum librarum, quod filius potest habere officium, licet non habeat tale æstimum, si pater suus illud habeat, & tale æstimum prodest filio, licet seorsum habitet a patre, vide eundem Auilès ibi quia plura cumulat non contemnenda.

15 Eodem num. 4. ibi cum natura vtrumque corpus edidit, vt maneat suis vicibus immortale, &c. Nititur enim summis viribus in fita potestas, vt se ad effigiem quandam & imaginem immortalitatis componat, vt quoniam corruptioni ob noxium est, idem numero animal nequit perseuerare, ortu vicario mortalitati, qua fieri potest ratione adminiculetur, ac veluti tibicinibus præfultam ab occasu vindicet, vt pulchrè, ex Aristotele & alijs dicit Tiraquel. in suis legibus connubialibus, *leg.* 6, *nu.* 13. vbi more suo multa cumulat: & vsi habetur Ecclesiast. *cap.* 30. mortuus est pater, & quasi non est mortuus, similem enim reliquit post se in vita sua; vidit & lætatus est in illo, &c. Et conducit optimè. l. 1, *tit.* 20 *part.* 2. ibi; *Porque de xan otros en su lugar, que son semejantes de si, e son como vna cosa con ellos.* Licet in illis antiquis sæculis & rudi ævo homines sibi persuaderent, se carere parentibus, & ex arboribus natos, vt colligitur ex Iuuenali satira 6.

Quippè aliter, tunc orbe nouo cæloque recenti.
Viuebant homines, qui rupto robore nati.
Compositique luto, nullos habuere parentes, &c.

16 Num 5 ibi quod viuente duce, Rege, vel comite filius eius potest vocari Rex, Dux, vel Comes, &c. Recepta videtur inter scribentes, hæc doctrina nostri Gomezij, vt constat ex Tiraquel. de primogenijs, *quæst.* 33. *num.* 8. & in l. si vaquam in præfatione, *num.* 21 Lecixier. eodem tractatu, *lib.* 1. *quæst.* 14. *versic. dicendum est ergo.* Tusch. lit. F *conclus.* 351. *n.* 19 Rojas in epitome successionũ, *c.* 17. *n.* 18 Molina de primogenijs, *lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 15. & seq. vbi explicat quod hoc impropriè & largo modo sumpto vocabulo accipiendum est, non autem proprie & præcisè. Syluester in summa, verbo *filij*, *quæst.* 5, Gregor. in l. 21 *tit.* 3. *part.* 6. *glos.* 4 Castro de annonis ciuilib. *notabili.* 6. *n.* 4. Narbona ad *lib.* 4. *Recop. tit.* 1. l. 18. *glos.* 4, & facit illud Diui Bernard. *sermon.* 1. *ad. ventus colum*, 1. *filios Regum Reges esse quis nesciat, &c.*

Hanc resolutionem, ita Doctorum auctoritatibus fulsitam, apud nos locum habere non posse, nisi filius eam prærrogati-

gratiam principali impetrauerit beneficio, ait Parladorius *lib. 2 rerũquotidian. cap 13. n 4.* eo motus fundamento nempè, quia hæc prærogatiua ad successores non transit, nisi prius concedatur a Rege, sed de veritate huius doctrinæ Parladorij, videndi sunt Molina supra *lib 1. cap 11. dnum.* 18. & noster Gomezius *in l. 40. tauri num* 12. & alij relati per Valdesium in additionibus ad Rodericum Suarez *in l. quoniam in prioribus limitatione* 11. in allegatione ibi posita, & per Didacũ Gomez Cornejo in additionibus eiusdem Gomezij *in dicta l* 40. ex quorum doctrinis colligitur quod quando dignitas, ducatus, comitatus, &c. est concessa absque territorio, non transit ad hæredes, secus si cum territorio vel opido.

17 *Num 6.* ibi item etiam ex his, &c. ex prædicta identitate inter patrem, & filium supra confiderata, introductam fuisse suitatem, transmissionem hæreditatis, & continuationem dominij planum est, vt explicat Marcus, Antonius, Bardus in tractatu de tempore vtili, & continuo, *cap.* 12. & reliqui Doctores supra citati, *nu.* 10. quos vide.

18 Ibi nec prædictis obstat lex 6. tauri &c nostrũ Gomeziũ in præsenti, refert, & sequitur Azeuedus in *dict. l. 6. tauri*, quæ hodie est lex 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recopilat. num.* 49. & Matienzo, & reliqui Regnicolæ, ibidem, quos cõgerit Cornejo *in dict. l* 6. & Molina *de iustitia tom.* 1. *disp.* 163. & Cancerius *variar.* 1 *part. ca.* 5. *ex num* 2.

19 Ibi imo quod magis est, &c. quatenus noster Gomezius in præsenti docet, quod filius posthumus patri succedat, cũ beneficio, & priuilegio suitatis, explicans text. *in* §. *ita demum*, vers: *Posthumi* instituta de hæreditatibus quæ ab intestato: idem tenet Pinel. *de bonis maternis in rubrica* 2. *part. num.* 37. Costa *in l gallus*, §. & *qui si tantum* 3. *p.* *num.* 64. Caldas Pereira *in l. si curatorem habens*, verb. *Sine curatore*, *num.* 76. & 78. vbi maximè laudat nostrum Gomezium, Gutierrez *in repetitione* § *sui*, *nu.* 13. & *seq.* vbi latè explicat dictam resolutionem, Menchaca *de successionum creatione*, §. 19. Pichardus *in dicto* §. *posthumi instituta de exheredatione liberorũ*, *num* 7 & *seq.* & *dicto* §. *ita demum num.* 44. vbi benè explicat Cancerius *variarum* 1. *part. cap.* 5 *n* 4.

Numero 7 ibi quod tamen intelligo quando talis posthumus totus viuus natus est, &c. quando partus intelligatur naturalis ad succedendum, & rumpendum testamentum, & reliqua videndi sunt Tiraquel. doctissimè, vt solet materiam prosequens *in l. si vnquam* verb. *Susceperit liberos*, *ex n.* 205 vbi de iure communi quid dicendum & Ioannes Lupinus, Castellus, Gomez Arias, & noster Gomecius, *in l.* 13. *tauri* Matienzo, & Azeuedus *in l* 2. *tit.* 8. *lib.* 5. *Recop* vbi denato in septimo, nono, decimo, vel vndecimo mense Pichardus *in repetitione*, *l. gallus*, *in principio num.* 200, & *seq* Fusarius *de fideicommissis*, *quæst* 418. Brechæus *in l.* 129 *ff de verborum significatione*, quem commendo quia erudite loquitur, & nouissimè noster Carrança in suo tractatu de partu legitimo, & naturali *cap.* 10. & *seqq.* & *in cap* 9. *ex num* 30. vbi de necessarijs, ad successionem latè agit, *ex lege* 13 *tauri* Gutierrez *lib* 2. *practicarum*, *quæst.* 100. vbi de partu sexto, octauo, vel decimo mense edito, & *quæst.* 101 vbi de ex tracto ex ventre matris secto & *num.* 2. existimat quod legatum factum mulieri *si peperierit filios*, non obtinet, quando extracti fuerunt ex ventre matris secto, de quo vide Carrançam vbi supra *cap.* 6. *sectione* 1. latissimè & præter citatos ad hanc resolutionem, vide etiam Menochium, *casu* 89. *de arbitrarijs*, *num* 34. & *seq.* Fusar. *de fideicommissis*, *quæst.* 420 Osualdum ad Donel. *lib* 9. *cap.* 2. *in notatis litera*

C

C. Mantica de coniecturis vltimarum voluntat. *lib* 11. *tit.* 6 *num* 10 D. Ioseph Vela, *dissertationum Hispal. dissertat.* 18. *num fin.* vbi quomodo computentur menses, ad partum naturalem de quo Carrança supra, Vide etiam Narbonam de *ætate anno* 1. *q* 6 *n.* 24.

Num. 8. in principio, vide Pichardum in §. *ita demum*, de hæreditatibus quæ ab intestato, & Carrança in dict. *tract. de partu naturali cap* 2. § 1 *illatio* 13. *sect* 1. vbi latissimè de materia successionis posthumi, Narbonam supra *q* 6. & 7.

21 Ibi tertius effectus poterit esse &c. Facta renuntiatione hæreditatis paternæ, per filium, quod possit succedere posthumo, vel alteri filio, seu hæredi, qui adquisiuit eamdem hæreditatem, paternam, iuxta supra dicta, cum iam amplius non dicantur bona patris probatur ex eo quod omnis renuntiatio restringitur ad personam, contractum, & causam, super qua interponitur, & non extenditur ad alia, ex regula tradita per doctores *in l. iubemus Cod. ad Vellcianum*, docent Decius *cons.* 229. Socinus *cons.* 52. *lib.* 1. Bart. *in l. si domus ff. de seruitutibus vrbanorum*, præsertim in specie probat, noster Gomecius in l. 22. *Tauri num* 13. Covarrubias *in cap. quamuis pactum* 3 *part.* § 3 *num* 2. & cum alijs pluribus Tiraquel. de vtroque retractu *part* § 1 *glos.* 9 *num* 44. Gutierrez *dict. cap. quamuis pactum*, verb. *Omnino seruari debebit, n.* 8 *vbi num.* 9. ampliat etiam, si filius, cui frater renuntians vult succedere, decesserit ante aditam hæreditatem patris, nam tunc poterit vtramque hæreditatem adire, idem Gutierrez *lib* 3 *practicarum quæst.* 80. *n.* 5. Menchaca *de successionum creatione, lib* 2. § 13. *num* 176. Tuschus *lit.* R. *conc.* 180 *n.* 3. & *seq.* vbi ampliat dict. resolutionē, Crassus *recept.* § *successio ab intestato q* 10. *num* 15. Mieres *de maioratu*, 4 *part. quæst.* 19 *num.* 12. Barbosa videndus in rubrica, *ff. soluto matrimonio*, 4 *part. ex num.* 19. & Thomas Sanchez alios referens *in summa, lib.* 7 *cap.* 7. *num* 6. vbi etiam per totum caput hanc materiam optimè explicat, & Stephanus Gracianus disceptationum, *tom.* 4. *cap.* 685. & *c.* 637. vbi etiam alia.

Ibi *quartus effectus poterit esse*, &c. quatenus noster Gomecius in præsenti innuit, quod deficientibus descendentibus, ascendentibus, & collateralibus vsq; ad decimū gradū succedat fiscus aduertēdū est quod in hoc pūcto diuersæ sunt opiniones, alij enim affirmāt quod de iure Regni si deficiant collaterales vsque ad quartum gradum, datur locus fisco, exclusis remotioribus, et etiam excluso viro, & vxore, & cæteris successionibus; quæ erant de iure communi, ita docent Tellus Fernādez in l. 3. *Tauri* 3. *part. num* 13 & l. 32. *num* 4. Olanus *in concordia iuris, lit. V. nu.* 21. & in correctione legum partit. *p.* 6 *num*, 118. Alfaro de officio Fiscalis, *glos* 29. *num.* 129. & Thomas Sanchez in consilijs moralibus, *lib.* 3 *cap.* 1 *dubio*, 24. vbi hoc probat ex text. in l. 9 *tit.* 20. *lib.* 1 *Recop.* & idem tenet Villadiego in sua politica *cap.* 1. *num.* 84. qui etiam addit, quod successio viri, & vxoris excludit fiscum, in quo est contrarius prædictis doctoribus, qui tenent virum, & vxorem excludi ex dict. l. 9. Alij verò probant fiscum excludi à collateralibus vsque ad decimum gradum, & etiam a viro, & vxore, & alijs qui de iure communi admittebantur ante fiscum; ita vt omnino remaneat in correctum ius commune & partitarum, ita tenent Azeued. in l. 12. *tit.* 8. *Recop.* & ibi Matienz. *glos.* 2. & *in l.* 5. *eodem tit.* Barbosa in collect. *cap.* 1. *de successionib. ab intest. num.* 2. Pichar *in tract. de acquirend. hæred. in fuis repetit. cap.* 5 *num.* 4. Valenzuel. *in l.* 4. *Cod. de bon. vacant.* Ioan del Castill. *de tertijs cap.* 41. *num.* 154, Carrasco *ad leges Recopilationis, cap.* 7, *ex num.* 47, & plures referens D. Franciscus Amaya *in dict. l.* 4. *Cod. de bonis vacantibus*, lib.

lib 10. *ex num* 31. Quos non meminisse dictæ *l.* 9 *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopil.* asserit Thomas Sanchez supra, per quam manifestè corrigitur ius commune, & partitarum, & sic video practicari quotidie, quod deficientibus consanguineis vsq; ad quartũ gradum admittatur fiscus.

Ibi. *Sed postquam visum est, &c.* de successione nepotum, & cæterorum descendentium deficientibus filijs, vide omnino Rojas in epitome successionum, *cap.* 5 *vbi num.* 2. probat quod in hac successione, nulla est differentia inter filios, & nepotes, & quod remedia quæ competũt filijs præteritis, vel exheredatis cõpetũt nepotibus, & alia plura quæ pereum videri possunt. Matienzo, *in l.* 1 *tit.* 8. *lib.* 5 *Recopil. glos.* 4. *n.* 4. *& in l.* 1 *tit.* 4 *glos.* 14. *ex nu.* 45 vbi an ex hæredato filio, competat nepoti, ius dicendi nullum testamentum, tanquam præterito, vbi latè de hac materia, & an admittatur ad quærelam inofficiosi ex propria persona, & ex successorio edicto, si ex hæredato filio, prætereatur, quod disputat latissimè vsque ad num. 69. vide eum, & Pichar. de successione liberorum, §. 1 *sub rubr. de hæreditat. quæ ab intestat. & in* § *cum autem* 7. ibidem Molina *de iust. tom* 1. *disput.* 162. Merl. *de legit. lib* 1 *tit.* 2 *quæst* 10.

23 Ibi quando essent nati vel concepti in vita aui, &c. quod ita demum admittatur nepos ad successionem aui si sit natus, vel cõceptus in vita eius, pro comperto debet haberi, ex textibus hic aliegatis, ita Matienzo *in l.* 1 *tit.* 8 *lib.* 5 *glos.* 4. *num.* 5. Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib* 8. *tit.* 9 *num* 11 & Molina *de prim. lib* 1 *cap.* 13. *num.* 36. *& lib* 3. *cap* 2. Pich. *in rubr. tit. ff de legat cap.* 19. & in materia successionum quam ponit, in principio institutæ de hæreditatibus quæ ab intestato, § 1. *num.* 2 *& seq.* D. Franciscus de Amaya *lib* 1 *observation. cap* 13. *num.* 27 Menoch. *de præsumpt. lib* 4. *præsumpt.* 93. vbi declarat quando non nati tempore euenientis casus fidei commissi, ad illud admittantur latissimè Mandellus *consil* 105. *per totum* Barbosa *in collect. l.* 34. Cõdic. *inofficioso testamento* Morquech. *de diuision. bonor. lib* 4. *cap* 6, *ex num* 12 Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 1 *glos.* 9 *ex num* 82 Fussar *de fideicommiss. quæst.* 318. latissimè Bayo *in praxi quæst.* 135. Carranç *de partu naturali cap* 1 *sect.* 2. Sard. *decis* 230. & alij Osuald. ad Donel *lib.* 7 *cap.* 2. *lit. l. & lib.* 19. *cap* 7. *lit.* D Sousa *in repetit. l. fœminæ ff. de regul. iur. n.* 120. Cirleual. *de iudic. lib* 1 *dis.* 2. *n.* 53. & Cancerius *variar.* 1 *p. cap.* 5.

Ibi sed dubium est in eximũ, &c. eadem rationes nostri Gomezij, quare nepos, nec natus, nec conceptus viuo auo, de cuius hæreditate agitur, non succedat, ad literam refert Matiẽzo *dict. l.* 1. *tit* 8, *glos.* 4 *num.* 5 *& sequentibus.* & Pichardus in dicta materia successionũ, §. 1 *num.* 2. & reliqui relati supra, *num.* 23. apud quos videri potest materia; qui etiam plures illationes ex hoc deducunt, & inferunt. 24

Nam circa hoc tamen necessarium est videre exemplum, &c. Eadem exempla ponit ad literam ex nostro Gomecio, Matienzo *in dict. l.* 1, *tit.* 8, *lib.* 5, *Recopil glos.* 4, *n.* 6, de quo etiã vide Pichar. *sup. dict.* §. 1, & Cancer. *variar.* 1 *part cap.* 5 *n.* 5. vbi laudat nostrum Gomec.

Num. 11, ibi limita tamen singulariter &c. Has omnes limitationes ad literam adducit Matienzo, vbi supra *num* 7. *& sequentibus.* Tiraquel. *de retra. lib.* 1. § 1 *glos.* 9 *num.* 30 *& sequentibus.* & Pichar. *in dict.* § 1. *n.* 3. *in materia successionis.* & Bayo *in dict. quæst.* 135. *num.* 13 qui circa primam limitationem videri possunt. & Morquech *lib.* 4 *dict. c* 6. *n.* 13. 25

Ibi secundò limita quo ad honores, & dignitates, & quo ad alia iura præter successionem quia benè transeant ad nepotes etiam natos, & conceptos post mortem aui, &c. Eandem limitationem adducit Matienzo *sup. d. glos.* 4 Pichard. *in* §. *cum autem* 7. *instituta de hæreditatibus quæ ab intestato, num* 2.

Bar-

Bayo *dict. quæst. 135. num 13.* Tiraquel. *d. glos 9 num 91 & seq.*

Ibi tertiò limita &c.

Quod in contractibus in quibus sunt vocati descendentes per auum, admittantur nepotes etiam concepti post eius mortem, ad de Mamticam de tacitis, & ambiguis conuentionibus, *lib 22. tit. 25. num. 22.* Valasc. *de iure emphiteut quæst 42* Tiraquel. *dict. glos. 9. num 89 &* Matienzum. *sup. dict. l. 5 tit 8. glos 4.*

Ibi quartò limita, &c:

De hac limitatione quo ad retractū inter sanguinis dic quod hęc limitatio pendet à præcedenti, & circa eā vide supra citatos maxime Tiraquel *dict glos. 9. ex num. 82. maximè num. 91 &* Matienzum.

Ibi quintò limita, &c:

De hac limitatione in substitutione fideicommissaria præter matienzum, & reliquos supra adductos, vide Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 11. tit. 8 num. 7. & tit. 9. num. 11* vbi benè declarat. & Tiraquel. *dict glos 9. num. 84.* Molina *de prim. g-n lib 1. cap 6 num 49.* Sfortia Oddum *in tract. d. substit. 2 p. effect 8* Crassum *recept. 8. substitutio, quæst 11:* Morquech. *dict cap 6. lib. 4. num. 14.* Fusar. *de fideicomm quæst 318. num. 8* vbi hoc declarat cum Bart *in l. qui filiabus ff. de legat 1. & in l. si cognatis ff de reb. dubijs.*

Ibi sextò limita, &c.

Eandem limitationem quo ad successiones maioratuum latè prosequitur, præter supra adductos, Molina *de primog. lib 1. cap. 2. ex num. 27. & cap. 6. num. 49 & lib 3 cap. 2. num 18:* Gregor: Lopez *in l 10 tit 31. part. 3 glos 6.* vbi adducit casum controuersum, & Matienzus supra omnino videndus, quia benè declarat materiam Tiraquel. *de primog quæst. 40. num. 56.* Menoch. *de præsumptis. lib. 4. præsump. 93* quem omnino vide de hac materia, *& cons. 105. lib. 2. num. 21 & consil. 413. num 8. lib. 5.* & Pichar. *in repetit. tit ff. de legatis cap 19. in. 13.*

Ad num. 12. ibi. *Sed idem est quando* 26 *sunt plures, &c.*

Quod nepotes in stirpes, & non in capita succedant in bonis aui quando fuerunt procreati ex diuersis filijs præmortuis, competum est. Vt cum nostro Gomecio, docet Rojas *in epitome successionum, cap. 5, num. 20.* Gregor. in l. 3. *tit. 13 part. 6* Molin *de iust. tom. 1 disput 162.* Pichar, *instit. de hæredit. quæ ab intestat.* in materia successionum quam ibi ponit, § 1. *num. 1 & seq maximè num. 5 &* § 2, ibidem latè, & Tuscus *lit. S. conclus. 865.* & Petrus Greg. *in synt. g. lib. 45. cap 8* Cancer *variar. 1 part cap. 5. nu. 16.* Merl. *de legit lib 1. tit. 4 quæst 2*

Num. 13. ibi: *Quod idem est quando nepotes non succederent inter se, sed cum aliquo patruo, &c.*

Nostrum Gomecium in hoc numero docentem quod concurrēte patruo & nepote, vterque ad successionem aui æqualiter admittatur lege speciali reprefectationis, ex multis iuribus refert & sequitur Matienzo, *in dict l 1. tit. 8. lib. 5 Recopi. glos. 2. num 13.* Rojas *in epitome successionum, cap. 5. num, 17* Greg. *in d. l. 3 tit 13 part. 6. glos. 4.* Pichar latissimè in materia successionum, *instituit de hæredit. tit. quæ ab intestato § 2.* per totum quem allegasse satis erat, quia materiam optimè prosequitur, de quo etiam infra *num. 28.* vbi de transuersalibus.

Et in successione maioratus quod nepos ex filio primogenito preferatur, videndus est text *in l. 5. tit 7. lib 5. Recopilat.* & ibi Azeued. & Macienz: & Molina *de primogen. lib. 3. cap. 7. num 10. & cap. 6. per totum* & noster Gomezius; & reliqui *in l 40 Tauri* qui & ab eis relati latè pertractant quæstionem patrui & nepotis, & Aluarus Valasceus de iure emphiteut. *quæst 50.* Pichard optimè instituta de hæreditat. quæ ab intestat. § 2. *in princip tit* & omnium latissimè Fusarius *in tract. de fideicomm. quæst 38.* Zeuallos *quæst 197.* Gutier.

lib. 3.

lib. 3 pract quæst. 67. num. 36 Cancerius *variar. 1. part. cap 5 num. 41. & latius cap. 21 part. 3. nn. 296. & seq vsque ad 316.* Et an sit locus transmissioni in hac quæstione patrui, & nepotis. Vide Valascũ *consul. 122.* vbi agit de dicta quæstione patrui & nepotis, & quoad trãsmissionem concludit quod non habet locum si maioratus celebratur per viã vltimæ voluntatis, secus verò si per viam cõtractus, & maximè dotis, quod reincidit in quæstionem præcipuam de qua videndi sunt supradicti Doctores, & infra, *num. 29.* relati D. Larrea *decis. 51. num 12, 19. & 25.*

27 Num. 14 ibi: *Quod notabiliter extende* & ibi. *Ex quo infertur*, iunct. versic *Hodie tamen, &c.*

Quod repræsentatio supradicta in linea descendentium habeat etiam locum in successione de iure prætorio, vt hic noster Gomecius explicat, præter supra relatos, *ad numerum 13 ita ex leg. 2 ff. de bonorum possess. & l. 1. § bonorum, ff. ad Trebel.* resoluit Zauallos *quæst. 10.* & appellatione hæredis comprehendi bonorum possessorem, Petrus Greg. *in syntagm. lib 41 cap. 1. num. 13.* & quod dispositio text *in l. vnica Cod. de his qui ante apertas tabulas*, competat etiam succedenti de iure prætorio, secundum Alexand. *in l. emancipata Cod. qui admitti* & Guiller. Benedict. *in cap. Raynuntius*, verb. *Mortuo itaque testatore el 2 num. 152.* vbi testatur de communi D. Ioseph Vela *dissert. Hispalens. dissert. 11. num 102*, Petrus Gregor. *in syntag. lib. 43 cap 3. n. 14* & iterum ipsemet Zeual. *quæst. 205, n 3* vbi communẽ etiam appellat, & addit *in dict. q. 10. num. 5 quod l. final, Cod. de edicto diui Adriani, & l. soriæ*, procedant etiam in vniuersali bonorũm possessore succedente ab intestato de iure prætorio, de quo vide Menoch *de adipiscenda rem 4 ex n. 327.* qui optime loquitur, secundum ius cõmune. & Gutier *in repet. § sui, n. 73.*

Ad num. 15 16. 17. & 18. &c.

Repræsentationem in infinitum extendi posse in successione descendentium contra alios defendit hic noster Gomecius, vt vides, quod etiam latè comprobant Matienzo. *in dicta. lege 1. titul. 8. lib. 5 glos. 4. num. 14.* Zeuallos. *commun contra commun. quæst. on. 762. num. 34:* vbi per totam quæstionem multos casus adducit in quibus cessat representatio, de quibus etiam agit Molina de primog. *lib 3. cap. 8.* Azeuedus. *in l. 5 titul. 7 lib. 5 numer. 3.* Aluarus Valascus *de iure emphiteutic. quæst. 50* Gregor Lopez *in l. 3 tit 13 part. 6. glos. 7* Menochius *de præsumptionibus, lib 4. præsumption. 95.* vbi latè declarat quando habeat locũ representatio per ampliationes, & limitationes, quod etiam facit Cardinalis Tuschus *concl. 352. lit. F.* latissimè Antonius Gabriel *lib 4. communium opinionum titulo de successionibus ab intestato conclusion. 1. num. 18, licet, numer. 20.* limitet supra dictam regulam, vt non procedat quando pro nepotes concurrerent in successione cum ascendentibus, quod negatur, vt vides ab omnibus Pichardus in materia de successionibus, posita in principio, *instituta de hæreditatibus, quæ ab intestato, §. 2. numer 19 & seq.* & latissimè Robles *in suo tractatu de representatione maximè lib. 2 cap. 16.* & Cancerius *variar. 1. part. cap. 5. numer. 6 & sequent.* D. Ioann. del Castillo, *lib. 3. controuers. cap. 19 & lib 4 cap. 56. ex n. 81*

Et an in fideicõmissis habeat locum representatio videndi sunt. Pichardus *dic. § 2. ex n. 13.* vbi cũ Ualas. Matienz & alijs affirmatiuam probat Molina de *primog. lib 3. c 7. ex n. 5.* & latissimè Fussar. *de fideicommiss. q 485* per totam, vbi per ampliationes & limitationes rẽ fusissime explicat, illũ videas & Cac. *sup. n 56*, & nouissimè Salgad. *in l. birimb. cred p 2. c 25 ex n 1.* vbi quando nepos egeat representatione in successione aui et an teneatur creditoribus patris.

Licet tamen in linea recta descen- 28
dentium in infinitum representatio

admittatur, vt iam dictum est, tamen inter collaterales ea solum conceditur filijs fratrum, & non vlterioribus. vt docet noster Gomecius hic versiculo *Quinto, & principaliter*, & iam diximus supra, docet etiam idem Gomecius *in leg.8. Tauri, num.* 18. vbi etiam Tellus Fernandez *numer.* 5. Matienzo *in leg.5. tit.* 8 *lib* 5. *num.* 14. & 17 Azeued. *ibidem nu* 2. & *in l.5. tit.* 7. *nu.* 3. Pichardus *vbi supra, dict.* §. 2. *num* 23. vbi infert cum nostro Gomecio *in dict. l,8 Tauri, nu* 15 quod si defunctus non relinquat fratrem, sed patruum, vel auunculum & filium fratris, admittetur iste ad successionem illo excluso; quia per representationem intrat locum patris, Zeuallos, *tom* 3. *quæst.* 762 *nu.* 159. *vbi num.* 12. probat quod ius representationis a iure diuino procedit, & *quæst.* 779. *n.*46 Spin *in spec glos.*1. *n* 48. & alij congesti à Cornejo *in addit. ad nostrum Gometium, in d.l.*8 *Tauri, n* 18. Menoch *d. præs.* 95. *lib.*4 *n.*8. & *seq.* D. Joannes del Castillo, vbi supra Caue. *variar.* 1. *part.* c 5, *n.*7. & *seq.* & *n.* 5. & *seq.*

Et addit ipse Gomezius *in d.l.*8 *n* 12. & 14 quod si aliquis decedat abintestato, relictis filijs ex duobus fratribus iam defunctis tunc prædicti filij fratrum licet soli inter se concurrant, non succedent in stirpes, sed in capita, & hoc dicit practicandum in hoc Regno, *ex l* 5 *tit.*13 *partita* 6 licet contraria opinio quam ibi ipse latissimè exornat sit pura veritas, & circa hanc quæstionem videndi sunt Couarr *in epitome successionum n.*7 & 8. Molina *de primog. lib.*3. *cap.*7. *num.* 21. & 22 & Matienzo *in leg* 5 *titul* 8 *lib* 5 *glos.* 1. *num.* 19. Parlad. *lib* 2, *quotidian. cap* 15 quos refert Cornejo *in addition. ad dictam* leg. 8. *Tauri, ad numerum* 14. qui etiam addit, quod si quis decederet relicto patruo vel auunculo, & alterius patrui filijs, hoc est, *Primos hijos todos de hermanos*. Patruus præferri debet, *ex leg. auunculo*, Cod. *communia de successionibus*, pro quo etiam refert Parlador supra:

29 Licet autem regula sit, quod representatio in collateralibus non extendatur vltra fratrum filios vt iā supra dictū est, hoc tamen non habet locum in maioratibus, in eis enim representatio in infinitum, extenditur, vt tenet Azeuedus *in* l.5. *it* 7. *lib.*5. *Recop n* 2 & *l.*5 *tit.*8 eodem lib referens Matienc. Costam Couarr. & Molin. qui id optimè probant contra nostrum Gomec. *d l.*8. *Tauri*, & Gregor. & alios, & generaliter de representatione in maioratibus, præter Molin. *sup. cap* 6 & *seq* commendo Pichardum in dicta materia de successionibus quam ponit in principio instituta de hæreditatibus quæ ab intestato in § 3 *per totum*, vbi latè agit de materia leg 4o. *Tauri*, & *in* § 2 *n* 24. & vide etiam Morquech *de diuisione bonorum, lib* 1. *cap.*6, *n.* 52 & 62. & D. Larr. *decis* 51 *granatens.*

30 De successione transuersalium se remittit noster Gomec. *ad l.*7, & 8. *Tau.* & præter eum videri possunt, Cardinalis Tusch. *lit* S *concl.* 862. latissimè, & plures quos refert Matienz. *in l* 4. *tit* 8. *lib.*5 *Recopilat glos* 1. & *in lege* 1 *eodem titulo, glos.*2 *numer.*4 & idem Matien *in* l 5 *tit. eod. glos* 1. *n.*1. & *seqq.* Craff. *recept. tit. de successionib. ab intest.* Molin. *de iustitia to* 1, *disputatione* 164. Rojas, *in epitome successionum, cap* 32. Morquecho *de diuisione bonorum, lib.*4 c 7. Osuald. ad Donel. *lib.*9. *cap.*4 Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat. lib* 8 *tit.*13. vbi de fratribus vtrinque coniunctis præferendis, de quo etiam Parladorius *differentia* 92 & Andreas Fachineus, *controuer. iuris, lib.* 6. *c.*5. & *sequent.* vbi multa de successione fratrum Barbosa *in lege si post decem, ff. soluto matrimonio, numer.* 70. & 71. Garcia, *de nobilitate, glossa* 10. vbi de hac materia Didacus Gomez Bayo in *quæstione* 126. Angulo. *in leg.* 11 *glossa* 5. *tractatu de melioratiouibus*, vbi de fratribus, & sobrinis. Iterum Parlador.

tom.

em. 3. quæst. 8. & denatis ex coitu damnato an succedant collateralibus, & è contra Andreas Fachineus, supra, lib. 6. cap. 10, & Matienzo dicta leg 5 tit. 8. & latissimè de hac successione Pichard in dicta materia de successionibus quam ponit in principio, institutæ de hæreditatibus quæ ab intestato, Petrus Gregorius in syntagmat. lib. 45. cap. 11. & sequent latè vide supra, num. 21. versicul. Quartus effectus poterit esse, & Cancerium, variar. 1 part. cap. 5. ex num. 23. 38. & seq. & Merlinum, de legit. tit. 2. q. 13. lib 1.

ADDITIONES

AD CAPVT SECVNDVM DE SVCCESSIONE VNIVESALI EX TESTAMENTO.

SVMMARIVM:

1 Doctores qui materiã explicant remissiuè.
2 Testatoris voluntas valet licet collata in tempus, qno non est futurus dominus.
3 hæreditatis additione acquiritur dominium non possessio, & ibi limitatur:
4 Monacho hæreditas relicta an acquiratur monasterio sine additione.
5 In contractibus requiritur traditio ad acquisitionem dominij
6 Institutio omnium hominum de mundo an valeat.
7 Hæredes vocati collectiuo modo qualiter succedant cũ vocato per se vbi etiã limitatur
8 Hæredis institutio in qua parte testamenti sit ponenda
9 Dicta resolutio an procedat in testamento cæci.
10 Hæres institui potest signo indubitabili.
11 De institutione in priuata schedula facta.
12 De institutione facta nuta vel ad interrogationem alterius.
13 Nominis expressio si requiratur pro forma an sufficiat impleri per æquipollens.
14 Hæres an possit institui ex certo die, vel ad incertum diem.
15 Institutus vniuersaliter vsque ad certũ tempus, & alius postea, quomodo succedant.
16 Institutus vsq; ad certũ tempus et quod amplius non possit esse hæres, quomodo hoc procedat.
17 Hæres an possit institui ex die, vel tempe incerto.
18 Hæres institui potest sub conditione, & quomodo hoc procedat.
19 Hæres sub conditione an possit hæreditatem consequi pendente conditione.
20 Hæres purè institutus an possit partem alterius instituti sub conditione habere pendente conditione.
21 Hæres semel nõ potest desinere esse hæres.
22 Hæres in re certa instituto.
23 Hæredi in re certa an cætera bona veniant iure accrescendi.
24 Filius institutus in re certa, dato cohæredes vniuersali, an habeatur pro hærede.
25 Legitima titulo institutionis relinquenda.
26 Instituto in re certa si apponatur clausula quod plus petere non possit, quid?
27 Verb. Relinquo & alia obliqua quomodo accipiantur.
28 Quid de verbo Lego.
29 Specialitates duæ an possint concurrere.

CAPVT II.



E HAC materia ſucceſsionis vniuerſalis ex teſtamento agunt latiſsimè Menchaca de ſucceſsionum creatione, *lib.* 2. §. 20. *ex num.* 116 cum multis ſequentibus, & de ſucceſsionum progreſſu, *lib.* 1. §. 3. 4 & 5 Iulius Clarus, §. *teſtamentum, quaſi per totum* Craſſus, *receptarum ſententiarum* §. *inſtitutio*, Petrus Gregor. *in ſintag. iuris lib.* 41 *cap.* 1, *& ſeq.* & *lib.* 2. *cap.* 1. *& ſeq.* & *c.* 35 Spin. *in ſpec. teſtament. gloſ.* 18 *principali*, per totam Pichardus in titulo de hæredibus inſtituendis, inſtitutæ, Tuſchus, *lit.* H *concluſion.* 16. & multis ſequentibus, Conarrub. *in cap. Raynuntius de teſtamentis*, §. 1. & 2. Matienzo *in l.* 1, *tit.* 4, *lib.* 5. *Recopilat. per omnes gloſſas*, & ibi Azeued. Menochius *de præſumptionibus*, *lib.* 4. *præſumptione* 8, 17. *& ſequentibus, vſque ad* 26. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum*, *lib.* 4, *titulo* 1. *& ſequentibus*, Molina *de iuſtitia, tom.* 1, *diſputatione* 154. *& ſequent.* Aluarado *de coniectur. mente defunct. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. & alij plures ſelecti per D. Joannem del Caſtillo *lib.* 4 *cap.* 1. *num.* 3.

2 Ad num. 1. ibi: *Nam licet voluntas videatur collata in tempus, quo non eſt futurus dominus, & ſic poſt mortem, valet, & tenet diſpenſatiuè &c.*

Idipſum inſinuat communis definitio teſtamenti, quatenus in ea dicitur eſſe iuſtam ſententiam de eo quod quis poſt mortem ſuam fieri vult, & hoc eſt diſcrimen, inter teſtamentum & contractum, qui inter viuos celebratur, vt nondum expecta morte contrahentium effectum ſuum habeat, vt ait Conarrub. *in rubric. de teſtamentis*, 1. *part. num.* 5. verſi. *Subdit præterea*, Petrus Gregor. *in ſintag. lib.* 42. *cap.* 2. *n.* 10. Pich. *inſtitutæ de teſtamentis in rubrica*, *num.* 6. Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſa rubricæ*, 1 *parte num.* 17 *& ſequent.* Sarmiento *de redditibus Eccleſiaſt.* 4. *parte*, *cap.* 4. *n.* 8 & Queſada, *diuerſarum quæſtionum iuris cap.* 5 *num.* 2. verſic. *Quà ratione.* Matienzo *in l.* 1, *tit.* 4. *lib.* 5 *gloſ.* 10. *num.* 17. *&* 23, Fuſtar. *de ſubſtitution. quæſt.* 14. *num.* 7. iterum Petrus Gregor. *in ſintag. lib.* 14 *n.* 2.

Ibi: *Ex quo titulo ſequitur poſtea aditione ſine aliqua apprehenſione tranſit dominium, &c.*

Facta aditione per hæredem in ipſum tranſire dominium non poſſeſsionem notum eſt in iure, vt docet hic noſter Gomecius, & reliqui ſcribentes communiter, *in l. cum hæredes, ff. de acquirenda, vel admittenda poſſeſsione*, contra hanc autem reſolutionem videtur obſtare, *l.* 1. *tit.* 14 *part.* 6. vbi videtur requiri traditio vt in hæredem transferatur dominium, vt patet in illis verbis. *E tiene muy gran pro tal entrega al heredero por que gana luego el ſeñorio de ella*, cui difficultati tripliciter reſpondet ibi Greg. *gloſ.* 3. omnino videndus. Ampliatur dicta reſolutio, & deciſsio tex. *in dict. l. cum hæres*, etiam in ſuo hærede. quia in eum non tranſit poſſeſsio, ſine apprehenſione, vt contra gloſſam, *in leg. in ſuis. ff. de liberis, & poſthumis*, ſequuntur à Montaluo in repert. verb. *verb. Inteſtatus*, docent Bartol. *ibi num.* 5. Jaſo *nu.* 39. & 31. Sarmiento *num.* 11 Gregorius *in dict. l.* 1 *tit.* 14 *part.* 6. *gloſ.* 3 Suarez *lib.* 3. *fori, l.* 8. *ex nu.* 12. & ibi Valdeſius vbi etiam ampliat in fiſco, & Eccleſia hærede, Coraſius *lib.* 3. *miſcelan. cap.* 12. & 13 Gutierrez, § *ſui, num.* 66. *& ſequent.* iterum Suarez, *tit. de las herencias in principio, num.* 12 *& ſequent.* vbi Valdeſius alios refert Matienzo, *l.* 8. *tit.* 7 *gloſ.* 3. *num.* 1. Spino *in ſpeculo. gloſ.* 17. *num.* 10 Tuſchus *lit.* H. *concluſione* 19. Pichard. *in dict.* §. *ſui, ex n.* 46 & vide D. Larream. *deciſion. gran.* 55. *num.* 22 Noguer *allegat.* 25. *ex num.* 185. & Salgad. *de protectione*, 1. *p. cap.* 3. *n.* 109. vbi quod alia eſt poſſeſsio defuncti alia hæredis, & Peſtium *de manu tenenda obſerv.* 55. *ex n.* 25. vbi latè declarat & limitat ſepties.

3

Limita primò præterquã ſi defectus poſſi-

possidebat animo suo, & corpore alieno, vt puta per colonum, quia si colonus domino defuncto, cuius nomine possidebat, continuet possessionem nomine hæredis, rectè per hoc transfertur possessio in hæredem absque alio actu apprehensionis, quod ita voto, & sententia consilij Neapolitani decisum fuisse, affirmat Afflictis *decisione* 167 *numero* 5 vbi Cæsar Vrsillus in additionibus, *numero* 1. Gregorius Lopez *in leg* 1 *titul.* 14 *part.* 6 *glos.* 3. *vers. Item procedit*, & satis singulare & notandum dicit Gutierr. *in repetitione*, § *sui*, *num* 77. Tiraque. de constituto, 2 *part. ampliatione*, 12. *num. fin.* noster Gomecius, *in* l 45. *Tauri*, *num.* 67. & Postius *supra* 37.

Limita 2. in quasi possessione in corporalium hæc enim in successorem transit sine apprehensione, vt docet Baldus *in dict.* l. *in suis ff. de liberis*, *& posthumis* & cum eo Pichardus *in dict.* §. *in suis num* 46. Alias plures limitationes congerit Castillo *in dict.* l 45. *Tauri in principio* Villalobos *in suo ærario communium opin. lit.* P. *n* 173 Bernard. Diaz *in reg* 56, quæ per eos videri possunt, & per Joannem Gratia, *regul.* 222 vbi optimè, & Tusch. *lit* P. *concluf* 426 & Postium *sup. n.* 33. Et antequam hinc abeamus notandum est, quod verbum *naturaliter*, positum *in dict.* l. *cum hæredes*, intelligendum est, *id est realiter*, *& facto medianue*, vnde factum pro ipso iure naturali, aut proprius pro ipsius effectu accipitur vt admonuit Quatad. *diuers. quæst. iuris*, *cap* 2. *num.* 8. *in fine.*

4 Solet in controuersiam adduci an hæreditas relicta Monacho acquiratur monasterio, sine additione monachi in quo Couarrub. *in cap* 1. *num*, 21. *de testamentis*, & cum alijs Spino *in speculo testament glos* 12. *numer.* 17 affirmatiuam sententiam probant, & idem facit Zeuallos *quæst* 341 qui duas communes contrarijs opiniones adducit Molina *de iustit. tom.* 1. *disput* 140. vers. *Non solum bona*, *&c.* Emanuel Rodriguez *quæstionum regular. tom.* 2. *quæstion.* 77. *articul.* 1. Postius *de manutenend. obseruatione* 55 *num.* 113. & plures referens Thomas Sanchez *in summa.* 2. *part. vbi de religione. lib.* 7. *cap* 12. *ex num.* 35. Vbi etiam, *numer.* 40 cum multis resoluit integrum esse monasterio adire hæreditatem monacho delatam, quantumvis monachus ignoret, aut contradicat aut repudiet, atque ideo adiens tunc monasterium succedere secluso substituto, & alijs hæredibus. Et *num.* 41 asserit quod potest monastrium pœnis compellere monachum, vt adeat, ad vitandas lites quæ ex diuersitate opinionum oriri possunt, vide eumquia optimè loquitur & multa infert ex prædicta resolutione, & Zeuallos, *quæst.* 446. & Pichard. *in relect. tit. ff. de adquirend. hæred. cap.* 15. *n.* 50.

Ibi: *Ex quo infertur*, *&c.* 5

Quod in contractibus modo agatur de alienatione vnius rei, modo de vniuersali alienatione omnium bonorum non transferatur dominium sine traditione, vel apprehensione, vt hic resoluitur, latè prosequuntur relatè per Tiraquel, *in tractatu de constituto par* 1, *& quasi per totum*, & omnes Doctores, *in l traditionibus*, *Cod. de pactis*, Socinus *regula* 13. Cardinalis Tuschus *practicarum lit* D. *concluſion* 602 latissimè, Gracianus *disceptationum forens. tom* 2. *cap.* 310. *ex num.* 5. Castillo *in* l. 45. *Tauri*, verb. *Tomado la posseſsion* Fachinæus *controuersar. iuris*, *lib.* 8 *cap.* 37. vbi quid in Ecclesia, de quo etiam Joannes Gratianus *regula* 467. vbi latè ampliat, & limitat regulam quam constituit, nempè quod in Ecclesiam transferatur dominium sine traditione Barbosa *in leg si alienam*, *ff. soluto matrimonio*, *num.* 97. Gutierrez *in* §. *sui*, *numer* 68 Hermosilla *in leg.* 7. *titul* 4. *part* 5. *glos* 13 *numer.* 11 & alij plures quos refrt Augustinus Barbosa, *in collectan. in dict. leg.* tradi

tionibus, omninò videndus, & præcipuè Mosla in emporio, 1. *par tit 9 quæs.* 5. & noster Gometius *in leg. 40. Tauri, num. 16. & l. 45. num. 4 & leg. 50. num.* 27.

6 Ad numerum secundum vbi in effectu resoluit noster Gomecius quod institutio omnium hominum de mundo licet valeret mero iure in rigore, & substantia, tamen vitiatur, & infirmitur propter impossibilem additionem; cum eo transit Osualdus ad Donelum *lib. 6. cap. 20. notatis, lit.* A. & præter explicationem quam tradit Emanuel Suarez à Ribeira, hic in additione liter. B. vide Pichardum, *in* §. *Et vnum hominem, instituta de hæredi instituendis, num* 14.

7 Numer. 3. ibi: *In quo articulo resolutiuè dico. &c.*

Quod si testator instituat plures hæredes, vnum simpliciter, & de per se alios verò collectiuè, vt hic resolutur, quod ille vnus habebit dimidiam, alij verò omnes aliam dimidiam docent Alexander *in l. patet filium*, §: *fin. ff. ad l. falcidiam*, Soccinus *in l. verum in fine, ff de rebus dubijs*, Felinus *in cap. capitulum sanctæ Crucis, numer* 1. *de rescriptis*, Ioannes Crotus *in l. reconuenti ff. de legatis* 3. Clarus. § *testamentum quæst.* 80. *num.* 7 Mantica, *de coniect. vltimar. volunt. lib* 4. *titul.* 11. *vbi num.* 6, limitat si adijciatur æque, vel æquis partibus, tunc enim ex virilibus omnes scripti videntur, & numeris sequentibus alias limitationes adducit, & materiam explicat Mechius *de præsumptionibus, lib* 4 *præsumptio.* 18 *num.* 10. 11 & 15. iterum noster Gomecius *in l.* 8 *Tau, n.* 15. & 16. vbi docet non procedere dictam resolutionem si non instituantur collectiuè, sed propriis nominibus, Couarrub. *in cap. Raynuntius*, § 2. *num.* 1. & *seq.* Pichardus *in* §. *si plures instituti de hæredibus instituendis numer.* 2. & 5 *vbi numer* 6 ampliat principalem resolutionem nostri Gomerij etiam si instituti simul vocati, sint disparis gradus *ex leg. fin. Cod. de impuberum*, & alijs Augustinus Barbosa, *in tractatu de dictionibus vsu frequentibus, dictione* 397 *num* 9. & omnium latissimè Fusserius *de fideicommissis, quæstion.* 477. *ex num.* 13, vbi limitat.

Numer. 4. ibi. *primo limita, &c.*

Eandem limitationem probat Mantica, vt dictum est, *dict. tit.* 11. *num.* 6, Socinus *consil* 108. *lib* 3 *num* 1. Menochius *de præsumptionibus, dict. præsumpt.* 18. *num.* 17. Tiraquel. *de retractatu lignag.* §. 11. *glos.* 6 *num* 2. Stephanus Gratianus *disceptationum forens. cap.* 774 *num.* 51 Berosius *in cap. Raynuntius*, *num.* 9. & alij plures quos refert, & sequitur Cenedus, *singulari* 77. *num* 2. & Augustinus Barbosa *dictione* 14 & 15 Pichardus, § *si eadem res, instituta de legatis, n.* 36.

Ibi. *Secundò limita si in institutione sit positum aliquod verbum distributiuum &c.*

Adde Iasonem *in l. vltim. Cod. de impuberum, & alùs, num.* 9, Manticam *supra num. etiam* 9. Menochium *dict. præsumpt.* 18. *n.* 16. Cenedum *singulari* 27. *num.* 1. Augustinus Borbosa *diction.* 324. *num.* 5. Tuscus *lit.* D, *conclus.* 269. *num.* 15 & *seq.*

Ibi *Tertiò limita quando isti hæredes vocati erant nati, &c.*

Adde Iasonem *in l. qui filiabus*, §. *si quis ita, ff. de legatis* 1 *num.* 10. iterum nostrum Gomecium *in l.* 8. *Tauri, numer.* 15, verfic. *Quod tamen singulariter intellige*, Menochium, *dicta præsumptione* 18, *num.* 23 Ruynum *cons.* 97. *num.* 11, *lib.* 2. Cancerium *variar.* 3. *part. cap.* 20. *num.* 287.

ibi: *Quartò limita, &c.*

Adde Iasonem Curtium Iuniorem Decium, & communiter scribentes *in l. fin. Cod. de impuberum, & alijs subst.* Menoch. *dict. præsumpt.* 18. *n.* 19. & *seq.*

Ibi; *Quintò limita, &c.*

Quod instituto filio eiusque liberis non simul sed post mortem patris admittendi sunt filij, &c Docent contra alios Berosius, *in cap. Ruynuntius de testamentis, num* 68. Angelus Matheasius *lib.* 2. *de legatis, & fideicommissis, capit.* 13.

num.

num, 4 Mantica *de coniectur. lib*, 4. *tit*. 9. vbi latè probat, & de tacitis, & ambiguis conuent. *lib*, 13. *tit* 21. *num*. 6. Emanuel Suarez in thesaur. recept. verb. *hæredes plures*, Tuscus, *practi lit*, O. *conclus*, 199. *num*. 35 *& seq & lit* H. *conclus* 85, *num* 13. *& conclus* 802 *lit*. S. *num*. 34. *& seq*. vbi nostram quæstionem ponit in materia substitutionis & plures referens D. Ioannes del Castillo, *lib* 4. *controuers. cap*. 5 *num* 20. Burgos de Paz *consil* 29. *num*. 40. & fere infinitos referens Fusarius *in tract. de substitutione fideicommissaria quæstion* 476. vbi latè declarat per ampliationes, & limitationes Spino *in speculo glos* 17 *principali num* 43, Menochius *de succession. creatione*, § 20. *num* 118, *& sequenti*. Clarus *in* §. *testamentum quæst*. 80 *num* 3. Menoch *lib*. 4. *præsumpt*. 18 *num*. 15. *& præsumpt*. 70. *per totam*, latissimè explicans, amplians, & limitans, & vide Cancerium *variar*. 1. *part*. *c* 1 *ex num* 103. Aliqui tamen ex his suprà dictam resolutionem habere negant locum in alijs præter filium, & eius filios instituros, aliqui eam extendunt ad fratres, & eorum filios tantum. Alij verò apud Chinenum, *lib*. 4. *controuersiarum*, *cap*. 78. *& lib* 12. *cap* 41 & relati à Menochio, *dict. præsumpt* 70. & á Cujacio *in l. gallus*, §. *quidam rectè*, & Anton. Fabr *lib*. 9. *coniect cap*. 12. eam omnino negant, eos vide, & Stephan. Gratian. *disceptat forens cap*. 70. *num* 20 *& tom*. 3. *cap*. 585. *& cap* 419 *num* 19 & Augustinus Barbosa de dictionibus, *dict*. 110 *num* 23. & ante omnes Fusarium, dicto loco vbi dictam conclusionem solum admittit in descendentibus & nõ in alijs cum multis declarationibus, & ampliationibus. Et an per vulgarem substitutionem censeantur vocati liberi, apud citatos videri poterit, & apud Farinacium in octava parte, *decisione* 695, *&* 344. 2 *part*. & Tuscum *lit*. S. *conclusion* 801 *nu*. 10. & Latius, *conclus*. 802. ibidem Molina *de primog. lib* 1. *cap*, 5. *nu*. 26. Couarrub. *in cap. Raynutius*, §. 2 *num* 7. *& pract quæst cap*, 38 *nu* 4 apud quos vide potuit, & apud Fusarium supra *quæst*. 479.

Ibi. *Secundò facit text. in l, cum pater &c.*

Ad de Negasantium de pignoribus, 2. *part*. 4. *membro*, *num*. 110 Peralta *in l siquis in principio ff. legatis* 3 *num* 155. Gobeanum, *lib* 1. *lection. cap*. 8, *in fine*, quia primò nominatus, videtur magis dilectus vt latè exornat Fortunius, *in l. gallus*, § *quidam rectè*, *column* 12. *ff de liberis & posthum* Mieres *de maioratibus*, 1 *p. quæst*, 2 *num* 41. Caldas, *de nominat. emph. quæst* 10 *num* 38 Molin. *de primog lib*. 2. *cap*. 11 *num* 36. latè Menochius *lib*. 4. *præsumpt* 16 *n* 2 *& seq*.

Ibi *Item adde retento eodem proposito, &c.*

Idem tenet Emanuel Suarez receptarum verb. *Hæredes plures*, Tusch. *conclus* 199, *lit*. O. *num*. 54 *&* 84. Mantica *de coniectur. vltimar. lib*. 5. *tit* 9 *num*. 29. Clarus § *testamentum quæst* 80 *in fin*. Menochius, *lib*. 4 *præsumpt*. 70 *num* 9 *&* 10.

Ibi; *Sexiò, & finaliter limita, &c.*

De hac limitatione, & illationibus quas facit noster Gomecius, vide Boerium *quæst*. 185 *num* 16 Mantic. *dict tit*. 11. *lib*. 4, *n*. 10 *& seq*, & quasi per totum Menochiu. *dict præsumpt* 70. *lib* 4. *num*, 35 & per discursum, & Doctores citatos supra, in quinta limitatione qui latè materiam explicant.

Num. 5. ibi *Item quæro in qua parte testamenti ponatur hæredis institutio, &c.* 8

Et ibi tamen hodie sufficit quod ponatur in principio, vel in medio vel in fine, &c. Adeò testamenta debeant incipere ab hæredis institutione, secus in antiquis, vt quid quid scribebatur ante eam, pro nihilo habebatur, vt cõstat ex l. 1 hic allegata, *ff de hæredib instituendis*, & notat Mantica *de coniecturis, vltimar. volunt lib* 4 *tit*. 1. *num* 1 & Doctores infra referendi, hoc tamen postea emendatum est, vt ait noster Gomecius, ita vt sufficiat fieri heredis insti-

tu-

tutionem in quacumque parte testamenti, vt cum pluribus aduertit Pichard, in §. *ante hæredis*, *institut. de legatis*, imo absque ea testamentum valet nouissimo iure de quo *in l* 1 *tit.* 4. *lib* 5. *Rec.* vbi Matienz, *glos.* 10 *n.* 1. *et seq & glo* 14. late rē explicat, & ibi Azeued. *n.* 6. *& seq & iterum ex n* 167 vbi quid in testimonio in scriptis celebrato, & cum Menchaca idem affirmat, nempe non esse necessariam hæredis institutionē, Spino *in speculo testamentorum glos.* 17. *principali num* 13, *&* 14. *&* 62. *&* 63 *& ibi num* 1. ferè infinitos Doctores congerit materiam institutionis explicā tes vt facit Castillo *lib.* 4 *controuersiar. cap.* 1. *num.* 3 Pichard. *in rubrica*, *institut de hæredibus instituendis*, *num* 5 *& seq vsque ad numerum* 10 *&* § *ante hæredis* supra citato, Padilla *in l. eam quam Cod. de fideicommissis*, *ex num.* 69 vbi benè explicat dictam *l* 1. *tit* 4 *lib* 5. *Recopil.* Parladorius *lib.* 3. *quotidian. differentia* 18 *num* 27. *& sequent.* Et hoc adeo procedit, vt hodie relicta in codicillis non requirant confirmationem per additionem hæreditatis ex dicta *l.* 1. vt cum crebriori sententia tenet Zeuallos *quæst* 335. *com. vn. contrà com.*

9 Ibi: *Quod tamen limita, & intellige præter quam in testamento cæci, &c.*

Et ibi *Sed ego teneo contrarium &c.*

Eandem sententiam tenet ipse Gomecius *in l.* 3 *Tauri n.* 51. *&* 52. & ibi Tellus 4 *part. num* 23. *&* 1. *part. num.* 2 Menchaca *lib* 3 *illustrium cap.* 103. *ex nu.* 9. Spino, *in specul.* 7. *part glos. rubric num.* 3. vbi dicit iam esse correctum formam testamenti cæci *per dict. l.* 3 *Tauri*, Matienzo *in l* 2. *tit* 4 *lib* 5 *glos* 8. Azeuedus *ibid. num* 23. *& seq* Pichard. *in* § *cæcus autem*, *institut.*, quibus non est permissum facere testamentum, qui fere omnes addunt cæcum in scriptis testari non posse.

10 Nam secundo ibi: *An sufficiat declarare causam hæredis signo indubitabili, & teneo quod sic, &c.*

Eandem resolutionem exornat Mātica *de coniecturis, vltimar. volunt lib.* 4. *tit.* 7 *&* 8 *& melius, & latius, titul.* 3: vbi benè declarat materiam Castillo *in l* 31 *Tauri*, verb *Por su nombre*, Peralta *in prælect. rubricæ, ff de hæredibus instit. num.* 73. *& seq* Menoch. *de præsumptionibus lib* 4. *præsumpt.* 19. *&* 25. quasi per totam, Petrus Gregor. *in syntagmat. lib* 42. *cap* 9 *num.* 7. 9. 10 *& seq* Gutierr. *lib* 2 *practicarum quæst.* 41 *num* 3 Gomez Arias, & Ciruentes. & reliqui *in l* 31 *Tauri.* vide etiam Rodericum Suarez *allegation* 1. *&* 2 & ibi Vallesium, Cancerium, 3 *part. cap.* 7 *num.* 249 Matienzo *in l* 5. *titul.* 4. *lib* 5. *Recopil. glos.* 7. & ibi Azeued *num* 23 iterum Matienzo, *l* 1 *tit* 4 *glos* 16. *num* 4 Osuald. ad Donel. *lib* 6 *cap* 21 Pichar. *in* § *sed cum paulatim. institut. de testamentis ordinandis. num.* 40. ibi. *Ex qua parte vides &c. & in* § *nominatim de exheredatione liberorum*, *num* 3. *& seq* nam vt de exhæredatione loquens, ait, Theophilus *in dict* § *nominatim*, ex hæredatus nominatim videtur qui designatus sit ex studijs, arte, ætate, colore, &c. quod item rectè annotauit Seruius ad illud Virgilij *lib.* 4, Æneid.

Hoc illud germana fuit, &c.

Et an institutio hæredis solis coniecturis, & præsumptionibus inducatur, vide infra *cap* 5. *in additione ad numerum* 23. & latissime Castillo *lib.* 4 *controuer. cap.* 15 *ex num* 62.

Et ex prædicta resolutione infertur 11 primò valere institutionem factam in primata schedula, ad quam se retulit testator in suo testamento, si modo de fide illius primatæ scripturæ ad quam se retulit non dubitetur, vt tenent Castillo, *dict. l* 31. *Tauri*, verb. *Por su nombre*, Tellus Fernandez *in l.* 37. *Tauri*, *num* 2. Gutierr. *dict quæst.* 41 *lib.* 2 *num.* 4. *&* 5. Anton. Gubriel. *in suis communibus*, *tit. de testamentis*, *conclus* 11. Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri* 1 *part. concl. us* 2. *num.* 218, *& seqq. vbi etiam ex num.* 110 agit de comprobatione dictæ schedulæ, de quo etiam

Can-

Cancerius *variar.1.part.cap.3.ex num.5.* Matienzo,*l.1.tit.4 lib.5. Recopilat gloss. 16.num.13.* Pichard.*in §.sed enim paulatim instituta de testamentis ordinandis, num 42.* Molina,*de iustitia, to.1.disput.127. num. 4.* Castillo,*lib 4.controuers.cap.20 ex nu 29.* vbi etiam de comprobatione dictæ schedulæ.

Secundò infertur, quod licet institutionem mutuo facta, vel ad interrogationem alterius non valere affirmentDoctores,vt videri potest perscribentes *in l.hæredes palam, ff. de hæredibus instituendis,*& alios sæpe,& per Osualdum ad Donel *lib.6.cap.21 notatis liter.*B & C.& per Tuschum *lit.H conclusion. 88.& lit. T conclusion 133.* Molin *de iustitia,tom.1. disp,127.num.5.& 6* Mantic *de coniectur, vltimar voluntat.lib.4 tit.4 num 6 & sequent.* vbi limitat in testamento in scriptis,*in pia causa,*& inter liberos, si pater nomen scribat,& tradat notario, quo legente coram testibus, annuat, videe um ibi & etiam *in lib.2,tit.6 num 9 & seq.* vbi de institutione ad interrogationē alterius Stephan Gratia,*to.5. cap.843,n28.* Suar,*alleg.1.* & ibi Valdes *num.24.* Barbosam *in collectan.cap.cum tibi de testamentis num.4.* Scaeciam *de iudicijs lib 1.cap 86,sub num.7* Flores de Mena,*quæstion.1.num.56.& seqq* vbi *num.47.* agit quid si testator ad interrogationem alterius respondeat quod sic,& ait non valere nisi hoc fiat ad interrogationem notarij seu tabellionis,Cancerius,*variar.1 part.cap.4.nu.84.& 133.* Azeued *in l.1.tit.4.lib.5 Recopil nu 163.* Matienz. *ibidem gloss 16 num.2. & seq* Clar *§. testamentum, quæst.37.* Couarr. *cap.cum tibi de testamentis,nu.3.* nostrum Gomecium *in l.3 Tauri,num.110* Crass. *§.institutio quæst.17 num 2.* Aluarad. *de coniectur.ment defuncti,lib.3.cap 2.num 9 & § 1 num 2* & per totum Menochium *consil.45.num 43.lib 1.& lib 4 præsumpt.8.* Multi tamen iuncti casus, in quibus firmitatem habent prædictæ institutiones ad nutum, vel ad interrogationē alterius factæ, vt videri potest per supradictos,maximè per Menochium, Mantieam, Tuschū Matiēzum,& per D Ioannem del Castillo *lib. 4.controuer. cap 27 num.49.& seq & num 54.& seq.* vbi de institutione ad interrogationem alicuius facta quam multis casibus firmitatem habeat probat. & hoc non alia ratione, nisi quia sufficit, vt de persona hæredis constet quocumque indubitabili signo, vt noster Gomecius resoluit,*hoc numero 6 & ibi num.* 8. & quod dicta resolutio etiam hodie procedat de iure Regio.

12

Ad numerum 7 ibi: *Sed aduertendum* 13 *quod ista doctrina,& solutio Baldi aperte est falsa,&c.*

Et ibi: *Vnde vltra Doctores ego dico,&c.*

Resolutio nostri Gomecij hic, præter quam quod receptissima est, vt aduertit Emanuel Suarez in fine annotationibus huc loco, lit. F. addendum tanem illi est tanquam magis certum, quod ex professio nominis in institutione hæredis non requiritur pro forma, sed ob illum tantum finem vt constet quis hæres sit institutus, & gratia demonstrationis; vt optimè probat Pichard in repetitione *l.gallus, ff. de liberis,& posthumis in præludijs cap.3 ex nu. 20* addens insuper quod etsi pro forma requireretur ex professio nominis hæredis, adhuc sufficeret per æquipollens imleri ex doctrina Decij *in l.si inter Cod.de confirmationibus num 2* & Paul. Parisij *consil.9 num 15 lib.3* circa quod vide etiam Philippum Portium *in conclus. seuregal 20 versic. Sed ego,&c* Et multos referentes Matienzum *sup l.1 tit.4 gloss.16.num 7.* & Azeuedum *in l 5. tit.4. lib.5.ex num 20.*

13

ibi. *Et istud est notabile pro declaratione,* l.31.*Tauri,&c.*

Eandem sententiam cum nostro Gomecio tenent Castillo, Cifuentes, Gomez Arias & Tellus Fernandez *in eadem l.31* Matienzo,*l 5.tit 4 lib 5. Recopilat.gloss 7.* Azeued.*eodem loco, num. 20. & seq.*

seq. quilicet prius dubitet, & non rectè, postea tamen tenendam in practica affirmat, & Gutierrez, *lib.* 2 *q.* 41. *per totam*

14 Ad numerum 8. ibi. *An hæres possit instituí ex certo die, &c.*

Hæredem ex certo die vel tempore. vel vsque ad certum diem, &, tempus instituí non posse notum est in iure, imo quod die sublato de medio, remanet institutio pura ex iuribus adductis per nostrum Gometium, & per Mãticam *de coniecturis, vltimar. volunt. lib* 4 *tit.* 6 vbi cum Baldo resoluit, quod si vnus instituatur vsque ad quinquiẽnium & alius post quinquiẽnium secũda institutio trahitur ad fideicommissum, vt voluntas testatoris seruetur quod rectè in hoc casu potest seruari absque dicta prohibitione iuris, Osuald. ad Donel *lib* 6. *cap.* 18 vbi rectè, & breuiter, vt solet congerit rationes dictæ resolutionis ex Antonio Fabro, Cujacio & Connano Suarez *receptarum*, verbo. *Hæres ex tempore* Menochius *de adipiscenda, remed.* 4 *ex nu.* 149. vbi resoluit, quod hæredi ex certo die dabitur statim possessio ex *l. finali. Cod de lecto diui Adriani tollendo, & de præsumption. lib.* 4. *præs.* 141 *n.* 4 & 21. Fachin. *lib.* 4. *contr. cap* 17. Tuschus *conclus.* 84. *lit.* H. *num.* 44, *& sequentibus.* Rota apud Farinac. 2 *part. decisione* 84 vbi agitur de hærede instituto pro toto tempore vitæ suæ, & quod debeat restituere. *Post mortem per fideicommissum venienti ab intestato*, Richard. *in* § *hæres, & purè, instit. de hæredibus instituendis per totum* vbi rem optime explicat, *& num* 23. limicat dictã resolutionem in appositione certæ diei expressa secus si tacita & subintellecta, idem Cujacius *lib.* 3, *obseruati num cap.* 34. quem vide, & etiam Fusarium *de fideicommissis, q* 277 *num.* 44. *& seq. vsque ad num* 55. *& q.* 476 *num* 50. Zuallos *quæs.* 472. vbi de institutione spurij in tempus quo fuerit legitimatus.

15 Numero 9. ibi. Tertia est opinio quod primus hæres institutus, vsque ad certum tempus sit hæres, pleno iure, & vniuersaliter vsque ad illud tempus, & postea teneatur per fideicommissum restituere totam hæreditatem secundo, &c.

Eandem opinionem in terminis tenent Menochius *dicto remedio*, 4. *de adipiscenda, num.* 155. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 3. *& lib* 8. *tit.* 1 Gregorius Lopez *in l* 15. *tit.* 3 *par tit.* 6. verb. *Fo sta tal dia*, & reliqui citati num. antecedenti, & latè Fussarius *de fideicommissis quæs* 277 *ex num.* 44. vbi declarat.

Ad numerum 10. ibi. *Adde tamen* 16 *quod hoc casu, &c.*

Instituto hærede vsque ad certum tempus, & quod vlterius non possit esse hæres, quod hæc dispositio resoluatur in fideicommissum, vt docet noster Gomecius tenent Paulus Castrensis, *consil.* 241 *lib* 2. *& consil.* 276. cum quo transit Cardinalis Tuscus *dict. conclus.* 84 *lit.* H. *num* 49. *&* Gregorius Lopez *dict. l.* 15. *tit.* 3 *part* 6. *glos. Fasta tal dia, circa finem*, Mantica *de coniect. lib.* 4 *tit* 4. *num* 12. Menochius *de præsumpt. præsumpt.* 141. *lib.* 4 vbi latè per totam, & omnes citati duobus numeris antecedẽtibus, quia totum hoc ex eodem fonte procedit, Cancer 1. *part. cap.* 1. *num.* 209 vbi de hærede instituto *donec vixerit.*

Ad numerum 11 hæredem instituí 17
posse ex die, vel tempore in certo, *an & quando, vel quando*, eo modo, quo explicat noster Gomecius, tenent Paulus Castrensis, *cons.* 225 *in principio, lib.* 2 Cardinalis Tuscus *lit H conclus* 85. Osuald ad Donel. *lib*, 6. *cap* 18. *lit* A. Mantica *de coniect vltim. volunt. lib* 4 *tit.* 5 *articul.* 5 *num.* 2. vbi disputat illam, quæstionem, quando testator vxori legauit vsumfructum omnium bonorum, & post eius mortem, hæredem instituit hospitale, vel Ecclesiam, & concludit contra Bartolum quod statim Eccle-

sia

ſia admittatur ad hæreditatem, cum Eccleſia non poſsit deficere, & ſic talis inſtitutio non poteſt intelligi conditionalis, Pichardus *in § hæres, & pure, n.* 11. *& 19 inſtitut. de hæredibus inſtituendis* Caſtillo *lib. 4 controuerſ cap.* 56. *ex num.* 69 Vbi cum multis declarat quado dies incertus faciat conditionem, vide etiam, *l* 15 *tit.* 3. *part.* 6. & ibi Gregorium.

Ibi: *Secus tamen ſi eſſet inſtitutus ex die vel tempore mortis ipſius hæredis, &c.*

Quia tempus ſebauciturde medio, & remanet inſtitutio pura. idem tenet Suarez *in theſauro receptarum*, verb *Hæres ex tempore*, Pichardus *in dict. §. hæres, & pure, num.* 20. 21. *&* 24. vide tamen tex *in dict. l.* 15 *tit.* 3. *part.* 6 & ibi Gregorium, *vbi in gloſ.* verb *El dia que el meſmo muriere*, affirmat quod dicta l partitæ videtur ſequi opinionem Azonis relatam per gloſſam *in l. extraneum, Cod. de hæredibus inſtituendis.*

18 Ad numerum 12. ibi: *An hæres poſsit, &c.*

De inſtitutione hæredis ſub conditione facta agit hic noſter Gomecius, quæ materia eſt ampliſsima ferè infinitas continens quæſtiones & difficultates &de ea videri poterunt præter ſcribentes in locis ordinarijs, Mantica *vltimar. voluntat lib.* 10. *tit.* 5 vbi de definitione, & diuiſione conditionum, & quando intelligatur modus, quando conditio, & titulis ſequentibus eius libri, & per totum librum vndecimum, Gratianus *diſceptat tom.* 3. *cap.* 540. *num.* 34 Menoch *de præſumpt. lib* 4. *præſumpt.* 175. *& ſequentibus, vſque ad* 187. Cardinalis Tuſcus *lit. H. concluſ.* 83. *&* 84. *& lit. C. concluſ.* 578 & multis ſequentibus, Spino *in ſpecul. teſtament. gloſ* 14 *principali per totam. vbi, num* 3 fere infinitos Doctores congerit hanc materiam tractantes Pichardus *in § hæres, & pure, & in §. impoſsibilis, & §. ſi plures, inſtitut. de hæredibus inſtituendis*, & omnium latiſsimè Caſtillo *lib.* 4 *controu. cap.* 25 vbi de omni conditione, & quando pro impleta habeatur, & quando detur in conditione progreſſus de caſu ad caſum, vel poſſit impleri per æquipollens, & alia, idem Caſtillo *c.* 15 & Fuſſar *de fideicommiſ. quæſt.* 454 latiſsime, & de ſpurio inſtituto ſub conditione ſi fuerit legitimatus, Zeuallos *quæſt.* 472.

Eodem numero 12. ibi *Hæres extraneus poteſt inſtitui ſub qualibet conditione &c*

Adde quid autem erit in filio? vide *l.* 11. *tit.* 4. *p.* 6. & Molinam *de primogenijs lib* 2. *cap.* 1, *num.* 30. *& ſequentibus*, & quæ dicentur infra, *cap* 11 *nu.* 29. vbi eſt prius locus huius materiæ, *& cap.* 3. *n.* 17, *&* 18.

Ibi. *Imotalis hæres poteſt inſtitui ſub vna, & ſub pluribus conditionibus, &c.*

Adde tex. *in l hæc ſcriptura.* 26. *ff. de conditionibus, & demonſtrationibus, & l* 13. *tit* 4 *part.* 6. vbi Gregorius *gloſ.* 1. limitat quando plures conditiones etiam copulatiuè poſitæ tenderent ad vnum finem & qualibet etiam impleta verificaretur quod ex earum implemento prætendebat teſtator; quia tunc ſufficit, cuiuslibet earum implementum, vt conſuluit Alexander *conſil.* 100. *lib.* 4 vide etiam Surdum *deciſion* 228 *num* 4. Pichardum *in electa. ad titulum. ff de vulgari, & pupillari ſubſtitutione, cap* 19 *num.* 27. & latè Fuſſar. *de fideicommiſ. quæſt.* 454. *ex num.* 2.

Ibi: *vnum tamen eſt, &c.*

Quod hæres inſtitutus in aliqua parte purè, & in alia ſub cõditione, vt hic reſoluitur ſi adeat ex parte pura, ſtatim efficiatur hęres in toto, certum eſt, de quo, & de intellectu text. *in l. qui ex duabus ff de acquirenda hæreditate*, vbi contrariũ colligi videbatur, & quid cohære de vel ſubſtituto dato, agit latiſsimè Cardoſo *de iure accreſcendi, illatione* 25. *ex numr* 30.

Ibi: *Quod tamen intellige præter quam ſi in parte conditionali datus ſit ſubſtitutus vulgaris. &c*

Adde, quia expreſſa teſtatoris voluntas

tis præualere debet, vt ait Duarenus, *lib 2 de iure accrescendi, c. 16.* Mench. *lib. 2: de successionum progressu in præfatione.*

19 Ad numerum 13. & 14. cum nostro Gomecio hic quod scilicet pendente conditione hæres possit agnoscere possessionem secundum Tabulas, de iure prætorio, transit Emanuel Suarez *in thesauro receptar.* verb. *Heredi cuicumque &c.* Donellus *lib 7. cap. 14* & eius enucleator Oswaldus *lit. L.* & agens de remedio possessorio *ex l. final. de edicto divi Adriani*, idem concludit Menochius *de adipiscenda, remed. 4. num. 310.* Gregorius Lopez *in l. 2. tit. 14. part 6 glos. El heredero. versic. Quid autem si sub conditione* Crassus *in § bonorum possessio, quæst 5. num 7.* & optimè Stephanus Gratianus *discept. forens. tom 3. cap. 540. ex num 27.* & vide etiam Salgadum *in labirinth. 1 part. cap. 2. § vnico n. 7* vbi quod pêdente conditione non adit.

20 Ad numerum 15. ibi. *Sed ista opinio, & declaratio Bartoli est falsa, &c.*

Datis duobus hæredibus, vno purè, & altero sub conditione, purè institutum interim totam hæreditatem tanquam hæredem habere, vt noster docet Gomecius. Probat Cardinalis Tuschus, *lit. H. concluf 84. num. 52.* vbi transit cum glossa, *in l 2. ff si pars hæreditatis petatur*, quæ distinguit & vide Rotam apud Farinacium, *2 part. decis. 75. num 11.* vbi sequitur Gomecium. Hodie tamen in hoc regno debemus sequi dispositionem *l 12. tit. 4 part 6* quam vide.

21 Ibi *confirmatur etiam quia regula, quæ habet, &c.*

Quod semel hæres non potest desinere esse hæres, vide latissimè de hoc Cardinal Tuschum *lit. H. concluf 46.* vbi declarat, ampliat, & limitat Zevallos, *quæst. 765. num 2. tom 3.* Rota apud Farinacium *dict. 2. part. decis 84. num 4.* & *in dict. decis 75, num. 11.* vbi dicitur quod ex causa de præterito, semel hæres potest desinere esse talis Richardus *in §. restituta, instituta de fideicommissariis hæreditatibus, num. 45* & 42 vbi benè explicat, & *in § hæres & purè, de hæredibus instituendis, num. 15.* Salgado, *in labirinth. 3. part. cap. 13. num, 10.*

Ad numerum 16. ibi. *Si hæres instituatur in re certa &c.* 22

Hæres in re certa nullo cohærede dato, habetur pro hærede vniversali, si autem habeat cohæredē generaliter vel simpliciter institutum talis institutus in re certa habetur pro legatario itare soluit hic noster Gomecius. & probant latissimè materiam explicantes, Tiraquel. *in tract. lemort. 2. part. declaratio 4.* Menoch. *lib. 4 præs 20. ex n. 2. et præs 141 num 3* & 13. & *per totam*, vbi latè disputat quid cõsequatur vxor vsufructu ei relicto per maritum alio hærede non instituto, & latius D. Joann del Castillo *in tractatu de vsufructu. cap. 8.* idem Menochius *de adipiscenda, remed. 4 num. 116.* & *seq* vbi latè agit an remedium, *l. final. Cod. de edicto divi Adriani*, tollendo habeat locum in hærede institutu in re certa, de quo etiam vide infra, *cap. 10. n. 15.* Mantica *de coniect. vltimar. v. l. lib. 4. tit. 5 articul. 7. num 2* & *seq.* Cardinalis Tuschus *lit. H. concluf 89.* & *lit. I. concluf. 228.* Duarenus *in titul. de hæredibus instituendis, cap. 3.* Couarrub *in cap. Raynuncius §. 1 num 9.* & 10. Fachineus *lib 4. controuers. cap. 15* & *sequent.* Tiraquel. *de primog. quæst. 24* Gregorius Lopez *in l 14. tit. 3. part. 6.* vbi optimè declarat, Cardoso *de iure accrescendi, illat. 25 ex num. 40.* Padilla *in l. eam quam Cod. de fideicommiss num 94.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, c. 4 lib. 1. num 5.* Gratianus *in regula 281.* latissimè Rota apud Farinacium *2 part. decis. 162* Suarez *in l. quoniam imprioribus in declaratione legis Regni, quæst. 7. num. 2* & *seq* Cancerius *variar 1. part. cap. 1 ex num: 7* vbi etiam de substitutione in re certa. & *3 part. cap. 20 numre. 369* vbi de instituto in vsufructu, Richard. *in §. hæreditas 8. instituta de hæredibus instituendis num. 10.* & *seq* Zevallos *quæst, 214. nu. 2.* & *seq* & *quæst, 758* Molina *de instit.*

tom.

tom.1.disputat 155 vbi etiam agit de verbis directis & obliquis. & an habeat locum ius accrescendi in hoc casu & quid in testamento militis, & ibi, *numer.* 25. asserit quod quando hæres incapax est totius hæreditatis, licet testatori instituere illum in bonis quorum est capax, & in reliquis decedere intestatus, ex text. *in leg.* 1. *Codic. de secundis nuptis*, Castillo *lib.* 3 *controuersiarum, capit* 17. Fussarius, *de substitutionibus, quæstione* 261. *numer.* 1. *& quæstione* 341. *numer.* 2. *&* 12 *& quasi per totam.* Salgado *in Labirintho*, 1. *part. ca.* 2. §. *vnico*, apud quos omnes quæstiones in hac materia videri poterunt, & vide infra *c.*10 *ex n.* 11. vbi an hoc contrigatur *ex l.*1. *tit.* 4, *lib.*5. *Recop.*

23 Adeo autem supra dicta resolutio procedit vt cætera bona non iure accrescendi, vt putarunt Donelus *libr.*7 *capit.*12, *in principio* & Menochius *dicto remedio* 4 loco allegato, sed ex vi ipsius institutionis extensæ veniant ad hæredem in re certa institutum, vt rectè adnotauit noster Gomecius infra *cap.*10 *num* 9. Crassus *recepar. sentet.* § *institutio quæstion.*22, Couarrub. *cap. Raynuncius dicto* § 1. *num* 9. Mascardus *de probationibus conclus* 929, *n.*15 & alij plures ex supra relatis, & primè Pichard. *in* §. *hæreditas, instituta de hæredibus instituendis.*

24 Supra dicta resolutio solet limitari in filio instituto in re certa dato cohærede vniuersali, hic enim filius licet in re certa, etiam aliena, institutus non pro legatario, sed pro hærede reputandus est, ne corruat testamentum patris, ob præteritionem filij, vt ex doctrina Benedicti, *in capit.* Raynuntius, verbo: *In eodem testamento, el primero, numer.* 225. Baldo, & alijs resoluit Rota apud Faricium, 1. *parte, decisione* 337. Menochius *lib.*4 *præsumptione* 20 *ex numer.*5. Quæ limitatio etiam hodie potest procedere non obstante, *leg* 1. *titulo* 4. *lib* 5. *Recopilationis*, ex qua solum probatur, quod si pater in suo testamento filium prætereat, non instituendo alium hæredem, testamentum valebit, nec competet ius dicendi nullum, & filius ipse censebitur vocatus, & institutus, si verò filium prætereat; & alium extraneum hæredem instituat, testamentum erit nullum. & hoc casu procedet supradicta limitatio, vt filius censeatur hæres, & non legatarius, & agat ad supplementum Aduertendum tamen est, quod hoc vltimo casu locum habebit dispositio textus, *in authen ex causa Cod. de liberis præteritis*, & ex hæredatis, prout dicta explicatio, probatur á Matienzo *in dicta* l. 1. *tit.* 4 *lib.* 5. *Recopilation. glos* 10. *num.* 49 & à Pichard. *in* §. *igitur quartam, instituta de inofficioso testamento, & alijs* Quam vis contradicat Joann. Valdesius in additionibus ad Suares *in l. quoniam in prioribus ampliat.* 1. *num* 8.

25 Ad supra dictam resolutionem etiam pertinet, quod si ius institutus in re certa, non legatarius, sed hæres sit censendus cum legitima titulo institutionis debeat relinqui, & non legati. vt probant Clarus §. *testamentum, quæstione* 38 Menchaca *de successionum creatione*, §.21 *ex numer.* 68. Spino *in speculo testamentorum: glossa* 17. *principali ex numer.* 15. Molina *de primogenijs*, *lib.* 2. *cap.*15. *num.* 14. *& sequentibus*, vbi asse it hoc etiam procedere nec innouatum esse *per leg.* 1 *titul.* 4. *lib.*5. *Recopilationis*, Andreas Fachineus *lib.*12. *controuersiar. cap.* 4. *& lib.* 4. *cap.* 30. vbi idem affirmat in legitima parentum (de quo Valdesius ad Suarez *in* l. *quoniam ampliatione* 16) Matienzo latissimè *in* l. 1. *dicto tit.*4. *libr.*5 *glossa* 10. *ex num.*50. vbi quid de iure pontificeo, & septem partitarum *& nu.* 62. probat quod etiam si testator dicat, quod *relinquit*, filio legitimam, dummodo non dicat in re certa, intelligitur per

modum institutionis, & ibi *ex num. 61* ponit duas limitationes quibus ait comprehendi omnes fere casus qui in hoc regno contingere possunt, vt in eis sufficiat legitimam relinquere quocunque titulo Zeuallos, *quæstione 23, & 507. & 761. & 776. & quæstione 713 numer. 5* & plures referens Castillo *lib. 4. controuersiarum, cap 20. numer. 23.* vbi ait quod potest duobus testibus probari quod relictum filio simpliciter, fuerit relictum titulo institutionis, ex quibus dicendum est quod si filius instituatur in re certa etiam dato cohærede vniuersali, filius non intelligitur legatarius, sed hæres instituendus. Et etiam quod si pater vtatur verbo: *Relinquo*, dum modo illum non applicet rei certæ, intelligitur per modum institutionis. Et circa prædictam quæstionem principalem, an legitima titulo institutionis sit relinquenda, vide etiam præter supra allegatos Petrum Gregorium in *syntagmate, libr. 44. capit. 2 ex numer. 8.* Parladorium *differentia 148 ex num. 24* & Cardinalem Tuschum, *liter. L. conclusione 198.* & Ioannem Gratianum *regula 199. numer. 14.* & Cancerium *variarum 1. parte, cap 3. numer 14.* & Pichardum *in lege gallus in præludijs, cap. 2 num. 74. & in rubrica, instituta de vulgari & pupillari substitutione num. 54. & in § igitur quartam instituta de inofficioso ex n. 19* & Merlin. *de legit. lib. 5. tit. 2 per totum*, vbi omnes difficultates resoluit.

Ad effectum autem vt quis dicatur habere cohæredem vniuersalem sufficit adesse spem quod quis ex testamento hæreditatem adire quandoque poterit, vt cum Alexandro, & alijs resoluit Rota apud Farinacium dicta decisione 162. 2. *par. rec. n. 44.*

Quid erit autem si instituto in re certa apponatur clausula quod plus petere non valeat? Vide apud relatos, & maximè Benedictum in *capit. Raynuntius, 1 parte, numer. 272,* Clarum *in §. testamentum quæstione 74.* Manticam *lib. 4 titul. 12. num. 7.* & latius Andream Fachineum *lib. 4. controu. cap 15.* Burgos de Paz *l. 3 Tauri, num. 863.* Matienzo *in dict l 1 tit. 4 lib 5 glos. 10. num. 48.* Molina *de iust. tom 1, disputatione, 155, ex n 16* vbi varias opiniones refert & quid in foro conscientiæ dicendum mihi sanè probabilior videtur opinio asserens, quod nō obstāte prohibitione testatoris talis hæres omnia bona consequetur. Vt optimè probat Pichardus supra, *& in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hæreditate, cap. 30. numer 30.* De tota hac materia hęredis instituti in re certa, videnda sunt quæ noster Gomecius docet infra, *cap 10. nnmer. 8. & sequentibus*, vbi etiam alia adijcimus.

62

Ibi: *Quod singulariter intellige, &c.* 27

Eandem limitationem nempè hæredem institutum in re certa ita esse loco hæredis vniuersalis, si per verbum directum sit relictus, secus si verbo obliquo: *Relinquo, Lego, &c.* tenent multi Doctores, vt videri potest, per Suarez *in leg. quoniam in prioribus, quæstione 7. in declaratione legis Regni, numer. 2.* vbi eius additionator Ioannes Valdesius concludit quod verbum. *Relinquo*, adiectum hæreditati significat institutionem, adiectum verò rei particulari significat prælegatum, ad hoc multos referens, & Menochius, *consilio 344. numer, 15. & de præsumptionibus, præsumptione 141. num 14 lib 4.* Valdesus *consultatione 165 numer. 4* Clarus, § *testamentum, quæstione 38. num 10.* Tuschus *litera D. conclusione 362.* Gregorius *in leg 6. titul. 3 partita 6 glossa 9.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib 2 cap. 3. §. 1. numer. 5 & 6.* Spino *in speculo testament. glossa 17 principali numer 37. & 38.* qui contra Abbatem amplius, etiam si verbum, *Relinquo*, referatur ad filium,

filium, quod sic dacent Costa, Couarrub. Benedictus & Suarez ab eo relati. Marienzo *in l. 1. dict. tit. 4. lib. 5. glos. 10. nu. 62.* vide etiam Augustinum Barbosam, *in tract. de diction.* verb. *Reliquo. & in tract. de clausulis clausula 95 num 33* vbi quod importat institutionem si adijcitur clausula *meliori modo*, &c. Et vide etiam Merlinum *de legitima lib 5. titul. 2. quæs. 2. num 7.*

28 Solet præterea controuerti an verbum *Lego* adiectum vniuersitati bonorum inducat institutionem? in qua quæstione aliqui tenuerũt induci institutionem, prout tuat Guillelmus Benedictus *in cap Raynutius*, verb. *Reliquit, num. 3.* Gregorius Lopez *in l. 14 tit 3. part 6* verb. *Todos sus bienes*, Zeuallos *quæs. 214 num 3.* qui latè disputat Vsſarius *de just. titul de compend. quæs. 247.* alij verò contrariam sententiam probarunt, vt sunt Couarrub. *in dict. cap Raynutius, §. 1 num 5* & cum & alios referens Spino *in specul. dict. §. 17. num 39. & 40* vbi respondet ad textum, *in cap. Raynaldus de testament.* Marienzo *in l. 1. dict. titul 4 lib. 5 glos. 14 num. 85. & 6.* Azeued *ibidem num. 17.* Et quod hoc verbum ad iectum hæreditati importet fideicommissum vniuersale, siue alius sit hæres institutus siue non, cum sit verbum obliquum tenet Crassus *de succession. § institutio, quæs 15 num 2 & sequentibus*, & Spino vbi supra, & alij per eum relati.

Quid autem si testator vsus est verbo obliquo, vel communi iuncto verbo directo, vt si dixit. *Ius institutionis relinquo vellegocentum.* Vide Menochium *de præsumptionibus, præsumptione 20 num. 6. lib. 4.*

Quando autem per verbum *Relinquo*, vel aliud obliquum relinquitur certares, venientes ab intestato habebunt reliqua bona, *ex leg 1 titul 4. lib 5 Recop.* tion supra allegata, non dato alio hærede vniuersali intestamento, Cancerius *variarum 3. part. cap. 20. num 28.*

ibi *Huius ratio potest esse, &c.* 29

Elegans & pulchra est additio Soarez hic *lit. rr.* & præter allegatos ab eo circa concursum possibilem in iure duarum vel plurium specialitatũ, vide Barbosam *in l 1. ff soluto matrimonio, 3. part num. 47* qui alios congerit, & agit de intellectu. 1 *Cod de promissione dotis*, Pichardum *in § illis autem temporibus instituta de militari testam num. 11.* vbi multis iuribus comprobat, *& in § scripti. instituta de inutilibus stipulationibus, numer. 21* vbi *ex numer. 14.* agit de intellectu dictæ legis 1. *codice de promissione dotis.* Et quod in omnium opinione plures specialitates admittantur quando procedunt à diuersis fontibus, ipse Barbosa ant. a dixerat, *2. parte, dicta leg. 1 ff soluto matrimonio, num. 2.* vel quando vnum prouenit in consequentiam alterius, docet ibidem dicta 3. *parte. num 46 & in leg si alienam ibidem numer. 89 & 94.* Tuschus *lit. . conclusion. 360.* & nouissimè Augustinus Barbosa *in tractatu de axiomatibus, axiomate 211.* negari tamen non potest communem esse opinionem quam noster Comecius asserit hic, vt videri potest per dominum Ioannem del Castillo *in tractat. de vsufruct, cap. 40, num. 36. & uterr de iuramento confirmatorio cap. 64. numer. 12 & seq.* vbi latissimè agit de intellectu dictæ leg 1. & Andreas Fachineus *controuer. iuris, cap. 75.*

CAPVT TERTIVM

DE SVBSTITVTIONE VVLGARI.

SVMMARIVM:

1 *Commendatio materiæ, & qui Doctores eam tractent.*
2 *Substitutionum species quæ.*
3 *Definitio substitutionis.*
4 *Quare sic appelletur.*
5 *Substituto an detur remedium, l. finali Cod de edicto diui Adriani tollendo.*
6 *Substitutio vulgaris dicitur facta in primũ casum, aliæ verò in secundum.*
7 *Substitutio vulgaris an possit fieri hæredi legitimo ab intestato*
8 *Virum in dubio, substitutio præsumatur vulgaris, & de cõditione, si sine liberis decesserit.*
9 *Vulgaris an sit hæc substitutio* instituo Titium hæredem, & si noluerit esse hæres restituat hæreditatem Seio.
10 *Substitutio directa facta in codicillis obliquatur.*
11 *Vulgaris an sit hæc substitutio* Instituo Titium, & si non fuerit hæres substituo sibi Seium.
Substitutus vulgariter, & per fideicommissum potest eligere ex qua substitutione succedat.
12 *Substitutus vulgaris, & fideicommissarius si concurrant quis præferatur.*
13 *Quæ substitutio intelligatur per hæc verba:* Instituo Titium, & mihi, & sibi substituo Caium
14 *Quotuplex sit substitutio vulgaris.*
15 *Casus voluntatis comprehendit casum impotentiæ.*
Explicatio tex. in l. pater Severinam.
Explicatio tex. in l. si ita quis, ff de vulgari.
16 *Substitutio pupillaris coarctata an comprehendat vulgarem,*
17 *Pupillari extincta quia pupillus præmoriatur patri, an expiret vulgaris tacita.*
17 *Vulgaris comprehensa in breuiloqua, vel compendiosa est expressa.*
18 *Vulgaris tacita comprehenditur, sub expressa pupillari*
19 *Substitutio vulgaris quos effectus habeat, & an in ea comprehendatur prælegatum.*
20 *Instituto de linquente non fiscus, sed substitutus succedit.*
21 *Substitutus admittitur minore repudiante, & filio abstinente.*
22 *Substitutio conualescit hærede restituto aduersus additionem hæreditatis.*
23 *Substitutus succedit post annum ad deliberandum datum.*
24 *Substitutus an admittatur filio familias nolente adire.*
Quid si seruus institutus nolit adire.
Quid in Monacho instituto.
Quid filio familias repudiante.
Quid filio mortuo ante aditionem.
25 *Vulgaris substitutio an tollat suitatem.*
26 *Limitationes contrariæ sententiæ si esset vera,*
27 *Substitutio vulgaris an fieri possit in legitima.*
Omne grauamen de ea tollitur
28 *Grauamen aliquod an valeat in bonis*

Vltra legitimam, & de intellectu:
L 11. tit. 4. part. 6.

29 *Suus an possit esse filius pro parte, & pro parte extraneus.*

30 *Suus hæres an præscribat.*
Monachus per professionem an liberetur à patria potestate.

31 *Emancipari an possit filius ad vnicum tantum actum.*

32 *Substitutio vulgaris seu pupillaris an possit fieri in melioratione tertij, & an in legatis, & donatione causa mortis.*

33 *An positus in conditione, vel substitutione censeatur institutus.*

34 *Substitutio vulgaris facta in testamento nullo an substineatur ex textu in authent: ex causa, & quid in pupillari.*
Quid in exemplari, & fidecommissaria, & in melioratione.

35 *Transmissionis ius an sit potentius substitutione.*

36 *Ius accrescendi an sit potentius iure substitutionis.*

37 *Quid in persona valde dilecta testatori.*

38 *Intellectus l. finalis, Cod. de institutionibus & substitut.*
Vulgaris facta in vno casu continet pupillarem.

39 *Substitutionis vulgaris ius an transeat ad hæredes.*

40 *Substitutio vulgaris tacita, contenta in pupillari an expiret pubertate*

41 *An in substitutione pupillari inualida contineatur vulgaris.*

42 *Intellectus l. si mater. ff. de vulgari*
Actus nullus demonstrat voluntatem defuncti

43 *Vulgaris expirat per additionem primi hæredis*

44 *Substitutus an possit eligere ex qua substitutione velit succedere.*

45 *Substitutus pluribus an quolibet repudiante succedat.*

46 *Substitutus post tempus vel conditionem si hæres institutus est incapax, tunc illo medio tempore venientes ab intestato fruuntur hæreditate.*

47 *Grauamen iniunctum instituto an ad substituros possit extendi, & quid de conditione.*

1. NVMER. 1. ibi. *Sequitur videre de substitutione, &c.*

De commendatione huius materiæ præterea quæ congerit eleganter Emanuel Suarez hic, exornat eâ Paulus Leonius *in suo celebri tractatu de substitutionibus in præludijs num* 1 Menchica *de successionum progressu in præfatione, & in* §. 1. *cum seq. vsque ad* §. 19 *& lib* 3. §. 23. *& 21. 25. & 26.* Comman *comment iur. lib. 10 cap.* 8 Donel. *cap. 23. lib 6 vsque ad finem illius libri* Petrus Gregor. *in syntag. nat. lib. 42, cap. 10 & sequentibus vsque ad* 31. Castillo *in l. 31. Tauri,* Fachineus *lib. 4 controuersiarum ex cap. 63 vsque ad 84* Tuscuhus, *lit. S. conclus. 773 & seq* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib* 5. latè Menochius *de adipiscenda, remedio* 4. *ex numer. 206.* Barbosa *in collectanea, capit. Raynuncius de testament. num.* 3. Spino *in speculo testamentorum, glossa, 19 & sequen:* latissimè Cancerius *in suis variis lib* 1. *cap.* 1. *qui omnes,* & alij plures congesti per Ioannem del Castillo *lib* 4. *controuersiar. cap* 1. *num.* 5. nec non Vincentius Fuffarius in copioso tractatu *de substitutionibus*, materiam latè pertractant & Pichardus *in relectione ad titulum, ff. de vulgari, & pupillari.*

Ibi. *In iure nostro reperiuntur sex principales substitutiones, &c.*

Quidquid noster Gomecius in præsenti sex species substitutionum doceat, quas suo ordine ponit, leg. 1. titul 5. *part.* 6 nihilominus reputant aliqui eas quinque tantum modo proprie esse, vulgarem scilicet pupillarem, exemplarem, compendiosam, & breuiloquam, de quibus per Matienzum *in leg.* 1 titul 4 *glossa* 17. *num* 1 *lib.* 5. *Recopilat.* Spino *in speculo testament. glossa* 21

principali, *num.* 18. Petrum Gregorium *in syntagm. iuris 3, part. lib. 42. capit.* 11. vbi omnes diuisiones adducit Fussariũ *in tractatu de substit. part.* 1. *quæst.* 2 *qui num* 3 ibidem facit aliam diuisionem, quæ generalis videtur, & quasi præambula ad ante dictam nempè, vt substitutio diuidatur in directam, quę comprehendit dicta quinque membra, & obliquã quæ appellatur fideicommissaria, quã non esse propriè substitutionem multi probarunt, & hoc magis obtinuit, vt videre est per Paulum Leonium, *tractatu de substitutionibus in præludijs, ex num.* 85. Osualdum ad Donel. *lib 6. cap.* 23. *lit.* H. Tuschum *lit.* S. *concl.* 786 *num.* 5. Alexand. *consil* 30. *num.* 8 *lib.* 3. Pichardum *instit. hoc titulo in rubric numer* 72 Petrum Gregor *lib.* 42 *cap.* 28 *num* 2. & plures referẽtem, Fussarium *de fideicommissaria substitutione, quæst.* 273. *num.* 1.

Alij verè tantum modo duas substitutiones agnoscunt vulgarem scilicet & pupillarem, & ad eas reduci dictas quinque vel exemplo, & similitudine, vt exemplaris, vel effectu, & resolutione, vt breuiloqua, & compendiosa, vt cum Jasone, & Ripa docet Pichardus *in rubric. instit. hoc titulo, num.* 70, *& seq &* in relectione ad eundem titulum *in ff. cap* 3. *num.* 2. Petrus Gregor *in syntag. lib.* 42. *cap.* 11. *num* 10.

3 Ibi. *Vulgaris substitutio dicitur secunda directa institutio, &c:*

Laudant nostri Gomecij diffinitionem in præsenti Couarr. *in cap. Raynuntius. §.* 4. *in principio*, Spino *in speculo, glos.* 22 *principali, num* 1. Osualdus ad Donel *lib* 6. *cap* 23. *notatis lit* B Tuschus *concl. suæ* 773. *lit.* S. *num* 1. Molina *de iustit. tom.* 1. *disput.* 182. Gregor. *l.* 23 *glos* 1. *tit.* 6. *part.* 6 & comprobatur *ex l.* 1. *tit* 5. *part.* 6 Et eandem diffinitionem latissimè prosequitur Pichardus *in rubric. instit. hoc titulo. ex num* 28 licet ipse tradat aliam exactiorem, *ex nn.* 9 ibidem, & iterum *in dicta relect. one ad titulum. ff de vulgari, &c.* 2. *num.* 6. & quasi per totum, nempe *vt substitutio sit institutio hæredis secundo, vel ulteriori gradu facta*, Fussarius *de substit. quæst* 18 vide Canceriu *n* 1 *part. cap.* 1 *num* 1. ex quo sequitur quod cum per eam succedatur ipsi testatori, non priuabitur ea substitutus licet nõ petat tutorem pupillo Gutierr. *de tutelis, 1 part. cap.* 16. *num* 126.

Appellatur autem vulgaris quia cõmunis, & in vsu omnium est, vnde à quolibet, & cuilibet fieri potest, vt ex Brisonio *lib.* 19. *de verborum significatione*, docet Pichardus *in dict. relection. cap.* 5. *num* 2 *& quasi per totum, & iterum in principio instituta hoc titulo, num.* 8. Donellus *commentariot iuris lib* 6. *cap.* 24. & ibi Osualdus *notatis, lit.* C. Petrus Gregorius *in syntagm. lib.* 42 *cap* 12 *num.* 1. Duarenus *ad hunc titul cap* 4 Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit* 5. *part.* 6. Menochius *de arbitrar. casu* 71 vbi plura. 4

Ita autem substitutio est secunda institutio, vt sicut instituto datur remedium *leg finalis, Cod. de ed. Clo diui Adriani*, ita etiam datur substituto, vt probant Menochius *de adipis remed* 4. *num.* 206. Azeuedus *l.* 3 *titul.* 13 *lib* 4. *Recopilat. num.* 15. Et sicut institutio non fit in codicillis, ita nec vulgaris substitutio, vt probat Fussarius 1 *part quæst.* 19. Petrus Gregor. *lib.* 42 *cap.* 11 *num* 2. & sicut per institutionem dicitur succedi testatori ita per substitutionem vulgarem, idem Fussarius supra *quæst.* 22. Et testamentum potest sumere vires à substitutione sicut ab institutione secundum ius commune, idem Fussarius *quæst.* 23. qui plures refert, & Gregorius *l.* 11. *tit.* 4. *parte* 6 & Pichard *in dict. relect. ad hunc titulum cap* 18 *cum alijs*, Spino *in speculo, glos.* 22. *num.* 5. Carleual *de iudicijs, tom.* 2. *tit.* 3. *di quæstione* 5. *num.* 14. 5

Ibi. *Talis substitutio dicitur simplex, &c:*

Adde Pichardum *in rubric. instituit. de pupillari substitut. num.* 2 *& in relection tit. ff de vulgari, & pupillari, cap.* 4. *per totum*, vbi latissime hanc quæstionem exornat explicans *l* 1 *dict. tit ff. de vulgari, &*

liam

Istam hoc iure eodem titulo, & benè materiam prosequens, & Petrum Gregor *in syntag. lib. 42. cap. 11 num. 1.*

Num. 2 ibi. *Item dicitur facta in primum casum pupillaris verò, vel aliæ in secundum, &c.*

Adde Donelum *lib. 6 commentar. cap. 23.* & ibi Osualdum *lit. L.* & M. Pichard. *in select. titul ff de vulgari, cap. 4. nu. 41.* Molin. *de iustit. tom. 1, disput. 183. num. 7* Petrum Gregor. *in syntagmat. lib 42. cap. 11. num. 2.*

7 Ad num. 3. ibi *Item adde quod substitutio vulgaris potest fieri hæredi instituto, & etiam legitimo successori ab intestato, &c.*

Difficillis admodum visa est hæc resolutio pluribus Doctoribus maximè Regnicolis cum certissimum sit quod substitutio dari non potest quin institutio præcesserit, licet contrarium aliqui putet, vt videri potest per Manticam *de coniectur, vltimar. voluntat. lib 5 tit. 5, numer 4* & licet aliter distinguat Spino *in spec. testamentor glos. 22. nu. 4. & 5.* cum institutio non inducatur per coniecturas, nec per vulgarem substitutionem factam ei qui non est institutus vt dixit idem Mantica *lib. 4. tit. 1. num. 3 & sequentibus, & maximè num. 13.* & plures relati per Menochium *de præsumpt. præsumpt. 19 lib 4 num 1.* & Zeuall. *quæst 761 num 39. & seq* vnde fit, vt in casu nostro Gomecio figurato, ille legitimus hæres ab intestato succedet, & vocatus in eius defectum, non substitutus, sed institutus sub conditione debet censeri, vt probant Iaso *in l gallus in principio ff de liberis, & posth num 31 & seq.* Antonius Faber. *lib 9 coniectur. cap. 10* Connanus *lib. 10. cap. 7. num 2*, Donel. *lib. 9 commentar. cap. 1.* Pichardus *in principio institut. de substitut. vulgari num 13 14 & 15 & latius in relection. ad hunc titulum, in ff cap. 8 num. 9 & seqnen.* vbi optimè declarat textum *in l. si quis ita ff. de hæredibus instituendis, &c.*

Ibi. *Tamen ex voluntate defuncti causa intestati benè præfertur, &c.*

Imo non potest testatori quantumvis velit id efficere, vt colligitur ex Claro *in §. testamentum quæst. 61* Gutierr. latissimè *in l. nemo potest ff legatis 1.* Molina *lib 1. de primog. cap 19. num 14* Spino *in rubric. de testamentis, gl 2. nn. 2. & seq.* Zeuallos *quæst 174 & 242* & aliis relatis à Pichardo *supra d. cl. cap 8. numer. 14 & 15.* vbi benè explicat ideo hic versiculus & doctrina nostri Gomecij in eo posita intelligenda est iuxta supra dicta hoc nunc o

Numer 4. ibi. *Breuiter dico quod vulgaris quia simpliciter fit, &c.*

Quod in dubio substitutio intelligatur, & præsumatur vulgaris, vt docet hic noster Gomecius. Probant, Spino *in speculo testamentorum glossa 22 num. 3.* & alij plures relati, & sequuti à Fussario *in tractatu de substitutionibus 1 parte quæstione 6* & quod potius debeat præsumi substitutio directa, quam fideicommissaria docent Tiraquel. *in l si quam. Codice de reuocandis donationibus, in præfatione num, 9.* & verbo *Reuertatur, num. 253.* Tuschus *conclusione 101. lit. V. & conclusione 777 lit. S. & conclusione 778* ibidem Mascardus *de probationibus, conclusione 1352 per totam* Brechæus *in l. peruenisse 171. ff. de verborum significat. num. 5.* Alciatus *respons. 210 num. 42* Costa *in cap. 1. de testament lib. 6* Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib 5. tit. 1. num. 3. & sequent.* vbi tres rationes assignat dictæ resolutionis, *& tit 2. num. 1. & sequent*, Menochius *de præsumption lib. 4 præsumpt. 60. num. 68 & præsumpt. 66.* vbi num. 1 plures refert doctores *& num. 5. & seq* amplia hanc resolutionem quinque modis *& præsumpt 67. 70. & 71. num. 9. & præsumpt 60 num. 68.* Augustinus Barbosa *in tractatu de verbis appellatiuis, appellation. 252.* Pichardus *in dicta relection. ad titul ff. de vulgari, & pupillari subs. cap 5. num. 11* & vide multa ad hoc proposita in Rota apud Farinacium *1 part. decision 320* vbi plurics limitat Molina *de iustit. disput. 1 2. num. 17.* Noguerol. *allegat 37. num. 27. & seq.*

Can

Cancerius *variar. 1 part. cap. 1. num. 131.* Scacia *de iudicijs, lib 2. cap. 9. ex nu. 1302.* vbi quod hæc substitutio, *si sine liberis decesserit* est fidei commissaria, & an sit idem dicere *si sine hærede decesserit*, ac *si sine liberis decesserit*, vide Zeualios *quæst. 538:* cui autem incumbat probare sine liberis decessisse, vel non, Fachineus *lib. 6. cap 44.*

Ibi. *Nisi ex qualitate personæ posset etiam comprehendi pupillaris, &c.*

Adde Menochium *de præsumptionibus lib 4. præsumpt. 37. num. 48. & sequent. & præsumpt. 39 num. 76.* Spino. *in speculo testamentorum glos. 22. principali, num. 25.* & ferè omnes Doctores citatos supra, hoc numero qui benè explicant.

p Num 5. ibi. *Instituo Titium hæredem & si noluerit esse hæres, restituat hæreditatem Sero &c.*

Et ibi: *Ego teneo quod sit vulgaris, &c.*

Resolutio nostri Gomecij, ita est euidens, vt superfluum videatur eam additionibus comprobare, cum enim vulgaris substitutio adita hæreditate ab instituto expiret *l. post aditam, Cod. de impuberum, & aliis l. 4. tit. 5. part. 6. & fideicommissum*, supponat hæredis institutionem de cuius mente fideicommissum accipiendum est, sequitur manifestè quod in hoc casu vulgaris fit substitututio, siquidem supponimus, hæredem primum institutum noluisse adire hæreditatē, cū ad substitutum perueniatur, qui primus eam accipit ideoque vulgaris erit substitutio, ad quod faciunt adducti per Decium *consil. 247.* & Berojum *consil. 64. num. 16 & seq lib. 2.* Et vltra ea præstat validissimum argumentum à contrario sensu responsio Oldraldi *consil. 225:* vbi probat quod si quis dixerit: *Vulgariter substituere si hæres suus decesserit, sine liberis, intelligitur*, fideicommissariam substitutionem fecisse non vulgarem, idem docet Cardinalis Tuscus *lit. M conclus. 199. n. 21 & lit. S. conclusion. 803* & Prętis plures referens *de interp. vltimar. volunt fol. mihi 235.* Mantica *de coniect, vltimar. voluntat. lib 7 titul. 3. num 11. & lib 5. titul. 1. num 4.* Menochius *lib 4. præsump. 58. nu. 9* Mascardus *de prob. conclusion. 1346. nu. 14* & alios referens Fussarius *de substit. q. 7* per totam & Gregorius Lopez *in l. 2. titul. 5 part. 6 glossa 2.* vbi limitat, nisi testator dicat *Restituat ex fide commisso*, quibus adde Pichardum *in §. non solum autem, institutæ de pupillari, num. 16* vbi aliud simile adducit.

Nec non vnum est in iure verba impro- 10
piare in substitutionibus, & directam substitutionem secundum sonum verborum transire in fideicommissariam, verbi gratia, si facta fuerit in codicillis contra prohibitionem iuris, vt docet Molina de iustitia *tom. 1. disp. 182. num. 13* de quo latè Fussarius in tract. de substit. *quæst 8 & 19.*

Numero 6. ibi. Si testator dixit in 11
stituo Titium hæredem, & si hæres non fuerit substituo sibi seium, &c.

Et ibi. Teneo contrarium, imo quod sit vulgaris valida, & perfecta, &c.

Certissima videtur hæc resolutio in iure, voluntas enim & mens testatoris, potius attendenda est quam verborum proprietas & formularum iuris subtilitas, & rigor, text. *in leg. voluntatis Cod. de fidicommissis.* & probant latissimè Iulius Clarus *lib 3. sententiarum §. testamentum. quæst 76.* Menochius *lib. 1. præsump. 26. & consil. 95 num. 26. & 32. lib. 1.* Parisius *consil. 19. num 95 lib. 5* Tuschus latissimè *conclusion. 199. lit. M*, & facit illud, quia verba potius impropriè, & contra eorum naturam interpretanda sunt, quam vt superflua reddantur, aut non operentur, vt est vulgare axioma, & semper sunt explicanda, eo respectu & fine quo fuerint prolata, *leg profectitia, § final. ff de iure dotium, l. Nesennius §. fundi, ff re iud cata*, docēt Petrus Surdus *decisione 43. num. 17.* Tiberius Decianus *consil. 5 num 11. lib 5* & alij ferè infiniti congesti per D. Ioannem del Castillo *lib. 4. contr ouersiar. cap 40. n. 1*

&

& seq. Quod adeo procedit vt mens testatoris in substitutionibus non legis præsumptio debeat attendi, vt probant Menochius *dict. consil.* 95. Rolandus *consil.* 82. *num.* 40. *lib.* 3. Parisius etiam vbi supra Socinus Senior *consil.* 6. *num.* 13 *lib.* 3 & alij cum ergo habeamus claram voluntatem testatoris, in eptum esset ea relicta ad apices, & verborum formulas nos conuertere, maximè cum illa verba. *Substituo sibi*, suam explicationem admittant, quam tradit noster Gomecius, cui consonat Menochius *lib.* 4 *præsump.* 66. *num.* 2. vbi idem affirmat, etiam si testator dicat. *Titium hæredem facio cui substituo Sempronium*, quæ etiam substitutio vulgaris censenda est, Couarrub *in cap. Raynuntius* §5. verſic. *Ex quibus* Iterum Menochius *lib.* 4 *præsump. præs.* 34 *num.* 15 verſic. *Est quoque*, Fusſarius *in tract. de substit. quæst.* 34. *num.* 17. vbi per totam quæstionem adducit plures casus, & formulas, in quibus substitutio vulgaris facta intelligitur

11 *Nu* 7. ibi: *Si in vno eodem q, testamento, &c.*

Resolutionem nostri Gomecij in præsenti nempè quod si quis fuerit substitutus vulgariter, & per fidei commissum in eius electione sit ex qua substitutione velit admitti, amplectuntur Tuschus *concluſ.* 779. *num* 11. *lit.* S. *& concl.* 788. *num.* 7. & per totam, Benedictus *in cap. Raynuntius*, verb. *Si absque liberis* 1 *ſegundo, in tract. de breuiloqua, num.* 20 Fulgosius *consil* 43. *num.* 5. & alij multi congesti per Fusſarium *in tract. de substit. quæſt.* 10. vbi latissimè declarat, *& quæſt.* 249. & per Menochium *de præſ. lib.* 4. *præſump.* 63. *n* 6. vbi & numeris sequentibus, quæstionem latè disputat, & tandem *num.* 11. *&* 12. contrarias opiniones distinctionis fœdere cõciliat nempè quod aut hæres iustitutus non adiuit, nec adire vult hæreditatem, & tũc intelligitur concessa facultas substituto vt eligat, aut hæres instituius adiuit, & tunc non potest esse locus electioni quia iam vulgaris expirauit aditione hæreditatis, sed locum habebit fideicommissaria, quæ distinctio resolutioni nostri Gomecij non videtur aduersari, Costa *in cap. si pater, part.* 3. verb. *Obliqua n* 14. Molina *de iust. tom.* 1. *diſp.* 182. *num.* 18 Et quod istud ius eligendi transmittatur ad hæredes docent Prætis *de interpre vltimar. volunt. fol. mihi* 213 & Parisius *conſ.* 36. *lib.* 2. & eos referens Fusſarius supra, *num* 4. vbi etiã *num* 6 cum Menochio sup. *dict. præſump.* 63 *n.* 4. declarat non dari concursum vulgaris & pupillaris, nec pupillaris, & fideicommissariæ, licet plures ibi cõmemorati per Fusſarium, contrarium tenẽt, nec exemplaris & fideicommissariæ, de quo ibi numeris sequentibus, & Menoch *dicta præſump.* 63. quẽ vide. In pupillari autem, & exemplari dari locum electioni, docet idem Menochius, *ibidem n.* 16. vide etiam Pichardum *dicta relection. cap.* 19. *num* 22 & Osualdum ad Donelum *lib.* 6. *cap.* 24, *notatis, lit.* E.

Num 8. ibi: *Item quæro si testator dedit* 12 *hæredi substitutum vulgarem, & alium fidei commissarium quis præferatur, &c.*

Quatuor membra distinctionis facit noster Gomecius in præsenti, in quorum tertio, & quartò pro sua parte est communis doctorum opinio, vt videre est per Corrasium *in l. post adictam, Codic. de impuberum & alijs, num.* 48 Spino *de testam glos.* 22 *principali, num.* 17. Crassum *in* §. *substitutio, quæſ.* 9. *n.* 9 & alios plures relatos per Vincencium Fusſarium *in tract. de substit. quæſ.* 38. *n.* 1. Pichardus *in dicta relect. ad titulum de vulgari, & pupillari, cap* 15 per totum, qui etiam primum mẽbrum distinctionis pro indubitabili ponit, In secundò autem membro nempè quando institutus expresse repudiat, quod tunc præferatur substitutus vulgaris, omnes supradicti in contraria sunt opinione, & eam tenet Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.* 5 *part.* 6 *glos.* 6. quæ videri meo certior est in iure

iure rationibus consideratis per Pichardum supra qui denique resoluit fideicommissarium indistinctè vulgari substituto potiorem esse, vno excepto casu si institutus decedat antequam cogatur adire, extinguitur enim tunc fidei commissum.

13 Num. 9. ibi. *Si testator instituat Titium hæredem, & dicat si non fuerit hæres, vel si fuerit, & moriatur substituo mihi & sibi Seium*, Et ibi: *Erit vulgaris, & fideicommissaria quælibet in suo casu &c.*

Adde Cardinalem Tuschum *concluſ.* 779, *num.* 20 & rem sine dubio esse in similicasu, dixit Castrensis *consil.* 411. *lib.* 1. & in fortioribus terminis Bartol. *consil.* 57 *lib.* 1 & ratio est eadem, quia singula singulis applicanda sunt, hoc est *Si Titius non fuerit hæres substituo mihi scilicet per vulgarem, & si fuerit hæres substituo illi scilicet per fideicommissariã*, quod comprobatur ex doctrina Menchacæ *de successionum progressu lib.* 2. §. 15. *num.* 25 & §. 18. *num.* 70 Crasi. §. *substitutio, quæst* 71 *num.* 10 Mantica *de coniecturis vltimar. voluntat lib.* 7. *tit.* 3 Menoch *lib* 4 *præsump* 55. *num* 23. & *præsumpt* 57. Peregrin. *de fideicommissariis art.* 34 *num.* 70

Ibi. *Idẽ esset in pupillari substitutione, &c.*

Vide Menchacam *de successionum progressu*, § 18. *num.* 76. & Pachineum *lib* 4 *controuers cap* 44 Manticam *de coniecturis, vltimar. volunt lib* 7 *tit.* 3. & Menochium *dict præsumpt* 55. & Peregrinum *supra num* 71. Petrum Greg. *in synt. gm. lib* 42. *cap* 16 *num.* 5. & 10 & alios plures, quos refert, & sequitur Vincentius, Fusarius *de compendiosa substitutione num* 15 & 27 *quæst* 245.

14 Num. 10. ibi: *Et resolutiuè respondeo quod quatuor, &c.*

quatuor esse species substitutionis vulgaris, vt hic vides docet noster Gomecius, & in tacita, & expressa, & partim tacita, partim expressa, eandem distinctionem agnoscunt, Menochius *lib.* 4 *præsump* 37 & Mantica *de coniecturis vltimar. volunt, lib.* 5. *tit* 3. *num.* 12, & *sequent.* & facilioris doctrinæ ratione non videtur reprehensibilis distinctio vt notauit Paulus Leonius *in tract. de substitution., titul. de vulgari num.* 22. qui & aliam diuisionem ponit, *num* 23. & *seqq.* & Fusarius *eodem tract quæst* 18. *num.* 4. vbi etiam triplicem esse affirmat, tacitam scilicet. & expræssam, & partim tacitam, & partim expressam. Sed Spino *in speculo testamentorum, glos.* 22. *principali num* 24 & Pichardus *in principio instituta de vulgari, nnmer* 10, & *in relectione ad hunc titulum, cap* 5. *num.* 9. duplicem esse contendunt expressam, scilicet & tacitam, quę an tacita an presumpta debeat nominari & an ex voluntate defuncti inducta, agit Osualdus ad Donellum *lib.* 6. *cap.* 24 *notaris, lit* E. & Fusarius *supra, quæst.* 26. & 27 & Menochius *præs.* 35. & 43. vbi agit quomodo tacita, vulgaris subintelligatur in pupillari expræssa, de quo etiam vide infra in addition, *ad num* 13. huius capitis, & Zeullos *quæst.* 751. *num.* 7.

An autem exemplaris contineat tacitam vulgarem, prout eam continet pupillaris vide Menochium *lib* 4. *præsumpt.* 144. Manticam *de coniecturis, vltim. volunt. lib.* 5 *tit.* 16. *num* 18. qui affirmatiuam partem tuentur, & cum eis Fusarius supra *quæst* 173 qui cum Menochio supra docet quod eam non cõtinebit in illis casibus, in quibus expressa pupillaris non continet vulgarem tacitam, sit quod vulgaris expressa contineat tacitam exemplarem, resoluit Fusarius *quæst* 29. latè declarans, vide etiam Carleual. *de iudicijs, tom.* 2, *tit.* 3 *disp.* 5. *ex n* 17.

Ibi. *Si Titius noluerit esse hæres, sit hæres Seius &c* 15

Certissima est hæc resolutio nempè casum impotentiæ comprehendi in casu noluntatis, & è contra in hac materia substitutionis, & quod hæc verba. *Si hæres non erit*, vtrumque casum comprehendant, vt videri potest per Courtrub *in cap. Raynuntius*, §. 4 *n.* 5.

Pau-

Paulum Leonium *in tractatu de vulgari, numer. 71. & seq.* Benedictum *eodem cap. Raymundus*, verb. *Stabq; liberis, et 2, ex n. 25.* Clarum §. *testamentum, quæst 76. num. 9.* Azeued *in l. 11. titul. 4. lib. 5. Recopilationis ex num. 11.* Gratian. *discept. 288 num 2.* Molin. *de primogeniis lib. 1. cap. 4. num. 25.* Vigil. *communi opinion.* verb. *Casus non expressus*, Menochi: *de præsumpt. lib 4. cap. 65. vbi ex num 25*, quinque limitationes adducit Alexandr. Trentacinquū *de substitutionibus parte 1. cap. 3. num. 25.* Greg. Lopez *in l. 2. titul. 5 partit. 6.* verb. *Esso mismo, & l 14. ibidem glossa 7* Cardinal. Tuschum *liter. S. conclus. 209 per totum*, Pichardus *in relection. ad hunc titulum cap 7.* vbi latissimè & in principio instituta eodem, *ex nu. 20 vbi num. 25 & sequentibus*, explicat aliquos casus in quibus vtrumque casum non comprehendit ex voluntate testatoris & ibi quando extendatur substitutio de tempore ad tempus & de persona ad personam. Latè, & Surdus *decis. 319. num 2. & decisione 228.* vbi limitat, & declarat, Ualascus *consultatione 171.* & latissimè Fusarius *de substitutionibus quæst. 30 31 32. & 33.* vbi totam materiam huius resolutionis comprehendit, declarat, & limitat idem Pichar *in relect. huius tituli, cap 6 per totum* vbi plures limitationes adducit Spino *glos. 22 in speculo, num 32.* Gratianus *discept. cap. 275. num 16.* vbi quod substitutio non extenditur de casu ad casum, si inducereture pœna, & alij plures congesti per dominum Lopez del Castillo *lib. 4. controuers. cap. 15 num 69. & sequentib.* vbi latissimè materiā ditutat & Carleual *tom. 3. disp 5. tit. 2 ex n. 19.*

Ibi. *Nec obstat textus notabilis in l. pater fœneratam, &c.*

de hac doctrina, & intellectu dictæ legis vide Bachou. *lib. 8 comment. c. 3.* & ibi Cinal. *Ioannes Arcidiac.* Calder. *Petrus in l. si quis rogatus §. vel aliter ff. de legat. 2. num. 8. Cassanæus in §. quod si cui tum part. 5. num. 4.* Spino *in speculo testamentorum, glossa 22 num. 33.* Paulum Leonium *de vulgari substitutione, num. 98.* Pichardum latissimè *dicta cap 7 in relectione ad hunc titulum & in principio instituta eodem num 24.* vbi contra alios sic iam legem explicat Larrea *decisione Granatēsi, 59 num. 7.*

pro exornatione nouem illationū quas hic facit noster Gomecius, vide Menochium *dicta præsumption. 65. & præsumpt. 26. lib. 4.* Paulum Leonium *eodem tractatu ex num. 71* & quasi per totum in titulo de vulgari, quem maximè commendo, quia benè loquitur, D. Ioannē del Castillo, *lib 4. controuers. cap 15. ex nu. 71 cum multis sequentibus* Pichardum *instituta hoc titulo, num 11.* Fachineum *lib. 4. controuers. iuris, cap 46.* Surdum *decisione 37. per totam, & decision. 229.* vbi aliquas limitationes adducit, *& decisione 207. num 17.* vbi limitat quando substitutio facta fuit per verb *Tunc & eo casu*, quia non extenditur de casu ad casum, Tiraquel. *in l. si unquam* verb. *libertis, num. 50 & sequent.* & omnium latissimè Fusarium *quæst. 31* vbi totam materiam huius numeri explicat per ampliationes, limitationes & declarationes, eum vide, & *quæst 32 & 33 iam citatis*, & Carleual. *supra*

Ibi *Et ex superioribus redditur valde dubia &c.*

Et ibi: *Sed fundamentaliter respondeo, &c.*

Communis est, vt vides solutio quam noster Gomecius adducit ad text. *in l. si ita quis ff hoc titulo de cuius interpretatione* vide etiam Coral. *in l. post. editam, Cod de impuberum num. 3.* & Pichardum *in relect. ad hunc titulum, cap 7. ex num. 62* vbi aduertit quod in illo tex. vnius temporis expressio aliud quasi contrarium excludit, huic enim cōditioni *si intra decimum annum filius meus decesserit*, contraria est illa, *si intra decimum annum non decesserit* ergo cum conditio semper excludat casum contrarium, necessario respondere debuit iurisconsultus subsi-

substitutionem pupillarem ad certum tempus limitatam post illud non habere locum, quasi insinuet casum mortis filij, qui cuenit post tempus, à testatore designatum repugnare substitutioni intra certum tempus factæ inspecta voluntate testatoris, &c.

16 Num. 11. ibi. *Dubium est si hoc casu, &c.*

Quod in substitutione coarctata ad certum tempus de qua *in dicta l. si ita quis* contineatur vulgaris tacita secundum doctrinam nostri Gomecij tenent Menochius *de præsumptibus, lib 4. præsumpt.* 43 *num.* 5. vbi per totam præsumptionem multa cumulat circa conseruationem vulgaris, licet pupillaris sit restricta, Mantica *de coniecturis vltimar. volunt. lib* 5. *tit.* 3. *num.* 20. *&* 21. Fusfar. *de substitutionibus quæstion.* 24. *num.* 3, vbi per totam quæstionem latè agit quando pupillaris contineat tacitam vulgarem, Zeuallos *quæst* 751 *n.* 17.

An autem pupillari extincta quia filius meritur ante patrē, expiret vulgaris tacita videndi suam Couarrub. *in cap Raynuntius,* § 5 *de testamentis* Costa *in cap si pater* verb: *Testatore mortuo,* & eos referens Zeuallos *tom* 1 *quæstion* 106. vbi non expirare aiunt, & idem tenuerunt Benedictus *in d. cap Raynuntius, in materia vulgaris num.* 99. *&* 102 Menchaca *de successionum progressu, lib.* 2. § 11. *nu.* 38 *& de successionum creatione,* § 21 *limitatione* 10 *num* 242. Crassus *in* § *substitutio quæst* 10 *num.* 4. Mantica *de coniect. vltimar. volunt lib.* 5 *tit* 6 *num* 11. & alios referens Fusfarius *de substitutionibus, quæst.* 23. *num.* 4. vbi numeris sequentibus declarat, & adducit plures Doctores contrarium tenentes, & vide eum, *quæst* 66 *&* 67. vbi agit quid si pupillaris expiret emancipatione, vel pubertate filij.

17 Num 12. ibi: *Alia & tertia est substitutio vulgaris expressa in genere, &c.*

Quod substitutio vulgaris comprehensa in breuiloqua, vel compendiosa fit expressa in genere, & habeat effectus talis, docet etiam Zeuallos *quæst.* 751 *num* 1. Prætis *de interpretat. vltimar. volunt. fol.* 270 *&* 271. Surdus *decision* 37 *num.* 11. Peregrinus *de fideicomissis, articul.* 34 *num* 14. & alios referens Fusfar. *de substitutionibus, quæst* 231 Tusch. *lit.* S. *conclus* 801.

Adde quod in substitutione vulgari contenta in breuiloqua non continetur pupillaris quando est facta inter impares, puberem scilicet, & impuberem vt probatur ex text. *in l. Iucius ff. de vulgari, & in l. in testamento, C. de milit. testam.* & docet Fusfar. *quæst* 257. *nu* 13. vers. *& quando sumus.*

Quid autem in reciproca mixta cum compendiosa an tunc contineatur pupillaris Fusfar. *ibidem num* 14 *& sequenti,* vbi duas contrarias opiniones adducit, & latè disputat quæstionem. De quo etiam vide Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 60. *num.* 22 *& sequent.* vbi dist inguit multos casus. Et quod nec exemplarem contineat in casu simili is disparitatis, idem Menochius *præsumpt.* 41 *num.* 14 in illis enim casibus, & aliis adductis per Doctores relatos, vulgaris expressa nō habet suos effectus contenta in breuiloqua vel reciproca, ex quibus venit limitanda resolutio nostri Gomecij hoc numero asserentis vulgarem contentam in breuiloqua habere effectus expressæ.

Num 13 ibi: *Alia est substitutio vulgaris omnino tacita, &c.* 18

Resolutionē nostri Gomecij in presenti nempe sub expressa pupillari comprehendi tacitam vulgarem exornant latissimè Couarrub. *in cap Raynuntius,* § 5 *num* 5 Benedictus de Capra *in communibus opinionibus,* verb. *Substitutio,* Villalobos *communium eodem verbo,* Duarenus *ad hunc titulum, cap.* 16. Donel. *lib.* 6. *commentariorum, cap.* 24 & ibi Osuald, Mantica *de coniectur vltimar. volunt. lib* 5. *tit.* 3. *num.* 3. *& per totum & titul.* 4 vbi multas limitationes ponit in quibus cessat vulgaris tacita, *& lib.* 12. *titul.* 26.

num. 12 vbi etiam quando in vulgarinõ continetur pupillaris, Tuschus *lit.* S. *conclusione* 801. *ex num.* 13. Scaccia *de iudicijs, lib* 2. *cap* 9. *n.* 1326. Menochius *lib.* 4 *præsumptione* 43. Paulus Leonius *eodem tractatu, rubrica de pupillari num* 199, Benedictus *capit. Raynuncius*, 2 *parte.* verbo. *Absque liberis* 2. *num.* 19, Crassus § *substituto quæstione* 7. *numer.* 5. Costa *in cap si pater*, verbo. *Obliqua num.* 3. Gregor. *in l* 2. *titul.* 5 *partita* 6. *glossa* 7. Zeuallos *quæstione* 951. 751. 752. 753. & alij ferè innumeri relati per eos, & per Fusarium *in tractatu de substitutionibus quæstion* 24 & 25. & cãdem resolutionem agnoscit Pichardus in principio instituta de vulgari, *num* 10. & quod magis est *in relectione ad hunc titulum, cap.* 5, *num.* 9. Sed licet hæc opinio sit cõmunissima, vt vides, aliqui tamen neoterici in cõtrariam sententiam ierunt, nempe vulgarem tacitam dari nullam, eamque amplissimè defendunt contrarijs fundamentis satisfacientes Antonius Faber & Melchior de Valencia, & alij relati, & sequuti à Pichardo in dicta relectione ad hunc titulum, *cap.* 19. *per totum vbi numer.* 63 excipit vnum casum, nempe si eidem illi sit substitutus vulgariter pupillus, qui pupillo ipsi substituitur pupillariter, habet enim hic casus specialem rationem, propter quã præmittendum sit vt casus pupillaris vulgarem quasi implicitè continere videatur nimirum propter substitutionem vulgarem fratri puberi expressim factam, cum credendum non sit patrem filio puberi vulgariter substituisse impuberem, impuberi verò noluisse substituere puberem vulgariter quoque quem, quod longe plus est, pupillariter illi substituit (Pichardi verbis vtor) *& num* 92 agit *de l.* 2. *tit.* 5, *part.* 6. quæ pro communi opinione adducitur. eum vide, & Osualdum ad Donel. *dicto lib* 6. *cap.* 24 *notatis, lit* E. meum autem iudicium interponere in re ita graui non videtur consentaneum, cum additionatoris munere fungar.

Numer 14. ibi. *In quolibet horum casuum hæreditate non adita admittatur substitutus, &c.*

Quod statim admittatur substitutus deficiente aditione instituti, tanquam rem certam docent præter ordinarios, Capra in communibus, verb. *Substitutus*, Gregorius Lopez *in l.* 2. *tit.* 5. *part* 6 *glossa* 6 Donellus *lib.* 6, *commentariorum, cap.* 24, Corrasius *in l. post aditam, Cod de impuberum, & alijs*, Duarenus *in titul de acquirenda hæreditate* versic. *Tertium exemplum*, & ita est certum, substitutum non admitti, nisi in defectum instituti circa quod videndus est Fusarius in tractatu de substitutionibus, *quæstione* 37. vbi quod instituto repudiante admittitur substitutus, nisi tantum repudiasset de iure ciuili, cum posset adire de iure prætorio, & nu. 4. sublimat, nisi adidisset causã, quia *dãnosa est hæreditas*, quia tunc statim admittitur substitutus, &c Et an in vulgari cõprehendatur prælegatũ. Cost. *c. si pater.* verb. *Obliqua, ex n* 27.

Ibi. *Ex quo deducitur quid si hæres institutus sit spurius, &c*

Aduerte in hoc versiculo quod hodie *ex l* 4 *Tauri*, quę est tertia *tit.* 4 *lib* 5 *Recop.* damnatus ad mortẽ ciuilẽ, vel naturalẽ habet testamenti factionem actiuam, & passiuã, & sic potest institui, vt docet noster Gomec *in d. l. Tau.* vbi eius additionator Corn. & Marien. *in d. l* 3. *glo.* 3. *n* 6. qui alios referũt & cũ eis Fran. de Amaya *l.* 4. *C de iur. fi. lib.* 10 *n* 38. & quod in casu incapacitatis hæredis, substitutus præfertur fisco, probat late Fusarius, *q.* 51.

Itẽ adde, quod si heres cui datus est substitutus de licentiã cõmittat propter quod hæreditatẽ habere nõ potest, vel aliàs sit indignus, non fiscus sed substitutus admittitur docent Petr Greg. *in syntag. lib.* 2 *cap* 14. Duarenus *tit. de subst. in cap quibus verbis fiat vulgaris*, & alij relati & sequuti per Andr. Fach *lib.* 4. *controuersiar. cap.* 64. & alios referens Pich.

in relectione ad hunc titulum, c. 16. per totum, cõtra plures quos refert, & contra Gregor Lopez *in l. 22 titul. 3. part. 6 gloss. 4. & in l. 2 titul. 5. part. 6. gloss. 6. & in l. 17. tit. 7. part. 6. gloss. 1.* vide etiam Osualdum ad Donel. *lib. 6. cap. 24. notatis lit. M.* & Fussarium *de substitution. quæst 50,* qui contrarium tenet cum Petro Gregor. & alijs supra, vide etiam Barbosa *in l. si ab hostibus, § fin. ff. soluto matrim. n. 19.* vbi de substituto occidente instituto.

Ibi: *Secundò infertur, &c.*

Quod testamentum potest vires accipere à substitutione, iã supra diximus, & exornauimus *n. 5.*

Ibi. *Tertiò infertur, &c.*

21 Vide supra *dict. n. 5.* ibi *Item adde quod in tantum est verum, &c*

Repudiante minore hærede instituto, vel abstinẽte se filio, statim admitti substitutum etiam si talis minor possit in integrum restitutionem petere, aduersus repudiationem, vel filius intra triennium abstentionem reuocare, resolutio est mihi certissima cum nostro Gomecio hic, quam latissimè exornãt Benedictus *in capit. Raynuntius, tractatu de vulgari, numer. 62.* Costa *in capit. si pater, 2. parte,* verbo. *Subsequenter, & filia, numer. 16 & 17* & verb. *Habens nu 27.* Gregor. Lopez *in l. 2. titul. 5 part. 6 glos. 6.* Pichar. *in relectione huius tituli, capit. 10 per totum. & in relectione tituli de acquirenda hereditate cap 12 num 18. & sequent.* Spino *in speculo testamentorum, vbi de vulgari, n 10. & 11* & cum multis Fussarius *in tractatu de substitutionibus quæst 39 vbi numer. 2.* ampliat etiam si restitutio competat ipso iure *& quæstione 40* vbi declarat, & loquitur de triennio cõcesso filio ad reuocationem repudiationis.

22 Addendum tamẽ est quod hærede instituto, per integrum restitutionem repudiante, aut se abstinente ab hæreditate iã adita, quia forte sibi damnosa erat, substitutio conualescit, & reuiuiscit, ex post Bertol. Socinum & Ripam *in. 2 ff. hoc titulo,* probant Benedictus *in cap Raynuntius, num.* 344. Corrasius *in l. post aditam, Cod. de impuberum, & alijs subst.* Antonius Faber *lib. 3. coniectar. capit. 4.* Zeuallos *quæstione* 478 quos refer. & sequitur Pichard *in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hæreditate, cap. 12 num 21. & sequent.* vbi latissimè disputat. & respondet argumentis deductis per alios contrarium tenentes Donelus *lib. 6 cap. 24.* & ibi Osualdus *notatis liter. O.* Andreas Fachinæus *libr. 4. controuersiar. capit. 73.* Politus *in tractatu de substitutionibus, quæstione 42.* Trentacinquius *1. part. cap. 18.* & plures referens Fussarius *quæstione 65* Ioseph Gonçalez *variarum, cap. 32. num. 8.* Aduertendum est contra allegatos supra, hoc casu substitutum, vt bonorum possessorem admittendum, nõ vt hæredem iure ciuili, ex eo enim quod institutus adijt, & effectus fuit hæres iure ciuili, alius eodem iure non admittitur, cum semel hæres non possit desinere esse hæres, §. *restituta, instituta de fideicommissarijs hæreditatibus. leg qui soluendo,* versiculo. *Finali, ff. de hæredibus instituendis,* obseruat Theophil. *in principio instituta de pupillari.*

Item adde quod licet ius ad cundæ23 hæreditatis præscribatur non minori spatio quam 30. annorum, vt probant Balbus *de præscriptionibus, 4. parte, principali, quæstione 19* & Spino *in speculo, glossa 33 numer. 54* tamen post annum addeliberandum hæredi datum a iure, de quo *in leg 2 titul. 6. part. 6.* etiam illo nõ repudiante, substituto locus fiet, vt docet Pichardus *in dicta relectione ad titulum ff de acquirenda hæreditate, capit. 12. num 46 & 47. et principio instituta hoc titulo, num. 35.*

Item adde quod si filius familias adire nolit etiam iubente patre, locus fiet substituto, & patri præferetur secundum Petrum Gregor. *lib. 42. syntagm. cap. 15. num. 3* Connan. *lib 10, comment. c. 7. n. 3* Fachinæum *lib. 4 controuersiarum. c 63.* & alios relatos per Osualdum *dict. cap.*

24. *lib.*

24 *lib.6.notatis, litter* P. sed contrariam cum Bartol *l 1 ff hoc titul.* Corras Duareno, Zasio, & alijs tenet Pichardus *in relectione de vulgari, cap* 14. *vbi numer.* 17. cum eodem Bartol resoluit illam quæstionem, quid si filius ante adeatam hæreditatem, vel repudiatam decesserit, an præferatur substitutus patri, & eundem Bart. sequitur Gregor *in l* 2 *glos* 6. *titul.* 5 *part* 6. vbi concludit quod pater præfertur.

Item adde quod seruo instituto nolente adire etiam iubente domino admittitur substitutus, sed non ante mortem serui cum interim possit adire, vt probat idem Pichardus *in relectione ad hunc titulum, cap.*12 *per totum, vbi etiam. numer.* 12. & 13. agit quid si dominus nolēte seruo repudiet, & an sit constituēdum discrimen an seruus sui ipsius, an contemplatione domini sit institutus hæres, de quo Menochius *præsumptione* 22 *lib.*5.

item adde quod Monacho instituto repudiante inuito Monasterio nihilominus Monasterium adire potest, ad exclusionem substituti. & idem si Monachus adire nolit, vel decedat ante aditionem, docent Conarrub. *in cap* 1. *de testamentis, num.*21. Spino *in speculo testamentor. glossa* 12 *principali num.* 17. & *seq* Clar. § *testam. q* 30. Molin. *disput* 140 & 190. *numer.*19 & plures referens Thomas Sanchez *in summa, lib.* 7. *cap.*12. *num* 35 & *seq maximè num.*47. & *cap.*16. *num.* 79 quem omnino videas, & Pichard. *in dict. relect de vulgari cap.*13. & Fussarium *de substitutionibus, quæstione* 41. & 44. vbi idem tenent.

Item adde quod hæreditatem repudiatam a filio potest eius pater adire, etiam in præiudicium substituti, vt pro regula constituit Bernard. Diaz *in reg* 393 Bened. *in c. Raynutius*, verb. *Si absque liberis el* 2. *n.*73. & *seq* & Joan-Grat *lit. H. regula* 216. multos referens, amplians, & limitans & Fussar. *in tract. de subst. q* 42. vbi bene limitat, & declarat, & videe-

tiam Fachin. *lib* 4. *cap.*63.

Item add quod si filius moriatur ante aditionem, non pater sed substitutus admittatur, vt docent Crass. §, *subst. quæstione* 6. *num.*5. Intrigli *de substitutione. centuriat. quæst.*31. & plures referens Fussarius *supra, quæst* 45 vbi sex limitationes adducit

Numer. 15. ibi *Item quæro an substitutio vulgaris &c.*

Et ibi *Sed his non obstantibus, &c.*

Quod substitutio vulgaris non tollat suitatem, nec effectus eius sed tantum necessitatem præcisam adeundi fauore patris introductam, vt probat Gomecius noster, probant, & tenent Menchaca *lib,*3. *de successionum creatione,* §. 21 *n* 187. & *sequent.* Costa *in* § *& quid si tantum,* 4 *parr. num.*26. Corrasius *lib.* 1. *miscelan*, c.2. Spino omnino videndus *in speculo*, *glossa* 33 *num.*91. & multis sequentibus, vbi benè disputat, & alij relati per Zeuallos *quæstione* 602 *vbi comm. contra communem asserit*, & *quæstione* 761 *vbi latissimè, & ibi, num* 32 & *seq.* ait non procedere de iure regio, de quo infra dicemus *ad numerum* 17, Sarmiēto *in l si filius hæres, ex num,* 18. *ff. de liberis, & posthumis*, Galdas Pereira *in l sicuratorem*, verb *Sine curatore, numer.* 46. & *sequentibus*, Ualdesius in additionibus ad Suarez *in l quoniam in prioribus, limitatione* 3. vbi alios allegat, & veriorem dicit hanc opinionem, & eleganter Osualdus ad Donel. *lib.* 6. *cap.* 24. *notatis lit.* H. Pichardus *in relectione huius tituli, capit.* 11. *numer.* 15. & *sequent.* & *in* §. *ita demum, numer.*12 & *sequent. instituta de hæreditatibus quæ ab intestato, & in principio instituta hoc titulo, numer.* 29. & *sequent.* & D. Iosph Uela *dissertatione Hispalensi* 11 *ex numer* 40. contrariam tamen opinionem tenuerunt quam plurimi relati, & sequuti à Gutierrez *in repetitione*, § *sui numer.*55. & 59 Fachineus *lib.*4 *controuersiarum, cap* 71. Gregorius *in* l. 2 *titul.* 5, *part.* 6. *in fin.* & alij quos refert Trentacinquius *in tractatu de substitutio-*

nibus.1.parte, capit.14. ex numer.1. Tiraquel glossa 5 post leges connubiales numer. 61. & Aluarado de coniecturata mente defuncti, lib.2.cap.2.§.1 num.102 Sed prima opinio omnino sequenda videtur, licet secunda nõ minus communis sit vt apparet ex Fussario, in tractatu de substitution quæstione 72 qui eam sequitur, & cõ probat ac limitat, & declarat, & vide Cancerium 3.part cap.21.num 32.& 50. & cap.22.num.233.& 234. vbi quid dato cohærede.

Aduertit etiam ipse Pichardus supra maximè in relection.huius tituli, cap.6. num 45. falsum esse substitutionem vulgarem filio suo hæredi scriptam, eum de suo, & necessario voluntarium efficere. Eum vide in dictis locis, vbi optimè explicat textus, quos noster Gomecius in contrarium adducit.

26 Num 16. ibi. *Secus verò si tacita, &c.*

In hoc numero, vt vides noster Gomecius quatuor limitationes cõgerit ad opinionem contrariam quæ defendit fuitatem tolli per substitutionẽ vulgarem ad quas dictas quatuor limitationes videre poteris Fussarium dict q 72. vbi eas, & alias octo adducit & comprobat multis auctoritatibus, rem latè prosequens, & Cancer. variar. 3.p.c 21 ex n.3.

27 Numer. 17. ibi. *Quero an substitutio vulgaris, &c.*

Et ibi. *Sed nihilominus, &c.*

Et num.22. ibi. *Tertia principalis opinio quam semper tenui, et teneo, &c.*

Quod substitutio vulgaris nõ possit filio fieri in legitima videtur concludere Costa in capite si pater, 2 part. verb *Debitæ num.2.* Beroius in c Raymundus, n.45. Zeuallos quæst 761. n.34. pro hac parte referens Gregorium Lopez in l.11 tit.4. part 6. verb Condition. vbi hoc non reperio nec glossa antecedens in contrarium videtur dicere ipse Gregorius in illis verbis *Addendum quod substitutus filio vulgariter non repellitur, &c.* sed examen, & sic facit pro contraria sententia, imo quod nõ rejiciatur sed valeat, & possit fieri hæc substitutio, vt rectius tenent Sarmiento in l.si filius hær.ff de liber.& posth. nu.10. Gutier practicar. quæst. lib.3.quæstione 52. n.14. qui limitat in filio non suo Oroscius in l.si arrogator.n 147 ff.de adoptionibus. Angulo l 11 glos.3 n. 12.& 13. tit. de meliorat. Cancer. variar 3.part cap. 21 n. 35. Matienz in l. 11 tit.6 lib 5 glos.9 n 2 qui intelligit istam resolutionẽ non solũ in casu noluntatis, vt ait noster Gomecius n.22. sed etiã in casu impotentiæ dũ modo alijs filijs nõ fiat præiudiciũ inlegitima, & plures referens Valdes. in additionad Roder, Suar. in l quoniam in primis limitat. 3 vbi addit rationem, quia nulla iniuria fit filio, nã si repudiat iam ex facto suo á se tollit hæreditatẽ, si adeat substitutus excluditur, si nec adeat, nec repudiet, verius est suitatem non tolli & sic transmittit hæreditatẽ in suos hæredes, &c. Et hanc sententiã, vt certam supponit Pichardus in relectione ad hunc titulum, cap.6, num 23. & sequentibus & eam probat cum multis quos refert Fussarius in tractatu de substitutionibus, quæstione 56. & Molina de iustitia, tom.1. disputatione 177. nu 8 vide Merl. de legitima, lib 3. titul.2. quæstione 13 late explicantem maximè n 16.

Ibi. *Pro quæ etiam secundò facit, &c.*

Aduerte quod imo tacita conditio, si velit inclusa in substitutione vulgari secundum nostrum Gomec. non operatur idem quod expressa vt aduertit Valdesius supra, & Matienz, vel vt melius dicam, non est verum dicere per vulgarem substitutionem censeri filium institutum subconditione si voluerit institutio enim pura est & pure & sine conditione concipitur, nec redditur conditionalis per substitutionem, quia conditio. Si hæres non erit, vel si noluerit esse hæres sub qua cõcipitur vulgaris, incst substitutioni & non institutioni vt optimè aduertit Pichar. in § ita demũ inst. de hæredit. quæ ab intest n. 26 & seq & Spino d. glos. 33 n. 93. & D. Joseph Vel. dissert 11 ex n.41.

Ibi.

Ibi. *Tertiò facit quia hodie, &c.*

Quod omne grauamen, & conditio etiam potestatiua remouetur hodie de legitima filij præter Rodericũ Suarez *in commetar ad l. quoniam in prioribus, emp.* 1. & ibi Vadesium, probat Ciarus *in §. testament quæst.* 39, Mench. *de succes. creat.* §. 10 *num.* 106 & 225. & per totum latissimè Costa *in cap. si pater*, verb. *Eidem filio, num.* 28 Molin. *de primog. lib.* 2 *cap* 1. *num* 52. Bernard. Diaz *regul.* 727. Canc. latè, *cap.* 3 *p.* 1 *ex n.* 34 vbi latè declarat Zeuallos *q* 766. vbi etiã an miles possit grauare filũ de restituẽda hæreditate simul cum sua legitima Sarmiento *lib* 8. *selectar. in l cum patron. ex n* 1. vbi quod si filius repudiet hæreditatẽ valeat grauamen, D. Larr. *decis Gron.* 36 *n.* 8 Merl. *de legit. lib* 3. *tit.* 2. *quæst per tot* vbi omnes difficultates resoluit, *et q* 20. vbi plures casus congerit in quibus valet grauamẽ *et q* 21. vbi quod non implens præceptum testatoris non amittit legitimã, Ioannes Gratianus *regula* 194. quem allegasse sufficit quia fere infinitos cõgerit. Sed (modo ad propositum) iam diximus ad hunc numerum 17. nullum grauamen esse in substitutione, modo quo explicuimus, & ita cessat argumentatio cõtraria ex quibus sequitur nihil esse immutatũ de iure Regio in hac parte, vt dicebat Zeuallos, *q.* 761. *ex num.* 32. siquidem nec grauamen nec cõditio intelligitur apposita institutioni filij ex eo quod ei fiat substitutio vulgaris, vt iam dictum est, & sic explicanda est doctrina nostri Gomecij supra maximè in versicul. *Tertia principalis opinio, &c.* vide etiam ad supra dictam resolutionem, quæ dicentur infra *cap.* 11. *in additione ad n.* 31.

28 Numer. 15. ibi *Tamen in alia parte vel alijs, bonis vltra legitimam bene tollit suitatem, &c.*

Adde quod iam supra dictum est in annotatione, ad numerũ 15. & 17 quod vulgaris substitutio nequaquam tollit suitatem, &c.

Ibi. *Quia in bonis vltra legitimam benè potest cadere grauamen, conditio, &c*

Difficilis sese offerebat quæstio in præsenti, quę scilicet conditiones possint apponi filio in eo quod illi vltra legitimã relinquitur, cum per *l* 11 *tit.* 4. *par* 6 sit dispositum potestatiuã tantũ conditionem posse filio apponi in parte bonorum vltra legitimam, non verò casualem vel mixtam quod sane aliter dispositum erat *in l. scimus*, § *cum autem, Codic. de inofficioso testamento*, & ideo illam legem terribilem appellat Suarez *in leg quoniam in prioribus eodem titulo*, *ampliatione* 2. de hac tamen controuersia, & intellectu illius legis partitæ videndi sunt Aluarado *de coniecturata mente defuncti. lib* 2 *cap.* 2 §. 1. *num.* 102. Castillo *libr.* 5. *controuersiarum*, *cap.* 64. *numer*, 41. & Barbosa *in collectanea*, *l. scimus*, *Cod. de inofficioso testam*, Menchaca Costa, Segura, Molina & alij congesti per Valdesium *in additione ad dictam ampliationem* 2 & vltra eos Zeuallos *communium opinionum, tom* 2. *quæstione* 711. *ex numer* 8, sed hodie difficultas omnino cessat ex dispositione, *l.* 11 *titul.* 6. *lib* 5. *Recopilationis*, iuxta quam potest filius grauari in tertio, certo modo in ea expresso de cuius intellectu, videndi sunt noster Gomec Cast, Tell, & reliqui *in l* 27 *Tauri* Matienz. & Azeu *in d.l.* 11. *tit.* 6 *lib.* 5. Recopilat. Gutierr. *lib.* 3. *q* 52. & quatuor sequentibus, Angul. *d.l* 11. *glos* 3. *n.* 13. *& seq.*

Numer. 19. ibi: *Ex quo mirabiliter in.* 18
fero, &c

Et ibi: *Quia respondeo quod in prædictis casibus, &c.*

Hanc resolutionem nostri Gomecij in præsenti, nempè quod filius possit esse pro parte suus, & pro parte extraneus, & hoc quoad effectus suitatis, velim illigas iuxta dicta supra *numer.* 25: *in additione ad numerum* 15: an autem filius possit esse pro parte extraneus quo ad effectus suitatis, vide Mencha-

chacam *de succesionum creatione* §. 21. *numer.* 87. Menesses *in l.* 2. *num.* 6. *Codic. de iuris, & facti ignorantia*, nostrum Gomecium *in l.* 12. *Tauri, num.* 70. versic. *Confirmatur etiam* Gutierrez *in repetitione*, § *sui, n.* 54. & 62. Stephanum Gratianum *discept forens tom* 4. *cap* 732. *num* 58. & *seq.* Aluarad. *de coniecturata mente defuncti, lib* 2. *cap.* 2. § 1. *num* 102 Fuffarium *de substitution quæst* 72 *num.* 6. vide etiam relatos supra, *num* 25.

30 Ad num 20. ibi. *Primò infero &c.*

Licet communiter scribentes quasi pro regula constituerint in suis hæredibus vsucapionem non procedere titulo pro hærede, vt videre est per Bart. Alexandrum, Paulum, Alciatum, & reliquos *in l. in suis ff. de liberis, & posthu.* & per Couarrub *in regul. possessor.* 2. *par* §. 5, Donel. *in commentarijs, lib.* 5. *cap.* 14. Mẽchacam *de succesionum creatione*, § 19. *nu.* 34. Ubesembecium *in paratitlis, titul. pro hærede, num* 3. Molinam *de iustitia, tom* 1 *disputat* 180. *num.* 3 & *disputat* 65. *num.* 9. & *alios.* Alij tamen grauissimi Doctores contrarium docent vt constat ex Costa *in cap. si pater*, 2 *part.* verb. *Subsequenter, num.* 8. Gutierr. *in* § *sui ex numer.* 78 Andrea Fachineo *lib.* 6. *controuersiarum, cap* 11. Ario Pinello, *tract. de bonis maternis in rubrica* 2. *parte, ex num.* 39. vbi cõtrariam opinionem errorem inueteratum appellat, Caldas Pereira *in l. si curatorem*, § *sine curatore, num* 28 & *sequent.* Suarez *receptarum sententiarum* verb. *Hæreditatis petitio*, Pariador. *lib* 3 *quotidianarum. differentia* 95. *num* 4. Pichardo *in d.* § *sui autem, num* 38. & *seq. institut. de hæredum qualitate*, vbi optimè explicat text. *in leg. nihil Cod. de vsucapione pro hærede*, in qua contraria opinio suum faciebat fundamentum, licet plures intellectus minus conuenientes assignauerint supra allegati Doctores. & maximè Caldas *dicto loco & num.* 78.

Ibi: *Verum tamen est, &c.*

Et si Doctrinam Baldi hic allegat, tamen per nostrum Gomecium plerique sequantur, inutilis tamen manet ad propositum ex verioti sententia supra relata, & in specie eam improbat Arius Pinellus supra *num*, 44. & Gutierr. *in* §. *sui num* 86.

Ibi: *Secundò notabiliter infero, &c.*

Quod filius familias per professionem liberetur á patria potestate in dãnosis, secus in vtilibus, vt fatetur noster Gomecius tenent Couarrub. *in cap. quia nos de testamentis, num.* 5. suar. *titul. de los pleytos l* 9 *numer.* 26. vbi numeris sequentibus idem dicit de filio familias facto Episcopo, & de filio iudæi baptizato, Gomes Arias *in l.* 45 *Tauri, numer.* 53 Nauarrus *in commentario* 3. *de regulariibus numer.* 41. Pinelus *leg* 1. *Codic. de bonis maternis*, 1. *part. nu.* 46 Costa *in cap. si pater*, 2. *part.* verb. *Testatore mortuo, num.* 11. Molina *tom.* 1. *de iustitia. disputat.* 140. versic. *Vtrum autem, & disputon.* 179 *num.* 3. Pichard. *in* § *& quidem, institut. de patria potestate, nu* 9 & 10. & *in* §. *filius familias, num.* 4. & adde quæ diximus infr. 1, *cap* 9, *num.* 10 & Gomec. *in l.* 43 *Tau. n* 7.

Ad numerum 21. ibi. *Sed certè ista opi-* 31
nio ejt falsa, &c.

Quod filius familias possit emancipari ad vnicum tantum actum, vt noster Gomecius resolvit, tenent Ioannes Andræas *in addition. ad speculatorem, titul. de instrument. editione*, § *porro* versic *Quid si filia*, Gepola *cautela* 113 incipit: *Filius familias* versic *Dixi in præsenti, & cautel* 147 *Est magna quæstio.* versic. *De iure communi*, & alij plures relati à Tiraquel. *in l. si vnquam* verb. *Donatione largitus, num.* 299. plures tamen vt vides, tenuerunt contrarium, & hanc veriorem, & communiorem appellat Cancerius *variarum, 1. part. cap* 10 *nu.* 10. & in hanc partem videtur inclinare Gregor. Lopez *in l.* 93. *titul.* 18 *part.* 3 sed pro opinione nostri Gomecij faciunt Petrus Sardus *in tractatu de alimentis, titul.* 8. *priuilegio* 65. *num. finali.* & quæ diximus supra num. antecenti versic. *Secundò notabiliter.*

Ad num 22. ibi. *Tertia principalis opi* 32
nio. &c.

De

De hoc iam remanet dictum, ſupra ad numerum 17. quem coniunximus cõ iſto, vide ibi.

Ibi. *Sed ego teneo nouiter contrarium &c.*

Et ibi. *Sed ſimiliter, & reſolutiuè, &c.*

Quod ſubſtitutio vulgaris nõ poſsit fieri filio in melioratione tertij, ſed poſsit fieri pupillaris, vt noſter reſoluit Gomecius intelligi debet quantũ ad vulgarẽ, niſi ſeruetur ordo & diſpoſitio text. *in l. 27. Tau, quæ eſt lex 11. tit. 6. lib 5. Recop* vt docent Coſta *in cap. ſi pater* verb. *Debitæ, n. 5* Matic. *ind l. 11. glo 9 n. 2 &* 3 & Azeu *ibi n* 35, & eos referens Angul *gloſ. 3. ibi num.* 13 vbi ait quod ſubſtitutus vulgaris extraneus datus in legitima, nõ extendetur ad melioratione tertij nẽpè non ſeruata forma *dictæ legis* 11. opmè Gutierr. *lib. 3. quæſtion. 52. n* 14. & ſic debet intelligi Zeualios *quæſtione 761. ex num.* 47 vbi noſtrum Gomecium improbat, Molina *de iuſtitia, tom 1. diſput* 183. *num* 12 Ioannes Gratianus *in regul* 194. *num* 13. quem videas ibi *& in regula* 215 *num.* 5 vbi an in vulgari compreh endãtur prælegata, & alios referens Valdeſius *in additionibus ad* Suarez. *in l. quoniam in prioribus, limitatione* 3 verſic. *An ſubſtitutio vulgaris fieri poſsit in melioratione tertij*, & hoc modo intelligendus eſt noſter Gomecius, & non aliter. Vide Cãcerium 3. *part. cap* 21. *num* 287. vbi quod in legatis & fideicommiſsis, & donatione cauſa mortis poteſt fieri ſubſtitutio vulgaris.

Quantum ad ſubſtitutionem pupillarem in tertio, tenendum eſt quod in ea debeat obſeruari forma *dictæ legis* 27. *Tauri*, vt docent Arora, Pelaez, Angulus, Velazquez & Azeuedus quos refert, & ſequitur Gutierrez *dict quæſt. 52 per totam & num* 5 eam extendit ad ſubſtitutionem exemplarem, vt idem ſeruetur in ea quod in pupillari, *& num. 7. & 8. & ſequentibus*, limitat quado iam facta fuit melioratio tertij irreuocabiliter ſecundum formam *l. 17. Tauri*, quia tunc poterit in alia diſpoſitione ſeorſum ſubſtituere pupillariter in dicta melioratione ſicut in legitima, & cæteris bonis pupilli, etiam extraneum eũ & reliquos vide.

Ad numerum 23. ibi. *Sed his non obſtantibus ego teneo contrariam ſententiam, &c.* 33

Quod poſitus in conditione, & ſubſtitutione non cenſeatur inſtitutus nec vocatus, Ivt docet noſter Gomec. in præſenti, eſt communis reſolutio Doctorum vt videri poteſt apud Tuſch *lit F concluſ. 369* Menochium *de præſumptionibus, lib. 4. præſumpt. 76* Mantic. *de coniecturis, vltim. volunt lib 11. tit. 2. & 3.* Sacciam *de iudicijs, lib. 2. cap 9. num. 1213.* Petrum Surdum *deciſsione 162.* Burgos de Paz *conſil 29. num. 35. & ſequent.* Anton. Gabriel. *in titul. de fideicommiſsis concluſ 4. per totam*, Cancer. *variarum. 1. part cap. 1. ex num. 100. & num 78.* Molin *lib 1. de primogenijs, cap 6. in principio*, Barboſ. *in l. ſi cum dotem ff ſoluto matrimonio, numer* 34. Gratian *diſceptation, cap* 352. *quaſi per totum, & capit* 776, *et* 747. *et* 773. *et* 774. Coſtam *in cap ſi pater*, verb *Si abſque liberis, ex num* 53. Fachinæum *lib 4. cap. 51 et lib. 3. cap* 45 *et lib* 12. *cap.* 40. vbi etiam loquitur in contractibus, & ſtatutis, Oſualdum *lib. 8. cap* 31 *in enucleationibus Doneli innotatis, lit. R.* vbi multos congerit, & deciſionem Rotæ apud Farinacium 344. *num.* 14 *et ſequentibus*, 2. *part. et melius deciſione* 266 *et* 320 *et* 133. *et* 146. eadem prima parte, & fere in numeros, quos refert D. Ioannes del Caſtillo *lib. 2. controuerſiarum, cap. 12. per totum, et lib. 4. cap. 9, num* 30 *et ſeq.* Pichardus *in l. gallus in principio, num* 173. & Fuſſarius *de fideicommiſsis, quæſt* 437 & quatuor ſequẽtibus. latiſsimè, & vide omnino Larream *deciſion. Granatenſ. 40. num 2. et* 50. *et deciſion* 54, *num.* 3 ex quo ſequitur non intelligi inſtitutum finium, vel alium, ſi teſtator dicat; *Si Titius filius meus non ſit hæres ſit hæres* Scius, *vel ſubſtituo* Scio, vt docet in preſenti Gomecius, quia verba conditionalia & negatiua non diſponunt,

nunt, vt dictum est, nec per substitutionem vulgarem factam ei qui non est institutus inducitur institutio illius, vt in specie ex multis probant Mantica *de coniecturis vltim. voluntat. lib. 4 titul 1. num. 13 & sequentibus. & omnes statim referendi*, in vers. *Verior tamen* Zeuallos *quæst 761 num 39 & quæst. 828 num. 81 & sequent*, quibus etiam adde quæ diximus supra *hoc cap in addit ad num tertium.*

An autem facta substitutione filij in potestate secundum formulam Galli Aquilij de qui *in l. gallus ff de liberis, & posthumis* filius tacitè intelligatur hæres institutus, vt si testator dicat, *si filius meus me viuo morietur tunc &c.* Disputant latè Mantica supra, *dict titul. 1 num 17. vsque ad finē*, Alciatus, Fortunius Garcia, & alij per eum relati, & Fachineus *lib 4. controuersi 1. cap. 76.* Verior tamen, & receptior sententia est, non censeri filium institutum ex dictis verbis; *Nisi ex presse instituatur* consequēterque dicendum cum Acursio *in dict. l gallus*, verb. *Posse*, quod in galli formula filij institutio præcedebat, quæ ideo omissa fuit in contextu ipsius legis, quia de ea nō dubitabatur, & ita hanc partem tuentur Fachinæus *dict. cap. 76.* quem commendo Antonius Faber *de erroribus pragmaticorum decade 26 error 2.* Duarenus, Cujacius *in §. idem credendum*, ibidem Fachinæus *lib. 4 controuersiarum, cap. 51. & lib. 12. cap. 40. & lib. 13 c. 45.* & alij congesti à Pichardo *in relectione ad dictum textum in principio, numer. 171. & sequent.*

34 Numer 24 ibi: *An talis substitutio valeat, & teneat ex prouisione text. in auth. ex causa, &c.*

Substitutionem vulgarem factam filio non instituto in præcedenti casu conseruari ex dispositione authenticę ex causa, *Cod. de liberis præteritis*, vt noster Gomecius docet, ipso nempè filio abstinente se, vel repudiante, vel eo mortuo in vita patris, vel posteā casu quo non transmittit hæreditatem eius. Imō etiam conseruari substitutionem pupillarem, quæ etiam est directa, tenent Costa *in cap si pater, 3 par*, verb. *Censendum ex num. 9.* vbi ampliat in tacita pupillari inclusa in vulgari, Clarus §. *testamentum, quæst. 54. num. 2.* vbi in vers. *Secus ergo* ex ratione per eū adducta probatur, quod filio abstinente, vel repudiante conseruetur vulgaris, Spino *in specul. testament. glos. 23 principali num 17.*, iterum noster Gomecius *in l. 24 Tauri, num 5.* Valascus *consult. 54 num 7.* Ioannes Gratianus *regula 278 num. 3* Fussarius *quæst. 119 in tract. de substitution.* latè Matienzo *l. 1. tit. 4. lib 5. Recopilat glossa 14 numer. 81. & sequent.* Tellus *in l 3 Tauri, 4. part. num 1. & sequent.* Gutierrez *practicarum, quæst. 30. lib 2.* vbi latè disputat, & contradictam resolutionem opponit *l 10 titu. 5. part 6* vers. *Otrosi dezimos*, cui duos intellectus assignat Tellus vbi supra, & tandem resoluit ipse Gutierrez attenta *dict l a tit. 4 lib 5 Repolation*, dictam substitutionem cōseruari referens pro hac parte plures Doctores, licet alij, & cum eis Couarrub. *in cap. Raynuntius, §. 6. num 3. & sequentibus*, contrarium teneant, & Angulo *in l. 8 glossa 2. titul. 6. lib 5 Recopilation glos. 2. ex num. 27* & vide Pichardum *in l. gallus cap. 2 in præludij, nu. 77.* & Cancer. *1. part cap 4. n. 52.*

Exemplarem, & fidei commissariam 35
cōseruari in dicto casu vt hic docet noster Gomecius probatur etiam per supra allegatos, maximè quoad exemplarem in qua militant æedem rationes, & quoad fideicommissariam, docent Gregorius Lopez *in l. fin. 1. titul 8, part 6.* verb. *Mandas*, Donellus *commentariorum iuris lib. 6. cap 13.* Clarus §. *testamentum, q. 54 num 1.* & plures referens Fussarius *quæst. 571 & 204* Castillo, Gomez, & reliqui *l. 24 Tauri*, Matienzo, & Azeuedo *in l 8 tit 6. lib 5 Recopilation* qui & Angulo, *in dict. l. 8 glossa 2. ex num. 21.* Carpio *de executoribus testamentorum, lib 1. cap. 25* & Molina *de iust. tom. 1. disputat. 175. num. 8.* tenent conseruari etiam melio

ratio-

rationem tertij eos vide, & Cancer. supra *num.* 54. *& sequent.* & Pichardum etiam supra.

Vtrum autem interminis dictæ authenticæ ex causa, in qua conseruãtur cætera, præter institutionem, vt dictum est, capetenda sint actione ex testamento an vero condictione ex lege, vide Fachinæum *libr.* 4. *controuers. iur. cap* 10 vbi probat actionem ex testamẽto cõpetere commanentem dicẽs cũ Bart. Castr. Alexand. Iason. & Andrea Gayl. *lib* 2 *obseruatione* 113. *ad fin*

Ibi: *Licet hodie bene valeret, & conseruaretur per nouam dispositionem text. in* l. 1. *titul.* 2. *lib.* 5 *ordinamenti, &c.*

Adde quæ hodie est l. 1. *tit.* 4. *lib* 5 *Recopilat.*

35 Ad num. 25. ibi: *Item quæro an ius transmissionis ex capite iuris deliberandi, &c.*

Et ibi: *Vel aliter, & tertiò dicamus, &c.*

Transmissionis ius præferri substituto vt hic resoluit noster Gomec. tenent quam plurimi vt videri potest apud referendos statim, verum tamen maioris distinctionis gratia sic procedo, & quatenus ad transmissarium *ex capite suitatis*, dico, quod debet præferri quia cum suitas, & eius effectus non tollatur per substitutum vulgarem vt iam diximus hoc caput inde est vt transmissio ex hoc capite potentior sit substitutione vulgari, eamque excludat, vt latius explicant Duarenus *in commentarijs ad hunc titulum*, Petus Gregor. *in syntagm. lib.* 42 *cap* 13. Sarmiento *in* l. *si filius hæres. ff. de liberis & posthum.* Zeuallos *quæst.* 205. *num.* 6 Pichardus *in principio institut. a hoc tit num* 36. *& melius in vers. ad hunc titulum, cap.* 11. *ex numer.* 12. *vsque ad* 21. Spino *in speculo glosa* 33 *ex n.* 91. Molina *de iustitia tom.* 1. *disput.* 18 *num.* 11. Fusfarius *de substitution quæst* 46.

Item transmissionem iure suæ nis potentiorem esse vulgari substitutione. Probant Corrasius *in* l. *post adi-*

tam, Codic de impuberum & alijs, num. 37. Oroscius *in* l. *si arrogator, num.* 13. *ff. de adoptionibus.* Cancerius *variar.* 3 *part. cap.* 21. *num* 39. Zeuallos *quæst.* 206. *num.* 5. Pichard. *ex num* 21. *vsque ad* 50. *dicto cap* 11 & D. Ioseph Vela *dissertatione* 1. *Hispalen si, num.* 105 Qui latè & optimè explicãt text. *in* l. *vnica, Codic. de his qui ante apertas tabulas*, an scilicet habeat locum tam ex testamento quam ab intestato, & an in trãsmissione ad ascẽdentes & alia, eos vide Molinam supra, & Fusfarium *de substitutionibus q* 47.

Circa transmissionem autem ex capite iuris deliberandi, licet quam plurimi teneant potentiorem esse substitutionem, vtpotè manifesta testatoris voluntate fundatam, vt ex multis probarunt Paulus Leonius *in hoc tract. num.* 147. Politus *eodem tract quæst* 44. Zalius *in eadem materia*, versic. *Tertia species* Connanus *lib* 10. *commentariorum, cap* 7 *num* 6. Corrasius *in* l *post aditam, num.* 42. *Cod. de impuberum.* & alijs, & alios referens Pichardus *cap.* 11. *ex num* 50. *vsque ad finem*, contrariam tamen opinionem defendunt alij plures non inferioris auctoritatis, prout sunt Petrus Gregr. *in syntagm. lib.* 42 *cap* 13 Duarenus *in commentarijs ad hunc titulum*, Gregorius Lopez *in* l. 2. *tit* 5 *partit* 6 *glos.* 6. & communiter dicit Derandus *de arte testandi, titul.* 5 *cau.* 1. & nouissimè D. Ioseph Vela *dict. dissertat. Hispalens.* 11. *ex numer* 111. quem omnino videas, & Molinam supra, & Fusfarium *de substitutionibus, quæst.* 48. & Salgadum *in labirinth part* 2. *c* 25. *n.* 106. & Cost. *in cap si pater*, verb. *Interdum, num* 35 vbi an vulgaris in legatis impediat transmissionem?

Ad num. 26. ibi; *Item quæro an ius substitutionis potentius sit iure accrescendi,* 36 *&c.*

Vulgarem substitutionem, vt hic dicitur iuri accrescendi præferri cum magis enixa & expressa defuncti nitatur voluntate, erudite cõsiderat Soarez in præsenti, docent Tiraquellus,

glos. 5.

glossa 5 post l. ēges connubiales, num. 62. Surd. *decis. 152.* Zeuallos *quæstione 832* & alij ferè infiniti relati à Cardoso *in tract. de iure accrescendi, illatione 34.* Donel. *lib. 7. commentar. cap. 12* & ibi Osualdus lit. E, Duarenus *in materia iuris accrescendi, lib. 2. cap. 16* Surdus *de alimentis, tit. 2. quæst. 15. num. 220.* vbi alios refert Mātica *de coniecturis, vltimar. volunt. lib. 4. tit. 11. num. 14. & 15. & titul. 12* vbi ampliat, & limitat Gutierrez *in repetitione l. vnicæ Codic. quando non petentium partes, ex numer. 42.* Spino *in speculo, glossa 21. principali numer. 11.* Menochius *de præsumpt. lib. 4. præsump. 87* qui plures ampliationes, & limitationes, & declarationes adducit Bernar. Diaz *regul. 715.* Socinus *regula 479* & Fusarius *de substitut. q. 53.* latissimè Larrea *decision. 61 ex 17. & decision. 96. num. 12.* Cancer. *3 part. cap. 22. n. 228 vbi de substitutione inutili* Gregor. Lopez *l. 18. tit. 6. part. 6 glossa 11* Pichardus *in §. & plures institut. de vulgaris, num. 7. & seq.* Molina *de iustitia, tom. 1 disp. 183.*

Ibi. *Ex quo singulariter, &c.*

Quatenus noster Gomecius docet etiam tacitam vulgarem cōprehensam in pupillari expressa vincere ius accrescendi laudat eum Gutierrez *in dict. repetitione, l. vnicæ, Cod. quando non petentium partes, &c. num. 43.* Menochius *lib. 4 dict. præsumptione 87 num. 5* Mantica *dicto tit. 12. num. 17.* Bernardus Diaz *dict. regul. 715.* Socinus etiam *dicta regul. 479.* Gregor. *dicta glossa 11.* & ampliat idemmet Gutierrez supra, *num. 46.* etiam si substitutio sit inutilis, secus si nulla, quod etiam probat Politus *tit. de substitutionibus num. 23* & multos referens Menoch. *dict. præsumpt. 87. num. 3* Mantica *dicto tit. 12. n. 18.* quem vide Bernard. Diaz & Socinus supra, Surdus *decisione 152. numer. 19. & 47.* ampliat iterum ipse Gutierr. etiam si volens venire perius accrescendi esset filius testatoris eum videto, & Gratianum *discept. cap. 747 num. 20.* Menochium *dicta præsumptione 87. num. 6 & 9.* & Manticam *dicto tit. 12. num. 19. & 21.* vbi explicant, & Fusarium *in dict. quæstione 53* vbi ampliat, & limitat latè.

Supra dictam tamen resolutionem videtur destruere textus *in leg. 34 tit. 9. part. 6* ibi. *Ca en qualquier destas dos cosas aura la manda el compañero o el substituto del finado &c.* Ex cuius legis verbis, et per eam corrigi testatur Spino supra, *dicta glossa 21 principali num. 2.* Sed nihilominus dicendum videtur incorrectam adhuc manere iuris communis dispositionem, cum ex illa lege solum deducatur argumentum ab ordine literæ, & hoc non sufficiens, vt legum correctionē inducamus, vt sentit Gutierrez supra *nu. 44.* quia dispositio nouæ legis intelligenda est, & interpretanda semper, vt minus lædat ius commune ex text. *in l. præcipimus, Cod. de appellationib. cæum expediat de elect. lib 6.*

Ibi; *Quod tamen limita & intellige, &c*

Supra dicta resolutio limitatur, vt vides, vt non procedat quādo ex voluntate testatoris colligitur contrarium, & sic voluisse ius accrescendi præferri substituto, vt docent, & probant Socinus *in l. 1. ff. hoc titul, num. 48* Ripa *ibidem numer. 182.* Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib 4. tit. 12. num. 21.* Gutirrez *in repetitione dictæ legis vnicæ, Cod. quando non petentium partes, num 48.* Menochius *dicta præsumpt. 87. num. 7. & sequent.* vbi eleganter sex coniecturas cumulat Socinus dicta *regula 479.* vide Fusarium *dicta quæst. 53.* late; & Cancerium *variarum 3. part. cap. 22. ex num. 136.* vbi quid si plures instituantur æquis portionibus, & eis sit datus vulgaris substitutus.

Ad nu. 27. ibi. *Præter quam si ille qui* 37
vult venire &c.

Et ibi; *Aduertendum in hoc, &c.*

Quod substitutio tacita vulgaris contenta in pupillari (vt noster docet) in casu indiuiduo impotentiæ facta excludat ius accrescendi, etiam si in cohæ

rede

rede concurrat qualitas coniunctionis sanguinis probant citati supra *numero antecedenti* versicul. *Et numero* 47. *ampliat*, & Ripa *in* l. 1 *ff hoc titulo*, *num* 181. Crassus *in* § *substitutio*, *quæstione* 13 *num.* 2 & Gutierrez *in dicta* l. *vnica*, *Cod quando nō petentium partes num.* 45 & alij plures cōgesti per Fusfarium *in dict tract. de substitutionibus*, *quæstione* 53 *num.* 3. dubitant tamen quam plurimi de dicta resolutione, imo contrarium tenent, vt præter Leonium, & alios allegatos per Soarez *in annotatione ad hunc locum*, costat ex Mantica *dicto titul.* 12. *num.* 21 Menoch. *d præsump* 87. *num.* 9 & alijs adductis per Fusfarium supra *num.* 4 quem vide.

38 Ad num. 28. ibi: *Nec obstat text. in l. fin. Cod. de instit & substit. &c.*

Laudat nostrum Gomecium in præsenti Gutier. *in l. vnica*, *Cod quā lo non petentium partes*, *&c. num.* 45, sed circa intellectū dictæ legis finalis videndi sunt Fachinæus *lib* 4 *controuer. cap* 40, *& lib.* 13. *c.* 76 Oualdus ad Donel. *lib* 6 *cap.* 26. *notatis*, *lit* C. Cujacius *lib.* 12 *obseru.* 27 *ad finem*, Mantica *de coniect. vltim volu. lib* 5. *tit.* 4. *num* 8. Paulus Leonius in rubrica de vulgari, *num.* 85. *&* 117. *& seqq* & de compendiosa *n.* 72. *&* 425. Menochius *lib.* 4 *præsump.* 37. *n.* 15. & quasi per totam *& præsump* 57 *n.* 4. Cardoso de iure accrescendi *illat.* 34. *ex n* 19.

Ibi. *Ex quo textu notatur*, *&c.*

Etiam substitutionem vulgarem factam in vno casu indiuiduo, & specifico continere tacitam pupillarem (vt noster docet) etiam in alio casu non expresso, ad quem vulgaris extenditur tenent præter eum ab eoque laudatos Crassus § *subst quæs.* 11. *n* 2. Couarrub *in cap. Raynuntius*, §. 4. *n* 6. & plures relatos Menoch *lib.* 4 *præsump.* 36. *n.* 13: & alij relati per Intrigliolum *de subst. centuria* 1. *quæs* 40. & Fusfar. *de subst quæs.* 28. *num.* 2. quem vide per totam, *quæst.*

Ad num 29 ibi. *An ius substitutionis vulgaris transeat ad hæredes*, *&c.*

39 Hoc ius nō esse transitorium ad hæredes, vt noster resoluit, docent Alexander *consil.* 36. *num.* 3. *volum.* 3. Oiuius comm opinion. verb. *Substitutus moriens* Couarrub *in cap. Raynuntius*, §. 5. *num* 5. Tusch. *lit.* S. concluf 853. vbi latissimè declarat, ampliat, & restringit Menochius, *lib.* 4. *præsump* 43. *num* 14 Aton. Gabr. comm opinion titulo de hæredibus instituen *conclus* 2. *ex n.* 23. & per totam vbi multas limitationes congerit. Gutierrez in repetitione l. *vnicæ Cod. quando non petent. partes*, *num.* 49 Pichard. in select. ad tit. *ff. de acquir hereditate*, *cap* 29 *num.* 52. omnino videndus Castro de annonis ciuilibus *notabili* 12.

Substitutio autem vnita cum iure accrescendi quod transmittatur ad hæredes docent Cephalus *consil.* 16. *lib* 1. *num.* 35. & eum & alios referens ita resolvit Rota apud Farinacium decision 463. 3 *parte seuorum operum ex tex in l*, *si ex pluribus*, *ff de vuls*, *& legit*, *hæred* de quo vide Cujaciū *lib.* 12, *obseru*, *cap* 31, & Anton Gabr, supra,

Ad num, 30, ibi: Sed his non obstan40 tibus ego teneo contrariam sententiam &c,

Quod substitutione pupillari facta cum limitatione, vel sine ea, vel vsque ad certum tempus semper duret vulgaris tacita in ea comprehensa, vt hic resoluitur, tenent Menoch *lib* 4. *præsump* 43 *num.* 5, *&* 19, Couarrub, *in cap. Raynūtius*, §, 5, *nu*, 5, & alij plures ab eis relati maximè à Menoch, *dicto n*, 19 Mantica de coniect *vltimar*, *volu*, *lib*, 5, *tit*, 3 *n*, 18, & 21, & melius *tit* 6, *ex n*, 2, vbi latissimè respondet contrarijs & in casu pupillaris expirantis per aduentum pubertatis, quod adhuc duret vulgaris, docet Zeuallos *quæst*, 753, & 751, & sic opinio nostri Gomecij sequenda est, & eam tenet Molina de iustit, *tom*, 1, *disput*, 184 numer, 26 licet aliqui distinguant an substitutio pupillaris facta fuerit sine temporis præfinitione, vel cum ea, vt primo casu duret vulgaris tacita licet finiatur pupillaris, secus in secundo.

vt

vt videre est per Zeuallos *quæstione* 751. *num.* 10. *& sequent* quicam amplectitur. Et quamuis in omnibus casibus huius quæstionis cum Bartol transeat Greg. Lopez *in leg* 2. *tit.* 5. *part.* 6. *glossa finali.* Sed non rectè.

Ibi; *Ex quibus infero quod si filius impubes &c.*

Pupillo decedente, vel effecto puberi vita patris adhuc conseruari tacitam vulgarem contentam in pupillari, vt hic docetur, probant præter allegatos Menchaca *de successionum progressu* 1. *parte, libr* 3 § 21 *num.* 242, Zeuallos *quæstione* 105 *&* 751. *ex numer* 4. Mantica *de coniecturis, dicto titul* 6 *lib.* 5 *ex num.* 11. Vbi latè disputat Aluarado *de coniectura ta mente defuncti lib* 2 *cap* 2. § 1 *num.* 25. vbi rem explicat & alij plures relati, & sequuti à Fussario *in tractatu de substitutionibus quæstione* 23 *numer.* 4. qui omnes dictam resolutionem probant, distinguat quamuis noster Gomecius in fine huius numeri, an pater decesserit ex intestato, vel non, & Castillo *in l.* 31. *Tauri* verb. *Pupillar*, & quamuis contrariũ teneant plures relati, & sequuti à Gregor. *in d. l.* 2. *tit.* 5. *part.* 6.

Ex eisdem fere rationibus licet filius emancipetur per patrem, & hic cesset pupillaris, adhuc tamen remanet vulgaris tacita, vt cum multis communem asserens probat Zeuallos *quæstione* 752. & latissimè Mantica *de coniecturis, d. lib.* 5. *tit.* 6. *n.* 13 *& seq.*

Item addè quod finita pupillari per captiuitatem filij non finitur vulgaris tacita, vt ait Gregorius *in l.* 10 *tit* 5 *part* 6. *glossa* 3. De his omnibus vide quæ diximus supra, in annotationibus ad numerum 11 & Costam *in cap. si pater*, 2. *p.* verb. *Testatore mortuo, nu.* 2 *& per totum*, vbi alia plura cumulat.

41 Ad numerum 31 ibi. *Sed his non obstantibus, &c.*

Quod substitutio pupillaris inutilis contineat vulgarem tacitam, vt hic resolutur, defendunt Menochius *de præsumptionibus, lib.* 4. *præsumptione* 43. *numer* 6. Mantica *de coniecturis vltimarũ volun. lib.* 5 *tit.* 3. *nu.* 2 *& seq.* Castillo *in l.* 31. *Tauri*, verb. *Pupillar* Couarrub. *in cap. Raynuntius* §. 5 *num.* 5. verfic. *Vndecimo*, & versicul. *Ex quibus infero*, qui latissimè rem disputant, & multos Doctores pro hac parte congerunt Gregor. Lopez *in l* 5 *tit.* 5. *part.* 6 *glossa* 2. vide etiam Aluarad. *de coniectura ta mente defuncti, lib* 2. *cap* 2 §. 1. *num*, 26. & plures referentem Fussarium *de substitutionibus. quæst.* 24 *nu.* 5 & per totã, vbi plures declarationes & ampliationes adducit, Gutierrez *in Vnica, Cod. quando non petentium partes. &c num.* 46. & vide etiam citatos supra in annotationibus ad numerum 26. vers. *Et ampliat*, idemmet Gutierrez qui scilicet Doctores in aliquibus dissentiunt à nostro Gomecio.

Ad numerum 32. ibi: *Primò per textum 42 notabilem, &c.*

De intellecta huius legis præter allegatos á Soarez hic, videto Mench. de successionum creatione, § *decimo, num* 414 Corras. *in l. si testamento, n.* 10. *Cod de impuberum, & aliis*, Duarenum *hoc titulo, cap* 14. Costam *in cap si pater de testament. lib* 6 1. *part.* verb. *Habens*, Cujacium *lib.* 2. *ad Africanum in d l si mater*, Connanum *lib.* 10, *commen. cap finali*, Petrum Gregor. in syntagm. *lib.* 42 *cap.* 22. *ex n.* 18. Spino *speculo testam. glossa* 23, *princip, num*, 11. & latissimè Pichard, in princip, instituta *de pupil, ex n.* 43, & maximè *n.* 52 & seqq *vsque ad* 58,

Ibi: Ex quo genericè collige, &c,

Quod actus etiam nullus, & inualidus demonstret voluntatem defuncti, vt hic dicitur, latè prosequuntur Menochius, & ferè infiniti ab eo allegati, *lib*, 4, *præsump*, 15 *et* 127, vbi plures casus distinguit Surdus *decis*, 152, *nu*, 18, Burgos de Paz *in l.* 3, *Tauri*, 5 *par*, *n*, 1388 Valascus *consul*, 61, *ex n*, 15, & vide omnino Barbosa *in l. si cum dotem, ff. soluto mat*, *ex n* 22 & Tiraquel, in retractu *lineager* §, 26 *glos.* 2, *ex num* 5, Barbosa in collecta-

Clauea ad l. 26. Cod familiæ herciscundæ.

Ad num. 33 ibi. *Item quæro an substitutio vulgaris expiret, &c.* 43

Per additionē hæredis instituti finiri & expirare substitutionē vulgarē, ex rationibus á nostro Gom. adductis, notissimum est apud interpretes, vt videri potest per Tusch. *lit. S. concl.* 811. Mant. de coniect. & vltimar. voluntat. *lib. 5. tit. 6. n. 1. & lib. 11 tit 5. nu. 5. & seq.* Petrum Gregorium *in syntagm. lib 42. cap. 16. num.* 11. Sarmiento *lib 8. selectarum, in l. si quis seruum, § certam ff. legatis 2. nu. 1.* & Intrigliolum plures referentem de substitutionibus, centuria 1 *quæstion* 46, Spino in speculo, vbi de substitutione vulgari *glossa 22. num. 23* & Fussarium *de subst. quæstione* 65. vbi ampliat, & limitat, & de iure Regio est text. *in l 10. tit. 4 part. 6* adeo autē hoc procedit vt etiā si in testamēto adsit clausula codicillaris, substitutio vulgaris semel extincta per additionem instituti, non trahitur ad fideicommissariam, vt resoluit Mantica de coniecturis, vltimar. voluntat *lib. 5. tit. 2. n 13* & cum eo Fussarius *sup n 6* vide Richardum in *relectione tit ff. de acquiren. hæreditate, cap. 12. ex num* 21. vbi an substitutio reuiuiscat si minor per restitutionem, additionem reuocauerit? de quo supra *nu* 22.

Uellim tamen non obliuiscaris doctrinā supradictā, in additione, vel annotatione ad numer. 14 vers. *Addendum tamen est*, ex qua limitationem colliges ad præsentem resolutionem nostri Gomecij, hoc n. 33

Alia ad legem *post aditam* & pro eius exornatione colliges ex Bartolo, Riua, & Iasone *in leg 1 huius tituli. & in dicta leg. post aditam*, maxime an substitutus qui potest succedere de iure ciuili admittatur, casu quo filius institutus eodem iure ciuili admitti non potest sed tantum de iure prætorio. Et an iis qui tanquam institutus, & ciuili, & prætorio iure succedere potest bonorum possessionem secundum tabulas petere eligat, an hoc casu substitutus excludatur? de quibus videndi sunt Costa *in* § *& quid si tantum, 1. part. ad finem*, Peralta *in l. si quis in principio testamenti, ff. de legatis 3 numer.* 68 *& sequentibus* & alij relati à Richardo in relectione huius tit. *cap 21. ex num* 15 *& num* 3.

Ad num 34. ibi *Item quæro, &c.* 44

Vocatūex substitutione vulgari. & fideicōmissaria, posse eligere ex qua velit succedere, vt hic docetur, probant Bart. Castren, Alex. & reliqui *in l. cēturio ff. hoc tit.* Alexand. *consil* 208. *lib. 6.* Tusch. *pract. lit. S, concl. 779. n 11. & concl. 788* Menochius *de præsumptionibus, lib. 4. præsumption 63. num* 11 *& præsumption. 20. nu.* 8. *& consil. 303. num* 35 *&* Fussar *in tract. de substitutionibus. quæst. 10. num* 5 *vbi num.* 4, docet quod istud ius eligēdi trāsmittitur ad hæredes, *et n 6* quod nō potest dari cōcursus vulgaris, & pupillaris, & *n. 7* quid si cōcurrant pupillaris, & fideicōmissaria, vbi duas contrarias opīniones communes refer, *& n. 11* ait quod in pupillari, & exemplari datur electio substituto, eum vide.

Ad n 35. ibi: *Si testator instituit duos vel* 45 *plures hæredes, &c.*

Quod substitutio vulgariter facta pluribus, non resoluatur in singularitates, sed post omnes substitutus admittatur, si instituti vocati sunt comodo quo resoluit Gom. sin autem, fiat separatim, tūc resoluatur in singularitates, est cōmunissima resolutio vt cōstat ex Mant. *de coniect. vlt. vol lib. 11. tit. 5. per tot.* vbi latissimè rē explicat, & differit, an dicta resolutio habeat locū in pupillari vel fideicōmissaria, *& l. 4. tit. 12. ex n.* 25 *vbi de substitutione* sic facta. *Si Titius, & Seius hæredes non erunt, vel si nec Titius, nec Seius, vel si vterque hæres non erit, &c.* Gratianus *disceptation. cap.* 288. latè Menochius *d. præsumptionibus. libr 4. præsumption* 87. *n.* 12 *&* 13 Gregorius *in l 4. tit 5. part. 6. glos 2. & iterum l. 14 eodem tit glos.* 4. vbi agit de fideicommisso relicto

post mortem plurium, Antonius Gabriel *tit. de substitution. conclusion 1 num 19* vbi multos refer, & per totam conclusionem multa cumulat, *& conclusion. 3* agit de pupillari facta duobus impuberibus, *& conclusion. 4* per totam, & latissimè Tuschus *conclus. 835. lit. S.* per totã, vbi etiam agit de pupillari, & fidei cõmissaria. Et Larrea *decisson. 61 numer. 1. & 33. et decis. 54. n. 3* & in pupillari duas cõmunes contrarias adducit Zeuall *q. 615.* & latè Pichard. transiens cum resolutione Bart, sequuta a nostro Gom. & eum defendens *in relect huius tit c. 21, & in relect ff de acquir hæred, c. 12, & in § & plures, inst. de vulgari* vbi distinguit etiam an substitutio fiat copulatiuè, an distributiuè vide eum qui *n. 10.* ibidem explicat text. *in l, quamuis, Cod. de impuberum* & alijs Osualdus ad Donelum *lib. 6 cap 26.* Aluarado *de coniectur ata mente defuncti, lib. 4. cap, 1. num. 13.* & vide ad hoc eundem Gomecium infra *cap 5. n. 21.* & latissimè Fussarium *in tractatu de substitution. q 54.*

Quando autem appositæ est clausula, *& cui libet eorum.* Vide Barbosam *in tractatu de dictionibus dictionis. 320. nu. 8* & quid si dicatur. *Si aliquis, &c.* idem Barbosa *dict. 22.*

Ibi. *Limita tamen præterquam si pia causa esset substituta, &c*

Adde Tuschum *concl 832. lit. S n 9.* & per totam, vbi plura cumulat priuilegia piæ causæ substitutæ Manticam *de coniect lib 5. tit 15 n. 38* & vide omnino Fussar. *sup. d. q 54. n 20,* & nostrum Gomec. infra, *c. 5 n 21.* vers. *Secundò limita.* Vbi contrarium videtur tenere loquẽs in fideicommissaria substitutione

Antequã hinc abeamus, aduerte, & 46
adde quod si aliquis substituatur post tempus, vel conditionem, si hæres institutus est incapax, tunc illo medio tempore venientes ab instestato fraudantur hæred. tate, vt cum Baldo *cons. 339. n 2. volum 2* & Manti *de coniect lib 4 tit. 7. n 8.* aduertit Carrança *in tractatu de part. legit. cap 5 n. 29*

Item An grauamen iniunctũ institu- 47
to ad substitutos possit extendi? Vide Molinam *de primog. lib 1. ca. 6. n. 28. & lib. 3. cap. 5 per totum* Mieres *de maior. 2. part. q. 6 n. 104.* Gratianus *discep. tom. 2. c. 275. n. 3,* Castillo *lib 3 controuer. c. 15, num. 21.* & post eos D Larrea *decis. 51. n 4. & 11.* & Canc. *variar 3 p c. 20. ex n. 132* vbi quid de conditione Mantica *de coniect. vltim. volunt. lib. 10. cap 6.*

ADDITIONES, ET ANNOTATIONES

AD CAPVT QVARTVM DE SVBSTITVTIONE PVPILLARI.

SVMMARIVM:

Doctores de pupillari agentes referuntur
2 Quo iure introducta pupillaris substitutio?
3 Substitutio pupillaris qua ætate finiatur, & cui incumbat probatio ætatis.
Quid si malitia suppleat ætatem.
Quid si proximus pubertati habeat filium.
Alimenta relicta in tempus pubertatis quã diu durent.
4 Quæ requirantur ad valorem pupillaris substitutionis.
Additio hæreditatis an requiratur, & an valeat facta in codicillis.
De patria potestate requisita.
Patria potestas quo tempore sit necessaria.
Quid hodiè sublata differẽtia patriæ potestatis, & emancipationis.
Quid in capto ab hostibus.
Facta extraneo an convalescat per arrogationem.
Monachus an possit substituere pupillariter.
5 Substituti potest ex hæredato.
Quid in non capace do'i.
6 Substituti potest filio preterito vel ex hæredato sine causa.
7 Pupillaris an possit fieri post 14. annum, si statuto caueatur quod minor 25. annis non possit testari.
Quid si ætas pupillaris sit restricta per statutũ
Pater turpis persona an possit substituere pupillariter.
8 Pupillaris inutilis an conuertatur in fideicommissariam.
Pupillus an possit alienare bona in præiudicium substituti.
Institutio directa facta in codicillis, vel testamento imperfecto cum clausula codicillari conuertitur in fidei commissariam.
Intellectus L. scæuola ff. ad Trebellianum remissiuè
9 Substitutio pupillaris an excludat matrẽ.
Quid si mater sit inops.
Quid turpi persona substituta.
Substitutus petit tutorem.
Pater an possit renuntiare successioni filij sine iuramento.
Mater in foro conscientiæ an excludatur per pupillarem.
Quid si substitutus esset persona infamis.
10 An per tacitam pupillarem excludatur mater.
11 An vulgaris tacita in pupillari comprehensa matrem excludat.
Quid in matre testatoris.
12 Pupillaris tacita an excludat matrem ex coniecturis.
13 An sit coniectura sufficiens ex transitu ad secundas nuptias.
14 Etiam in legitima posse grauari substitutum pupillarem, vel successorem abintestato
Substitutus pupilli exhæredati, an possit grauari.
15 Substitutus pupillaris in vna re admittatur ad omnia bona.
Substitutus an possit acceptare hæreditatẽ patris

CAPVT IV.

patris, & repudiare substitutionem vel è contra.

Substitutus pupillo instituto in re certa, an sit pupillaris.

16 Substitutio in hæc verba, Si filius meus impubes decedat, *an sit pupillaris, vel compendiosa.*

Quid si adijciatur verbum Quandocũq; Si *simpliciter dicatur;* Filio meo impuberi talem substitutio *quidē*

Quid si ita, instituo filium substituo Caium

De omnibus formulis substitutionum pupillarium remissiuè.

17 *Ius substitutionis pupillaris an transeat ad hæredes.*

Quid si substitutio sit iũcta cũ iure accrescẽdi.

18 *An euanescat per professionem patris, vel filij.*

In legitimam non imputat filius quod capit ex substitutione pupillari.

Substitutus potest cum iuramento paciſci ſuper hæreditate pupilli.

Substituto proximiori consanguineo, an mater succedat vt talis.

Substitutus pupillaris an amittat substitutionem si non admisit tutellam.

Mater pupillariter substituta, si secundo nupserit, an amittat substitutionem.

Substitutio pupillaris pluribus facta an resoluatur in singularitates, vide infra cap. 3. in additione ad num. 21.

In substitutione pupillari an frater vtrinque coniunctus præferatur.

Quæ comprehendãtur, & veniant in pupillari substitutione.

DE Materia substitutionis pupillaris vt 1
pote frequentissima, & ordinaria in praxi agunt latissimè omnes Doctores relati initio capitis antecedentis, & in specie Petrus Gregorius *in syntagmate, lib. 42. cap. 17.* & sex sequentibus Cardinalis Dominicus Tuschus *practicar. conclus. lit. S. conclusion 817* & octo sequentibus Vincentius, Fussar. *in speciali tractatu* Spino *in spec. testament. glossa 23. principali,* Menochius *de adipiscenda, remedio 3. ex num. 206.* Gomez Bayo *in praxi quæst. 84. 85. 86. 87. & 88* Costa *in cap. si pater,* verb. *Habens,* & verbo *Impuberes,* & verb. *Pupillares,* & quasi per totum, Duarenus, Donellus Osualdus, Cujacius, Pichar. & omnes in propriis locis, qui ferè infinitos referunt, Cancerius *1. part. cap. 1. ex n. 36* Molin. *de iust. tom. 1. disputation. 184* & Macienzo Iunior *in repetitione, § Sed nec in l. Papinianus, ff. de inofficioso testamento,* item Pichardus *in rubrica ad titul. ff. de vulgari, & pupillari.*

2 Ad num. 1. *Item de iuris ciuilis, &c.*

Substitutio pupillaris de qua in hoc capite agit noster Gomecius, an sit è iuris ciuilis authoritate, an verò contra eiusdem regulas, videndi sunt Trentacinquius, & abeo relati, de substitutionibus *part. 2. cap. 1. num. 7.* Duarenus *hoc tit. cap. 1.* Osualdus ad Donel. *lib. 6. cap. 25. notatis lit. A.* Et an è iuris ciuilis authoritate esse moribus non Lacedemoniorum sed populi Romani introductam tenẽt Alciatus, Ripa, Gaiaula, quos refert, & sequitur Pichard. in rubrica inst. hoc tit. *ex n. 8* & Corras. *in l. 7. hoc tit. n. 2. & in parte* Osuald. vbi supra, *lit. B.* & Spino in specul. *dict. glossa 23 n. 4.* quos vide & Mantic. *de coniecturis vltimarum voluntat. lib. 5. titul. 12. num. 12.*

Ibi. *Quo casu pupillaris ætas, &c.*

Quomodo computetur ætas, vt eua nescat substitutio pupillaris, & rationes quare ita finiatur, præter allegatos per Soarez hic *liter. B.* in suis annotationibus, vide Tiraquel, elegantèr *in l. 6. connubiali ex num. 25.* Costa *in cap. si pater,* verb. *Defunctus ante tempora pubertatis,* latissimè Spino *in specula glossa 23. ex num. 20.* Pichard. *in §. masculo, inst. hoc tit.* qui etiam agunt cui incumbat

bat probatio in hoc casu, de quo Masc. *de probationibus, conclusione 666 & conclus.* 1353. *numer. 7 lit. S & conclus 667*, verb. *Ætas, num. 39* vbi limitat. & Fussarius *de substitutionibus quæst. 119.* latè Farinac. *in fragmentis* eodem verbo *Ætas, num. 74. & sequent.* latissimè Gregorius *in l. 1. tit.* 14 *part. 3* Caldas *in l. si curatorem, § infra tempus, numer. 20.* Fachinæus *lib. 6. cap. 45. controuersiarum*, Morla *in emporio tit. 5, quæstione 10. num. 7.* Manti *de coniect. vltimar. lib. 5. titul 9. n. 6. & seq* D. Joannes del Castillo *lib. 4. controuers. cap* 14 *num 6* ferè infinitos referens Et de modis quibus finitur pupillaris, præter supra allegatos, vide etiam Gregorium *in l 10 tit. 5. part. 6.* Tuschum *lit. S conclus.* 824. *&* 825. nouissimè Narbona *de ætate anno decimo quarto, quæst* 49 Merlin. *de legit. lib* 3. *tit. 2. q.* 13. *n.* 11.

Quid autem si malitia supleat ætatem, an substitutio possit finiri ante quatuor decimum annum, Costa *in capit. si pater*, verbo *Impuberes numer. 9. & sequentibus*, vide etiam Narbonam supra *num* 10.

Et quid si proximus pubertati habeat filium, idem Costa in verb. *Si absque liberis, nu.* 53. vbi quod conualescit substitutio, si filius moreretur ante pubertatem patris, de quo latè Mantica *de coniect. lib. 5. tit. 12. nu. 2. & seq.* & Spino *d. glos. 23 n 27.*

Ibi. *Nam si relinquantur alicui minori alimenta, &c.*

Alimenta minori relicta in tempus pubertatis locum habere in masculis, vsque ad decimum octauum annum, in fœmina vsque ad quatuor decimum ex text *in leg. mela*, vt noster docet, certissima est resolutio, vt constat ex latè deductis per Menochium *de præsumptionibus, lib. 4 præsumptione* 157. *nu* 37. Petrum Surdum *in tractatu de alimentis titul 8 priuilegio 8 vbi numer 8.* limitat, præter quam si relinquantur diuiti quia tunc finiuntur pubertate, duodecim, vel quatuordecim annorum vide eum ibi, & iterum *in titulo 9. quæst. 30. num. 49* vbi de intellectu *dict. l. mela*, & Corrasium *in l. præcibus, Codic. de impuberum, & aliis, num* 18 & Suarez *in leg. quoniam in priuilegiis ampliatione 3. in fine*, & Scobar *in tractatu de computationibus, comput. 4* cui non placuit dicta distinctio Petri Surdi inter diuitem, & pauperem facientis discrimen, vide etiam Narbonam de ætate anno decimo octauo, *quæst. 1.*

Ad numer. 2. ibi. *Requiruntur sex principalia requisita, &c* 4

Octo requisita ad valorem substitutionis pupillaris ponit Castillo *in l. 31 Tau*, verb. *Pupilar*, & Greg. *in l. 5, tit. 5 partit. 6. glos 6.* & Tuschus *conclus 822. lit. S* & alij plures relati à Fussario *tractatu de pupillari quæs. 118.* qui addunt pro septimo requisito, quod pater sibi faciat testamentum, & pro octauo, quod ante mortem testatoris filius nō exeat eius potestatem Richardus *in principio institut. a, hoc titulo, & in § non solum autem & in §. liberis autem*, vbi eadem latè prosequitur, quam vide, & Petr. Gregor. *in syntag. lib. 42. c. 23.* vbi nouē requisita ponit, & pro nono, vt substitutus possit, & velit pup hæreditatē accipere quod magis ad executionem, quam ad valorē substitutionis pertinere, mihi videtur.

ibi. *Sextò requiritur quod adeatur hæreditas ex testamento patris, &c.*

Hoc requisitū non esse necessarium hodie *ex text. in l. 1. tit 4 lib. 5. Recopil.* tenent Gregor Lop *in l. 2. ver Entrar la hæredad, tit. 7. p. 6 & in l 10* verb. *Se desatavia, tit. 5, eadem partita*, Costa *in cap si pater 3 parte* verb. *censendum num* 18 & verb. *Deferuntur, ex num. 2.* vbi de existentia sui hæredis, de quo etiam latè Fussarius *de pupillari, quæstione 132* Merlinus *de legitima, lib. 3. titul. 2 quæst. 13 numer 3* vbi quod valet facta in codicillis Burgos de Paz *in leg. 3. Tauri, conclus 6 num* 839. Tellus *ibidem, tertia parte, num* 8. Benedictus *in cap. Raynutius*, verbo. *Mortuo itaque el primero, n.* 337 iuē Tell. 4 *part. n.* 19.

Matienzo *in dict. l. 1. tit. 4. glossa 14. num.* 83. & 84. Gutierrez *libr. 2. practic quæst* 30. *num.* 4. Soarez *receptarum sententiarum* verbo *Hæreditas* Pichardus *in relectione tit ff de acquirenda hæreditate, cap* 30, *num.* 10, *& seq. vbi num.* 15 explicat & probat quod nec aditio venientium ab intestato requiritur, licet contrarium, nempè additionem saltem venientium ab intestato necessariam esse, defendant Zeuallos & ab eo allegati *quæstione*, 103. *num.* 13 *& sequent* & Azeuedo *in d. l. 1. numer.* 136. latissimè disputans *ex num* 120 & alij plures relati à Pichardo *dicto cap* 30. *num.* 13 & Soarez supra vide etiam infra *cap* 5. *in additionibus ad nu.* 8 & iterum Pichard. supra *cap* 19. *num.* 71 vbi an tabulæ pupillares solà sui hæredis existentia confirmentur, & an hæc substitutio possit fieri in codicillis. Gratianus *regula* 74 *num.* 3 & an reuocari possit in codicillis Zeuallos *q.* 264.

Ibi *Ex quibus infero generaliter, &c.*

Non nisi cõstitutis in potestate substitutionem pupillarem fieri posse; explicant latissimè præter ordinarios in locis relatis à Gomecio supra *numer* 1. Menchaca de succession. creat. § 21 *ex num.* 263. Segura *in l. cohæredi, §. cum filiæ, num.* 8 *ff de vulgari*, Craffus de successionibus § *substitutio, quæst* 23. Couarr. *in c. Raynuntius* § 5. *ex numer.* 1 Gregor *in l.* 5. *tit* 5 *part* 6 verb, *En su poder*, Zeuallos *quæstione* 627. *nu.* 2 & multis relatis Spino de testamentis *glossa* 23. *num.* 17 *& seqq.* vbi agit de filio naturali, & de arrogato, & de filio iudæi, hæretici, schismatici, de quo Gregor. supra *dicta glos.* 5. & Fusfarius *dicta quæst.* 118 Mantica de coniecturis vltimar. volunt. *lib.* 5 *tit.* 9. *num.* 4 Surdus in tractatu de alimentis *titul.* 1 *quæstione* 18. *num.* 5. Valascus *consultatione* 151. vbi etiam an filio naturali possit fieri, hæc substitutio, Costa *in cap. si pater*, verb *Habens*, *& in* §. *et quid si tantum num* 66 vbi quomodo mater possit aliquid concipere quod habeat speciem pupillaris? Capra in cõmunibus verb: *Substitutio pupillaris*, Castillo *in l.* 31. *Tauri*, verb, *Pupilar*, Molina de iustitia, *tomo.* 1 *disputat* 184 *vbi num.* 7. agit de milite substituente Merlinus *de legitima, lib.* 3 *titul.* 2. *quæst* 13 *num* 12. vbi etiam de matre an possit substituere

Adeo autem patria potestas in pupillari substitutione requiritur, vt etiam in milite substituente procedat, vt cõtra Acurcium, & alios docet Costa *in cap. si pater*, 1. *parte* verb. *Habens*, *ex num.* 7 & eum & alios referens Pichardus in principio institutæ *hoc titulo*, *ex num* 58 *vsque ad* 66. vbi declarat text. *in l. miles ita*, § *ex hæredato, ff de milit. testament.* in quo contraria opinio nitebatur. Et ibi ex numero 20. agit, an patria potestas sit necessaria tempore testamenti, & mortis? Et Gregor Lopez supra *dict.* l 5 & Fusfarius *d. quæstione* 118. *num* 23. *& seqq.* vbi duas contrarias communes opiniones refert, & Zeuallos *quæstione* 517 apud quos magis obtinuit sufficere patriam potestatem tempore mortis eos vide, & Molinam *de iust tom.* 1 *disput.* 184. *num.* 5.

Nec contra dictam resolutionem facit negotium, sublatam hodie differentiam emancipationis, & patriæ potestatis, vt dictum fuit cap. 1. num. 3 supra in additione ad illum numerũ, quia id procedit ab intestato, non verò ex testamento, vt ibi fuit dictum.

An autem si filius exeat à potestate captus ab hostibus, spes tamẽ est, quod reincidat per fictionem, hoc sufficiat, vt ei possit substitui? vide Zeuallos *q.* 479. vbi etiam alia, & Capram in communibus verb. *Substitutio pupillaris*, & Fusfarium *dict. quæstione* 118. *numer.* 41. vbi cum multis docet sufficere.

Et an *si* fiat hæc substitutio extraneo valideturper arrogationem vide, Zeuallos *quæst* 517. Fusfarium supra *num* 42 *& seqq.* vbi resolvit cum communi quod sic saltem de iure prætorio. Et de hac substitutione facta extraneo, Costa *in* §. *& quid si tantum*, 4 *par. num.* 13. *& seqq.*

Ibi

Ib; *Item infero quod hodie de iure Regio, ex l.* 48 *Taur &c.*

Pro exornatione huius legis, & confirmatione doctrinæ noſtri Gomecij, adde eundem *in dicta l* 48. & Couarrub. *in capit. 2. de teſtamentis*, Palatios Rub, *in repetitione, cap. per veſtras in rubrica*, §. 56. *num.* 4. Gregor *in l.* 5. *titul.* 5 *partit.* 6. *gloſ.* 4. vbi in fine gloſſæ ponit caſum, in quo auus ſubſtituat pupillariter nepoti. Pinelum de bonis mater. *in rubrica*, 2. *parte, numer.* 19. Gutierrez *de iuramento confirm. 1. parte, cap* 1. *numer* 58 Breçam *de non meliorand. dotis ratione filiab cap.* 7 *n.* 21. Azeuedum, & Matienzum *l.* 8 *tit* 1. *lib.* 5. *Recopilar.* Otaloram *de notabilitate*, 3. *part. cap.* 7. *num.* 2 Spinum *de teſtamentis, gloſſa* 23 *num.* 13. Cancerium 3 *part variarum, cap.* 11 *num.* 108. vbi quod valet ſubſtitutio pupillaris facta filio ex matrimonio putatiuo.

Ex dictis infertur quod cum profeſſus non habeat filios in poteſtate non poterit eis ſubſtituere pupillariter, licet vulgariter, per fideicommiſſum, vel compendiosè poſsit, vt cum Coſta, Gregor & alijs reſoluit Sanchez *in ſumma, lib* 7. *cap* 9. *num.* 34. *&* 35

5 Ad numerum 3. ibi: *Pater poteſt facere ſubſtitutionem pupillarem filio ex hæredato, &c.*

Subſtitutionem pupillarem non ſolum filio inſtituto ſed ex hæredato fieri poſſe, notum eſt, vt hic probatur, & conſtat *ex l.* 6. verb *Maguer le desheredaſſe de lo ſuyo titul.* 5. *part.* 6. cuius ratione tradit Gutierrez *in* § *ſui, num* 129 Fuſſarius late *dict. quæſt.* 118. *ex nu.* 51 vbi ampliat, & limitat plures referens. Sed verum non eſt per exhæredationem tolli ſuitatem, vel patriam poteſtatem, vt hic ſupponitur, vt probat elegant. Pich. *in principio inſtituta hic titulo, num* 68 *& ſeqq* vbi optimè ſatisfacit argumentis, quæ in contrarium adducuntur. Et an ſubſtitutus filio ex hæredati poſsit gratiari, ſi pater filio ex hæredato aliquid legauit, vide Gregorium *in l.* 3 *titul.* 9. *partit.* 6 *gloſſa* 8 & Fuſſarium *de ſubſtitutionibus quæſtione* 299. *num.* 23. *& ſeqq*

Ibi, *Hodie tamen, &c.*

Diſtinctionem noſtri Gomecij, an pupillus ſit doli capax, vel non, ſequuntur communiter Doctores, quos in vnum cogerit Trentacinquius *de ſubſtit. 2. parte cap.* 14. *num* 6 & Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib.* 2. *cap.* 3 §. 2. *nu* 2. & alij relati à Valdeſ. *in additionibus ad Suarez in l. quoniam in prioribus, in principio* verſi. *Fundatur hæc ſententia*, & plures relati a Fuſſario *dict. quæſt.* 118. *num.* 63 infans enim cum ingratitudinis cauſam cõmittere non poſsit, exheredari non poterit, vt infra dicetur ſuo loco & reſoluit Menchac. *de ſucceſſionum progreſſu, lib* 2 § 14. *num* 130. Pichardus tamen *in* §. *non ſolum inſtituta hoc titulo, ex num.* 22. indiſtincte reſoluit ſubſtitutionẽ pupillarem valere factam filio impuberi exheredato, licet in eo ſtatuſit vt cauſam ingratitudinis committere nõ poſsit, eum vide, & Tuſcum *lit.* S *concluſ* 821 *num* 3.

Ad numerum 4. ibi. *Hodie tamen de* 6 *iure nouo authenticorum, &c.*

Reſolucio noſtri Gomecij in præſenti nempè ſubſtitutionem pupillarem filio præterito, vel exhæredato ſine cauſa factam valere comprobatur ex his quæ diximus ſupra *cap.* 3. *in additione ad nemerum* 24. ſuper verſic. *Item etiam conſeruatur ſubſtitutio pupillaris, &c.* & vide Gregor. *in l.* 10. *titul.* 5 *part.* 6 *gloſſa* 15 *&* 17. & Fuſſarium *in tractatu de ſubſtitution. quæſt.* 119, vbi plurimos refert, & Molina *de iuſtitia, tom.* 1. *diſputatione* 184 *nu.* 12. Pichard. *in l. gallus.* & vice etiam Tuſch, *lit* S. *concluſione* 819. *num* 3. vbi contrarium tenet.

Ibi. *Sed adde quod hodie de iure Regio, &c.*

Vide quæ diximus ſupra ad numerum ſecundum, verſicul. *Sextò quod adeatur hæreditas, &c.*

Ad numerum 5 ibi *Breuiter dico quod* 7 *non, &c.*

Statu-

statuto prohibente, vt minor viginti quinque annis nõ possit testari quod pater hoc casu non valeat ei substituere post pubertatem tenet cum nostro Gomecio Trentacinquius *de substitutionibus part 2. cap 8.* & Paulus Leonius *de pupillari substitutione, num, 95, & sequent.* Capra *in communibus*, verb, *Substitutio pupillaris*, Intriglolus *de substitut. centuria 1. quæstione 64* & in hoc duas contrarias opiniones adducit Fussarius *eodem tractatu, quæst 102. num 6. & sequentibus*, vbi declarat, *& num. 12.* ait quod si per statutum ætas pupillaris esset restricta ad minus tempus, etiam substitutio pupillaris censebitur restricta ad illud tẽpus, pro quo allegat Manticam *de coniecturis, vltim. voluntat. lib, 5. titul. 9. numer. 1. & seqq* & alios.

Ibi: *Limita tamen si pater, &c.*

Quod pater non possit filio substituere pupilleriter, si sit persona turpis & abiecta, tenent Marcus de Mantua *singulari 539. nu. 2.* nihilominus tamen certior videtur contraria opinio quam explicat Suarez hic *lit. E in annotationibus* & eam tenent Aluarad *de coniecturata mente defuncti, lib 2. cap, 3. §. 2. num. 2* & Gregor. Lopez *in l. 5. tit. 5 p. 6. glossa 2. in fine*, vbi etiã quod pater pauper, & mendicus poterit filio valde diuiti substituere, vt probat Spino de testamentis *glossa 23. num. 6.*

8 Ad numerum 6. ibi. *Sed nunc in lectura ordinaria, &c.*

Substitutionem pupillare inutiliter factam in terminis huius quæstionis conuerti in fidei commissariam, vt hic resoluitur, receptissima doctrina est, quã tenent multi relati per Ualasc. *consultation. 54. num. 6* & iterum eam docet noster Gomecius *in l 3. Tauri, num. 88* iterumque idem Ualascus *consultat. 151.* latè, & Mantica de coniecturis *vltimar. volunt lib. 7 tit 3 ex num. 3.* Gregor. *in l. 5 tit 5. part 6. glossa 5.* Molina *de iustitia, tom. 1, disputat 184. num. 23.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib 2. ca. 2. §. 1. num. 26* versic, *Inutilis ergo*, Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitat. 1. num. 14. in principio*, vbi etiam dicit, quod facta à matre conuertitur infideicommissariã in eo quod excedit legitimam, non autem in ipsa legitima, quod etiam disputat Menchaca *de successionum creation. in l. quoniam in prioribus, num 413* Zeuall. *quæst. 765. ex nu. 13* Tuschus *lit. S, concl. 782 num. 34.* & quasi per totam, *& concl. 822. nume. 7. & seqq.* Menochius *lib 4. præsumpt. 55 num. 11.* & per totam, & p'ures referens idem Zeuallos *quæst. 159 in principio*, & Fussarius *in tract. de substitut. quæstione 8. num 5. & sequent* vbi etiam contrarias opiniones adducit cum declarationibus, & limitationibus, eum videas & Vaconium *lib. 4. declarati. iuris cap. 64 ex num. 11*, & Paulum Leonium *de substitutione pupil. n. 90, & 101.* & Gutierrez *de iuram confirm. lib. 2 cap 2. num 18.* vbi quod interueniente iuramẽto substitutio quæ non potest valere iure directo obliquatur. Mihi tamen iuri consona videtur distinctio, & explicatio Suarez hic in suis annotationibus, *lit. F.* & vide Cancer. *1 part. cap. 1. num 63.*

Ibi: *Quinò facit pulchrũ, & subtile fundamentum, &c.*

Pupillum posse alienare bona in preiudicium substituti obseruatis solemnitatibus iuris vt hic resoluitur, tenent Menchaca *de successionum progressu § 15. in fine*, Padilla *in auth res quæ. Cod. cõmunia tenent & fideicom. num. 14.* communem asserens, & alij plures relati & sequuti à Fussario *in tract de subst. quæst 154 vbi num. 3.* cum Alexand. *in dicta auth. res quæ*, Benedict. *in cap. Raynutius*, in materia de pupillari *nu 85, & alijs*, aduertit, quod si alienatio facta fuerit absque iusta causa, quamuis cum decreto iudicis, poterit illam reuocare substitutus.

Ibi: *Confirmatur etiam, &c.*

Quod directa institutio facta in codicillis, vel testamento imperfecto cum clausula, codicillari conuertatur in fidei-

fideicommiſſum, vt hic dicitur, tenent *Gregorius Lopez. in leg. 2. tit 12. part. 6. verb Derechamente*, Suarez in l. quoniã in prioribus. *limit 1, n* 23 Molin, de primogenijs, *lib 2. cap. 8. n* 38. late Azeuedus *in l. 2. tit 4. lib 5. Recopil. num.* 38 & ſequent vbi diſputat quid iure Regio, & latè Pichardus in §. codicillis autem inſtituta de codicillis, *num finali*, & per totum.

De explicatione *l ſcenola*, hic allegata, vide Spinum, in ſpeculo teſtamentorum, *gloſſa 22. num 7. & gloſſa 32. num 10. & 23.* Oſualdum, ad Donel. *lib. 7. cap. 17. notatis lit* E. Pichardum in principio inſtituta de vulgari. *n. 12 &* §. codicillis autem, inſtituta de codicillis. *num. 27.* qui alios referunt, & præter eos vide allegatos ſupra hoc num.

Ad numer. 7. ibi; *Sed his non obſtantibus, &c.*

Pupillarem ſubſtitutionem excludere matrem à ſucceſsione filij, notiſsimum receptiſsimumque eſt, licet non nulli contrarium aſſerant, vt apparet ex Trentacinquio de ſubſtitution *part 2 cap 16.* Oſualdo ad Donel. *lib. 19 cap. 5. notatis, lit.* A. Affli&is *deciſ.* 310. & ibi additionator Vrſil *& deciſ.* 38, *n* 3. Rota apud Farinacium 1 *part. deciſ.* 639. *num.* 4. Tuſch. *lit.* S. *concluſ* 820. latiſsimè amplians & limitans, Coſta in cap. ſi pater verb. *Cenſendum n.* 21. vbi an mater poſsit excludi in codicillo pupilli nominefacto? Fachinæus *lib* 4 *controu. cap* 42. Paul Leon. de ſubſtitut. vbi de pupillari *nu* 236, *& ſequentibus* Mantic. de coniecturis vltimar volunt *lib* 5. *tit.* 11. *n.* 14. Tiraquel. *gloſ.* 5 poſt leges connubiales, *num.* 60. Surd *deciſ* 273 *n.* 2. & per totam, vbi plures refert, Soarez in theſauro receptarum, verb. *Subſtitutio pupillaris expreſſa*, Menochius *lib.* 4 *præſump* 38. Zeuallos. tom. 1. communium opinionum, *q.* 70. & alij plures. cõgeſti per Feſſarium in tractatu de ſubſtitutionibus *quæſt.* 156. *n* 1. Matienzo Iunior *in l. Papinianus* §. *ſed nec ex n.* 20. vbi de excluſione aui, & fratris, & aliorũ, de quo etiam latè Fuſſarius *q.* 156. & duabus ſequentibus, Scaccia de iudicijs, *lib.* 2. *cap.* 9, *ex n.* 1319. Et in tantum hoc procedit quòd etiam à legitima excludatur mater, vt probant Tiraquel. *dict. gloſſ.* 5. poſt leges connubiales, *n* 60. Gratianus diſceptationum *capit.* 275 *numer.* 15. & 27. Petrus Grego. in ſi magnates, *lib.* 2. *cap* 19. Mantica *dict tit.* 11. *lib.* 5 *num.* 142 *& tit.* 15 *n.* 37 Spino in ſpeculo teſtamentorum, vbi de pupillari *numer.* 18. Zeuallos *dict q* 70. Scaccia ſupra. & ferè omnes ſupra citati, quamuis Menochius *dict præſumpt* 38. *n* 4. cum Corraſio, & alijs contrarium teneat cui ſatisfacit Fachinæus ſupra, & idem docent quamplurimi relati per Fuſſariũ *dict. q* 156 *n.* 14. Gregor Lopez, *l.* 7. *tit* 5. *part.* 6 *gloſſa* 3. vbi addit quòd ſi mater eſſet inops, ita vt non haberet alimenta poſſet agere contra ſubſtitutum pro eis, vt docet Couar. *ub. cap. cum eſſes de teſtam num.* 11. Matienzo Iunior, §. *ſed nec, num.* 107, & cum alijs Fuſſarius ſupra num. 24. & Zeuall *dict, q.* 70 *num.* 7. Rota apud Farinatium 2 *part. deciſ.* 373 *vbinum* 3 & ſequentibus agitur de illa quæſtione, an ſubſtitutio pupillaris verbis cõmunibus facta ſit directa, ita vt comprehenſa, iucompendioſa excludat matrem etiam à legitima, vel potiùs ſit fideicommiſſaria. de quo etiam videndi ſunt Mantica de coniecturis, *lib.* 7 *tit.* 3 *ex n* 19 & alij relati à Fuſſario ſupra *num.* 5, vbi affirmatiuam tenet, de quo etiam dicetur infra *cap de compendioſa*, vide etiam Carleualium de iudicijs, *tom.* 2. *diſput.* 25 *a* 21. & 27.

ampliatur dicta reſolutio etiam ſi turpis perſona fuerit ſubſtituta Fuſſarius ibidem *num* 9. de quo etiam infra hoc numero & Coſta *in cap. ſi pater*, verbo *Bona omnia ex n* 7

Ex ſupra dictis infertur quod ad ipſum ſubſtitutum pupillarem ſpectat primo loco onus petendi tutorem impuberi non ad matrem, vt reſoluũt Anto-

conius Gabriel titul. de tutelis, *concluſ. 2. numer. 63* & plures referens Gutierrez in tractatu de tutelis, *1. part. cap. 16. num. 111, & nu. 46. ibidem*, & *num 132* vbi limitat & Tuſchus *lit. S. concluſ. 820. numer. 52.*

Ibi. *Ex quo infero plura notabilia, primò quod pater, &c.*

Licet ſecundum noſtrum Comecium pater poſsit ſine iuramento renuntiare ſucceſsioni filiorum, verius tamen eſt non poſſe ſine eo, vt probat Tellus Fernandez *in leg. 6 Tauri, numer 64* Molina de primogenijs, *lib 2. cap 3 num finali*, & cum eis Azeuedus *in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recoplat.*

Ibi. *Nec placet opinio, &c.*

Tutiſsimum eſſe ſubſtitutum pupillarem in foro conſcientiæ, vt hic reſoluitur contra Archidiaconum, tenuerunt doctiſsimus Couarrub. *in cap. cum eſſes de teſtamentis, n. 11.* Andreas Fachinæus *lib 4. controuerſiarum, cap. 42.* Paulus Leonius de ſubſtitutione pupil. *num 238* Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſ. 23. n 17* Gregor. Lopez *in dicta leg. 7 tit. 5 part. 6.* & plures referens Matienzo *in l. 1. gloſſa 10. num. 45 tit. 4. lib 5. Recop.* Pariadorius in ſuis quotidianis, *differentia 12. §. 1. n 25.* vbi etiam concludit, tũc tantum habere locũ Archidiaconi opinionem quãdo pater ſubſtituiſſet filio perſonas infames (de quo Matienzo Iunior *§ ſed nec num. 30.* Zeuallos, plures referens *in d. q. 70. tom 1. num. 6.* Et vide de hac quæſtione Fuſſarium latiſsimè *dicta quæſt. 156.* vbi duas communes, & cõtrarias opiniones adducit, *n 18 & ſeq* vbi benè ampliat, & declarat, & Molinam de iuſtitia, *tom 1. diſputatione 184. n 18.* & an ſpurius poſsit ſuccedere per ſubſtitutionem pupillarẽ vide Caldas *in l. ſi curatorem, § ſuæ facilitate, n. 22. & 23* & Souſa *in repetitione, leg. fœminæ, 1. parte numer. 128.* Matienzo *l 2 titul, 6. gloſſa 3. & leg 11. gloſſa 1. libr. 5. Recopilationis.*

Matrem non excludi per tacitam pupillarem, vt hic reſoluitur, communis eſt opinio, vt conſtat ex Fachinæo *lib. 4. controuerſiarum, cap 40. & 41.* & Latius *lib 13 cap. 76.* vbi reſpondit argumentis in cõtrarium adductis, Menoc. *lib. 4. præſumptione 39. n. 39. & præſump 40* vbi enumerat plures coniecturas, ex quibus mater excluditur ex tacita pupillari Tuſch *lit. S. concluſ. 806. & 820.* vbi alias ponit limitationes Mantica *de coniecturis vltimar volunt. lib 5. tit. 15. nu. 14 & lib. 10. titul. 8. num. 14. & lib. 12. titul. 16 num. 7* Aluarado *de coniecturata mente defunct. lib. 2 cap. 1. §. 2. num 27.* Matienzo Iunior *in §. ſed nec, n 93.* Tiraquel. *gloſſa 5 poſt leges connubiales, num. 60.* Bernardo Diaz *regul. 714.* Capra *in communibus* verbo *Subſtitutio pupillaris*, vbi de patre, & auia, quod non excludantur, & ab Spino ſpeculo teſtamentorum, *gloſſa 23. principali numer. 19.* vbi etiam agit, an pater excludatur per eam auo ſubſtituente, de quo videndus Paulus Leonius de pupillari *nu, 243. & ſequentibus*, & Menoch. *præſumptione 39. num 90. lib. 4.* Item pro opinione noſtri Gomecij videndus eſt Zeuallos, *quæſtione 70. nu. 1. vbi numer 4* limitat præter quam ſi tacita pupillaris comprehendatur in breuiloqua, quia tunc habetur pro expreſſa, & matrem excludit, ſecundò limitat quando ſubſtitutus eſt de liberis teſtatoris, per hunc enim etiam excludi matrem affirmat, & ita etiam tenet Surdus in tractatu de alimentis, *tit. 2. quæſtione 15. numer. 166.* Gutierrez in repetitione *capit. quamuis pactum*, verbo. *Nullum ad bona paterna regreſſum habeant, num. 7. & 8.* vbi etiam limitat præter quam ſi frater vel pia cauſa ſit ſubſtituta. Videndus eſt etiam in confirmationem ſententiæ Gomezij Fuſſarius plurimos referens, in tractatu de ſubſtitutionibus, *quæſtione 157.* vbi limitat, ampliat, & declarat, latiſsimè, & Molina de

10 Ad numerum 8. ibi *Secus ve. bi in tacita*,

de iuſtitia, tom.1 diſput.184 nu.19: & Thomas Sanchez *de matrim.lib.7.diſp 88.nu.27.* & Carlcualius de iudicijs, *tom 2. diſputatione 25.num.21.* & Cancerius variarum, *1 part cap.1 num.19.& ſeq.* Merlinus de legitima, *lib 3 titul.2 quæſt 14: ex num.72.& ſequent.vbi num.74.* aduertit quod in caſu quo mater eſt inops,& excluditur poteſt agere aduerſus ſubſtitutum pro alimentis.

Contrariam tamen opinionem imo matrem excludi per hanc tacitam pupillarem, tenent alij plures non inferioris authoritatis, quos referunt, & in vnum congerunt Menoch, Spin, & reliqui ſupra allegati & etiam quos refert Fuſſarius *dict, quæſt 157 nu 4,* & Donel. *in l præcibus, num 5. Cod.de impuberum, & alijs,* Anton Faber *lib.15.cap 9 coniect.* Et hęc ſententia videtur tenenda hodie ex text. *in l 5.tit.5 part.6* ver: *Eſto es por razõ de la callada ſubſtitucion pupilar*, vt docet Pichardus in relectione ad hunc titul. *ff.de vulgari cap. 20. unm* 10. quem etiam videas *in cap. 19. nu.97.* vbi de tacita pupillari latè, & ſic videtur ceſſare illa controuerſia celebris, an pupillaris tacita contineatur in expreſſa vulgari, matre viuente, quam latè diſputauit Fachinæus *lib.10.controuer.c.22.*

Ibi *conſtat etiam, &c.*

Quod ſubſtitutio vulgaris facta etiã in vnum caſum noluntatis, vel impotentiæ contineat tacitam pupillarem etiam in alio caſu ad quem extenditur certiſsimum eſt, vt probant cum multis Menochius, *lib 4 præſump 36 num.13.* Craſſus § *ſubſtitutio.quæſt.11.num.2.* Mẽchaca de ſucceſsionum progreſſu, *§.18. num 42.* Fuſſarius de ſubſtitutionibus, *q 28 n.2.* & alij remanet dictum.

Ad numer 9. ibi *Secus verò in tacita ſubſtitutione vulgari &c.* 11

Matrem excludi per ſubſtitutionem vulgarem tacitam comprehenſam in pupillari exp reſſa vt hic reſoluitur, docent Cardinalis Tuſchus c m alijs *lit. S. concluſ 807,* & receptam eſſe ſententiam aſſerit Menochius *lib 4. præſumpt. 37* vbi etiam latè diſputat, an idem ſit in ſubſtitutione vulgari partim tacita, partim expreſſa, & ſine dubitatione eſſe affirmat, Mantica de coniecturis vltimar, volunt *lib 5 tit 4 num.6 & ſequent.* vbi explicat, *& ibi num. 5.* probat quod hæc tacita vulgaris minime excludit matrẽ ipſius teſtatoris, referens plures pro hac parte Couarrub. *in cap Raynuntius, §.4. in fine,* Zeuallos *tom.3. quæſt 751, num.8.* Scaccia de iudicijs *lib 2 c 9.num: 1324* & plurimos referens Fuſſarius de ſubſtitutionibus, *quæſt 60* quem videas Molina de iuſtitia, *tom 1 diſputat 184. num. 20* Et ibi declarat quod licet excludat matrem pupilli, non tamen excludit matrem teſtatoris quin potius ſi pupillus ante teſtatorẽ decedat, vel decedat non adita hæreditate eãq; nõ tranſmittat, teſtatoris mater ſit prę ferenda, niſi ſubſtitutus eſſet ex deſcendẽtibus teſtatoris, de quo vide Fuſſarium *quæſt. 61*, vbi plures pro hac parte refert & declarat & de hac tacita vulgari comprehenſa in pupillari, vide latè Pichardũ in relectione ad titulum *ff de vulgari, & pupillari, cap.19. ex n 94 & per totum.*

Ibi: *Ex quo valde ſubtiliter infero, &c*

Vide dicta ſupra, *cap 3. in additionibus ad num.26.*

Ad numer.10.ibi. *Quando expreſſe, vel tacite, &c.* 11

Ex coniecturis, coniecturaque mẽte teſtatoris poſſe matrem excludi per ſubſtitutionem pupillarem tacitam, vt hic reſoluitur docent multaſque præſumptiones ad hoc congerunt, ſpecialiterque adductas á Gomecio Corraſius *in l præcibus, Cod.de impuberum & alijs* Beroyus *in cap Raynuntius, num 452* Bene dictus ibidem verb. *Si abſque liberis el ſegundo, nu. 92.* Et in ſpecie quando filius eſt ſubſtitutus diſputat Fachinæus, *cap 41 lib 4.* contra noſtrum Gomecium tenens, Mantica de coniecturis vltimar. volunt. *lib.5 tit. 15 per totum,* Coſta *in ca. ſiquis pater, 2.part.* verb. *Superſtite matre, num.*

10. &

10 *& sequentibus*, & verb. *Ipsis pauperibus*, *n.* 5 Aluardo de coniect. ment defun. *lib.* 2. *cap.* 1. §. 2 *nu.* 27. vbi de pia causa substituta, & plures referens Trétacinquius de substitut. 1 *parte*, *cap.* 12. *num.* 22. Menochius *lib.* 4 *præsump.* 39 *ex num.* 40. vsque ad finem *& præsump.* 40. latissimè: Et duobus testibus posse probari declarationē voluntatis coniecturatæ testatoris, asserunt ex Bartol communiter in hoc casu Tuschus *lit.* S *concl.* 806. vbi coniecturas plures refert Molina de iustitia, *tom.* 1. *disputat* 184. *num.* 21. & vide Cancerium variarum 1 *part. cap.* 1 *ex n.* 20 Atenim supra in additione ad num. 8. regulariter per tacitam pupillarem excludi matrem dictum fuerit in hoc magis ignorati superfluum videtur.

13 Ad numerum 11. ibi. *Contrarium tamen sentit Bart & c.*

Per transitum ad secundi voti non excludi matrem ex tacita pupillari secundum nostrum Gomecium tenent Lancelotus Politus in tractatu de substitutione vulgari in secundo effectu, *num* 4. Imola *in cap Raynuntius de testamentis*, *n* 18. Ripa *in l* 2. *ff. de vulgari num.* 53. & alij relati, & sequuti à Thom. Sanchez *lib.* 7. de matrimonio, *disput.* 88, *ex n.* 28, vbi *n.* 29, *&* 30 duas limitationes adducit, primam si maritus legatum reliquit vxori sub conditione abstinendi à secundis nuptijs; secundum, si legatum annuum illi reliquerit donec vitam vidualem seruauerit, ex quibus colligit Thom. Sanchez, quod cum in his casibus testator ita exosas habuerit secundas nuptias vt propter eas expressè eam priuauerit legatis, etiam bonis pupilli priuata deber intelligi. Eandem principalem resolutionem tenuit Mantica de coniecturis vltim. volunt. *lib.* 5 *tit.* 15 *n.* 28. *&* 29. vbi late probat; contrariam tamen partem defendunt Menochius *lib* 4 *præsump.* 39 *n.* 65. alios referens, & Tuschus *lit.* S *d concl.* 896. *n.* 4. & hos nos affirmare debemus, secundum opinionem adductam sup in additione ad num. 8. vbi videas, & infra hoc cap. ad finem, & Suarez *allg* 2.

Ad numerum 12. ibi. *Breuiter, & reso* 14 *lutiuè dico. & c.*

Grauare posse patrem ipsum substitutū pupillarē, vel successorem pupilli abinteſtato etiam in legitima pupilli, modo in pupillari ætate decedat, vt non ſter resoluit receptissimū est vt videri potest per Valdesium in additionibus ad Rodericum Suarez *l. quoniam in ſprioribus, limit* 1. versic. *Sextus casus*, qui plures refert Manticam de coniecturis vltimæ voluntat. *lib.* 7, *titul.* 3 *num* 14. *&* *lib.* 8. *tit.* 3 *ex num* 1. Couarrub *in cap Raynuntius*, §. 5. *numer.* 5. Sarmientum *lib.* 8. selectar, *in l cum patronus*, *nu.* 8 Zeuallos, *quæstione* 236. Cujacium *lib.* 12. *obseruationum*, *c.* 27 Molina de prim *lib.* 2 *cap.* 4. *nnmer.* 17. Azenedum *l* 1 *titul.* 8, *lib.* 5 *Recopilat*, *nu.* 20. Cancerium variarum, 1. *part*, *cap.* 1 *n.* 31, Aluarado de coniecturata mente defuncti, *lib*, 2, *cap*, 2 §, 1, *num*, 9, *&* 10, vbi resoluit quod si non cōsteret an grauamē pupillo, an verò venientibus abinteſtato in iunctum sit, in dubio potius venientibus abinteſtato in iunctum esse, præsumendum est, vt valeat, Roderic. *in dict*, *l*, *quoniam in prioribus*, *limit*, 1, *num*, 20 vbi Valdesius duas communes contrarias ponit in versic *Septimus casus est*, multos referens quos videas ibi, *& in allegat*, 2, *nu*, 16 Fachinæus *lib.* 5 *cap*, 65 *& lib*, 13, *cap*, 67, Suarez in thesauro receptar, verb. *Substitutus pupillaris*, Villalobos insuis communibus eodem verb Surdus *decis*, 272, *num*, 10, Costa *in cap si pater*, verb. *Eidem filio*, & tertia parte, in verb. *Poterit*, *num* 6. vbi latè agit de quæstione, an substitutus pupillī exhæredatipossit grauari, Molina de iust. *tom*, 1, *disput* 184, *num*, 24 Fussarius de substitutione fideicommissaria *quæstione* 299, vbi etiā *ex n*, 23, declarat prædictā quæstionem, an à substituto pupilli exhæreditati legari possit, vel à venientibus abinteſtato? & per totam quæstionem dis-

disputat, an fideicommissum præsumatur relictum à pupillo, vel à substituto, & quis eorum præsumatur grauatus, *& in quæstione* 298. vbi late explicat materiam huius numeri *& quæstione* 655. *& idem quæstione* 148. *&* 149. quem allegare sufficiebat ista præterea, & reliquos vide Pichardum latè in relectione ad titulum, *ff. de legatis* 1 *cap.* 7. *num.* 1333 1. *&* 34. *& sequent. vbi n.* 37 docet quod si substituturus pupillaris sit etiam hæres patris grauantis valet grauamen quasi hæredi testatoris, non pupilli impositum, ex text. *in l. planè, ff. de legatis* 1. & an ipsa substitutio pupillaris censeatur grauamen, in legitima vide Costam *in capit. si pater*, verbo. *Debitæ ex numer.* 13. *&* & Merlinum de legitima, *libr.* 3 *titul.* 2. *quæst.* 13.

15 Ad numer. 13. ibi; *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Substitutum pupillarem per verba directa non obliqua in vna re vel fundo vniuersa bona pupilli, & testatoris consequi, vt noster Gomecius probat, fundari potest ex ijs, quæ diximus supra, *cap.* 2 in additione ad numerum 16. vbi de hærede in re certa instituto egimus & præterea probatur per Alciatum *in l.* 1 *ff. de vulgari, numer.* 116. Gregorium Lopez *in l.* 7. *tit.* 5. *part.* 6. *glossa* 2. vbi latè quæ bona veniant in substitutione pupillari, & Tuschum *lit. S. concluf.* 818. *num* 8. Manticam *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 26 *& sequent.* vbi dicit indubitabile, & bene explicat, & idem supponitur ex doctrina Menochij, *lib.* 4. *præsumptione* 34. *num.* 41. *& expressè in præsumptione* 48 *num* 4 vbi latè in quibus bonis succedat substitutus pupillaris per totam, Surdum *decisione* 152. *numer.* 9. Ripa *in l. centuria, ff. de vulgari, numer.* 152. & sequent. Pichardum in principio *instituta de pupillari*, *numer.* 71. Et quod decisio text. *in l. cohæredi*, §. *fin. ff. de vulgari*, in qua fundatur superior resolutio hodie non sit correcta *ex l.* 1. *titul.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* vide eundem Pichardum. *in relect. tituli, ff. de vulgari, & pupillari, cap.* 4. *ex num.* 87. late & plures referens & agens de materia huius numeri Fusarius *in tractatu de substitution. quæst.* 116. vbi latè ampliat, declarat, & limitat.

Et quando substitutio facta est verbis communibus, vt insinuat noster Gomecius in versic. *Quod tamen intelligo, &c.* quod non sit pupillaris, sed fideicommissaria docet idem Fusarius *dicta quæstione* 11. *numer.* 18. cum Mantica vbi supra, & cum Dilect *arte testandi, titul. de substitutione, cautela* 10. & alijs pluribus.

Uelim tamen non oblibiscaris duarum limitationum quas addecit ipse Fusarius supra *n.* 5. *&* 8. inter alias plures, & earum prima est, quando testator vtitur verb *Mihi*, dicens. *Si filius meus in pupillari ætate decesserit, sit mihi hæres Seius in tali fundo*, de quo etiam Menochius *præsumptione* 34. *numer.* 40. secunda quando datus fuit alius substitutus vniuersalis.

Solet præterea dubitari an qui ab aliquo institutus est hæres & impuberi eiusdem testatoris filio substitutus est, possit paternam hæreditatem adire, & filij repudiare, vel è contra, de quo videndi sunt Bartol. *in l. fin. de acquirenda hæreditate, ex num.* 7. Cujacius *lib.* 18. *obseruationum, capit.* 8. Trentacinquius *de substitutionibus capit.* 18. 2. *parte*, Gregorius *in l.* 8. *tit.* 5. *part.* 6. latè Gratian. *in regula* 202. Costa *in capit. si pater*, verbo *Deferantur, num.* 17. Tuscius *conclusione* 823. *lit. S. n.* . & nouissimè Pichard. in relectione ad titulum *ff. de acquirenda hæreditate, capit.* 28. *ex nn.* 75. & quasi per totum, & qua nuis Fusarius paucis hanc quæstionem resoluat, in hoc tractatu de pupillari substitutione, *quæst.* 150. affirmatiuam tenens, ipse tamen Pichardus plures casus distinguit eum vide.

Ibi. *Quod iterum subintelige, &c.*

Quod verbum commune veluti substituo mihi, vel filio meo impuberi si adijciatur vniuersitati bonorum, substitutionem pupillarē efficiat, constat ex supra dictis, & maximè videndi sunt Menochius *præsumptione* 34 *lib.* 4. *num* 12. 39. *& sequent. & per totam*, vbi de multis formulis pupillaris substitutionis agit Mantica *lib* 5. *tit.* 7. *num* 5. 13. 17 *&* 18. vbi de explicatione text. *in l. si ita scriptum*, §. *qui filio. ff. de bonorum possessione secundum tabulas*, de quo etiam Costa *in cap. si pater*, verb *Hæredes, ex numer.* 2. Et tertia parte, verb. *de filio ad filiam, num.* 16. & verbo: *Pupillares, num.* 2 *& seq*

Quid autem è contra si instituatur pupillus in re certa, & illi detur substitutus, an hæc substitutio dicatur pupillaris? & pupillarē esse resoluit Fussar. *q.* 117 cum Alexandro & Ripa *in lucius, ff. de vulgari*, & aljs, *& ibi nu.* 2 declarat, quādo ipla substitutio esset facta simpliciter, secus verò si substitutio facta fuisset ex presse in ipsa re, cum Mantica alios referente, *in d. tit.* 7, *lib* 5 *n.* 12. vers. *Amplius, &c.*

16 Ad numerum 14. ibi: *Et resolutiuè dico. &c*

Quod in hac formula: *Si filius meus impubes decedat substituo talem*, pupillaris substitutio intelligatur, nisi ex aliquibus coniecturis contrarium præsumatur, vt explicat Gomecius, receptum est apud doctores, vt constat ex Couarrub. *in cap* Raynuntius, §. 9 *n.* 1 Costa *in cap. si pater*, verb: *Pupillares, nu* 9. Paulo Leon. *in tract. de pupillari, n.* 44. quos & alios refert Menochius *de præsump. lib* 4 *præsumptione* 34. *num* 21 *& sequent* quem videas & Tuschum *lit. S. conclus* 818 *numer.* 29. *&* 30 & plurimos referentem Fussarium *de substitutione vulgari, quæstione* 34. *numer.* 39 *vbi numer.* 18, *&* 21. alias duas opiniones contrarias adducit, amplians & limitans, vbi etiam quod vulgaris in hac substitutione contenta, erit omnino tacita.

Quando autem adiectum fuit verbum: *Quandocumque*, vide eundem Fussarium *quæst.* 106 vbi refert Menochium *lib* 4 *d. præsump.* 34. *nu.* 5. & Ripam *in l. centurio, n.* 139. & alios.

Ibi *Limita tamen, & intellige; &c.*

Hæc limitatio ex Baldo desumpta, scilicet quod quando simpliciter, & nō cōditionaliter testator dixit: *Filio meo impuberi talem substituo*, sit compendiosa substitutio, pluribus displicuit, vt apparet ex Alexandro *in l.* 2 *nu.* 26 *ff de vulgari*, Iasone *in l centurio, n.* 55. *ff eodem*, Benedicto *in cap. Raynuntius*, verb. *Si absque liberis el segunao, num.* 17 Surdo *in tract. de alimentis, titul* 9 *quæstione* 30, *numer.* 42. Costa *in cap. si pater*, 3 *par* verb. *Pupillares num.* 13. Menochio *de præsumption. lib.* 4 *præsumpt* 34 *num.* 8 Fussario *quæstione* 107 *num* 4 *vbi nu.* 1. ait quod hæc substitutio: *instituo filium, substituo Caium*, supposito quod filius sit impubes est pupillaris, verbis generalibus expressa cum Menochio sup. & Costa verb *Pupillares. in c si pater*, & Couar. *in c. Raynū ius*, § 5 *n* 4 & alijs quod etiā tenet Tusch. *d concl.* 813.

De omnibus formulis institutionis pupillaris, vide supra relatos hoc numero, maximè Fussarium, *quæst.* 103. *& sequent vsque ad quæstionem* 117, & Gomes Bayo *in praxi quæst.* 84 *& seq.* vbi plures casus practicos adducit, & Gratian. *discept cap* 528. *ex num* 12. vbi quod pupillaris non inducitur si testator se restrinxit ad sua bona.

Ad num. 15. ibi: *Breuiter, & resolutiuè dico quod non, &c.* 17

Ius substitutionis pupillaris, vt in præsenti resoluitur, quod non transeat ad hæredes notum est, & ita docent Mantica de coniecturis vltimarum voluntat. *lib* 11. *titul.* 20. *numer* 13. vbi dicit secundum propriam naturam non transire ad hæredes, Tuschus *lit. S. conclusione.* 824 *num.* 6, Gutierez *in tepetitione leg vaicæ*, Codic. *quando non perentium partes, num.* 49. *&* 50. Pichardus *in repetitione titul. ff de legatis, cap* 6. *num* 66.

n. 66 & plures referens Fuſſar. de ſubſtitutionibus, *quæſtione 164.* & ſupponunt omnes ſtatim referendi in limitatione, vide Cancerium, 1. *parte, capit. 1. num. 155.*

Hæc autem certiſſima reſolutio limitari ſolet, quando pupillaris ſubſtitutio ſiũcta eſt cum iure accreſcendi, tunc enim tranſmitti ad hæredes docuerũt Bart *in l. unica, C de caducis tollend.* § *ſin autem aliquid*, & ibi Bald. *n. 8.* communẽ dicens Rip. *in l. reconuicti, n. 202 ff. de legatis 3* & cum ea tranſire videntur Fach *lib. 10 controu. cap 21* Zeuall. *lib. 1 quæſt. 100* pro eaq; multos refer Mantic. vbi ſup. *d. n. 13* & Antonius Gabriel *in comm. opin. tit. de hæredib inſtituẽd concluſ. 2. ex nu. 43.* & Tuſch. *dicta concluſione* 824. *num. 1* & Fuſſarius cum alijs, *dicta quæſt. 164. num 4.* & alij qui ita explicant text. *in l. qui patri, ff. de acquirenda hæreditate*; ſed aduertendum quod hæc limitatio, & intellectus dictæ legis, quamuis comm. nis nõ tamen eſt tenendus, vt probant Gutierrez *in dict. l. unica, C. quando non petentium partes, num. 50.* Pichardus *in* §. *ſubſtituitur, num. final* inſtituta *de pupillari ſubſtitut.* & melius in dicta repetitione, *tit. de legatis, cap. 6 nu 63.* & ſequent, & alij plures ab eis relati, qui dictam limitationem reſpuunt

38 Solet dubitari (& hoc pro complemento huius materiæ) an ſubtitutio pupillaris euaneſcat per profeſsionem patris, & verius eſt, quod ſi pater profiteatur in religione incapaci ſucceſſionis, ſtatim admittatur ſubſtitutus. Si autem in religione capaci euaneſcat ſubſtitutio pupillaris à die profeſſionis, etiam ſi teſtator diſpoſuiſſet, quod ſuũ teſtamentũ vires haberet à die profeſsionis, vt benè explicat, & probat Thom. Sanch. *in ſumma, lib. 7. cap 3. ex n 42.* quẽ etiã *n 52* reſoluit, quid dicẽdum è contra ſi filius impubes, ex diſpenſatione Põtificis profiteatur mortuo patre. Et ibi *n. 51.* quid de profeſsione facta in ordine mĩitari, vbi propriũ habeat, in quo reſoluit nõ ceſſare ſubſtitutionem pupillarem, quia per profeſsionem in tali ordine non eximitur filius à patria poteſtate. De quibus etiam vide Fuſſarium, *q. 142.* & ſeq.

Item adde quod id quod capit aliquis filius ex ſubſtitutione pupillari non imputat in ſuam legitimam Coſta *in ca. ſi pater*, verb. *Eidem filio, num. 31.* & ſeq

Item adde quod ſubſtitutus pupillaris poteſt cum iuramento paciſci ſuper hæreditate pupilli viuentis, vt probat Gutierres de iuramento confirmatio, 1. *parte cap 42.* quem vide.

Item adde quod ſi quis ſubſtituat pupillariter proprio filio impuberi: *Al pariente mas cercano ſuyo.* Hoc caſu non mater, quæ per ſubſtitutionem pupillarem cenſetur excluſa, ſed alius coniunctus proximior ſuccedet ſecundum opinionem Doctoris Gomez, Bayo, in ſua praxi, *quæſtione 84.* vide eum.

Item adde quod ſubſtitutio pupillaris non amittitur ob non admiſſam tutelam, Gutierrez de tutelis 1. *parte, capit. 22. numer. 15*: Qui etiam *in 2. parte, capit. 8. ex numer. 6.* probat quod pupillus non debet educari apud ſubſtitutum pupillarem.

Item adde, an mater pupillariter ſubſtituta quæ ſecundò nupſit, teneatur reſeruare filijs prioris matrimonij acquiſita ex ſubſtitutione? In quo Coſta *in capit. ſi pater*, verbo. *cenſendum*, diſtinguit bona quæ pupillus habuit a patre, à bonis aliunde acquiſitis, vt in primo caſu bona reſeruentur filijs prioris matrimonij, in reliquis verò plena proprietas pertineat ad matrem, & eum ſequitur Caſtillo *de vſufructu, cap. 2. numer. 27.* Rodericus Suarez, *allegatione 2.* vbi agit de matre ſubſtituta ſub expreſſa conditione: *Si ſecundas non contraxerit nuptias*, per ſubſtitutionem pupillarem, & vide Fuſſarium de ſubſti-

titutionibus, q. 80. n. 6. & Gratianus disceptatione 216. nu. 19.

Item an in pupillari substitutione fratri vtrinque coniuncti præferatur? vide Couar. *pract.* c. 38 *ex n.* 2. Fachin. *controu. lib.* 4. *cap.* 86.

Item an prælegata, & alia veniãt, & comprehendantur in substitutione pupillari, vide Aluaradum de coniectur. ment, defun. *lib.* 2. *cap.* 2 §. 1 *ex num* 7. Fossarium de pupillari, *quæstione.* 155 latè & Stephan. Gratian. *disceptat. ca.* 528 *nu.* 19. vbi quod etiam bona postea quæsita comprehendit & Cancerium variarum, 1 *part cap,* 1. *n* 36. vbi quod ad substitutum pupillarem pertinent omnia bona pupilli, & etiã testatoris, quæ ad pupillum peruenerunt.

AD CAPVT QVINTVM DE FIDEICOMMISSARIA.

SVMMARIVM.

1 *De hac materia quæ frequentissima, & vtilissima est, agũt plures Doctores remissiuè.*

2 *An fideicõmissa sint odiosa vel fauorabilia.*

3 *Et quid in maioratibus.*

Definitio fideicommissariæ, & an sit proprie substitutio.

Dominium fideicommissarij vtile est non directum.

De possessione fideicommissario acquirẽda.

4 *Hæres grauatus retinet quartã Trebellianicã*

Quando non habeat locum Trebellianica.

An competat principi, vel Reipublicæ.

Quid si hæres decedat ante restitutionem,

Hæres retinens quartam ex iudicio testatoris non substinet onera hæreditaria

Quid si hæres integrum fideicommissum restituat

An hodie locum habeat Trebellianica

5 *Hæres cõpulsus adire non detrahit quartã.*

Et an perdat ius dicendi nullum fideicommissum.

Facta restitutione in fideicommissarium transeunt actiones.

Coactus adire, & restituere non tenetur soluere legata.

An hodie locum habeat coactio

6 *Substitutio fideicommissaria an possit fieri veuientibus abintestato.*

Quid si nullus hæres adeat nec abintestato, nec ex testamento.

7 *Etiam primus fideicõmissarius potest grauari, vt restituat secundo.*

8 *Si fideicommissarius vendat, vel cedat ius suum, an cessionarius possit agere.*

9 *Pro fideicommissario vniuersali an competãt tres actiones.*

An competat via executiua.

10 *Mortuo hærede ante aditionem an expiret substitutio.*

Quid mortuo fideicommissario ante grauatum.

Quid iure regio:

11 *Substitutionis fideicommissariæ ius an transeat ad hæredes, & primùm de conditionali*

De grauato restituere post mortem.

Limitatione dictæ resolutionis.

Fideicommissum purum an transmittatur.

Quid de fideicommisso in diem vel modali.

12 *De rationibus reddendis ab hærede grauato in diem, vel subconditione.*

Et tenetur conficere librum rationum.

Item

Item facere inuentarium, & dare fideiuſſorem.
Si non fecerit iuratur in litem.
Teſtator an poſſit illud remittere.
Si non faciat inuentariũ an amittat Trebellianicam.
De qua culpa teneatur hæres, & de expenſis, & melioramentis.
De melioramentis in maioratu.

13 *Trebellianica an poſſit à teſtatore prohiberi*
De modo deducendi Trebellianicam.
Quid in pia cauſa ſubſtituta.
An de fideicommiſſis incontractibus detrahatur.
An Hæres eligat rem pro Trebellianica.

14 *An hæres non conficiens inuentarium, eam perdat.*
Inuentarium hæredis an proſit fideicommiſſario.
Inuentarium non conficiens inſolidum tenetur.
Quid in foro conſcientiæ.
Fideicommiſſarius an teneatur facere inuentarium.

15 *Reſtitutio qualiter fiat fidedeicommiſſario ad dominium acquirendum.*
Quid in eccleſia vel ciuitate ſubſtituta.
Fideicommiſſarius an poſſit occupare propria authoritate.
Dominium omnium rerum tranſit vna reſtituta.
Quid de iure canonico.

16 *Fideicommiſſarius, quod remedium habeat contra hæredem pro rebus hæreditarijs.*
An competat remedium l. finalis, Cod de edicto diui Adriani.
An competat via executiua
Quid ſi hæres nolit reſtituere hæreditatem iam aditam, an poſſit compelli actione ex teſtamento directa, vel vtili
Quæ actio competat fideicommiſſario contra tertios poſſeſſores,
An fideicommiſſarius poſſit petere executionem pro debitis hæreditarijs.

17 *Fructus percepti per hæredem an veniant in reſtitutione.*
De partu ancillæ.

18 *Rogatus reſtituere, quod ſuperauerit, ad quid teneatur.*

19 *Fideicommiſſario an reſtituantur bona quæ hæres habuit ex pupillari ſubſtitutione.*
Quæ bona veniant in reſtitutione, vel non remiſſiuè.

20 *Grauatus an teneatur reſtituere prælegatum.*

21 *An debeat reſtituere quæ habuit ex iure accreſcendi.*

22 *grauatus reſtituere hæredibus, an intelligatur proportionibus hæreditarijs.*
Hæredes grauati quatenus teneantur.

23 *Subſtitutio pluribus facta an reſoluatur in ſingularitates*
Quid in fideicõmiſſaria, & ib. limitationes

24 *An in caſu præcedemi hæredes grauati cenſeantur inter ſe tacite ſubſtituti.*

25 *Inſtitutio directa tacita non valet.*
Quid in ſubſtitutione directa.

26 *Caſus ex l. 3. Cod. de inofficioſ. teſtament.*
An dicta l. 3. procedat in filio nato quem viuere ignorabat mater
Ad l. ſi ita ſcriptum. ff de liberis, & poſth.
Ad l fin, Cod. de poſthumis hæredibus, & l. fin ff hæred. inſtitut
Fideicommiſſaria an inducatur ex cõiecturis, & quid in maioratu
An ex verbis enunciatiuis.
Quæ probatio requiratur in coniecturis.
An filij poſiti in conditione cenſeantur poſiti indiſpoſitione.

27 *Portio deficiens an acquiratur tantum cohæredibus vniuerſalibus an etiam inſtituto in re certa.*

28 *Fidei commiſſaria facta in tempus certæ ætatis, an ſit pura vel conditionalis, & limitatur, & declaratur.*

29 *Grauatus reſtituere cum velit, quid?*

30 *Fideicommiſſum relictum quando perueniat ad legitimam ætatem, quando debeatur.*

31 *Ius patronatus an tranſeat in fideicommiſſarium.*

CAPVT V.

Quid de iure sepulchri feudo, vel emphiteusi.

32 *Fideicommissario an competat beneficium l. fin. C. de edicto diui Adriani.*

Si hæres agat dicto remedio, an fideicommissarius sit legitimus contradictor.

33 *Multipliciter substitutus habet electionẽ.*

34 *Grauatus restituere intelligitur, si sine liberis decesserit.*

Filius renuntians successioni patris habentis alios filios, qui postea vtuo patre decedant, potest succedere.

Varij casus in quibus l. cum auus habet locum, vel non.

35 *An l. cum auus procedat in donatione causa mortis, & ibi etiam alij casus adducuntur.*

Monasterium an excludat substitutum.

36 *Etiam pia causa substituta procedit l. cum auus*

37 *l. cum auus non procedit in extraneo, & in alijs.*

38 *Quid si tempore testamenti grauatus habeat filios.*

39 *Quid si hæres grauatur restituere in vita.*

40 *Conditio si sine filijs masculis, an aliquando comprehendat fœminas.*

41 *Grauatus restituere filius nepoti quem tunc habebat, si alij postea nascantur omnes admittuntur.*

42 *An filius naturalis excludat substitutũ & de legitimato, spurio monstruoso, & alijs.*

43 *Quid si grauatus habuit filios qui statim mortui sunt.*

Partus nõ naturalis substitutũ non excludit.

44 *An filij tales grauati dicantur vocati ex iudicio testatoris*

45 *Quid si descendentes positi in conditione sint grauati ad aliquid dandum.*

46 *An l. cum auus habeat locum in contractibus lucratiuis vel onerosis,*

An substitutio euanescat, statim ac filius cum liberis decedit.

47 *Materia authent. res quæ, Cod. communia legatis remissiuè.*

DE Materia substitutionis fideicomissariæ quæ frequẽtissima, simulque vtilissima est, agũt praeter ordinarios Donellus commentariorum iuris, lib. 7. c. 15. 16. 17 & 20. et lib. 8. ex c. 1. cũ seq. Bened. in c. Raynutius, verb. Sia bsque liberis vbi de hac fidei cõmissaria substitutione Menchaca de successionum progressu lib. 3. § 24. 25. & 26. Mantica de coniecturis, vltimarum voluntatum, lib. 7, & 8. & 10. & 11. Antonius Grabiel in suis communibus, lib. 4. tit. de fideicommissis, Tuschus lit. S. concl. 786, & seq. & lit. F. concl. 225. cum seqq. Colta in cap. si pater, verb. Obliquam, & verb. Trebellianicæ, Couarrub. in dict. cap. Raynuntius, §. 11. per totum. Richardus in tit. instit. de fideicommissarijs hæredetatibus, & in re petitione, tit. ff. de legatis. maximè, cap. 4. Cancerium 1 part. variarum, cap. 1. ex n. 29 & cap. 2. latè Molina de iustitia, tom. 1. disp. 187, & sequentibus, & plurimos referens Fusarius in tractatu de fideicommissis, latissimè, Spino in speculo testamentorum, glossa 27. principali vbi etiam alios refert, apud quos hęc materia plenissimè disputatur, & per alios in discursu referendos, Valdesius ad Suarez allegat. 27. n. 22. vbi de incapaci instituto, & rogato per fideicõmissum. Facchinæus lib. 7 cap. 12. & lib. 10 cap. 48 & 52, & 94. & lib. 12. cap. 78. & seq.

1

Maxima cõtrouersia est inter Doctores, an fideicommissa sint odiosa, vel fauorabilia. vt videri potest per Mazarium de fideicommissis, q. 1. Manticam de coniecturis vltim. volunt. lib. 7, tit. 3 n. 1. Mascardum de probation. lit. F. conc. 774. ex n. 8. Tuschum, verb. Fideicommissum, concl. 248. Menochium lib. 4 præs. 67. ex n. 16. Burgos de paz quæst. 2. n. 34. & alios multos quos refert D. Ioannes del Castillo lib. 4. controu. cap. 9. n. 2. & larius

2

latius per Fuſſarium de fideicommiſſis *quæſt.* 290. vbi fere infinitos Doctores refert proutra quę parte,& ipſe exiſtimat odioſſa eſſe, quamuis Couarrub. *lib* 3. variarum *cap.* 5 *num.* 5, Molina de primogenijs,& alij ab eo relati,contrarium teneant,vt ipſe aſſerit,& ſic apud pleroſque obtinuit odioſa eſſe ,& non amplianda ſed reſtringenda,vt etiã docet ipſe Caſtillo ſupra, vbi denique *n.* 7o. diſtinguit,an fideicommiſſum relictum ſit pro conſeruatione bonorum in agnatione,cognatione,vel familia, & hoc planè caſu fauorabile , & non odioſum iudicandum eſt, ſecus verò aliàs Et denique adducit diſtinctionẽ Menochij *lib.* 4 *præſump.* 67. *nu.* 19. & ſequentibus nempè quod quando manifeſtè conſtat teſtatorem in certis caſibus,& certas ob perſonas voluiſſe fideicommiſſum conſtituere, fideicommiſſum fauorabile debeat iudicari. Quando autem ſumus in dubio, an ſcilicet teſtator reliquerit fideicommiſſum, vel non, tunc ſanè cum fideicõmiſſum ſit onus,& grauamen non eſt præſumẽdum,& odioſam materiam continet,& reſtringibilem. Ac demum num. 72. reſoluit quod maioratus ſauorabiles ſunt cum in eis de conſeruandis familijs,& earum ſplendore agatur, referẽs Molinam de prim o 3. *lib* 1. *c.* 4 *n* 28. *&c.* 18 *per totum*,& alios.

Ad num. 1. ibi: *Fideicommiſſaria ſubſtitutio eſt &c.*

Fideicommiſſariam ſubſtitutionem non eſſe propriè ſubſtitutionem, iam diximus, ſupra *cap.* 3. in additione ad numerum 1. ſuper verſis: *In iure noſtro repetuntur*, *&c* vide ibi.

Circa definitionem autem ſubſtitutionis fideicommiſſariæ varia dixerunt interpretes, vt videri poteſt per Manticam de coniecturis vltim. volun. *lib* 7 *tit.* 2. *num.* 2 Craſſum *in* § *fideicomm. quæſt.* 3 & alios adductos à Fuſſario in tractatu de ſubſtitutio. fideicommiſſ. *quæſ.* 266 & per Pichardum in rubria, inſtituta de fideicommiſſ. hæreditatibus *num.* 2. & in relectione adtit *ff de legatis*, *& fideicomm. l. cap* 2. *n.* 38 vbi aliam diffinitionem tradit , mihi ſanè noſtri Gomecij definitio magis placet

Ibi *Pulchrum tamen*, *&c.*

Quod dominium fideicommiſſario translatum non ſit directum, ſed vtile, vt hic reſoluitur, probant Craſſus in § fideicommiſſum, *quæſt*, 42 Pichardus *in* §. reſtituta, inſtituta de fideicomm. hæreditatibus, *num* 34 *& ſequent.* & cũ hac reſolutione tranſire videtur Fuſſarius de fideicommiſsis, *quæſt* 604. *vbi nu.* 2. ait quod etiam vna ſolum re tradita dominium omnium transfertur, *& n* 3 quod per verbalem reſtitutionem licet transferatur dominium non tamen poſſeſsio, de quo vide Matienzum *l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 5 *gloſſa* 18. *nu* 8. vbi quid hodie de iure regio? Larrea *deciſ.* 6. *n* 4 Molina tamen *tom.* 1. de iuſtitia. *diſp* 186 *num.* 9. affirmat cum Couarrub. Socin, Rip & alijs dominium etiam directum tranſ. ferri in fidecommiſſarium ad minus hærede defuncto

Ad numer. 2. ibi. *Et adde quod talis hæres*, *&c.* 4

De quarta retinenda per hæredẽ grauatum videre poteris *Gregorium in l.* 8 *tit.* 11 *part.* 6. *gloſſ* 1. vbi ex quibus deducatur hæc quarta an etiam ex legatis, & alia, Matienzum *in l.* 1. *tit* 4. *lib* 5 *Recopil gloſſa* 19. Franciſcũ Viuium in ſuis communibus, verb. *Hæres*, latiſsimè explicantem,& multos relatos per Pich: in §. *ſed quia hæres*, inſtituta de fideicõm. hæreditat, *num* 2 ,& per totum, Spino in ſpeculo *gloſſa* 27. *ex num* 11 Mantica de coniecturis vltim. volunt. *lib* 7. *tit.* 2 *n.* 6. *& tit*, 11. per totum, vbi etiam agit, an inſtitutus in re certa detrahat Trebellianicam? & reſoluit quod non ſi alius fuit hæres vniuerſaliter inſtitutus. Vide etiam eum *tit.* 12 & ferè infinitos referentem Caſtillo *lib.* 4. *controu. cap* 1 *num*, 7.

Multi tamen ſunt caſus in quibus nõ habet

habet locum hæc deductio quartæ Trebellianicæ quos in vnum congerũt Matienza supra & Menoc. *lib.4. præsump. 198: vbi n* 36. ait non habere locum in primogenitura cum Molin. *in tract. de maiorat. lib.1, cap.17. numer.26 & 27.* Tuschus *in practicis lit. T. conclusione* 377. 380. *&* 381 & sequentibus, vbi an in relictis ad pias causas, de quo etiam infra dicetur in materia de legatis, *& lit. F. conclusione* 36 & sequent. Donelus *commentariorum iuris, lib.7. cap.*30. Matienzo *in l.1. tit. 4. lib 5 glossa 19* & ibi Azeuedus, Pichardus *in* §. *sed quia hæredis, &* §. *sequenti* instituta *de fideicommissarijs hæreditatibus*, Fachinæus *lib* 13. *c.*63. vbi de ecclesia aduersus aliam ecclesiam.

Et adde quod etiam Principi, & Reipublicæ, si instituatur hæres, competit quartæ deductio ex textu *in lege si legatu*, § *final. ff. ad. Trebellianum.* Secundum communem intellectum, vt ait Barça de decima tutoris *caput. 6. numer 6.*

Item adde quod si hæres decedat ante restitutionẽ, eius hæredi cõpetit detractio, *l quanquam, C. ad l. falcidiam.*

Item adde, quod licet regulare sit quod hæres teneatur ad onera hæreditaria pro rata quartæ partis si tamen eam retinet ex dispositione testatoris, ea onera non subit, vt in §. *si quis vna*, instituta *de fideicommiss. hæreditatibus*, aduertit Pichardus, vbi limitat nisi ex iudicio testatoris retineat eam quæ quadrãtem, non expleat, tunc enim supplemẽtum petere potest, vel retinere, & pro eius rata onera patietur.

Item adde quod si ignorãter hæres integrum fideicõmissum persoluat, absque deductione quartæ, eam repetere potest, vt docet Spino *in speculo, glossa* 27. *nu*, 16 & 17. & Pichardus *in* §. *sed quia stipulationes*, instituta de *fideicommiss. hæreditatibus, num.*4. 10 *& seq.* Gutierrez *in tractatu de tutel 3. part cap* 20. *n.* 15. nisi hæres sciens restituat, tunc enim donare præsumitur.

An autem hodie locũ habeat deductio huius quartæ post *l.1. tit.4. lib.5. Recopilat.* ex qua fine aditione scripti hæredis fideicommissa, & reliqua vires habent, disputant Doctores, & magis obtinuit locum habere dictam deductionem, vt probant Burgos de Paz, Parladorius, Molina, & Padilla, quos refert, & sequitur Pichardus *in dict.* § *sed quia, nu.* 19 & 23 & in principio instituta *de l falcidia ex num.*26 & Azeuedus *in l.* 4. *tit.4. lib.5, Recopil n.*121. Matienz. *l.1. tit.4. eodem lib glossa* 19. *n.*18. & plures referens Castillo *in tract. de vsufructu, capit.*60 *numer.6. &* 11. quamuis Zeuallos *quæstio.* 30. in fine contrarium se practicasse, & obtinuisse affirmet.

Ad numerum 3. ibi, *Item adde quod gratuatus, &c.* 5

Hæredem grauatum nolẽtem adire, cogendum esse, vt adeat, & restituat, & hoc casu non posse detrahere quartã, vt noster Gomecius resolait probãt & explicant latè Guillelm. Benedictus *in cap Raynutius de testamentis*, verbo. *Si absque liberis el secundo, ex num.*79. Menochi, *lib.2. de successionum resolutione*, §.11. *ex n.*30. Costa *in cap si pater*, verbo *Censendum ex num* 2. Mantica *de coniecturis vltimar. voluntat. lib* 7. *tit* 2 *n* 5. *& tit* 11 *n.*3 & Gregorius Lopez *in l. fin titul.* 5 *part* 6. *glos.* 12. qui etiam agit an perdat ius dicendi nullum fideicommissum, Donelus *lib.* 7 *commentariorum, cap.* 22 & ibi Osualdus *lit* C. Pichardus *in* §. *sed si recusabat* instituta *de fideicommissarijs hæreditatib.* per totum Spino in speculo, *glossa* 27. principali *n,* 14. & 8. Surdus *in tractatu de alimentis titul.*8. *priuilegio* 65. *nu* 49 & *priuilegio* 12. *n.*9. vbi quod cogitur hæres quando alia via non potest succurri, quod etiam docuit Fussarius *quæst.*600. *n.*22. vbi etiam per totã quæstionẽ agit de hac coniectione, *et n* 12. ampliat etiã in hærede hæredis, dũmodo adeat hæreditatẽ hæredis grauati, *et n* 13 etiã si hæres fuerit institutus sub conditione *si volet* adhuc enim cogi poterit, *et n* 20. declarat

hoc

hoc non procedere in fideicommiſſario particulari, is enim hæredem cogere non poterit, vt adeat, vide eum latè.

Ibi: *Secundum quod facta reſtitutione, &c.*

Facta reſtitutione quid tranſeat in fideicõmiſſarium iura, & actiones probant ſurdus *deciſsione* 25, *num.* 2. Craſſus *in* § *fideicommiſſ.* Spino in ſpeculo teſtament. *gloſſa* 27. *nu.* 14. latè, & optimè Pichardus *in* § *reſtituta*, inſtituta de fideicommiſſarijs hæreditatibus, Stephan. Gratianus *diſcept. forenſ. to.* 1. *cap.* 47. Molina de iuſtit. *tom.* 1. *diſp.* 186. *num* 5. & 6 Larrea *deciſ. Granatenſ* 39. *num.* 9. Fuſſarius de fideicommiſsis *quæſt.* 604. vbi declarat quę dicatur reſtitutio realis, quę verbalis & *q.* 603, vbi plures ampliationes, & limitationes adducit, & maximè limitat, quando hæres doloſè ſe abſentauit, ne reſtitueret hæreditatem, vel quando hæres grauatus deceſsit ſine hærede vel quando agitur de reſtituenda hæreditate per fideicommiſſarium, alteri fideicommiſſario, in his enim caſibus, & alijs quos cumulat idẽ Fuſſarius, traſeunt actiones in fideicommiſſariũ ipſo iure ſine reſtitutione, eum vide, & Salgadum *in labirinth.* 1. *part. cap.* 27. vbi quid ante reſtitutionem.

Ibi; *Terrium, &c.*

Amplia quia hæres coactus adire & reſtituere, non teneatur etiam ad legata nominatim ab eo relicta, vt probat Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri, num* 999. de quo Mantica de coniect vltim vol. *lib.* 8. *tit.* 2 *nu.* 8. Fuſſarius de fideicommiſsis, *quæſt.* 521. *nu* 14. & per totam, vbi plures limitationes. & declarationes cumulat, & peregrinus de fideicommiſſis *artic* 4. per totum, vbi de ære alieno ſoluendo, de quo etiam Pichardus, & reliqui ſupra citati videndi ſunt.

Solet præterea dubitari an hodie ſtante *l* 1 *tit.* 4 *lib.* 5 *Recopilat.* hæres cogatur adire, & reſtituere de quo latè agit Burgos de Paz *in d. l.* 3. *Tauri, ex nu.* 994 *vſque ad n.* 1000. vbi reſoluit adhuc coactioni locum eſſe, ſed contrarium, melius reſoluunt Gregorius Lopez *in l. finali, tit.* 5. *part.* 6. verb. *Apremiar* verſic. *Hodie verò in regno iſto*, Tellus *in l.* 3 *part.* 3 *num.* 4. Matienzo *in d. l.* 1. *titul* 4. *gloſſa* 18, *num.* 4 & 8. Pichardus *in dict.* § *ſed ſi recuſabat, numer.* 9. quid autem de iure canonico vide per eos, & infra

Ad num. 4 ibi. *Ita etiam poteſt grauare hæredes eius abinteſtato &c.*

Succedẽtes ab inteſtato poſſe grauari fideicommiſſo vt hic reſoluitur, ſatis euidenter probatur hodie *ex leg* 1 *tit.* 4. *lib.* 5 *Recopilat.* ibi. *Y entonces herede aquel que ſegun derecho, y coſtumbre de la tierra auia de heredar, en caſo que el teſtador no hiziera teſtamento, y cumplaſe el teſtamento*, & ex text. *in l.* 4 *tit.* 5 *partit.* 6. docent Coſta *in cap ſi pater*, 1 *part.* verb. *Inſtituit ex num.* 11. Faber *lib* 4. *coniect. cap.* 15. Spino in ſpeculo, *gloſſa* 27. *n.* 38. Donelus *lib* 7. *comm. cap.* 16 & ibi Oſualdus *lit.* F. Pichard. *in* § *præterea inſtituta de fideicommiſſ hæreditat. nu.* 1 & per totum, & Larream *deciſ. Granatenſ.* 51, *ex n.* 38 poſt Cancerium variarum. 3 *parte capit.* 22. *ex numer.* 14 vbi declarat.

Adde quod etiam ab eo qui iure honorario abinteſtato ſuccedit, rectè fideicommiſſum relinqui poteſt, vt docent Peralta *in l. hæredem, n.* 3 *a. ff de legatis* 2 Meneſes *in l ab eo, Cod. de fideicommiſsis, num.* 4 & eos referens Pichardus *in dict* § *præterea, n.* 8.

Item adde, quod ſi abinteſtato ſuccedãt, ij qui tempore mortis teſtatoris erant in remotiori gradu, adhuc habet 2 locum fideicommiſſum, vt probant Pinelus *in l* 1 *Cod. de bonis materuis*, 1. *parte, num.* 73. Pichardus *in dict.* §. *præterea*, *in num* 14. & alij ab eis relati, & D. Larrea ſupra.

Item adde, quod ſi filio, vel ſeruo hæreditas detur, rectè relinquitur fideicõmiſſum á patre, vel domino, vt docet Pichardus ibidem *num.* 10

Item adde quod hi hæredes abinteſtat o

ſtato grauati detrahent quartam Trebellianicam vt probat idem Pichardus *in d.* § *præterea, n.* 4.

Sed antequam ex hoc numero abeamus, aduerto, quod eſt magna controuerſia inter Doctores an hodie ſtante *d. l. 1. titul.* 4. *lib.* 5. *Recopilat* ſi nullus ſit hæres ex teſtamento nec abinteſtato, an conſeruetur ſubſtitutio fideicommiſſaria, & valeat? & ſanè affirmatiuã partem ſubſtinet cum multis Matienzo *in d. l.* 1. *gloſſa* 14. *ex num.* 7. & Pichardus in principio inſtituta de eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur, *num* 40 contrariam tuetur; & tandem pro vtraque opinione multos refert in repetitione tit. *ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 30 *ex num.* 12. *vbi num.* 15. diſtinctionis fœdere quæſtionem dirimit, nempe ſcripta in teſtamento ſubſiſtere etiam nulla interueniente hæreditatis aditione per inſtitutos hæredes, nec peruenientes abinteſtato. Ad hoc autem vt directis, & in eam rem propoſitis actionibus peti poſsint aditio eſt neceſſaria.

7 Ad num. 5. ibi: *Et tali caſu, &c.*

Etiam ipſum fideicommiſſarium poſſe rogari vt reſtituat ſecundo certiſsimum eſt, & probatur ex text. *in l.* 3 *titul.* 9. *part.* 6 *in principio*, docet Suarez *in the. ſauro receptar.* verb *Fideicommiſſarius*, Mãtica de coniecturis vltim. volunt. *lib.* 7. *tit.* 11 *n.* 4 & melius *tit.* 12. *n.* 21, Spino in ſpeculo, *gloſſa* 27. *nu.* 8. vbi quod non primus fideicõmiſſarius quartam deducet, ſed ipſe primus hæres de quo vidẽdus eſt Molina de iuſtitia, *tom.* 1. *diſput.* 187 *n.* 2 Menoch. *præſ.* 198 *lib.* 4 *ex n.* 38 vbi quatuor declarationes adducit, & dupliciter limitat, Molina de primog. *lib.* 1 *cap.* 17 *n.* 31

An autẽ in dubio præſumatur quod hæres totam hæreditatem reſtituendo abſque vlla detractione donare voluerit huiuſmodi quartam fideicommiſſario? Videndus eſt Fachinæus *lib.* 5. *c.* 7. vbi in effectu reſoluit, quod primus fideicommiſſarius dictam quartam detrahere non poteſt, niſi primus hæres qui reſtituit hæreditatem ideo non detraxit eam quia illam donare volebat primo fideicommiſſario, tũc enim iſte fideicommiſſarius poſtea reſtituens hæreditatem ſecundo eam detrahit: in dubio autem in prædicto caſu donationem non præſumi aſſerit cum Caſtrenſi, Jaſone, Ripa, & Ruino *in l.* 1. §. *denique, ff. ad Trebellianum*, vide cum, & Menochium ſupra. Item principalem reſolutionẽ huius numeri comprobat latè Pichardus *in* §. *præterea, num.* 3. *inſtituta de fideicommiſſarijs hæreditatibus, & in* §. *ſed quia hæredes eodem tit.* & Farinacius in praxi criminali, *tom.* 6. *quæſtione* 175. *num* 294 vbi docet quod iſte ſecundus fideicommiſſarius poteſt capere fideicommiſſum propria authoritate Stephanus Gratianus *diſcept. forenſ. tom.* 1. *cap.* 47. *num.* 6 Fachinæus *lib* 12 *controuer. cap.* 78 vbi probat quod actiones tranſeunt á primo fideicommiſſario in ſecundum ipſo iure abſque reſtitutione, etiam nulla mora interueniente contra alios.

Ad num. 6. ibi. *Quod ſi fideicommiſſarius, &c.* 8

Ceſsionarium in quem fuit translatum ius fideicommiſsi venditione, vel ceſsione poſſe compellere hæredem adire, & reſtituere docet (vt vides) noſter Gomecius in præſenti, cuius doctrinam improbat Soarez in ſuis annotationibus, *lit.* C. & præter eum videndi ſunt Tuſchus *lit.* F *concluſ.* 287 vbi limitat Fachinæus controuer. iuris, *lib.* 2. *cap.* 11. verſic. *Ad legem ſi mulier*, Greg. Lopez *in l. final titul.* 5 *part.* 6 verſic *Non poteſt tamen*, Pichardus in §. *reſtituta*, inſtituta *de fideicommiſſ. hæreditat. ex num.* 39. qui contra noſtrum Gomecium tenent, non poſſe vendi, vel cedi ius fideicommiſsi ante factam reſtitutionem, & interoretantur text *in l. ſi mulier*, §. *ex aſſe ff. de iure dotium*, & præter eos vide Fuſſarium *de fideicommiſſ. quæſt.* 524.

vbi

vbi plurimos refert pro hac parte, & aliquos pro opinione Gomecij, & plures declarationes congerit & inter eas *n* 8. declarat quod licet cessionarius, & eruptor agere nõ possit nomine proprio, vt sibi grauatus restituat hæreditatem, poterit tamen heredem cogere, vt adeat, & hæreditatem restituat fideicommissario, ad vtilitatem ipsius cessionarij eum vide. Matienzus tamen contrarium videtur innuere de iure regio *in l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopil*, *glossa* 18 *in fine*.

9 Ad numerum. 7 ibi *Breuiter, & resolutiuè, &c.*

Restitutione fideicommissi vniuersalis facta tres actiones competere secus verò si non fuerit facta restitutio re, vel verbo hic resoluitur, vt vides, & de hac materia, & quæ actiones, & quando competant, vide Cardinalem Tuschum *lit.* F. *concl.* 274 & 278. latè per ampliationes, & limitationes cum distinctione casuum, prout etiam facit Fusarius *in tract. de fideicommiss. quæstio*, 611. & 612 vbi in aliquibus contra nostrũ Gomecium tenet, & ibi *num.* 17 cum pluribus Doctoribus quos refert, viam executiuam locum habere affirmat, eos vide, & Pichardum in §. *restituta*, instituta *de fideicommissarijs hæredit.* vbi aliqua, & Petrum Gregorium *in syntag. lib.* 42. *cap.* 29. *num.* 24. & vide Carleual. *de iudic. tom.* 2. *disp.* 30. *nume* 37. & Cancer. *variar. 1. part cap.* 2. *num* 104.

10 Ad numerum. 8. ibi. *Breuiter, & resolutiuè, &c.*

Iure communi hærede grauato, decedente ante aditam hæreditatem extingui fideicommissariam substitutionem vt hic resoluitur, cõstitutissimũ est, vt docent Crassus in §. *fideicommissum*, *q.* 66. vbi communem affirmat Peregrinus *de fideicommiss. artic.* 2. *nu.* 12. & Matienzo *in l.* 1 *tit.* 4 *lib.* 5 *Recopilat. glossa* 18. *num.* 1. vbi comprobat omnes limitationes hic adductas per nostrum Gomec. Fusarius *de fideicommiss. quæst.* 566. *num.* 11, vbi per totam quæstionem plurimas ampliationes, declarationes, & limitationes adducit, *& quæst.* 565 plures referens docet, quod mortuo fideicommissario ante grauatum in casibus, in quibus non est locus transmissioni fideicõmissum extinguitur, Petrus Gregorius *in syntagm iuris, lib.* 42. *cap* 30. *num.* 2, Tuschus *lit.* F. *concl* 227. Donellus *lib.* 8 *commentar. cap* 29. Cujacius *lib* 18. *obseruat. cap.* 12. & vide D Larream *decis. Granatens.* 8. *n.* 49. & *decis.* 67. *numer.* 9.

At de iure regio nouissimo fideicommissariam substitutionem conseruari in proposita quæstione receptissimum est *ex l.* 1 *tit.* 4 *lib* 5 *Recopilat.* vt apparet ex relatis supra in addit. ad caput Quartum, ad numerum 2 super verbo *Sexto quod adeatur hæreditas*, & Matienzo *in d. l.* 1 *dict. glossa* 18 *num.* 2. & *glossa* 19, *num.* 27. In quo aduertendum est quod Conarr. Gutierr & Azeuedus relati, & sequuti à Pichardo in principio institutæ *de eo cui libertatis causa bona addicuntur*, nostrũ Gomecium improbant in præsenti asserentes requiri ad validitatem fideicõmissi quod adeatur hæreditas saltim abintestato, eos vide, & maximè Pichardum qui contrarium tenuit in loco citato in dicta additione ad numer. 2. supra capite 4. versi. *Sextò quod adeatur hæreditas.*

Ad numerum 9. ibi. *Si talis substitutio re* 11 *linquatur sub conditione &c.*

Ius substitutionis conditionalis in hac materia non transmitti, vt hic resoluitur notũ est, vt videri potest per Andream Gaillum in suis obseruationib. *lib.* 2. *obseruat.* 132 per totam Crassum *receptarum sententiarum*, §. *fideicommissum, quæst.* 67. & 68. Aluarado *de coniectur. ment. defuncti, lib* 3. *cap.* 1. *num* 15. vbi addit ex tacita mente defuncti fieri transmissibile hoc fideicommissum conditionale, Rota apud Farinacium, 1. *part. decision.* 100 & melius 2. *part, decis.* 380. & 59. vbi plures limitationes adducuntur, Surdus *decis.* 151. *num.* 8, vbi quod factum in contractu

ctu fideicommissum conditionale transmittitur (de quo vide Fusarium *quæstione 490 num 46.*) & *decisione 144. num. 24.* Gregorius Lopez *in leg. finali, tit. 5 part 6. glossa 10.* Tuschus *lit F. conclusione 228. & lit S. conclusione 853.* Matienzo *in leg. 1 titul. 4 lib. 5. Recopilationis, glossa 17, nu. 6.* Menochius *de arbitrarijs, casu 165.* Fachineus *lib. 10 controuersiarum, cap. 20 & 21* vbi nec locum habere transmissionem asserit, licet fideicommissum conditionale vbitum sit cum iure accrescendi. De quo latissimè Fusarius *de substitution fideicomm ssar. quæst. 490. ex numer. 95.* vbi duas communes contrarias affert, & Castillo *lib 4 controuersar. capit 55 num. 76* vbi affirmatiuam tenet, & quid si conditio fideicommissi sit tacitè subintellecta, vt in casu, *Le. cum auus, ff de conditionibus*, vide Gregorium Lopez *in leg. 10 titul. 4 partit. 6. glossa 12* & in tantum fideicommissum conditionale non transmittitur, vt procedat etiam si fuerit relictum ab ascendente nam adhuc in liberos non transmittitur, vt probant Gutierrez *lib. 3. quæstione 79 num 7.* cum alijs. Et infinitos fere congerens Fusarius, *quæstion 490. n. 2.*

Item adde quod fideicommissum aliàs non transmissibile transmittitur, si fauore agnationis relictum sit, docet Molina *de primogenijs, lib. 3. cap 6. n 45.* Et quid in fideicommisso relicto in tempus certæ ætatis, Matienzo supra.

Ité adde quod si cõditio fideicõmissi veniat post mortem grauati, hæredes eius teneatur, Gregorius *in l. final. tit 5. part. 6. glos. 8*

Illud autem cum Gomezio aduertendum quod grauatus restituere post mortem censetur grauatus sub conditione, & ideo si fideicommissarius moreretur ante grauatum; extingueretur fideicommissum, nec aliquid ad hæredes transmitteret, *l. vnica, § sin autem Codic. de caducis tollendis, leg. fideicommissum 11. §. hoc autem, ff. de legatis 3*; ita docent Matienzo supra *nu. 7.* Tuschus *lit. F. conclusion 245. n. 4.* Pichardus *in repetitione, l. Gallus, § & quid si tãtum, cap. 7. num. 48.* & melius & latius in repetitione, *tit. de legatis, cap. 14.* per totum, quem videas, & Fachinæum *lib. 5. controuersiarum, cap. 56.* Castillo supra *num. 58.* & vide etiam Farinacium *in fragmentis*, verb. *Mors, num. 360. & 372.* vbi an intelligatur mortuus Monachus de quo Barbosa de appellatius, verb *Mors.*

Et si bona alienentur ante diem fideicommissi, an statim fideicõmissarius, alienationem possit reuocare, vide Molinam *de primogenijs, lib. 1. cap 16, n. 33*

Supra dicta resolutio, nempe quod fideicommissum conditionale nõ trãsmittitur; plures limitationes, & declarationes patitur, quas in vnum congessit Fusarius *dicta quæstione 490* latissimè cum videas, & D. Ioannem del Castillo *lib 4. controuersiarum. cap 55, ex nu. 62 qui numer. 65. & sequent* vsque ad finem capitis plusquam duodecim coniecturas adducit, & id ipsum fecit Menoch *lib. 4. præs. 201* vbi sex & viginti coniecturas congerit, *nu. 87. & seq.*

Ibi: *Si verò talis substitutio fideicommissaria fiat purè, &c.*

Et ibi: *Si verò nondum adiuit, &c.*

Mortuo substituto fideicommissario ante aditionem hæredis, & restitutionem sibi factam illud ius quod ipse habebat trasmittere ad hæredes, vt probat Gomecius hic, supponunt, & probant omnes supra allegati, & Couarrub. *in cap Raynaldus, § 1. num. 3. de testamentis*, Tuschus *dicta concluf. 228.* Antonius Grabiel *libr. 6. communium*, verb. *Fideicommissi ius*, Menesses *in l. cum secundum, Cod de fideicommissis ex num. 1.* Crassus *§ fideicommissum quæstione 25. & 46.* Donellus *lib. 7. commentariorum, capit. 20.* Gregorius *in l. fin titul 5 partita 6. glossa 10.* Matienzo *in l. 1. tit 4. lib. 5 Recopil. glossa 17, nu. 3.* Pichard qui optimè explicat *in § restituta*, instituta *de fideicommissarijs hæreditatibus, nu. 37 & 38. &*

late

latè Fuſſarius plures referens *in tract. de ſubſtitutione fidei commiſſaria, quæſtione* 487 vbi ampliat, *numer* 3 etiam ſi fideicommiſſarius ignoret, *& n.* 5. etiã ſi fideicommiſſarius ſit mortuus ante aditam hæreditatem, *& nu.* 9. etiam ſi fidicommiſſarius moriatur ante verbalem reſtitutionem,

De fideicommiſſo etiam in diem relicto certam, quod tranſmittatur ſecus ſi in incertam, latè idem Fuſſarius *quæſtione* 488. Et de modali quod tranſmittatur, dummodo poſſit modus per hæredes impleri, idem Fuſſarius *quæſtione* 489 cum Bartolo *in leg. quibus diebus*, §. *ter milius*, *ff. de conditionibus*, *& demonſtrationibus*, & alijs.

E2 Ad num. 10. ibi. *Tenetur poſt tempus reſtitutionis, &c.*

Hæredem grauatum in diem, vel ſub conditione teneri reddere rationem fideicommiſſario poſt tempus, compertum eſt vt docet Molina de Hiſpanorum primogenijs *lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 2. *&* 7. & quaſi per totum, Gregorius *in l.* 5 *titul.* 6 *part.* 6 *gloſſa* 2. Scobar *de ratiocinijs. cap.* 3 *num.* 14. Farinacius *in fragmentis*, verb. *Iuramentum*, *numer.* 1107. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum*, *lib.* 7 *tit.* 6. *num.* 3. vbi limitat, niſi teſtator prohibuerit, Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 2. *parte*, *cap.* 2. *num.* 4. *&* 5. *&* 12. & plures referens Fuſſarius *in tractatu de fideicommiſsis*, *quæſtione* 514: vbi cum Mantica ſupra tenet, hoc procedere niſi teſtator prohibuerit fideicommiſſario, ne peteret á grauato ſibi reddi rationes, &c. Cancerius variarum, 1. *parte*, *capit*, 2. *ex nu.* 107 *& ſequen.* Narbona *de ætate anno* 25, *q* 82 vbi quod minor 25 annis rationes reddere tenetur.

Ad hoc autem vt rationes recte reddat, tenetur conficere librum rationum, & ſinon fecerit, iuratur in litem contra eum, vt probat Fuſſarius *quæſtione* 513 plures referens Scobar de ratiocinijs, *cap.* 10. *&* 11.

Ibi. *Tenetur facere inuentarium, &c.*

Cum inuentarium ſit caput rationum reddendarum, illud debere fieri ab hærede grauato planum eſt, vt docent Pinelus de bonis maternis *l.* 1. 2. *part. num.* 22. Ayora de partitionibus, 1. *parte*, *cap.* 2. *num.* 10. Caſtillo *in tractatu de vſufructu*, *capit.* 3. *nu*, 109. Farinatius *in fragmentis*, verb *Iuramentum*, *num*, 1107. Gutierrez *in tractatu de tutelis* 2. *parte*, *cap.* 2. *num* 3. *&* 12. Cancerius *variarum*, 3. *parte*, *cap* 20. *num.* 219 vbi quod tenetur dare fideiuſſorem, *& cap.* 2 *ex num.* 75. latè de inuentario Gregorius *in l.* 5. *tit* 6. *partita* 6 *gloſſa* 2. Molina *de primogenijs*, *lib.* 1 *cap.* 28 *num.* 7. verſic. *In ſecunda ſpecie*, qui alios refert Valaſcus *conſultatione* 52, *num finali.* Scobar *de ratiocinijs*, *cap.* 9 *nu.* 6. Gratianus *diſceptationum*, *tom.* 2. *cap.* 215. latè quamuis Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum* doceat *libr.* 7. *titul.* 6. *numer.* 4. quod ſufficit facere quandam deſcriptionem bonorum, de hoc tamen vide Fuſſarium, *quæſtione* 512. vbi plures pro reſolutione Gomecij refert, & ampliat, & limitat eam, & Salgado *in labirintho*, *parte* 2. *capit.* 1. *num.* 59. vbi quod grauatus reſtituere poteſt dedicere creditum ſuum, licet inuentarium non fecerit, vide etiam eum, *n.* 65. *&* 2. *part. cap* 7. *ex n.* 40. vide infra *n* 14.

Adde quod ſi inuentarium non fecerit, iuratur in litem contra eum, vt probat latè Plotus *in leg ſi quando numer.* 595. & eum referens Marzarius *de fideicommiſsis*, 2. *parte in fine* Farinacius *in fragmentis*, verbo. *Iuramentum*, *numer.* 1107 *& ſequent*, de quo videndus eſt Molina *de primogenijs*, *lib.* 1 *cap.* 28. *num.* 5. *& ſequent.* & latè Gutierrez *de tutelis*, 2. *part. capit.* 2 *num.* 9. qui contrarium tenent, quod declarat ipſe Molina *num.* 10. eum vide, & Gregorium ſupra, & Fuſſarium, *dict. quæſt* 512. *num*, 2. *&* 3.

Et quod posſit testator prohibere confectionem inuentarij in præiudicium fidicommissarij, licet non in præiudicium creditorum, tenent Couarrubias, Menchaca, Clarus, & alij relati per Farinacium supra, *num.* 1113. contra alios, qui contrarium tenent, vt videri potest per Fussarium *dict. quæst.* 512. *n.* 9. *&* 10.

Si non conficiat inuentarium an amittat quartam Trebellianicam, vide Fachinæum *lib.* 4 *con rouerſiarum*, *capit.* 38. vbi negatiuam tenet, *& lib.* 13 *capit.* 54. & vide infra in additione ad numerum 12.

Quæ autem culpa imputetur hæredi in ratione quam reddere debet, si forte non distraxerit res perituras, videndus est Menochius *de arb. traijs, caſu* 49. *lib.* 2. Tuschus *lit.* F *concluſione* 275. & Fussarius *de fideicommiſsis, quæſtione* 517. vbi bene distinguit, & tribus quæstionibus sequentibus. Et de expensis, & melioramentis factis ab hærede in re fideicommissi, quomodo considerentur, & quod tempus attendatur ad eas in dictis rationibus reddendis, vide Aluarum Valascum de iure emphiteutico, *quæſtione* 25. *numer.* 28. & per totam, Marzarium *de fideicommiſsis, quæſtione* 65, Garciam *de expenſis*, & melioribus, *capit vltimo*, & Surdum de alimentis, *titul.* 6. *quæſtione* 6, *numer.* 15. Barbosam, *in leg.* 8. *§. final ff. ſoluto matrimonio, ex numer.* 8. Molinam *de primogenijs, lib.* 1. *cap.* 26. *numer.* 14. Fachinæum *lib.* 11 *cap.* 23. Fussarium *de fideicommiſsis, quæſtione* 669. *vbi num.* 2. probat, non esse computanda melioramenta cum fructibus *& quæſtione* 672. vbi docet quod non debent restitui bona, donec fiat satisfactio melioramentorum, vide eum opti e ampli intem, & limitantem & Cancerium 1 *parte, cap.* 2 *num.* 33 *&* 39.

De bis autem melioramentis factis in rebus maioratus vide Molinam *dicto capit.* 26. per totum, & late Hermosillam *in leg.* 7. *titul* 4 *pareit.* 5. *gloſſa* 2. *num.* 38. *& leg* 9. *titul.* 2. *gloſſa* 3. *num.* 108. Matienzum *in l* 6. *tit.* 7. *lib.* 5. *Recopilationi*. Aluaradum de coniecturata mente defuncti *lib.* 2. *cap.* 4. *ex numer.* 37. vbi etiam agit quid in melioribus factis in rebus beneficij ecclesiastici, Barbosam *in leg.* 8. *§. final, ff. ſoluto matrimonio, ex num.* 112. *vſque ad finem*, Brito de locato, & conducto, *capit.* 2. *part.* 3 *num.* 31. vbi de muliere retinente rem mariti, pro sua dimidia parte in melioramētis.

Ad numerum 11. ibi. *Sed non obſtantibus, &c.*

Trebellianicam posse prohiberi à testatore, vt ait noster Gomez. vt verior rem opinionem defendunt Menchaca *de ſucceſionum reſolutione* §. 11. *num.* 25. Gutierrez *in l. nemo poteſt, numer.* 323. Viuius *in ſuis communibus*, verb. *Hœres*, latissimè Matienzo *in l* 11 *titul* 4. *gloſſa* 19. *num* 12. *& per totam*, vbi plures catus ponit, Tuschus, *lit.* T. *concluſione* 385 *& ſequentibus*, Surdus *de alimentis, tit.* 9. *quæſt.* 25 Molina *de primogenijs, lib* 1 *cap.* 17. late *num.* 12. vbi an filijs prohiberi possit & alia, Couarrubias *in cap. Raynaldus de teſtamenti*, §. 3. *nu* 6. Antonius Cabriel *in communibus, titul. ad Trebellianum concluſione* 1. iterum Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 3. *part. cap.* 5. *num.* 80. *& melius, cap.* 20, *ex nu.* 2. *vbi num.* 3. agit quid si testator vsus fuerit verbis vniuersalibus, verbi gratia, restituat totā hereditatem. vel sine aliqua diminutione, &c an vid atur prehibere Trebellianicam? & communem contra alteram communem, quam ipse sequitur, docet Zeuallos *quæſtione* 28. plures referens Mascardus *de probationibus, concluſione* 1395. *liter* T. Gregorius *in l* 8. *tit.* 11 *gloſſa* 3. *partit.* 5. *& in l.* 6. *eodem tit. gloſſa* 3. Menochius *præſumptione* 198. *quaſi per totā*, *lib* 4. Mant *de coniect. lib.* 7 *tit.* 11. vbi aliquas limitationes adducit, *& tit.* 12. agit latissimè ex quib. cōiecturis prohibita censeatur, et plures relati à Fachi-

næo

næo *lib.5 cap.4.& c.6.* Molin. *de primog. lib.1.cap.17.ex n.15.* Menoch. *de arbitrar. casu 163.* Pichard *in § sed quia*, instituta *de fideicomm. partis hæreditariis, ex n.25.* Scaccia *de iudicijs, lib.2.cap.9. ex nu.1139. & seq.* vbi alia.

Detractio Trebellianicæ an sit facienda ex tota hæreditate defuncti, an verò ex residuo deductis legatis Fachinæus *lib.5.capit.8.& sequentibus*, vbi alia plura de modo deducendi eam, de quo etiam Rota apud Farinacium, *1.parte, decisione 152.* Ayora de partitionibus, *3.parte, quæstione 22. num. 64* iterum Fachinæus *libr.13.capite 58. & capite 66.* vbi ait quod hæres qui priuatus est hæreditate in pœnam à testatore iniunctam, non detrahit quartam, & facit doctrina Gregorij Lopez *in l.23.titul.1.part.6.glossa 6.* vide etiam ibi, *& in l.8. glossa 1. titul. 11. & in l.6.* ibidem Cancer. *variarum, 1. part.cap.2.n.56.* vbi quod fructus in eam imputentur.

Ibi. *Ex quibus infero, &c.*

Trebellianicam cessare in pia causa substituta, vt hic resoluitur docent Covarrub. *in cap. Raynaldus §.3. num.7.* Zeuallos, *quæstione 27. num.4.* Tuschus *lit. T conclusione 381.* Gutierrez *canonicarum, quæstion. lib.1.cap.35. num.12.* Matienzo *l.1. tit.4. glossa 19. num.23. lib.5.* Fachinæus *lib.5 cap.17.* lacè, vbi contrarium tenet Mascardus *de probationibus, lit. H. conclusione 869 num.12.* Gregorius *in l.4 tit.11. part.6 glossa 3.* Rota apud Farinacium *2. part. decisione 373 n.7.* vbi de pia causa substituta sub conditione, quid sit dicendum de quo etiam Castillo *lib.4.contr. cap.22 n.12.* referens Crass. § *Trebellianica, quæstione 6.* & Tiraquellum *de primogeniis piæ causæ, privilegio 20.* & alios vide etiam infra cap.12.

Aduertunt tamen Gregorius *in l.8. titul.11 partit.6.* necnon Montaluus, & eos referens Quesada *diuersarum quæstionum, cap.5 num.5* verb. *Qua ratione cum falcidia.* Surdus *decisione 144. n.22.* Matienzo *dicta l.1 titul.4 lib.5 glossa 19. num.4.* quod si pacto se astringat hæres testatori ad restituendam hæreditatem non poterit detrahere Trebellianicã, de quo Fusarius *in tractatu de substitutionibus, quæst.14 n.11.* Cancer. *variar. 1.part. cap.2.num.9.*

Adde an hæres possit eligere rem quam vult pro Trebellianica? in quo duas communes contrarias opiniones refert Fusarius *in tractatu de fideicommissis, quæstione 543 num.4. & seqnent.* eum vide.

Ad numerum 12. ibi. *Sed his non obstantibus, &c.* 14

Ob non confectionem inuentarij hæredem grauatũ non amitterre quartam Trebellianicam (vt Gomecius resoluit) probant plurimi relati & sequuti à Zeualios, *quæstione 26. & 27.* vbi communem contra cõmunẽ asserit, & agit quid in filio, & an dispositio loquens in falcidia habeat locum in Trebellianica, & plures pro vtraque parte adducit, *& quæst.731.* vbi quid si omnium bonorum inuentarium aliqua bona Fachinæus *lib.4.c.38.* Mascardus *de probationibus, lit.H. conclusione 871. ex num.5.* & Tuschus *lit. T conclus.389* Grotianus *disceptationum forens. lib.1. c.34* Morquecho *de diuisione bonorum, lib.1.c.1.num.10.* & alij multi relati per Farinacium *in fragmentis*, verb. *Hæres, num 8. & sequent.* vbi contrarias opiniones conciliat Gutierrez autem cum Molina quem ipse allegat, credere Trebellianicam affirmat *in tractatu de tutelis, 2.parte, capit. 2.num.13.* & Menoch. *libr.3. præsumptione 11. num.18.* & Matienzo *in l.1 titul.4. lib.5 glossa 19. num.2.* & Crassus § *inuentarium, quæstione 24*, vide Gregorium *in l.10. tit.6. partit.6 glossa fin.* Scobar de ratiocinijs, *cap.9.n.16.* & hæc pars probabilior videtur, vide etiam Cancerium *variarum, 1 part.cap.2. ex num.1. omnino, & num.79.*

Ibi. *Si autem hæres grauatus &c.*

Inuentarium autem factum

ab hærede prodeſſe fideicommiſſario, docent Suarez in theſauro receptarum ſententiarum, verbo. *Fideicommiſſarius*, Pichardus *in* §. *ſed quia ſtipulationes*, inſtituta *de fideicommiſſarijs hæreditatibus numer.* 18. & vide latè diſputantem, qnando inuentarium ab vno factum proſit alteri, Scobar de ratiocinijs, *capit.* 9. *ex num.* 15. Cancerium *variarum*, 3. *part. cap* 2. *nu.* 115.

Ibi: *Vnum tamen eſt, &c.*

Hæredem non conficientem inuentarium in ſolidum teneri, & amittere quod ſibi debebatur à teſtatore (licet noſter Gomezius aliud velit in hoc vltimo) docent communiter Doctores, ita Maſcardus *de probationibus*, *liter.* H. *concluſione* 851. per totam, vbi etiam adducit limitationes remiſsiuè Tuſchus *liter.* etiam H. *concluſione* 58 Cancerius latiſsimè 3. *parte*, *capit.* 2. Gutierrez *canonicarum*, *lib.* 2. *capit.* 18 Scobar de ratiocinijs, *capit.* 9. Valaſcus *conſultatione* 5. per totam, Baeça de debitore, *cap.* 6. *numer.* 18. *& ſequentibus*, vbi limitat, Fariuacius in fragmentis, verbo. *Hæres, ex numer.* 15. & verbo. *Iuramentum*, & alij communiter. Quamuis autem (vt dixi) noſter Gomezius afferat, quod hæres non conficiens inuentarium non perdat debitum quod ſibi teſtator debet, quod etiam aliqui affirmarunt, verius tamen eſt, quod perdat quod ſibi debetur actione perſonali quæ aditione confunditur, licet non perdat quod ſibi debetur actione reali hypotecaria, ſeu reiuindicatione, &c. Vt probat Andræas Fachinæus *controuerſiarum iuris lib* 6. *cap.* 33 quem videas, & denique tenendum videtur omnem actionem confundi præter rei vindicationem, vide tamen ſupra *numer.* 12. verſic. *ibi tenetur facere inuentarium*, & Salgadum *in labirintho*, 2. *part. cap.* 7. *ex num.* 40.

In foro autem conſcientiæ hæres non conficiens inuentarium non tenetur vltra vires hæreditarias, vt docent Gregorius Lopez *in leg.* 10. verbo. *Las mandas titul.* 6 *partit.* 6. Couarrub. *in* 4:2. *parte cap.* 6. §. 8. *num.* 10. *& in cap.* 1. *num.* 16. *de teſtamentis*, noſter Gomezius *in* l. 3. *Tau. n.* 123. Spino *in ſpec. teſtamentorum*, *gloſſa* 35. *num.* 56. Zeuallos *quæſtione* 31. *ad finem*, *& quæſtione* 411. *& quæſtione* 464. qui alios plures referunt, quia cum hoc præceptum legis de ſoluendo ſolidum non facto inuentario, in ſola præſumptione, ſeu fictione fundetur, in foro conſcientiæ locum habere non poteſt. Et licet Couarrubias, & Gregorius Lopez ſupra, ſub diſtinctione procedant, & contrariam opinionem tueatur Molina *de iuſtitia*, *tom.* 1 *diſputatione* 217. *numer.* 12. verius eſt nequaquam teneri talem hæredem in foro conſcientiæ, vt reſoluit Spino ſupra, & relati à Zeuall. necnon Pichardus *in relectione ad titulum*, *ff. de acquirenda hæreditate*, *cap.* 4 *ex num.* 32. quem videas, & Thomam Sanchez *in ſumma*, *lib.* 4. *cap* 15. *numer.* 37. & Scacciam *de commercijs*, § 1 *quæſtione* 1. *nu:* 529. *& quæſtione* 7 *parte* 2. *ampliatione* 19. *num.* 88.

Ibi. *Si verò hæres grauatus, &c.*

Fideicommiſſarium poſſe, imo teneri facere inuentarium, ſi hæres non fecerit, reſoluunt Molina *de primogenijs*, *lib.* 1 *capit.* 28 *numer* 6 Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 2. *parte*, *capit.* 2. *num* 10. vbi quid in maioratus ſucceſſore, *& numer.* 17. *& 18* Tuſchus *lit.* F. *concluſione.* 272 *num.* 5. ſi autem prædictum inuentarium non fecerit, tenebitur in ſolidum creditoribus, & legatarijs, vt docent prædicti doctores, & Cancerius *variarum*, 3 *parte*, *cap* 2 *num.* 118 vbi quod intra tres menſes poſt reſtitutionem, debet illud facere.

Ad numerum 13: ibi *Duplici terre*, *&* 15 *verbo &c.*

Duobus modis fieri reſtitutio-

tionem fideicommissario, re scilicet, & verbo, notissimum est, vt docent Gratianus *discept. forensium lib. 1. capit. 47.* vbi plura tulerit Barbosa *in leg. si mora, ff. soluto matrimonio, numer. 153.* Menochius *de arbitrarijs casu 256. num. 27.* Parladorus *lib 3. quotidianarum, d differentia 18. numer. 4* Cancerius *variarum, 1 parte, capit 2 num. 122.* Et tunc facta restitutione, vno ex dictis duobus modis dominium transfertur in fideicommissarium, vt docent relati, & Surdus *decisione 76, nu. 8. & decision. 25 nu. 2.* Couarrub. *in cap Raynutius, § 10 num. 5.* licet Matienzo *in l. 1. titul 4 lib 5: Recopilationis, glossa 19. num 27.* dicat, ipso iure transferri dominium in fideicommissarium, mortuo testatore, quem ad modum fit in fideicommissis particularibus, *ex dict. l. 1.* quod falsum credo, itëque illud quod asserit in eadem lege *glossa 18 num 8.* nempè restitutionem fieri ipso iure ex dispositione illius text. solum enim hodie cessat coactio, vt dictum est supra ad numerum tertium, & hæres non est compellendus adire, vt restituat, sed ipse fideicommissarius poterit adire ex sua persona, & sibi hæreditatem retinere, vt tradit ex Gregorio Lopez. Richardus *in §. Sed si recusaba, instituta de fideicommissarij hereditatibus, numer. 9.* quem videas, & in manuductionibus, *2. parte § 1 num 10. & 11.* vbi quod facta restitutione transeunt actiones sine cessione; vide etiã Carranç. *in de partu legitimo, cap. 3. § 2. num 28.*

In Ecclesiam autem vel ciuitatem transit absque restitutione fideicommissum vniuersale, vt docet communem dicens Suarez in thesauro receptarum, verbo *Fideicommissum vniuersale*, in quo Fachinæus *libr. 8. capit. 38.* contrarium tenet.

Licet autem restitutio sit facienda ab hærede, si ipse velit adire, vt dictum est, (alioquin enim compulsio non est necessaria) aliqui tamen sunt casus, in quibus propria authoritate potest fideicommissarius bona occupare; quos congerit Farinacius *in praxi criminali, quæstione 175. ex numer. 293.* cum vide ibi, *& in decisione criminali 140. lib 2* vbi agit quando nullus repetitur hæres possidens, & Gutierrez *in leg. nemo potest, numer. 366.* Tuschum *lit F conclusione 268*, latissimè Antonius Gabriel *in titul de adquirenda possessione, conclusione 1 numer. 98.* Gail *practicarum obseruationum, lib. 2. obseruatione 129 numer. 7.* Laram *de anniuersarijs, capit. 4 num. 25. vbi ex num. 23.* adducit differentias inter fideicomissum & maioratum Cancerium *variarum, 1 part cap 7. ex numer. 111 & 13;* & sequent. & vide infra *cap. 12 num 12.* & vide latissimè ampliantem, & limitantem, & declarantem casus, in quibus non est necessaria restitutio, Fussarium *de fideicommissis, quæstione 603. & quæstione 604.* vbi etiam declarat quæ dicatur restitutio realis, quæ verbalis *& quæstione 605* vbi congerit plures casus, in quibus fideicommissarius potest propria authoritate bona fideicommissi occupare.

Ibi. *Item, adde quod facta restitutione, &c.*

Quod vnare restituta trãseat in fideicommissarium dominium omnium docet Molina *de maioratibus, lib. 4. cap. 2 nu. 25. 26 & 28* vbi sumæ notabilem dicit text hic allegatum *in leg restituta*, Matienzo *in l. 1. titul. 6 glossa 4 num 5. & sequentibus. libr 5 Recopilationis*, Osualdus ad Donel, *lib. 7 capit. 24 notatis, lit. E* Crassus *in §. fideicommissum, quæstione 42 numer 3* Fussarius *dicta quæstione 604. num. 2.*

An autem de iure canonico fideicommissarius agere possit ante factam sibi restitutionem re, vel verbo, vide Gregorium *in leg finali. titul. 5. partita 6. glossa 10.* versiculo. *Aduerte tamen*, & melius Fachinæum, *libr. 12.* controuersiarum, *capit. 79.*

vbi resoluit quod non, contra Benedictum, Boerium, & alios, contra quos etiam tenet Gratianus *discepr. forensium, lib. 1 cap. 47 num. 5.* vide etiam Fussarium *dict. quæst. 603. num 15. & 16.* vbi Doctores pro vtraque opinione refert.

16 Ad num. 14. ibi: *Si hæres grauatus nondum adiuit, &c.*

Officium iudicis competere fideicommissario vt compellat adire hæredem, & restituere, docet etiam Crassus § *fideicommissum, quæstion. 49* Osualdus ad Donel. *libr 7: capit. 23. notatis liter. B.* Gregorius Lopez *in l. finali, tit. 5. part. 6 glossa 12.* vbi etiam resoluit quod hæres qui coactus adiuit potest cogere fideicommissarium, & eius hęredem vt hæreditatem recipiat. Tuschus *lit. F. conclusion. 274* Couarrb *in cap. Raynuntius,* § 10 *num. 4.* Matienz. *in l. 1 tit 4 lib 5. Recop. glossa 17. num. 4. & glossa. 18. nu 3.* Donellus *in commentarijs lib. 7. cap. 24.* & de hoc vide latè ampliantem & limitantem Fussarium *in dict. tract, de fideicommissis, quæst. 611 vbi num. 12.* ait quod fideicommissario competit remedium *l finalis Cod. de edicto diui Adriani tollendo, & num. 17.* quod ei competit via executiua, de quo etiam diximus supra in additione ad numerum 7 & Larream *decisione Granat 6 num. 4.* vbi quod remedium dictæ legis finalis competat fideicommissario vniuersali.

Ibi. *Si verò hæres sponte adiuit, &c.*

Hæredem nolentem restituere hæreditatem iam aditam posse compelli actione ex testamento directa, vel vtili, docent Crassus, Gregorius, & Tuschus locis supra relatis, & Surdus *decis. 76, num 4.* Couarrub. *in dict. cap. Raynuntius,* § 10 *num 3.* Matienzo *dict. l. 1 glos. 17 & 18* & Fussarius etiam supra.

Ibi: *Si verò hæres grauatus adiuit sponte, &c.*

Quæ actio competat fideicommissario contra tertium particularem possessorem disputant latè Fachinæus *lib. 5 controuer. cap. 29.* Crassus § *fideicommissum, dict. quæst. 46 ex num. 4.* Tuschus *lit. F. conclus. 274. ex num. 5. & conclusione 278 ex num. 11.* & Fussarius *dict quæst 611 nu. 9.* Cancerius *variarum, 1 part. cap. 2. num. 53.*

Ibi: *Item quæro si fidei commissarius decedat, &c.*

De hac transmissione fideicommissi dictum est supra in additione ad numerum 9.

Et an fideicommissarius possit petere executionem pro debitis hæreditarijs, videto Guillelm. Benedictum *in cap. Raynuntius,* verb. *Cætera bona num 24.* Parladorum *lib. 2. quotidianarum, cap fin. 3, part.* §, 3. *num 10.* Pichardum *in suis manuduchionibus, parte 2.* vbi de via executiua, § 1. *præcepto 1. num 10. & 11.* qui affirmat posse.

Ad num 15. ibi *In quo articulo resolutiuè dico. &c.* 17

Distinctionem nostri Gomecij in præsenti sequuntur plures Doctores, ex quibus videas Andræam Fachinæum *lib 12. controuersiarum, cap. 67.* vbi latè disputat & Tuschum *lit. F. conclusione 277.* & Bręçam *in tractatu de decima tuoris, cap. 28 num. 4* & Costam *in cap. si pater,* verb. *Obliqua, 3 part ex num 47.* vbi dissentit à nostro Gomecio distinguente, an coactè, an sponte, adierit hæres; & eum sequitur Matienzo *in l. 1. titul. 4 lib 5. Recopilat glossa 19 nu. 25.* vbi agit de omnibus casibus hic positis à nostro Gomecio, & Mantica latissimè *de coniecturis vltimarum voluntat. lib. 7. tit. 10* & melius Menochius *de arbitrarijs, casu 256.* qui pluries casus distinguit, & omnium latissime Fussarius *quæst. 626* Gutierrez *canonicarum, lib. 2, cap. 26. num. 2* Surdus *decisione 271. num 6 & decisione 25, num. 1 & 7* vbi quid in restitutione fideicommissi quæ fit ipso iure, vel ęcclesiæ vel minori, Gregorius *in l. fin titul. 11 part. 6.* & Mandelus *consil. 79* vbi agit de pensionibus annuis, Ioannes Gratianus *in regula 221 lit* H. Molina *de iustitia, tom. 1. disputatione 187.* & Larrea *decis. Granat.*

40 nu.

40. *num* 7. *& 24 & sequent*

In primo, & secũdo casu, ibi: *Data negligentia in fideicommissario, & ibi data negligentia in hærede, &c.* Idem docet Matiẽzo *dicta glossa* 19. *num.* 25. vide tamen Barbo sam *in l. si mora. ff soluto matrimonio. num.* 102, *& 103.* vbi explicat tex. *in l. mulier, § si hæres. ff ad Trebellianum*, & vide etiam *dictam l. quidam, tit.* 11 *part.* 6. & ibi Gregorium *glossa.* 5. Menochium *dicto casu.* 256. *num.* 26. Guti rrez & Surdum supra: Cancerium *variarum.* 1 *parte. cap.* 2. *num.* 39 Rota apud Farinacium. 2. *parte decisione.* 520. *nu* 8. Tuschum, *lit.* F. *conclusion.* 493. vide Fussarium supra

Adeo autem fructus percepti adita hæreditate ad grauatum pertinent, vt etiam: *Si promittat restituere quid quid ex hæreditate testatoris ad eum per venerit*, minimè tenebitur ad restitutionem fructuum, medio tẽpore perceptorum vt cum multis ait Aluarado *de coniectu rata mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 2. § 1. *num* 4 Fusarius *dicta quæstione.* 626 *num.* 19. *&* 20.

In tertio casu ibi: *Si verò expresse testator iussit, &c.* Idem tenet Matienzo supra Menochius *dicto casu.* 256. *num* 13. *&* 18. Tusch. *lit. F. conclusione.* 277. *num* 36. *& seq.* & an filius grauatus fidei cõmisso possit grauari ad fructuũ restitutionem præter legitimam, Couarr. *in cap. Raynuntius*, § 11. *num.* 4. Surdus *decis.* 21 *num.* 10. *&* eos referens Fachin. *lib* 12. *cap.* 71. *& sequent* vbi disputat an ascendentes grauati fidei commisso fructus imputent in legitimam.

In quarto casu ibi: *Sub cõditione vel in diem, &c.* Adde Matienzum supra, *dicto num.* 25. Menochium *dicto casu* 256. *num.* 11. Benedictum *in cap. Raynuntius* verb. *Si absque liberis el segundo*, de compendiosa substitutione agentem *ex num.* 12

Et adde quod ex fructibus quos vltra quartam percipit hæres, supplet diminutionem rerum fidei commisso subiectarum, ext x. *in. l. scribit* Celsus *ff. ad Trebellianum*, vt docet Fachinæus *lib* 12 *cap.* 69 vbi disputat quid in filijs vel liberis, Menochius *dicto casu.* 256. *num.* 20. Arias Pinelus: *De rescindenda*, 2 *parte cap.* 4 *num.* 63.

In quinto casu ibi. *Iam restituit hæreditatem saltem verbo, &c.* Adde Matienzum supra, Valascum *consul.* ratione 34. *&* 36. *num.* 3. Molinam *de primogenijs. lib.* 3. *cap.* 11. *num* 2. vbi dicit, hoc procedere etiam si maior pars anni, ante diem quo fidei commissum cessit præterita sit *ex. l. hærennius, ff. de vsuris*, Menochium *dicto casu* 256. *num.* 27. Tusch. *lit F. conclusione* 277, *n.* 10. Gutierrez *lib.* 1 *canonicarum. cap.* 33. *num.* 2. vbi reprobat Auendanum *responso.* 5. *num.* 4 Fusarium *dict quæstione.* 626. *ex. num* 46.

In sexto casu ibi: *Si sint collecti viuo testatore, &c.* Adde Menochium *dicto casu* 256. *num.* 3. Matienz. *supra & in. l.* 7. *tit.* 11 *glossa* 12. *num.* 7. & eleganter Fachinæum *lib* 12. *controuersiarum cap.* 66. contra Parisium & alios; Tuschum *concluſ.* 493, *num.* 8 *lit F.* Gutier. *de tutelis.* 3. *parte. cap.* 36 *num.* 11. vbi quod etiam debeant restitui fructus pendentes tempore restitutionis Vide etiam Fussarium *dicta quæstione* 626.

Aduerte tamen quod falsa videtur doctrina ipsius Matiensi supra *dicta glossa.* 19 *num* 27. quatenus docet hodie *ex dict. l.* 1. *tit.* 4 *lib.* 5. *Recop.* fructus omnino pertinere fideicommissario, sicut iure communi contingebat, in casibus in quibus ipso iure censebatur restitutio facta, contrarium enim verum est eo modo quo dictum manet, & colligitur ex ijs quæ diximus in additione ad numerum 13.

Item adde quod in casibus quibus fructus pertinent hæredi iuxta superiores resolutiones non debet eos compensare cum ædificijs & melioramentis, sed horum æstimatio est ei soluenda. Vt docet Gutier. *lib.* 3. *practicarũ, quæstione.* 90. *num.* 6. *&* 7.

Item adde quod licet hæres acquirat fructus in dictis casibus, non tamẽ acqui-

acquirit partus ancillarum, vt aduertit Baeza *in tractatu de decimis tutoris, cap.* 23 *num.* 5. nisi fit rogatus restituere deductis redditibus, vt docet Gutier. *de tutelis, 3 parte, cap* 30. *num.* 3. de hoc tamen vide Amaya *lib.* 3. *obseruationum, cap.* 1. § 1. *maxime ex num* 43. & Carrançam *de partu legitimo & naturali, cap.* 3. § 2. *exnum.* 46. cum multis sequentibus, vbi materiam huius numeri bene explicat, & de partus acquisitione optimè differit.

Reliqui de hac quæstione fructuum acquirendorum per fideicommissariũ, vel grauatum vide apud citatos Doctores initio huius numeri, maxime apud Fusarium, Manticam, & Menoch. & Tuschum.

Ad numerum. 16. ibi *& resolutiuè dico, &c* 18

Et ibi *hodie tamen, &c.*

Antiquo iure hũc hæredem ita grauatum bona fide, & secluso dolo alienare posse. Hodie autem quartam reseruare debere fideicommissario, vt explicat Gomezius. Docet Menochius *de præsumptionibus, lib.* 4 *præsumptione* 183. late vbi tres casus constituit, primum quando testator hæredẽ grauauit simpliciter onere fideicommissi & tunc nihil alienare poterit, secundum quando testator liberam alienandi facultatem concessit grauato, & tunc omnia alienare potest, tertium, quando hæredem grauauit restituere quod supererit, & hoc casu quartam tantum debere reseruare fideicommissario, asserit, & tandem per totam præsumptionem limitat, & declarat, & idem facit *consilio.* 225 *num.* 26. *lib.* 3. Surdus *decisione.* 271. *num.* 7. *&* 37. Parisius *consilio* 27 *num.* 68 *& sequent. volumine* 3. Pachinæus *lib.* 5. *controuersiarum, cap.* 53. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 10. *tit.* 4. *num.* 21. *& lib.* 7 *tit.* 6. *num.* 19. Antonius Gabriel *communium opinionum tit. de trebellianica, conclusione* 13. Tuschus *lit. C. conclusione* 232 & omnium latissimè Fusarius *in tractatu de fideicommissis, quæstione* 545. *per totam*, vbi plurimos refert, & materiam fusissimè declarat, vide etiam Surdum, *in tractatu de alimẽtis, tit* 4. *quæstione* 9. *num* 25 Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 188. *exnum.* 2. & nouissime Noguerol. *allegatione* 14. *ex num* 20.

Versicul. *Item adde quod in prædicto casu, &c*

Et ibi *sed contrarium, & melius, &c.*

Quod si grauatus nihil alienauit nihilominus quartam trebellianicam poterit retinere tenent multi relati a Fusario *dicta quæstione* 545. *ex num* 39. eum vide.

Adde ex communi sententia quam refert Menochius *dicta præsumptione* 188. *numer.* 17. quod hæc facultas quę datur hæredi grauato in residuo, disponendi in dodrante, intelligitur inter viuos, secus autem in vltima voluntate, eum vide, & Manticam qui contrarium tenet, *de coniecturis vltimarum voluntatum lib* 7 *tit* 6 *num* 19. *&* Surdum *decisione* 272. *num* 7. *&* 37. & Fusarium *dicta quæstione* 545. *num* 42. qui sententiam Menochij sequitur & declarat, & pro vtraque parte plurimos Doctores refert, & tandem *num* 48. docet quod si facta sit alienatio etiam de quarta, ex substantia hæredis erit suppleuda, si ad sint bona, alias in subsidium agetur contra tertios possessores.

Ad numerum 17. ibi *Magistraliter dico* 19 *quod si hæres, &c.*

Bona acquisita ex substitutione pupillari comprehendi in fidei commisso, adeunte hærede coacte, non vero si sponte, cum sub distinctione á nostro Gomezio tradita latius explicans tenet Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib* 7. *tit.* 6. *ex num* 14. *& ibi num* 7. probat, esse distinguendum quod hæres habuit ex vulgari substitutione, & quid in acquisitis ex substitutione compendiosa *ibi num.* 16. & remissi

uè

ue Gregorius *in l final*, *tit* 5. *partita.* 6. verb *La herencia*, ad medium Aluarado de coniecturatamente *defuncti lib* 2. *cap* 2, §. 1. *ex num* 8. & in parte Cardinalis Tuschus *lit.* F. *conclusione* 259 *ex num* 1. Non desunt tamen qui contrariam partem tueantur imo in distincte pupilli bona non esse restituenda, vt sunt Corrasius *in l. cum virum cod. de fideicommiss. num* 85. & Padilla *ibidem num* 33. quorum argumentis satisfacere conatur Aluarado supra versiculo *Sed licet hi grauissimi viri*, sed circa hanc quæstionem videto Menochium, *lib* 4. *præsumptione* 74. *per totam*, vbi octo casus distinguit, & bene explicat: Larrea in *decisione granat.* 40. *num* 27. Cancerium *variarum*, 1. *parte*, *cap* 1. *num* 31. & 33 & Fussarium *de fideicommissis*, *quæstione* 655. *per totam*, *vbi num* 20. quærit, an pupillariter substitutus fideicommisso grauatus detrahat legitimam, & Trebellianicam, vide eum ibi, & *quæstione* 653. vbi quod restituí debent fideicommissario quæ obueniunt ex vulgari substitutione, & in multis quæstion. antecedentib. & seqq. agit latissimè de omnibus quæ sunt restituenda, vel non, fideicommissario post Manticam *de coniecturis vltimar. volunt dicto*, *tit* 6. & *seq*; & Menochius *præsumptione* 193. 195. 196. & 197 Castillo *lib* 4. *cap* 35. & Salgado *in Labirintho*, *part.* 2. *cap.* 19. *nu.* 38 Larrea *decis.* 40 *num* 7. 24. & *seq.*

20 Adnumer. 18. ibi. *In quo breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Hæres quando teneatur vel non restituere in simul prælegata, & meliorationē distinguit, vt vides, noster Gomezius in præsenti, & eandem fere distinctionem afferunt Gregorius Lopez *in l. vltima*, verb. *La herencia tit.* 5. *part.* 6. Castillo *in l.* 27 *Tau num* 17. Matienzo *in l.* 1 *tit* 4 *lib* 5. *Recop. glossa* 19 *num* 28 qui in aliquibus dissentit, Gratianus *in regul.* 215. Surdus *decisione.* 269. *num* 8. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib* 7. *tit* 7. vbi aliquas coniecturas congerit pro vtraq; parte, ex quibus debeant vel non restitui prælegata, & latissime Menochius *lib* 4 *præsumptione* 194. *per totam*, Suarez *in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni*, *quæstione* 7. *per totam* Padilla *in l. cum virum cod. de fideicommissis ex num* 4. Molina *de primog. lib* 2. *cap* 10. *num* 73. Bernardus Diaz *in regula* 314. apud quos plures amplia tiones, & declarationes reperies, quia mei instituti non est eas transcribere, & præter eos vide Fussarium omnia cumulantem per centum, & triginta numeros *in quæstione* 650 vbi ad saturitatem materiam videbis, & per Tuschum *lit.* P. *conclusione* 513. & Angulo *de meliorationibus l.* 1 *glossa* 1. *num* 17 & *seq.* & Morquecho *de diuisione bonorum lib* 3. *cap* 4. *num* 5. & *lib* 3. *cap* 2. *num* 39 vbi quod prælegatum dotis nō venit in fideicōmissi restitutione vt cum pluribus docet Fussarius supra *num* 34. *cum vide*, & Merlin, *de legitima lib* 2. *tit* 2. *quæst.* 22 *late.*

Ibi: *Si vero testator simpliciter, &c.*

Distinctio hoc versiculo tradita an scilicet præcesserit prælegatum an fideicommissum exploditur à Mantica *dict. tit.* 7 *num.* 3. & *sequentibus*, & à Fachinæo *lib* 5. *controuersiarum*, *cap.* 16. qui etiam addit quid si testator Titio, & Caio prælegata dedit, & postea in omnibus alijs bonis eos hæredes instituit, & si absque liberis decesserint, Sempronium eis per fideicommissum substituit, an eueniente conditione substitutus etiam prælegata petere possit, & negatiuè resoluit contra Menochium *lib* 4. *præsumptione* 194 *nu.* 6. Marzarium *de fideicommissis*, *quæstione* 3. & alios, de quo videndi sunt Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 7. *tit* 7. *num.* 7. Menoch *dict. præsumpt.* 194 *num.* 6. & 7. & alij quos allegat ipse Fachinæus *lib.* 13. *cap.* 65, & Fussarius supra *qui nu.* 109. & *sequentibus* opinionem nostri Gomezij in hoc versiculo comprobat, nempe prælegatum factum post fidei commis-

missum, in eo non comprehẽdi plures referens, quod etiam facit Merlin sup. *num.* 10.

Quid si filius iussus esset à patre restituere quid quid ex hæreditate patris ad eum per venerit, an restituere teneatur prælegatum, vide Aluaradum *de coniecturata mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 3. § 1. *num* 35.

21 Ad numerum 19. *Et breuiter, & resolutiue dico quod sic, &c.*

Partem quã hæres grauatus acquisiuit ex iure accrescendi debere restitui fideicommissario, vulgare est, quia per textum *in l. si totam ff de acquirenda hæreditate*: Si aliquis hæres grauatus restituere partem suam, eam restituat, & postea deficiat alia portio cohæredis illa portio accrescit fideicommissario quam hæredi grauato. vt docent Gregorius Lopez *in l. finali, tit.* 5 *part.* 6. *glossa* 9. versic. *Quid autem de eo* Spino *in speculo testam. glossa* 27. *num.* 66 *& sequent* Matienzo *in l.* 1. *tit.* 4. *glossa* 19. *num.* 29. *lib.* 5. Recop. Gutierrez *in l. vnica Cod. quando non petentium partes, ex num* 64. Osualdus *ad Dovelam lib.* 7. *cap.* 26. *notatis lit.* A & plures referens Fusarius *in tract. de fideicommissis quæstione* 654. *num.* 1. vbi numeris sequentibus probat hoc non habere locum, si quis instituatur in re certa & ei postea accrescant cætera bona, tunc enim grauimẽ fideicommissi in positum tali instituto, non extenditur ad cætera bona licet alij teneant contrarium, videatur item Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 185. *num.* 1. & alij. Sed licet ista resolutio ita communis sit, & a grauissimis viris sine scrupulo admissa Cujacius tamen *lib.* 12. *observationum, cap.* 12. & Faber de *erroribus pragm.* 2. *part. decad.* 50 *errore* 4. & nouissime pichardus *in* § *restituta*, instituta *de fideicommissis ff. alij hæreditatibus, num.* 18. *& in declaratione tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 29. *ex num.* 49. docent eleganter non fideicommissario portionem deficientem pertinere, & accrescere, sed hæredi qui sponte adiuit, (secus si coacte) eos vide, quia subtilissime, & è benefundata iuris prudentia materiã prosequuntur, maxime Pichardus *vbi num.* 25. explicat Tex. *in l. si totam, ff. de acquirenda hæreditate, & num.* 54. *tex. in l. Papinianus* 43. *ff. ad Tribellianum, & nu.* 57 *tex. in l. si Titio* 33 § 1 *ff. de vsufructu*, inquibus contraria opinio fundabatur, & sane vtriusq; opinionis rationibus consideratis hæc mihi magis placet, vide etiam Cancerium variar. 3. parte, cap. 22 num 83. & seq. vbi declarat & num 187 omnino.

Ad numerum 20. ibi: *Et resolutiuè dico, &c.* 22

Prodistinctione hic adducta à nostro Gomecio, an scilicet cohæredes vocentur per nomina propria, vel appellatiua, vt primo casu viriliter, vel equaliter, in secundo verò proportionibus hæreditarijs censeantur vocati, vide Manticam *de coniecturis vltim. voluntat. lib.* 5. *tit.* 1 *num.* 20. *& sequentibus, & titul* 10. *per totum.*, Corrasium *in l. vltima, Cod. de impuberum, & aliis substitutionibus, num* 6. Menochius *lib.* 4. *præsumption.* 16. *& 18. num* 6. Mascardus *de probationibus, lit.* S. *conclusione* 1351 *per totam, maximè ex num* 16. vbi limitat, & declarat, latè Fusarius *de substitutione, fideicommissaria, quæstione* 477. *&* 478 vbi ampliat limitat, & declarat suo more & etiam *quæstione* 12, vbi explicat & declarat illam conclusionem, nempe quod substitutio declaratur ex institutione ita vt prædilectus in ista dicatur prædilectus in illa, Pichardus *in* §. *& si ex disparibus*, instituta *de vulgari substitutione, per totum*, quem videas.

Eadẽ distinctio adhibetur quoad hæredes grauatos, nempe vt intelligatur proportionibus hæreditarijs, vel viriliter, vt dictum est, ita Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 8 *tit.* 2. *n.* 5. & ferè omnes supra allegati.

Ad numerum 21. ibi: *In quo magistraliter, &c.* 23

De

De ſubſtitutione vulgari facta pluribus, iam remanet dictum ſupra, *cap.3.* in additione ad numerum 35. vbi etiá *de pupillari ſubſtitutione* pluribus facta, de qua præter ibi allegatos, vide Menochium *lib.4 præſumptione* 186 Menchacam *de ſucceſſionum progreſſu.* §.25. Peregrinum *de fideicommiſſis, articulo*, 13 & plures referentem Fuſſarium *tractatu de pupillari ſubſtitutione, quæſtione* 162. vbi ampliat, limitat, & declarat, & vide Cancerium 3.*parte, cap.22. ex num.* 136.

Ibi: *Si vero loquimur in ſubſtitutione fideicommiſſaria, &c.*

Fideicommiſſariam ſubſtitutionẽ factam pluribus ſeparatim, & particulariter, vel etiam ſimpliciter, genericè & abſolutè, vt in exemplis per noſtrũ Gomezium adductis, verificari in quolibet eorum, & Dari locum fideicommiſſario, docent, & probant, Corraſius *in l. penultima num* 18. *Cod. de impuberum. & alijs*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib* 11. *tit.*5. *nu.* 1. *&* 2. *&* 17. Menochius *de præſumptionibus, lib.*4 *præſumptione* 186. *ex num.*1. quem commendo, quia optimè materiam explicat diſtinguendo plures caſus, & formulas, *&* num.12. *&ſeq.* vbi latè declarat caſum ſubſtitutionis factæ pluribus ſimpliciter ſeu indefinitè, Tuſchus *concluſione* 835 *num.*76. & quaſi per totam, Fuſſarius *de fideicommiſſis, quæſtione*, 473. latè, & Cancerius *in* 3. *parte, dicto cap* 22. *num* 146. vbi limitat præter quam ſi inſtituti eſſent valde coniuncti teſtatori.

Ibi: *quod tamen limita, & intellige quando talis ſubſtitutio fideicommiſſaria fit inter extraneos, &c*

Adde Corraſium *in dicta l. penultima, C. de impuberum, & aliijs, nu.*18. Coſtam, *in cap ſi pater*, verb: *Si vtrumque n.* 4. Manticam *de coniecturis vltimarum voluntat. dicto tit.*5 *num.*18 *vbi num.*19. 21. *&* 22. declarat quæ ſint perſonæ quæ ex preſumpta teſtatoris voluntate poſſint excludere ſubſtitutum, & Menoch *dicta præſumptione.*186. *ex. nu.*16. *&* 19. *&ſequent.* Tuſch. *dicta concluſione*, 835. *num* 21. *cum ſeq. & num* 66. *lit. S. & num.*81. *& ſequẽt* vbi declarat, & Fuſſarius ſupra *dicta quæſtione* 473 *ex num* 30 latiſsimè, & Cancerius ſupra.

Ibi. *Si vero ſubſtituat copulatiuè vel coniunctiuè.*

Et ibi: *Tunc ſimiliter ſufficit. &c*

In hac parte contra noſtrum Gomezium imo in ſubſtitutione facta copulatiuè vel coniunctiuè, requiri verificari in omnibus caſum fideicommiſſi, tenent multi relati, & ſequuti a Mantica *dicto tit.*5. *num.*29 vbi explicat tex, *in l. hæredes mei*, §. *cum ita, &* plures etiam refert Antonius Gabriel *tit. de ſubſtitutionibus, concluſione* 1 *&* concluſione 3 Tuſchus *lit. S. concluſione* 835 *num* 76 qui multos caſus diſtinguit per totam cõcluſionem vbi late videas, Menochius *dicta præſumptione* 186. *lib.* 4. *ex num* 29. *&* 43. quid quid aliud dicat Couarruias *in cap Raynuntius.* §.8 *num.*4 & vide etiam Fuſſarium *dicta quæſtione.* 473 *ex num* 105. vbiduas communes cõtrarias refert, & reſoluit quod hæc ſubſtitutio copulatiue facta pluribus ex traneis non reſoluitur in ſingularitates, *& ex num.* 83 probat quod maiori ratione non reſoluitur in ſingularitates ſi facta fuerit pluribus liberis, eum vide, & Gratian, *diſceptat ca.* 468. *num.*74 vbi idem tenet.

Ibi: *Quid vero ſi teſtator ſubſtituit in tota hæreditate &c.*

Etiam in hoc caſu contrarium docet Mantica ſupra, imo ſufficere quod ſubſtitutio fiat poſt mortem omnium vel in tota hæreditate ad hoc vt ſubſtitutus non admittatur aliquo exiſtente, & idem tenent plures relati per Antonium Gabrielem *tit. de ſubſtitutionibus, concluſ.*1. *num.* 19 & per Menochium *dicta præſumptione* 186. *nu* 24 & per Fuſſarium plurimos etiam referentem *in dicta quæſtione* 473. *ex num.*61. vbi duas communes etiam contrarias opiniones refert, & tandem contrariam noſtro

tro Gomezio comprobat, eum videas per totam quæstionem vbi optime materiã resoluit, vt solet, *& quæstione*, 472 antecedenti, vbi etiam latissime disserit, an inter plures honoratos, quibus est datus substitutus, inducatur reciproca substitutio de quo statim.

24 Ad numerum, 22. ibi *an isti hæredes vel legatarij videantur inter se tacite substituti, &c.*

Hæc quæstio connexa est præcedenti, & iuxta eam resolui debet, ad cuius explicationem videndi sunt Antonius Gabriel *in titulo de substitutionibus conclusione*. 1. *per totam*, Couarru. *in cap. Raynutius*, §. 8. Fachineus, *lib.* 4. *controuersiarum cap* 80. *& duobus sequentibus, & lib* 12. *cap* 39. Menchaca *de successionum progressu* §. 25. *tit de subsidiaria substitutione*, & melius Mantica *de coniecturis vltimar. voluntatum lib.* 7 *tit* 5. *per totum* vbi rem optime explicat secundum doctrinam numero antecedenti sequutam, Menochius *lib.* 4. *præsumptione*, 62. *per totam* latissimè. Tuschius *lit.* S. *concl.* 828 *per totam, & cõclusione*, 837. Mandelus *consil* 3 , *&* 32. latissime Fussarius *de fideicommissis quæstion*, 472. vbi omnes casus, & distinctiones congerit, & Pichar. *in* §. *vel singulis*, instituta *de pupillari substitutione*, apud quos explicationem tex. *in l. titia seio*, §. *scia libertis ff. legatis*, 2. in venies, vide aliqua per Noguerol. *allegatione*, 37. *ex num.* 33.

25 Ad numerum 23 ibi *regulariter institutio directa, & vniuersalis tacita vel præsumpta non valet nec habet effectum, &c.*

Adde costã *in l. Gallus* §. *& quid si tantum num.* 21. Couarr. *in cap. cum tibi de testamentis, num.* 4. *& sequent.* Menchaca *de successionum creatione* §. 18. *requisito*, 24. *num* 60. Mantica *de coniectur, vltimarum volunt. lib.* 4 *tit* 2. *per. tum, vbi num.* 12. disputat, an ex substitutione intelligatur facta tacita institutio, & alia, & an ex formula Galli Aquilij, de qua *in l. Gallus* inducatur tacita filij institutio, & vide plures quos refert Menochius, *lib.* 4. *præsumptione*, 19. *num* 1. *vbi num.* 6 *&* 7. alias duas contrarias opiniones refert, & tandem *num.* 9. *& seq.* aliquos casus adducit, vbi solæ cõiecturę sufficiunt ad inducendum hæredis institutionem, illum vide quia optime loquitur, & eum sequitur D. Ioann del Castillo *lib.* 4. *contro versiar. cap.* 15. *num.* 62. Et vide etiam quæ diximus supra *capite* 3. *in additione ad nummerum* 23. versicul: *An autem, &c.*

Ibi *Exquibus infertur quod idem erit in substitutione valgari vel pupillari, &c.*

Eodem fere modo, ac precedens explicatur hæc quæstio per Menochium *dicto lib.* 4 *præsumptione.* 64 *vbi num.* 3. plures Doctores refert pro opinione nostri Gomezij, & tandem remanet cum tertia opinione, quam etiam comprobat D. Ioann del Castillo dicto cap. 15. *num.* 66 *&* 67. nempe quod si coniecturæ ad inducendam substitutionem directam sumantur ex ijs quæ in testamento fuerint expressa, tunc sufficiant sin autem coniecturæ sumantur extrinsecus, ex ijs quæ non apparent in testamento non sufficiant. Et de hoc vide etian Rotam apud Farinacium, 1. *parte, decisione* 363 & latius ipsum Menochiũ *præsumptione*, 34. vbi plures cõiecturas congerit, exquibus inducitur substitutio pupillaris, & latissime Fussarius, 1. *parte quæstione*, 5.

Ad numerum 24. ibi *Primus est in l.* 3. *C. Cod. de inofficioso testamento, &c.*

Pro intelligentia, & declaratione huius tex. & explicatione huius primi casus, vide Costam *in l. Gallus* § *& quid si tantum*, 1. *parte, ex num.* 48. Menchacã *in repetitione dictæ legis*, 3. Latissime, Mãticam *de coniectur, vltimarum voluntat, lib.* 4. *tit* 2. *num* 5. Menochium *de adipiscenda remedio* 4. *ex num.* 88. *& melius præsumptione*, 26. *lib* 4. *num.* 20. Aluaradum *de coniectur. ad testamenta defuncti lib.* 4 *cap* 1. *num* 7. & laudat Gomezium in præsenti Suarez receptarum sententiarum verbo *hæredis institutio*, Barbosa in collectã ad hũc

Tex. ibi

Ibi. *Tertio intellige & declara, &c.*

Adde Costam, Menchacam, & Menochium, supra allegatos.

Ibi: *Ex quibus poterit inferri ad notabilem quæstionem, &c.*

Et ibi: *Et reperio quod glossa singularis, &c.*

Puto istam opinionem glossæ & communiorem, & veriorem esse contra nostrum Gomezium, vt videre est ex adductis à Peralta *in rubrica de hæredib. instituendis num.* 173. quem refert, & sequitur Aluarado *de conjecturata mente defuncti, libr.* 4 *capit.* 1. *numer.* 7. & latius per Menochium *de præsumptionibus libr.* 4. *præsumptione* 26. *ex numer.* 19. *vsque ad* 33. & Manticam *de conjecturis vltimarum voluntatum, lib.* 4. *titul.* 2.

Ibi: *Secundus est casus in l. si ita scriptum, ff. de liberis, & posthumis, &c.*

Adde pro intelligentia huius text. & declaratione secundi casus Peraltam *in rubrica, ff. de hæredibus instituendis, numer.* 176. Sarmiento selectarum interpretationum, in lectura ad hunc textum, Aluarado *de conjecturata mente defuncti, lib.* 4. *capit.* 3. *numer.* 18. Zeuallos *quæstione* 828. *numer.* 190.

Ibi *Tertius est casus in l. final. Cod. de posthumis hæredibus instituendis, &c.*

Vide ad explanationem, & exornationem huius text. Menochium *lib.* 4 *præsumptione* 26. *num.* 4. & 5. & latissimè Berengarium in repetitione quam fecit ad eum, Costam *in* §. *& quid si tantum* 5. *part n.* 96. Zeuallos *quæst.* 331. *tom.* 1. Pichardum *in repetitione tit. ff. de substitutionibus, capit.* 7. *n.* 51.

Ibi: *Sextus est casus in l. final. ff. de hæredibus instituendis, &c.*

Pro declaratione hius text & explicatione eius decisionis, vide etiam textum, *in leg.* 21. *titul* 1. *partita* 6. & ibi Gregorium, Pichardum *in* §. *posteriore*. institutæ quibus modis testamenta infirmentur, *ex numer.* 12. Azeuedum *in l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis, numer.* 105. Spino speculo testamentor. *glossa* 30. *numer.* 26 Castillo *in leg.* 24. *Tauri, verb. Tercio, y quinto*, Manticam *de conjecturis vltimarum voluntatum, lib.* 12. *titul.* 2. *numer.* 22. Aluarado *de conjecturata mente defuncti, lib.* 2 *cap.* 3. *ex numer.* 40. *& lib.* 4. *cap.* 4. *numer.* 9. *& sequens* Castillo *lib.* 4 *controuersiarum, cap.* 47. *& de vsufructu. cap.* 62 *num.* 7. Menochius *lib.* 6. *præsumpt.* 2. Tiraiquel. *in tractatu cessante causa, limitatione* 1. *ex numer.* 66.

Ibi: *Substitutio tamen obliqua fideicommissaria, &c.*

Ex præsumpta mente defuncti inducì fideicommissariam substitutionem, vt hic resoluitur, probant latissime Corrasius *in leg. cum virum, Cod. de fideicommissis num.* 11. Gregorius *in leg.* 14 *titul.* 5. *partita* 6. Mantica. *de conjecturis vltimarum voluntatum, lib.* 7 *tit.* 3. *numer* 2. & latius *lib.* 8. *titul.* 1 *ex nu* 18. vbi plures coniecturas congerit Crasius §. *fideicommissum, quæstione* 4. *numer.* 5. *& 6.* Valasco *consultatione* 82. *num.* 2. Mascardus *de probationibus conclusione* 774. *liter. F. & conclusione* 775. *per totam*, Peralta *in leg si quis in principio testamenti numer.* 145. *& sequentibus, ff. legatis* 3. Surdus *decisione* 84 *&* 238. Tuschus *lit. F. conclusione* 260. latissimè *& liter. S. conclusione* 780. Rota apud Farinacium 1. *parte. decisione* 266. *& decisione* 125. 44, *&* 486 *numer.* 28. *& decisione* 10. 11. 44. *& alij.* Molina de primogenijs, *libr.* 1. *capit* 1. *numer* 7. *& sequent, & capit* 4 *numer.* 19. *& cap.* 5. *num* 21 *& capit* 17. *numer.* 25. Cancerius *variarum* 1 *parte, capit* 2 *num.* 209. vbi de hærede instituto donec vixerit, Menochius de præsumptionib. *libr* 4. *præsumptione* 67. *ex numer.* 8. vbi latè disputat quales debeant esse coniecturæ, ex quibus tacita fideicommissaria inducitur, *& præsumptione* 68. vbi plures coniecturas enumerat, Lara *de communibus, lib.* 1. *cap.* 4. *numer.* 14. *&*

sequent. & plures more suo referens D. Ioannes del Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, capit.* 8. *ex numer.* 9. *vbi ex numer.* 18. agit eandem quæstionem in maioratu & iterum de eadem materia agit, *capit.* 9. per totum benè explicans, Et quod ex prohibitione alienationis extra familiam inducitur fideicommissum, probat Farinacius, *tom.* 1. *quæstione* 25. *titul.* 3. *numer.* 33. *& sequentibus*, præter supra allegatos & Fachinæus *lib.* 10. *cap.* 19. *& lib.* 4. *cap.* 49. de quo videndus est Zeuallos *quæstione* 725. per totam vbi latissimè, & Rota apud Farinacium 1. *parte, decisione* 143. Mandelus *consil.* 54. & ferè infinitos referens Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 276. *&* 277. *&* 278. vbi an tacitum fideicommissum possit inducere aliud tacitum. Et an verbis enuntiatiuis fideicommissa induci possint idem Fusarius *quæstione* 275. vbi ex communi docet quod sic Cancerius 1. *parte, capit.* 1. *numer.* 202. & idem tenet Burgos de Paz *consilio* 44 *numer.* 10. & circa principalem resolutionem huius numeri vide Osualdum ad Donellum *lib.* 8. *cap.* 3. *notatis lit.* B

Ibi: *Aduertendum tamen, &c.*

Et ibi: *Quod tamen intellige, &c.*

Eundem numerum testium requiri in probanda voluntate coniecturata testatoris, vel in probandis coniecturis, ex quibus colligitur tacita mens eius, acin probanda voluntate expressa, docent Mascardus de probationibus *conclusione* 406. *ex numer.* 4. Burgos de Paz *in leg.* 3. Tauri 1. *parte, numer.* 806. *&* 813. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 11. *titul.* 12. *numer.* 10. Aluaradus *de coniecturata mente defuncti, lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 3 *&* 37. qui omnes, & ipse Mantica *lib.* 3. *tit.* 1. *nu.* 12. *& lib.* 5. *tit.* 14. *n.* 12. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 40. Azeuedo *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop. numer.* 66. *& sequentibus*, & alij plures relati, & sequuti per D. Ioann. del Castillo *dicto lib.* 4. *capit.* 19. quasi per totum, *maximè numer.* 24. *&* 28. docent in probanda declaratione dispositionis duos testes sufficere licet in probanda ipsa voluntate coniecturata (vt dictum manet) aliud sit, videatur ipse Castillo ibidem, & capit. sequenti, vbi ad saturitatem materiam prosequitur, & ibi etiam agit de probandis qualitatibus, & circunstantijs extrinsecis latissimè, & vide Fusarium de fideicommissis, *quæstione* 276 *numer.* 10, *& de pupillari, quæstione* 157, *num.* 15. vbi alios refert.

Ibi: *Confirmatur prædicta sententia, &c.*

Adde pro exornatione huius versiculi Manticam *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 3. *titul.* 3. Aluarado de coniecturata mente defuncti, *lib.* 1. *capit.* 1. *numer.* 9. *&* 10. Pelaez de maioratibus, initio secundæ partis, *ex numer.* 2. *vsque ad* 8. Tuschum *lit.* T. *conclusione* 287. & alios ferè infinitos quos congerit Castillo *libr.* 4. *controuersiarum capit.* 8. *&* 9. per totum, vbi de materia text. *in leg. in conditionibus, ff. de conditionibus & demonstrationibus.*

Ibi: *Primò infero, &c.*

Hæc illationes optimè poterunt exornari ex Doctoribus allegatis supra ad versiculum. *Substitutio tamen obliqua, &c.*

Ibi; *Decimò octauo infero, &c.*

Non possum non mirari virum alioquin doctissimum Suarez insurgere in præsenti contra nostrum Gomezium in suis annotationibus, *liter.* N quatenus docet, ex tacita mente defuncti filios positos in conditione censeri vocatos, cum hoc sit verissimum in pluribus casibus remissiuè positis supra, *capit.* 3. in additione ad numerum 23. licet regula sit positum in conditione non censeri positum in dispositione: solum igitur dicit noster Gomezius in præsenti quod in illis casibus in quibus

filius

filius positus in conditione censetur vocatus, hoc contingit ex tacita mente defuncti, & hoc certum est.

27 ad numer. 25. ibi, *Sed his non obstantibus, &c.*

Filiam instituta in re certa cum alij filij vniuersaliter sint instituti, non admitti ad substitutionem factam inter ipsos, cum loco legatariæ habeatur, notissimum est, & sufficienter comprobatur ex ijs quæ diximus supra *cap.* 2. in additione ad numerum 16. vbi de hærede instituto in re certa sermonem habuimus. Et adde Mieres de maioratibus, 2. *parte, quæstione* 6. *numer.* 21. *& sequent.* Menochium *libr* 4 *præsumptione.* 60. *numer.* 11. *& sequentibus*, vbi limitat, & declarat Crassum, §, *substituto. quæstione*, 55. *n.* 9. Paulum Leonium de reciproca *nu* 97. Intrigliolum *de substitutione, centuria* 2. *quæstione* 77. & Fussarium plures more suo referentem, de substitutione reciproca, *quæstione* 261. *per totam*, vbi etiam limitat & declarat, quem omnino videas.

28 Ad num 26. *In quo articulo resolutiuè dico &c.*

Conditionale esse fideicommissum alicui relictum in tempus certę ætatis, idioque non transmitti, vt docet noster Gomecius in comperto est vt constat ex pluribus relatis per Menochium, *lib.* 4. *præsumptione* 201. *ex numer.* 42. & Gregorius Lopez *in l* 31. *titul.* 9. *partit.* 6 *glossa* 2 & D. Ioannes del Castillo *lib* 4. *controuersiarum, cap.* 56. quasi per totum, maximè *ex num.* 70 & Fussarius *in tractatu de fideicommiss. quæstione* 270. *in ordine*, vbi limitat, & declarat, & vide Molinam *de iustitia, tom* 1. *disputat.* 189. *ex num.* 91.

Ibi. *Quod primò limita &c.*

Hanc limitationem explicat optimè Menochius *dicta præsumptione* 201. *num* 46. vbi etiam declarat quid dicendum, quando est dubium, an dies fit apposita dispositioni, an executioni, & quid si dixit. *Relinquo Titio cum ad vigesimum annum peruenerit* cum vide & Zeuallos, *quæstione* 758. *numer.* 39. & 40. & melius Castillo *dicto capit.* 56 *num.* 71. versicul. *Declaratur autem. vsque ad numerum* 80, vbi latissimè quæstionem prosequitur, & reprobat ipsum Zeuallos in aliquibus, *& ibi num.* 47 agit ipse Menochius quid quando dies certæ ætatis adiecta est ad ipsius fideicommissi extinctionem de quo etiam Gregorius *dicta glossa* 2 vide etiam pro hac prima limitatione Fussarium *d. quæst.* 270 *num* 4.

Ibi. *Secundò limita &c.*

Comprobat hanc limitationem Menochius cum alijs pluribus quos refert *dicta præsumptione* 201. *numer.* 45. contra alios ibi relatos eam etiam sequitur Fussarius *supra num* 7 cum Crasso *in* §. *fideicommissum, quæstione* 20 *numer* 3.

Ibi. *Tertiò limita, &c.*

Hanc etiam limitationem sequitur ipse Fussarius ibidem *num* 6. referens Crassum *dicta quæstione* 20. *numer* 2. contrarium tamen tenent plures Doctores quos refert Menochius *dicta præsumpt.* 201 *numer* 43. & Gregorius *in dicta l.* 31. *glossa* 2 & cum eis transire videtur Castillo *dicto lib* 4. *capit* 56 *numer.* 71. versicul. *Tertius casus est*, in fine quem vide, quia optimè materiam prosequitur. vbi etiam agit de die incerta, *an, vel quando, & an. & quando*, & de conditionali fideicommisso, & de relicto post mortem hæredis, vel alterius. Quod etiam optimè per tractat Barbosa *in leg. si constante*, § 1 *ex numer* 15 *ff. soluto matrimonio.*

Ibi. *Adde tamen, &c.*

Vide de hoc & de interpretatione text. *in leg. quibus diebus*, §. *quidam Titio*, Couarruu. *in* 4. *decretalium*, 2 *parte*, *capit.* 4. §. 1. *numer.* 10 Castillo *dicto capit* 56 *lib* 4 *nu.* 68. Monticam *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 3 *tit.* 16. *n* 14. Oſuald. *ad Donel. lib.* 15. *c* 11 *notat. lit.* B Ioan. Grat.

regula 45. *num.* 1. Costam *lib.* 1 *selectarum*, *cap.* 24. Barbosam *l. si constante*, §. 1. *n.* 16. *ff. soluto matrimonio.*

Ibi: *Item quæro, &c.*

Diximus iam de hac quæstione *in additione ad num.* 16.

29 Ad num 27. ibi: *Et resolutiuè dico quod valet, &c.*

Grauamen restitutionis impositum hæredi, *cum vellet*, firmum esse, & effectum sortiri post mortem ipsius hæredis, vt hic resoluitur, docent Menochius *lib.* 4. *præsumptione* 90. *vbi numer.* 4: notat diuersum esse in contractibus, & iudicis sententia, & latius *in celebri tractatu de arbitrarijs, quæstione* 69. Donelus *libr.* 8. *commentariorum, capit.* 15. & ibi Osualdus *notatis, liter.* O Sarmiento *libr.* 2 *selectarum, capit.* 6 *numer.* 22 Couarrub. *in capitum tibi, de testamentis numer* 9. verbo: *Fieri etiam legatum ita potest*, Gregorius *in leg.* 30 *titul.* 9. *partita* 6 *glossa* 3. vbi dicit per illam legem videri probari, quod si hæres grauatus declarauit se nolle dare legatum, tunc nec ipse nec hæres eius tenea-tur, quod tamen in fine cogitandum relinquit, qui omnes, & Barbosa *in l.* 2. §. *final ff soluto matrimonio num* 1. agunt etiam de fideicommisso relicto sub cõditione: *Nisi hæres noluerit*, secundum text. *in l. si fideicommissi* 3. §. *sic fideicommissum ff de legatis* 3. eum vide, & Costam *in l. quidam*, §. *cum bello*, versic. *Patrem prius mortuum, num.* 4. *& sequent, & lib.* 1. *selectarum cap.* 24 *& lib.* 2 *cap.* 25. Morlam *in emporio, titul.* 9, *quæstione* 9. *numer.* 13.

30 Ad num. 28. ibi. *Et resolutiuè respondetur, &c.*

Laudat resolutionem nostri Gomezij in præsenti Matienzo *in l.* 1. *tit.* 4, *lib.* 5. *Recopilation, glossa* 17. *n.* 13 & vide Narbonam *de ætate anno* 25. *quæstione* 1 *ex num.* 15 *&* 17.

Et adde quod ætas legitima debet intelligi naturalis & vera, non vero ficta quæ beneficio principis conceditur, vel dispensata, *vt ex l. final. Cod. de his qui veniam ætatis impetrauerunt*, tradunt Alexander *consilio* 2. *lib.* 1. Menochius *consi.* 266. *num.* 31. Cardinalis Tuschus *lit. V conclusione* 91. & alij plures relati á Barbosa *in tractatu de appellatiua verborum significatione, appellatione* 10, & nouissimè Narbona supra.

Ad numerum 29. ibi: *Sed non obstantibus, &c.* 31

Ius patronatus non transire in fidei commissarium, sed remanere apud hæredem, vt hic resoluitur, defendunt Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 7. *titul* 6. *numer.* 20. Fachinæus, *lib* 10. *controuersiarum, capit* 94. *& lib.* 13 *capit.* 64 *&* 90 Costa *in capit. si pater*, 2. *parte* verbo *Trebellianicæ, ex numer.* 4. Couarrubias *in capit. Raymundus.* § 9. *numer.* 8 Zeuallos *quæstione* 717. Crassus § *fideicommissum, quæstione* 52. *&* 53. Didacus Perez *l.* 1 *titul.* 6. *lib.* 1 *ordinamenti*, Richardus *in* § *restituta*, Instituta, *de fideicommissarijs hæreditatibus, numer.* 20. & alij plures relati, & sequuti per Barbosam *in collectaneis ad decretal. in cap.* 1. *numer.* 10 *&* 11. *de iure patronatus*, Parladorus *lib* 3. *quotidianarum differentia* 66. § 2. *numer.* 6. vbi quod ius sepulchri non transit ad fideicommissarium, quod etiam docent supra relati; Molina de iustitia, tomo 1 *disputatione* 188. *numer. finali* vbi *numer* 6. probat etiam quod ius sepulchri non transeat. Et omnium latissimè Fussarius *de fideicommissis, quæstione* 634. vbi *numer* 1. cum multis docet quod ius patronatus libertorum transit in fideicommissarum, non autem ius patronatus ecclesiasticum alios quam plurimos referens pro hac secunda parte, *& quæstione* 219. vbi ait quod ius sepulchrorum non transeat in fideicommissarium, licet transeant in substitutum directo, vel per militarem.

De feudo autem, vel emphiteusi an transeant in fideicommissa-

rium

rium videndi sunt Clarus *in §. feudum quæstione 9 & 31. & quæstione 85. & in §. emphiteusis, quæstione 28.* Valasc. *de iure emphiteutico quæst. 48 num. 8.* & quasi per totam, Padilla *in l. cum virum, Cod. de fideicommissis, ex num. 55.* & cum eis latè Menochius *de præsumpt. lib. 4 præsumpt. 197. ex n. 6.* & Mantic. *de coniecturis vltim. volunt. lib. 7. titul 9* per totum, Fusarius *de fideicommissis, quæstione 630. & 631.* quem videas quæstionibus antecedentibus, & subsequentibus, vbi late agit de omnibus, quæ transeunt, vel non, in fideicommissarium.

32 Ad nu 30 ibi. *In quo articulo breuiter respondeo, &c.*

Laudat resolutionem & distinctionem nostri Gomecij in præsenti Pichard, *in §. restituta, instituta de fideicommissarijs hæreditatibus*, referens latius agentem materiam Menochium *de adipiscenda, remedio 4 ex num. 166 vsque ad numerum. 200* quem maximè commendo, & præter eos videndi sunt Gregorius Lopez *in l. 2, tit. 14. partita 6 glossa 1.* Tuschus *lit. L. conclusione 288. num. 24* Rota apud Farinacium, *2 part. decisione 276. num 2.* Azeuedus *in l. 3. tit. 13. lib. 4. Recopilat. num. 3.* iterum Rota apud eundem Farinacium, *1. part. decisione 237.* vbi dicit quod sufficit fideicommissario probare possessionem tempore mortis hæredis grauati, & decisione 131. *num. 1.* Parladorus *lib 2. quotidianarum, cap. final. 1. part. §. 9. n. 13* & noster Gomecius *in l. 45. Tauri, n. 138* Stephanus Gratianus *disceptationum forensium, tom. 4 capit 731. num. 25* & plures referens Fusarius *de fideicommissis, quæstione 611. num. 12.*

An autem fideicommissarius sit legitimus contradictor si hæres agat remedio *dicti leg. finalis*, vide Menochium, *dicto remedio 4 numer. 630.* & sequent. Crottum in *§. fideicommissum, quæstione 42 numer. 3.* Sundem *decisione 333.* & plures referentem Fusarium *de fideicommissis, quæstione 613.* vbi negatiuè resoluit hanc quæstionem, & eam declarat, & limitat.

Ad n. 31 ibi. *Substituit aliquem copulatiuè, &c.* 33

Pro exornatione huius quæstionis, & materiæ vide quę diximus supra, *cap 3. in additione ad num. 7.* vbi eadem difficultas per tractatur.

Ad num 32. ibi *Magistraliter, & resolutiuè dico, &c.* 34

Occurrit in præsenti materia celeberrimi text. *in l. cum auus, ff de conditionibus, demonstrationibus*, simulque *leg. cum acutissimi Codice de fideicommissis*, cum quibus concordat text. *in leg. 10. titul. 4. partita 6* de quorum exornatione, & intellectu præter citatos in dictis locis, & Gregoriam Lopez *in dicta leg 10.* videndi sunt Tiraquel, *in l. si vnquam, Cod. de reuocandis donationibus*, verb. *Libertis, numer 26. vbi ex numer. 63.* agit an sit fauorabilis, vel exorbitans materia dictorum textuum, Costa, *in capit si pater*, verbo: *Si absque liberis*, & verb. *Defunctis ante tempora, numer. 4* vbi an substitutus debeat probare sine liberis decessisse institutum, & resoluit quod non etiam incasu quo liberos habuerit grauatus qui in simul cum eo mortui sunt, latè Padilla *in dict. leg. cum acutissimi*, omnino videndus Couarrubias. *in cap 38 practicarum, numer. 11*, Matienzo *in leg. 5. tit 7 glossa 6. numer. 1.* Molina *de primogenijs, lib. 3. cap. 5. numer. 31.* Osualdus ad Donellum, *lib. 8. capit. 31. notatis, lit. I* vbi laudat rationes à nostro Gomezio consideratas Azeued. *in l. 11. tit. 6. num. 27 28. & 30. lib 5. Recop.* & ibi Matienzo *glossa 4. ex num 7.* Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib 5. tit. 12. num. 13 & titul. 15. n. 39 & 42. & lib. 10. titul. 7. & sequent.* Burgos de Paz *consil. 29 num. 9 & 45.* Spino *in speculo, glossa 14. ex num. 120.* Fachinæus, *lib. 4. controuersiarum, caput. 58.* cum pluribus seqquent, Pinelus *l. 3. Cod de bonis matern. num. 26.* Menochius *lib. 4 præsumpt.*

89: per totam, vbi latissimè materiam explicat Antonius Gabriel *titul. de fideicōmissis, conclus.* 2. vbi per ampliationes, & limitationes totam hanc materiam resoluit Casaneus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica* 4. § 5. *num* 34. & optimas remissiones ad dictas leges congerit Alphanus *in suis collectaneis, num* 200, & assertiones octo ponit Castillo *post tractatū de vsufructu*, D. Ioseph Vela *dissertatione* 11. *num.* 101. vbi an hæc cōditio intelligatur etiam in vulgari, de quo etiam Menochius *sup. exn.* 126 vbi etiā quid in alijs substitutionibus, Ganeerius *variarum*, 1. *parte, cap.* 2 *num.* 81, *& sequent.* Ioannes Gratianus *regula* 219. Parladorus *tom.* 3. *quotidiarum, differentia* 147. §. 1 Thomas Sanchez *in summa, lib.* 7. *cap.* 16 Tuschus, *lit.* S, *conclusione* 843. *& sequentibus*, & omnium latissimè Fusarius *de fideicommissis, quæst.* 393 vbi ampliat, & declarat, *& quæstione* 394 vbi quod dicta conditio non subintelligitur in extraneo grauato, & *quæstione* 395. vbi quod etiam non subintelligitur, etiam si amicus sit grauatus contra opinionem plurium Doctorum, *& quæstione* 396. vbi quod similiter non subintelligitur dicta conditio in vxore fideicommisso grauata contra alios, *& quæstione* 397. vbi quod nec intelligitur dicta conditio si frater, vel consanguineus grauatur, *& quæstione* 398. vbi quod nec intelligitur in ascendentibus grauatis contra alios, vbi etiam limitat *& quæstione* 399. an in omnibus descendentibus grauatis deficiat dicta conditio, *& quæstione* 400. an in dicta substitutione fideicommissaria sub intelligatur conditio: *Si decesserit sine fratre*, & resoluit quod non, & in duabus quæstionibus sequētibus probat quod vnus filius facit eam deficere, *& quæstione* 402 *exn* 125. vbi quod fœmina facit deficere conditionem tacitam; *Si sine liberis decesserit*, & ampliat, & limitat vsque ad finem quæstionis, Larrea *decis. Granatens.* 33. *nu.* 48. 104. *& sequent.* vbi Anton Fabrum reprehendit in hac materia, *& decision* 51. *num.* 29. eum vide, & Molinā *de iustitia, tom* 1. *disputation.* 190. *per totam.*

Ibi: *Confirmatur ista decisio per text. singularem, & vnicum in l. si vnquam, Cod. de reuocandis donationibus &c.*

De materia huius text. dicemus; dicendante *in* 2. *tom. cap. de donationibus.*

Ibi. *Secundò confirmatur per textum singularem in l. male pactum. § finali ff. de pactis &c.*

Adde Osualdum eundem textum adducentem *lib* 8. *dicto capit.* 31. *lit.* I. *& lib.* 22 *cap* 4. *notatis lit.* A. Costam *de maiuratu Regiæ Coronæ, num.* 31. Barbosam *in l. sicum dotem, ff soluto matrimonio, num.* 13. qui dictum text. exornant, & Anton. Gabriel *lib.* 6. *commun conclus.* 10. *titul. de regul. iuris*, Zeuallos *quæstione* 905. *nu* 44. & latissimè Castillo *lib.* 4. *controuers. cap* 12. *per totum,*

Ibi; *Ex quibus iuribus infertur, &c.*

Quod renuntiatio filij in bonis patris habētis alios filios, intelligatur, & habeat tacitam conditionem, si alij filij superuiuant, pobant Tellus Fernandez *in* 6. *l. Tauri, numer.* 45. Couarrub *in cap quamuis pactum*, 3 *p.* § 3 *nu.* 4. & hos, & alios referens, & laudans nostrum Gomecium, Gutierrez *in eodem ca. quamuis pactum*, verb. *Omnino seruari debebit, numer* 14.

Ibi: *Quod notabiler extende, &c.*

Siuè extraneo, siuè alteri filio debeat fieri restitutio, procedit dicta resolutio, Osualdus *dict. cap.* 31. *lit* I. *lib.* 8. Costa *in l. qui duos*, §. *cum bello*, verb. *Agnati, num.* 7. latè Tiraquel *in l. si vnquam*, verb. *Donatione largitus. nu.* 294. Mantica *de coniect. vltimar. volunt. lib.* 10 *tit.* 7. *num.* 2. Padilla *in dict l. cum acutissimi, n.* 3 & alij plurimi relati, & sequti à Menochio *dict. præsumptione* 89. *num.* 119. Spino *in speculo, glossa* 14. *principali num* 121. Antonius Gabriel *d. conclus.* 2. *titul. de fideicommissis, num.* 11. Matienzo *l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilation. glossa.* 4. *num.* 8. Molinæ

lina *de iuſtitia, tom.1. diſput.* 109. *num* 6. vbi ampliat, Tuſchus *lit.S, concluſ.*843. *nu.* 6 Fuſſarius *d quæſtione* 393. *ex num.* 72 amplians, & declarans.

Ibi: *Ex quo infero ſingulariter, &c.*

Filius grauatus reſtituere ſecundum legem 27. Tauri, quod intelligatur; *Si ſine liberis deceſſerit*, vt aduertit noſter Gomecius, docent Azeuedus *in l* 11. *tit.*6. *lib.* 5, *Recopilationis, num.* 27. & ibi Matienzo *gloſſa* 4 *num* 7. & Angulo *ibidem gl.* 6. *num.* 6. & 7. nec capio rationem dubitandi hic conſideratam per Suarez *in ſuis annotationibus, lit.* P. cum ex grauamine per patrem filio impoſito in tertio, ſecundum *d.l.* 27 *Tauri*, nõ colligatur liquido (vt ipſe Soarez dicit) voluntas eius contraria, & ſic optimè videtur adaptari deciſsio *leg. cum auus* cogita & vide Molinã *de iuſtit. tom* 1. *diſput.* 190. *n.* 24.

Ibi; *Sexto extende &c.*

Quod dicta conditio intelligatur etiam ſi filius naturalis tantum grauetur reſtituere, adde Manticam *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 12. Menochium *d. præſumptione* 89. *num.* 21. vbi ait aliud eſſe in ſpurio ſecundum Padillam *in d l. cum acutiſsimi, num.* 13. & Suarez *allegat*: 27. *nu*, 12. Anton. Gabriel. *titul. de fideicommiſsis, concluſ.* 2. *num.* 2. & 3. Et quid ſi filius naturalis grauatus ſit legitimatus, vide Menochium ibidem *ex nu.* 22. vide etiam Fuſſarium *d.q* 393. *ex n* 17.

Ibi: *Septimo extende, &c.*

adde cum multis quos allegat Antonium Gabri. *tit. de fideicommiſsis, concluſione.* 2. *num.* 16 Tiraquel. *in l. ſi vnquam* verbo *patronus, num* 1. & *late* Manticam *de coniecturis lib.* 10 *tit.* 7. *num.* 14. Coſta *in cap. ſi pater.* 1. *parte* verbo: *Si abſque liberis, num* 5. Padillam *in l. cum acutiſsimi, num* 15. & alios relatos a Menochio *dicta præſumptione.* 89. *num.* 46 & *ſeq.* vbi erudite loquitur, & Fuſſarius, *dicta queſt.* 393. *num.* 31.

Ibi. *octauo extende, &c.*

In legato particulari locum etiam habere *dictam, l. cũ auus*. probant Guillel, benedic, *in cap. Raynutius* verbo: *Si abſque liberis moreretur el.* 1. *nu.* 2. & 15. & plures referens Tiraquel. *in dicta l. Si vnquam* verbo *Omnia vel partem aliquam, cod. de reuocandis donationibus, num.*3. Mantica *de coniecturis, lib.* 10. *tit.* 7 *num.*15. & Menochius *dicta præſumptione*, 89. *num.*134. vbi & numeris ſequentibus declarat, hoc non procedere, ſi pater inſtituit filium in omnibus bonis, vel maiori parte eorum, & eum grauauit reſtituere rem vnã non magni valoris, Antonius Gabriel *dicta concluſione.* 2. *tit. de fideicommiſsis, num.*8. & *ſequent* Molina *de iuſtitia, tomo*, 1. *diſputatione*, 190. *num.*36 vide Fuſſarium, *dicta quæſtione* 393 *ex num.* 8.

Ad numerum, 33. *ibi extende vt procedat* 35 *&c.*

Non ſolum in inſtitutione vel legato, ſed etiam in donatione cauſa mortis procedere diſpoſitionem dictæ legis cum auus, vt hic reſoluitur, docent Tiraquel, *in l ſi vnquam, cod, de reuocandis donationibus*, verbo. *Donatione largitus, num* 250. *Mantic. de coniecturis, lib.* 10. *tit.* 7. *num* 20. & receptum dicit Menochius *dicta præſumption, 89 num.*150. referens Coſtam. Couarruuiam, Padillam & alios, Antoni. Gabriel *dicta concluſione*, 2. *tit. de fideicommiſsis num.*19. & plures referens Fuſſarius *dicta quæſtione*, 393. *num.*47.

Ibi *& notabiliter extende, &c.*

Procedit etiam dicta lex ſiue filij ſint nati, vel concepti poſt mortem teſtatoris, vt docet Oſualdus, *dicto cap.* 31. *lit.* J *lib* 8. & Gregorius *in l.* 10. *tit* 4. *part.* 6 *gloſſa*, 8 *quæſtione* 3. & comprobatur ex adductis ſupra *cap*, 1 *in additione ad numerum.* 11 & faciũt adducta per Fuſſarium *de fideicommiſsis, queſtione* 318 *ex num.* 10. & *ſequent*, qui omnino videndus eſt per totam quæſtionem, vbi latiſsime agit, an filij, deſcendentes, agnati, vel cognati, non nati, vel concepti tempore euentis conditionis, ſeu caſus fideicõ-

miſ-

missi, ex præsumptiua mente testatoris ad successionem fideicomissi admitẽtur, & Menochius, *lib. 4. præsumptione, 93 per totam*, & Mandelius *consilio. 106. late.*

Ad numerum. 34. ibi *etiam si pia causa &c.*

Quod dicta l. cum auus procedat etiam si Ecclesia vel pia causa sit substituta communis est resolutio, vt docent plures relata a Tiraquel. *in D. l. si vn quam* verbo: *Liberis num 80. & 85.* Tuschus *concluſ. 843 num. 7. lit.* S. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib 10. tit 7. num. 3. 4 & sequent.* Valdès, *in additionibus, ad Suarez in l. quoniam in prioribus in declaratione, l. Regni limitatione, 1* Costa *in cap. si pater, 1. parte*, verbo: *Si absque liberis. num 17.* Antonius Gabriel, *tit. de fideicommissis, dicta conclusione. 2. num. 4. & 15* Pinel. Padilla, & alij multi congesti a Menoch. *dicta præsumptione. 89 num. 124 vbi num. 125* limitat non habere locum dictam resolutionem, si agatur de re alicuius particularis non multi valoris, vel quando testator reliquit piæ causæ pro male ablatis & pro exoneratione conscientiæ. Gregorius *in l. 10. tit. 4 part 6. glossa 8. quæstione 1.* & latissime fere infinitos referens Fusarius *de fideicommissis quæstione. 313 num 55. & sequent*, vbi disputat hanc quæstionem, & respondet contrarijs, & eam limitat, & Molina *de iustitia tomo 1. disputatione, 190. num. 27* nec non Sanchez *in summa lib. 7. cap. 16 nu. 84.*

Ibi. *etiam si talis filius vel descendens gratus ingrediatur monasterium, &c.*

Quod Monasterium habeatur loco filij, & substitutum excludat, vt docet Gomezius, probat Mantica *de coniecturis, lib 11 tit 7.* Caldas, *in l. securatorem, §. hunc contractum ex num. 31.* Costa, *in cap. si pater* verbo: *Si absque liberis, num. 2.* Thomas Sanchez *in præcepta decalogi, lib. 7. cap. 15. per totum maxime num. 81.* Spino *in speculo testamentorum, glossa 14. principali ex num. 121.* Alvarado *de coniecturata mente defuncti, lib 2. cap. 3. ex. num. 1.* Cancerius *variarum, 1 parte, cap 24. ex num. 22* & alij fere infiniti quos congerunt in suis collecta ncis Cenedus, & Barbosa, *in cap. in præsentia de probationibus*, & idẽ Barbosa *de nominibus apellatiuis*. verb: *Filius, ex num 117.* apud quos plures limitationes, & declarationes reperies, Fusarius *de substitutionibus, quæstione, 428 num 12.* quod ipse & reliqui declarant procedere, quando Monasterium est capax successionis alias secus.

Licet plures ex supra dictis velint dictam resolutionem solum habere locum quando conditio: *Si sine liberis decesserint*, est expressa, non vero si tacita *ex dicta l. cum auus*, & cum eis Molina *de iustitia, dicta disputatione, 190. num 35.* & hæc verior est contra doctrinam nostri Gomezij, vt apparet ex allegatis, apud quos etiam videri potest an Monasterium habeatur loco filij, & maximè apud Barbosam

Limitant autem quam plurimi supra dictam resolutionem præterquam si pia causa si substituta, tunc enim nõ excluditur per Monasterium, vt docet fere infinitos referens Barbosa *de nominibus appellatiuis* verbo *filius, num. 138.* & precipue id docet Thomas Sanchez *dicto cap, 16. num. 34.* vbi etiam ait non admitti causam piam substitutam vsque ad naturalem mortem grauati professi & quod interim Monasterium habebit bona, de quo latissime Fusarius, *quæstione. 430.*

Et circa prædictam resolutionem nempe substitutum excludi si profitetur in religione descendens institutus quãdo substitutio facta fuit sub expressa conditione, *Si sine liberis decesserit* vide plures declarationes, & limitationes per Fussar. *d. q. 429* & per Sanch. *d. cap 16* & Barbosam dicto verbo *filius, in tractatu de nominibus apellatiuis, ex num. 129.* vbi triginta, & duas limitationes adducit, eos vide qui alios plures referunt.

Ad

37 Ad numerum 35. ibi. *Et breuiter & resolutiue, &c.*

Dicta lex *cum auus* non procedit in hærede extraneo grauato, vt hic resolui tur, ita docent Tiraquel *in l. si vnquam* verbo *Susceperit liberos num.* 266. vbi etiam concludit contra Barbaci, nec etiam habere locum in fratre, & eius filio, Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 10. *tit.* 8 *num.* 25 Menochius, *dicta præsumptione.* 89. *lib.* 4 *num* 20. *&* 55. *&* 56. vbi etiam quod nec in fratre procedit, Antonius Gabriel, *dicta conclusione* 2. *tit de fideicommissis num.* 54. Matiençio *in l.* 11. *tit.* 6. *lib.* 5 *glossa.* 4. *num.* 3 Tuschus, *lit.* S. *conclusione*, 843. *num.* 8. & plurimos referens Fusta rius *de substitution. quæstion*, 394 *vbi num.* 2. *& in quæstione*, 393 *num* 32 *& sequentibus* disputat, quid si cum extraneo esset instituus filius, & in hoc duas opiniones contrarias refert, & tandem resoluit dictam conditionem tacitam habere locū in filio, non autem in extraneo.

Ibi. Imo quod magis est &c.

Dictam legem non habere locum in ascendentibus institutis, communis est resolutio, & pro ea videndus est Tiraquel *in dicta l. si vnquam* verbo *Susceperit liberos, num.* 266. Mantica *de coniecturis, lib.* 10. *tit.* 8 *num.* 24. Costa *in cap. si pater*, 1 *parte*, verbo: *Si absque liberis, num.* 6. Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione.* 16 *num.* 4. & ibi Valdesi, & plures referens Menochius, *dicta præsumptione*, 89. *num.* 54. vbi hāc conclusionem aliquibus modis declarat Cenalios *quæstione*, 637 Antonius Gabriel, *dicta conclusione*, 2. *tit. de fideicommissis, num.* 47 *& seq.* vbi etiam declarat, Azenedus *in l.* 11. *tit* 6. *lib.* 5. *recop. num.* 30. Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione*, 190. *num.* 3 Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 398. *vbi num.* 4. limitat, præter quam si ex aliquibus coniecturis constaret filium testatorem noluisse grauare ascendentem institutū, nisi decederet sine filijs, quia tunc debet sub intelligi dicta conditio ex Menochio *dicta præsumptione*, 89. *num.* 54 versicul. *Cæterum & alijs.*

38 Ad numerum 36. ibi. *Sed certè in quæsto iuris prima opinio est verior, &c.*

dispositionem, *l. cum auus* non procedere si testamenti tempore hæres grauatus habebat filios quos testator sciebat, vt veriorem opinionem sequitur noster Gomezius, & plures pro ea allegat Tiraquel. *in l. si vnquam* verbo *filios non habēs num.* 18. & comprobari potest ex ijs quę ipsemet Auctor adducit in præfatione *num.* 65. *&* 73. plures etiā fert Gabriel *dicta conclusione*, 2. *tit. de fideicommissis. num.* 37 Mantica *lib.* 10. *tit.* 8. *num.* 16. licet ipse aliam distinctionem sequatur, nempe quod si testator aliquid reliquit a filio nepoti. & alteri voluerit hæreditatem restitui, tunc substitutus non excludatur, secus alias, & in summa ipse magis videtur inclinare in alteram sententiam contrariam nostro Gomēzio, cum tamē sequitur Padilla, in dicta *l. cum auus sanctissimi, num.* 19. Costa *in cap. si pater*, 1. *parte* verbo *Si absq. liberis. num.* 9 & alij etiam relati a Menochio *dicta præsumptione.* 89. *num.* 79 licet ipse, & Fachinæus, *lib.* 4 *cap* 59. contrariam sententiam tueantur ad versus nostrum Gomezium, & denique in hac quæstione, contrariam etiam opinionem sequitur Fusar. *dicta quæstione*, 393 *num.* 100. *qui num.* 99 plurimos pro Gomezio refert, ita vt sit cōmunis contra communem, *& num.* 101. & sequentibus sex declarationes adhibet in quibus substitutus non excluditur in opinione contraria

39 Ad numerum 37. ibi. *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Grauatus quis fuerit restituere in vita pure vel post certum tempus quod non habeat locum dispositio tex. *in l. cum auus*, tenent Mantica *de coniecturis lib.* 10. *tit* 8 *num* 5. Costa *in cap si pater* verbo *Si absque liberis, num.* 12. Antonius Gabriel, *dicta conclusione*, 2. *tit. de fideicommissis, num* 42. Suarez *in Thesauro receptarum*, verbo *Fideicommissarius*, & alij plures relati a Menochio *dicta præsumptione* 89. *num.* 137. Matiençio *in l.* 11. *tit.* 6 *lib.* 5 *recop glossa.* 4.

num.

*num.9.vbi num.*10.cum Tello Fernandez & alijs limitat, præter quam si ex alia causa culpa possessoris, propter alienationem a eo factam contra prohibitionem melioratis iussus sit alteri restituere, nam si alienauerit auferetur ab eo melioratio, & tradetur eius filio locum eo casu habente prædicta conditione *si liberos non habuerit* cum vide & Fusfarium *dicta quæst.*393. *num.*90. *& sequent.* vbi quam plurimos Doctores refert, & Molinam *de iustitia tom.*1, *disputatione* 190 *num.*5.

Ad numerum 38. ibi. *Et sine dubio tenebo quod num, &c.*

40 Certissimum est in iure quod si apponatur conditio *si sine filijs masculis decedat*, non admittantur fœminæ, vt hic docet noster Gomezius: & ita etiam docent Mantica *de coniecturis lib.*10. *tit.*8 *num.*10 Menochius *dicta præsumptione*, 89 *num.*97. *& ibi num.*106. asserit non habere locum *dictam l. cum auus*, in filia exclusa absoluto existentibus masculis, Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib.*2. *cap.*3. § 4 *num.*35. Molina *de primog. lib.*3. *cap.*5. *num.*31. & in fortioribus terminis, Fusarius *de fideicommissis, dicta quæstione*, 393. *num.*122 vbi dicit quod si testator instituit filios masculos, & descendentes ab eis masculos, quibus deficientibus substituat fœminas in vita, & eis postea substituat fratrem, tunc si fœminæ fuerint, admissæ ob deficientiam masculorum, licet ipsæ habeant filios, tamen hi non censebuntur vocati, ad exclusionem fratris substituti, cum vide, & Molinam *de iustitia, tomo*1. *disputatione* 190 *num.*21.

41 Ad numerum 39 ibi *In quo articulo breuiter, & resolutiue distinguo, &c.*

In controuersia est distinctio nostri Gomezij in præsenti, vt videri potest per Menochium *dicta præsumptione*, 89 *num.*11; vbi ad literam refert distinctionem, & doctrinam Socini *in dicta l. cum auus*, Antonij Gabrielis *dicta conclusione*, 2. *tit. de fideicommissis ex num.*20. Azeuedum *in l.*11. *tit.*6. *lib.*5 *recopil. num.*26. vbi contra tenet, & Molinam *de iustitia tomo*1. *disputatione*, 190. *num.*22. vbi refert dictam distinctionem, & tandem prudentis arbitrio eam remittit, & Fusfarium de fideicommissis, *dicta quæst.*393. *num.*79. *&* 80. quos vide.

Ad numerum 40. ibi. *Sed certe in puncto iuris, &c.*

Quod si conditio *si sine liberis decedat* sit expressa per testatorem admittatur naturalis cum distinctione Tex. *in l. ex facto*, § *siquis rogatus ff. ad Trebellian*, si autem dicta conditio sit tacita, tunc in distincte filius naturalis ex filio gratuito nunquam excludat substitutum, vt resoluitur, docent plures relatia Tiraquel. *in l. si vnquam* verbo *Susceperit filios, num.*56. *& seq* Meneses *in l. cum acutissimi cod. de fideicommissis num* 30. Couarruuias *in practicis cap.*38 *num.*4. versicul *Tertio ad intellectum glossæ*, & cum eo transire videtur Azeuedus *in l.*11 *tit.*6 *lib* 5. *recop. num.*29. quam vispostea *in l.* 8, *tit.* 8. *num.*16 ex eisdem authoribus contrarium colligere videatur, Antonius Gabriel, *tit de fideicommissis dicta conclusione* 2. *num* 6. Petrus Gregorius *in syntag lib.*42. *cap* 30 *num.*3. Menochius *dicta præsumptione.*89. *num.*99. *& præsumptione*, 38. *num.*71 & quamplurimos refert Fusfarius *de fideicommissis, quæst* 406. *num* 3 *vbi num.*4. ait non esse recedendum ab hac opinione in iudicando, quam vis multi ibi relati doceant nullam faciendam distinctionem, an tacita vel expressa sit dicta conditio. cum vide, quidam risisse, vt solet, mareriam prosequitur, & spino omnino videndus *in speculo, glossa.*10. *num.*130. & Molinam *de iustitia, tom.*1 *disputatione* 190. *ex num.*9 vbi nullam distinctionem facit tacitæ & expressæ conditionis & exclusionem naturalis vel eius admissionem prudentis iudicis arbitrio remittit. Et vide etiam Fachinæum *lib.*4. *cap.*52. *&* 60. & Osualdum *lib* 8. *cap* 33. *notatis lit. g.* Morlã *in emporio tit.*9 *quæstione*12. Amaiam

yam *lib* 1 *obſeruation. cap.* 12 *num.* 30.

Quid autem in filijs legitimatis, Tiraquel ſupra, & Ceuallos *quæſtione* 2. *num.* 28. Gutierrez *in repetitione*, §. *ſed num* 169. vbi de legitimatis in articulo mortis, per ſubſequens matrimonium de quo etiam Fachinæus *lib.* 3. *cap.* 55. & Fuſſarius *de fideicommiſſis quæſtione* 405. & multis ſequentibus, vbi de ſpurio, vel legitimato, vel nato ex matrimonio putatiuo vel clandeſtino monſtruoſo, poſthumo & nato ſecto vētre. Et de adoptiuis ſeu arrogatis, quod nō excludant ſubſtitutum, Mantica *de coniecturis*, *lib.* 10 *tit.* 8. *ex num* 18. Menochius *dicta præſumption.* 89. *lib* 4. *ex num.* 31. & 104. vbi declarat, & Fachinæus, *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 58. Spino *gloſſa*, 1. *principali num.* 14. Gregorius *in l.* 10 *tit.* 4 *part* 6. *gloſſa* 8. *quæſtione*, 3. & Fuſſarius ſupra.

43 Ad numer 41. ibi *Et breuiteret, & reſolutiue dico, &c.*

Filios, qui in vita grauati mortui ſunt, non excludere ſubſtitutum, ſecus ſi poſt eius mortem, vt diſtinguit noſter Gomezius, docent Menochius *dicta præſumptione* 89. *num.* 113. & *præſumptione* 69. Gregorius *in l.* 10. *tit.* 4 *part.* 6 *gloſſa* 8. *quæſtione*, 4. Tuſchius *lit. S. concluſione* 837. vbi limitat, præter quam ſi ſubſtitutio fiat hoc modo, *de ſcientibus filijs* quia tunc quando cumque decedant, etiam poſt mortem grauati verificatur conditio, Craſſus, §. *fideicommiſſum quæſtione.* 33. *num.* 13. Mantica *de coniecturis*, *lib.* 11. *tit.* 6 *num.* 6. Fuſſarius *de fideicommiſſis*, *quæſtione.* 414. vbi ponit diuerſas formulas huius conditionis, & ſex caſus diſtinguit cum Menochio & Mantica vbi ſupra & *quæſtione* 417. vbi plures refert, & *num* 2. limitat, quādo per teſtatorem, non tam conditionis implementum, quam conditionis effectus fuit conſideratus, tunc enim ſi filij mortui ſunt ſtatim poſt mortem grauati non excludunt ſubſtitutum, eum vide, ibi *Et quæſtione*, 416. vbi diſputat quī ſi fiat pater grauatus & filius moriantur, & tres caſus diſtinguit cum Menoch 10 *libr.* 6. *præſumptione* 50 Et præter citatos vide etiam de dicta reſolutione noſtri Gomezij, & interpretatione text. *in leg ex facto*, § *ſi quis autem* in quo fundatur Couarr. *lib.* 2 *variarum*, *cap.* 7 *num.* 6: Spino *in ſpeculo gloſſa* 23 *num.* 26. Coſtam *in leg qui duos*, § *cum in bello ex num.* 1. & *de matrimonio bonorum patrimonialium*, *num* 26 & Suarez *conſil.* 10. *ex num.* 42

Ibi. *Dubium tamen eſt notabile, &c.*

Partum non naturalem nequaquam infringere ſubſtitutionem, probant latiſsimè Tiraquellus *in l. ſi vnquam*, verb. *Suſceperit filios*, *ex num.* 205. vbi agit de partu naturali ex ſententia Philoſorum, & alijs Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat lib* 11 *titul.* 6. *num.* 10. Menochius *dicta præſumptione* 89. *num.* 111. Gregorius *in l.* 10 *tit.* 4 *part.* 6. *gloſſa* 8. *in fine* Fuſſarius *de fideicommiſſis*, *quæſtione* 417. *num* 3 & *quæſtione* 418 quaſi per totam, & adde quę diximus ſupra *cap.* 1. in additione ad numerum 7.

Ad numer, 42. ibi. *Sed his non obſtantibus, &c.* 44

Filios natos ex filio grauato nō eenſeri vocatos per teſtatorem nec tacitè ſubſtitutos, & per cōſequēs bona eſſe libera, & non ſubiecta reſtitutioni, vt docet Gomezius, in præſenti, probant Suarez *receptarum ſententiarum*, verbo *Heres*, Mantica *de coniectur*, *lib.* 10. *tit.* 7. *num.* 21. Bernardus Diaz, *regula.* 739 Anton Gabriel, *tit de fideicommiſſis dicta concluſione*, 2. *num.* 85. Aluarado *de coniecturamente defuncti lib* 3. *cap.* 1 *num.* 6. Menochius *lib.* 4. *præſumptione* 76 *num.* 96 & *præſumpt*, 89. *in fine*, & multos referens & receptiſsimam dicens ſententiam Fuſſarius *de fideicommiſſis*, *quæſtione*, 437 *num.* 1. vbi etiam latiſsimè agit an poſiti in conditione expreſſa, *ſi ſine liberis deceſſerit*, ſint vocati, & in quæſtionibus ſequentibus totam materiam ampliſsimè explicat, & conferunt quæ ſupra

prædiximus. *cap.* 3. *in additione ad numerum.* 23 apud quos, & apud, Ceuallos, *quæstione*, 94 & Antonium Gabrielem supra, *conclusione*, 4 materia hæc latissimè disputatur, & afferuntur coniecturæ ex quibus vocati intelligantur per testatorem positi in conditione, quid, quid contra dicat Fachinæus *lib.* 4. *cap.* 51. & alij, de quo etiã vide Rotam apud Farinacium, 1. *parte, decisione* 300 *num.* 7 *& sequentibus*, vbi etiam limitatur dicta resolutio præterquam si adsint coniecturæ vocationem in ducentes, eos vide.

ibi *Septimò facit, &c.*

De interpretatione tex. *in l. ex facto*, §. *ex facto ff ad Trebel.* vide Sarmient. *lib.* 5. *selectarum*, §. *& quid si tantum*, *num.* 60. Mantica *de coniecturis, lib.* 11. *tit.* 11. *ex n.* 5. Amaiam *lib.* 1. *observationum cap.* 12. Pichardum *in l. gallus dicto*, §. *& quid si tantum*, *cap.* 7 *num.* 140. Fachinæum. *lib.* 4. *controuers. cap.* 51. Coltam *in cap. si pater*, verbo: *si absque liberis*, *num* 43. item Amayam *l.* 1. *cod. de pœnis fiscalibus lib* 10. *num.* 28

45 Ad n. 43 Ibi: *Sed certè in hoc dubio, &c.*

Vocatos & substitutos videri filios & descendẽtes in materia de qua agimus ex eo quod sint grauati per testatorem vt concludit noster Gomezius, præter quam quod probatur ex ijs quæ diximus supra *cap.* 3. *in additione ad numerum*, 23. vbi latè fuit resolutum, aliquando ex coniecturis in duci vocationem, & nominationem tacitam eius qui in conditione fuit comprehensus, probatur etiam ex eo, quia grauamen præsupponit grauatum honoratum fuisse, vt hic asseritur, & fundatur *ex l.* 3. *tit.* 9. *part.* 6. vbi Gregorius, & docent Paulus Leonius *in tractatu de substitution, rubrica de compendiosa*, *num.* 361. Decius *consil.* 182. & ita pro hac opinione, vide multos relatos per clarum, *quæstione*, 78 *num.* 1. vbi quæstione sequenti de alijs coniecturis agit & per Ceuallos, quæstione 217. & Anton. Gabriel *dicta conclusione*, 4. *num.* 17. *tit. de fideicommissis* Mantica *de coniecturis lib.* 11. *tit.* 3. *num.* 2. & fere infinitos referens pro opinione nostri Gomezij quam veriorem, & communiorẽ appellat, Fusarius *dicta quæst.* 437. *ex num.* 130. *vbi num* 131. alios plures allegat pro contraria, *& vsque ad num.* 160. decem limitationes nostræ opinionis adducit, eum videas. & Cancerium *variarum*, 1 *parte. cap.* 1. *ex nu.* 78.

Ad numerum 44 ibi *Sed his non obstantibus, &c.*

Prædictã *l. cũ anus* habere etiam locũ in contractibus lucratiuis, probat Tiraquel. *in l. vnquam, cod de reuocandis donationibus*, verbo. *Susceperit liberos*, *num.* 26. Couarru *in praticis cap.* 38 *num.* 12. Padilla, *in dicta l. cum acutissimi*, *num* 11. & cum alijs Menochius, *dicta præsumptione.* 89. *num.* 152 Azeued. *in l.* 11 *tit.* 6. *lib.* 5. *Rec. cap. num* 28. Matienço ibidem *glossa.* 4. *num.* 7. Gregorius Lopez *in l.* 10 *tit.* 4. *part.* 6. verbo *Algun testador* Molina *de iustitia, tom* 1 *dicta disputat*, 190. *num* 31. vbi ait dictam resolutionem non procedere in contractibus qui lucratiui non sunt sed oneroſi, vt in emptione, emphiteusi, & alijs similibus, & plures referens Fusarius *de fideicommissis dicta quæstione*, 393. *num.* 50. Antonius Gabriel *dicta conclusione*, 2. *num.* 61. *tit. de fideicommissis.*

Ad de quod prædicti conditio *si sine liberis decedat* apposita filio grauato euanescit si filius cum liberis decedit, quamuis liberi post modum absq. liberis decedint, præterquam, si testator habuit voluntatem conseruandi bona in agnatione ita cum multis probat Fachinæus, *lib* 13 *controuersiarum, cap.* 25. de quo latissime, & plurimos referens, declarans, & limitans, videndus est Fusarius *de fideicommissis*, *quæstione.* 480. *per totam.*

Non possum non mirari omisisse nostrum Gomezium in hoc capite materium *textus, in authentica resque, cod. communi.*

munia legatis, & fideicommissis, ideo eam huc cuiter, & remissiuè adducam, & ad dictam authenticam videndi sunt Suarez *in l quoniam in prioribus, in declaratione l. Regni limitatione 2 num.* 11. vbi plures refert Valdesius, Menochius *de arbitrarijs, casu* 149. *& casu* 460. *ex num* 7. vbi an hic text in matre procedat, *& casu* 182. vbi an necessitas, de qua in hoc text. debeat esse iusta, Barça *de dote, cap* 15 *num* 15. *& quasi per totum, & cap.* 8 *& capit.* 14 *numer* 2. vbi quid pro dote ad ingressum religionis *& cap* 17 *num* 5. *&* 18. an ob remunerationem meritorum Caldas *in l. si curatorem*, § *Læsi num.* 13, *&* 15. Molina *de primogenijs, libr* 4. *cap.* 6 *quasi per totum, & capit* 7 Zeuallos, *quæstione* 743: Castillo *leg.* 17. *Tauri*, verb. *Semejante*, vbi quid pro expensis ad studium, Fachinæus *lib* 4. *cap.* 47. vbi quid pro restituti ne dotis, *& cap.* 48. *& lib* 7. *cap* 78 Aluarado *lib* 2. *cap.* 2, § 1. *num* 108, Menochius *de arbitrarijs, casu* 182. & latissimè *præsumptione* 189. *lib.* 4 cum multis sequentibus, Cancerius *variarum*, 1 *part cap* 9. *num* 164. *&* 166 *&* 182. *&* 187. quid si soluto matrimonio, dos redeat ad fideicommissarium an incidat in fideicommissum Gregorius *l* 10, *titul.* 26. *partita* 4 *glossa* 1. *quæstione* 43 Surdus *in tractatu de alimentis, titul.* 1. *quæstione* 27. *nu.* 4. *&* 6, *& quæstione* 31. *num* 14. *& titul* 6. *quæstione* 8. *& quæstione* 12. *num.* 11. *&* 17 *& titul.* 7. *quæstione* 37, *& titul* 4. *quæstione* 9. *num.* 39. *& tit.* 8. *priuilegio* 19. *&* 51. *& titul.* 9. *quæstione* 9. idem Surdus *decisione* 624 Gratianus *disceptation. forens cap.* 43. *numer.* 27. vbi de impositione census, seu seruitutis, *& tom.* 2. *cap.* 329. vbi an pro restitutione dotis facienda vxori filij alienentur bona fidei commissi materni, *& tom.* 5. *cap.* 832. *ex nu.* 31. *& cap.* 984. *num.* 8. vbi de satisfactione dotis promissæ à viro sene vxori iuueni, iterum Aluarado *lib.* 4. *cap.* 1. *ex num.* 49. vtrum hoc ius transeatur adhæredes, Barbosa *in l* 1 *ff. soluto matrimonio*, 4 *part.* *num.* 12. & an procedat in donatione propter nuptias, *num* 15 *&* 16. ibidem, & an in matoretu, *num* 131. *&* 7 *parte, num.* 29. vbi de causa fundi, *& l.* 8 *eodem titul* 2 *parte numer.* 10. vbi de rebus restituioni subiectis per viam contractus. An hic text cesset propter dationem fideiussoris, idem Barbosa *in l. si cõiunctæ, eodem tit. num.* 109 *& in l. vsufructu ibidem, num.* 26. vbi alia, & ibi de rebus emphiteuticis, vel fœudi, an in eis habeat locum hic text? An procedat pro interesse, & vsuris, Guzman *in tractatu de emptionibus, quæstione* 13. *num.* 53 & plura Burgos de Paz *consil.* 9 *ex num.* 10 *vsque ad finem*, & ante omnes Fusarius de fideicommissis, *quæstione* 531. *& sequentibus*, vbi alios plures refert, & omnes difficultates prosequitur, Salgado *in labirintho, parte* 2. *capit* 4. *ex numer.* 53. post Noguerol *allegatione* 40 *ex numer.* 37 & an possit alienatio fieri pro liberando se in causa criminali, Castillo *in leg.* 4. *Tauri*, quid pro fundatione ecclesiæ, Crægorius *l.g.* 1. *titul.* 15. *partita* 1. *glossa* 4.

AD CAPVT SEXTVM

DE

SVBSTITVTIONE EXEMPLARI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores qui hanc materiam explicarunt remissiuè.*

2 *Quomodo fiat exemplaris & eius definitio*
An exemplaris tacita contineatur, in vulgari, vel pupillari expressa,
An fieri possit exhæredato.

3 *An fatuo possit fieri substitutio exemplaris.*

4 *An muto, & surdo possit fieri exemplaris.*

5 *An prodigo possit substitui exemplariter.*

6 *Mutus, & surdus an possit facere contractus.*

7 *Quibus personis possit fieri exemplaris,*
An filio naturali vel spurio.
An à patre professo in religione fieri possit.
Qui sunt substituendi, & an spurius possit substitui.

8 *An in hac substitutione mater excludatur, & an extinguatur si adsit filius naturalis.*

9 *Substitutio facta filio impuberi, & furioso qualis iudicetur.*

10 *Mater secundo nubens an possit substituere exemplariter.*
Quid in patre secundo nubente.
An facta inuiduitate irritetur per secundum matrimonium.

11 *An è contra descendens possit substituere a cendentibus.*

12 *Exemplaris cessans per superuenientiam sanæ mentis, an conualescat iterum per furorem.*

13 *Pupillaris an contineat tacitam exemplarem.*
An exemplaris expressa contineat tacitam vulgarem, & pupillarem.

14 *Si pater, & mater substituant diuersas personas quis præferatur.*
Reliquæ quæstiones huius materiæ remissiuè

15 *Substitutus exemplaris an possit grauari legatis, seu fideicommissis.*

DE



DE Substitutione exemplari de qua in præsẽti est ser-mo, videri possũt omnes Doctores relati supra, *cap. 3. num.* qui eius materia n latè prosequuntur, & in specie Mant. *de coniect. vltim. vol. lib. 5 tit. 16.* Menoch *lib. 4. præs. 49. et 50.* Petr. Greg. *de singl. lib. 42. c. 24.* Cardin. Tusc. *lit. S. conclus. 830.* Mench. *d. lus. c. 106.* Couar. *in cap. Raynut. § 6.* Spin. *in spec. est. am. glos. 25. princip.* qui alios refert Gutier. *lib. 3. q. 54. n. 3.* Paul. Leon *in tract. de substit.* vbi optimè materiam explicat Molin. *de iustit. tom. 1. disp. 185.* Pichar. *instit. de pupill. § qua ratione,* Fussar. *in tract. de exempl.* qui etiã alios plures refert apud eum videndos & Castill. *in l. 3. Taur.* verb. *Substitucion,* Oswald. *lib. 6.* ad Donel. *cap. 27.*

Ad n. 1. ibi: *Alia est substitutio exemplaris quæ fit, & habet locum, &c.*

Quibus verbis facta intelligatur substitutio exẽplaris, & quomodo, videndi sunt Menoch. *lib. 4. præsumpt. 49.* vbi vndecim casus enumerat Couar. *in cap. Raynut. § 6. n. 5.* & eam inductam esse ad exemplũ pupillaris, & eius naturã, & regulas sequi debere notatur, *in l. ex facto, ff. de vulg. & pupil. l. humanit. C. de impub. & aliis,* & validum esse argum. à substitutione pupillari ad exẽplarem docet Barbosa *in tract. de locis comm. loco 105. n. 1.* & constat *ex l. 11. tit. 5 p. 6.* Cras. *§. substitut. q. 38.* licet in aliquib. differant, vt idem Cras. probat ibidem *q. 39. 40. & 41.* ex quo quinq; differentias adducit Tusch. *concl. 830. lit. S. n. 36. & seq.*

Ex quo sequitur quod sicut in expressa vulgari continetur tacita pupillaris, sic etiam continetur tacita exemplaris, quod latè disputat Mantica *de coniecturis, lib. 5 titul. 16. ex. numer. 4.* & Fussarius *de substitutionibus, quæstione 29.* vbi ampliat, & limitat. *Et ex numer. 14.* ibidem Mantica quærit, an in expressa pupillari contineatur tacita exemplaris de quo etiam agit Menochius *præsumpt. 42.* vbi quatuor casus distinguit, & Fussarius *de substit. pupillari, quæst. 100.*

Fit an ex hæredato fieri possit exemplaris sicut fit pupillaris, vide Gregor. *in l. 11. tit. 5 partit. 6 gl. ffa.* Couarrub. *in cap. Raynutius § 6. num. 2.* Spino *in speculo glossa 25. num. 15. & sequen.* & Fussarium *quæstione 188.* vbi alios refert apud quos magis obtinuit non posse, nisi legitima vel aliqua pars eius sit relicta, sed cõtrarium verius, vt teneant alij plures relati à Fussario supra, Spino, Couarrub. & alij relati, & sequati à Pichar. *in dicto § qua ratione, instituta de pupillari. numer. 17. & sequentibus,* vbi declarat, & tenet erat si ex hæredatio facta fuerit ex causa legitima omissa ante furorem, & quod tunc substinebitur hæc substitutio per text. *in authentica ex causa, C. de liberis præteritis,* vide etiam Mench. *illustrium, cap. 106.*

Ibi: *Substitutio exemplaris est quædam substitutio directa, &c.*

Plures difinitiones exemplaris substitutionis afferũt Doctores varijs in locis vt videri Potest per Menchacam *de de succes. progressa § 17. nn. 1.* Paulum Leonium *in tract. de substitutionibus, hoc tit. num. 2. 3. & 4.* Manticam *de coniecturis, lib. 5. titul. 16. num. 2.* & per relatos supra, *num. 1.* & alios quos adducit Fussarius *quæstione 166.* & Pichardus *in §. qua ratione, instituta de pupillari. num. 5.* vbi ex Couarrub. & Spino sic difinit: *Nempe quod sit testamentum quod fit à parentibus pro filijs, puberibus, furiosis, vel alterius morbi causa testari nõ valentibus,* quæ parũm differt à tradita per nostrum Gomezium.

Ad num. 2. ibi: *Dico breviter, &.* 3

Fatuo homini qui ita caret sensu, & intellectu, vt testari non possit exemplariter substitui posse, vt testatur Gomezius in præsenti, iuris regulis consonum videtur, cum enim testamentum facere non possit, vt probant latè Michael Cras. *§ testamentum, q. 21.*

ex num. 1. & noſter Gomezius *in l.* 3. *Tauri, n.* 6 *&* 7. & alij adducti à Caſtil. *lib.* 4 *controuerſiarum, cap* 28, *num.* 5. *&* 6. Spino *in ſpeculo teſtamentorum, in rubrica*, 10. *parr.* conſequens eſt, vt alius pro eo teſtari poſsit è iuris æquitate. Quod etiam comprobat cum multis Fuſſarius *quæſt.* 185. *n.* 13. vbi limitat, *n* 14. ſi fatuitas eſſet modica procedens ex ſimplicitate vel leuitate.

Et vt ſcias quando fatuus, furioſus vel mente captus ſit inteſtabilis, ac proinde, ei poſsit fieri ſubſtitutio exẽplaris, & pariter cognoſcas ſigna, cõiecturas, atque præſumptiones ex quibus ſana mens, vel furor præſumatur, & earũ probatione videndi ſunt Benedictus *in cap. Raynuntius.* verb. *Adiectæ impuberi, nu.* 67. *&* ſeq. Suarez *allegat.* 1. *per totam* Mẽchaca *de ſucceſſionum progreſſu libr.* 1. §. 1. *num.* 54. *&* ſeq. *&* nu. 87. Couarr. *de ſponſalibus* 2. *parte, cap* 2. §. 6. Molina *de primogenijs, lib.* 2. *cap.* 9 *num.* 27. *cum ſequent.* Spino *de teſtamentis in rubrica*, *dicta parte* 10 Mantica *de coniecturis libr.* 2. *titul.* 5. *per totum* Menochius *de præſumptionibus*, *libr.* 6. *præſumptione* 45. per totam, Maſcardus *de probationibus*, *concluſione* 824. *&* ſequentibus, *&* *concluſione* 1048. Tuſcus *liter* F. *concluſione* 539. *&* ſequentibus, & alij ferè infiti in vnum congeſti per D. Ioannem del Caſtillo *libr* 4. *controuerſiarum, dicto cap.* 28 *numer.* 2 Pichardus *in dicto* § *qua ratione, num.* 21. *&* ſequentibus vbi declarat quis ſit furioſus & quis mente captus Iterum Menochius *de arbitrarijs, centuria* 6. *caſu* 528. *&* 529.

4 Ad numer. 3. ibi: *Et reſolutiuè dico, &c.*

Muto teſtari non valenti ſubſtituipoſſe exemplariter, vt hic reſoluitur, probant Couarrub. *in cap. Raynuntius*, §. 6 *num.* 1. Spino *in ſpeculo gloſſa* 25 *principali num.* 11. Craſſus § *ſubſtitutio, quæſt* 44 *num.* 5. Mantica *de coniecturis, lib.* 5 *tit.* 16. *num* 10. *verſicul. Præterea*; Tuſchus *lit.* S. *concluſione* 830 *num.* 4. Fuſſarius *de ſubſtitutionibus, quæſtione* 185. *n.* 3. *&* 4 qui plures refert, & Pichardus *in d.* § *qua ratione*, inſtituta *de pupillari, n.* 26. vbi pro regula conſtituit, quod exemplaris ſubſtitutio fieri poteſt filijs quacũq; ex cauſa teſtari non valentibus quã etiã conſtituit Fuſſarius *dicta quæſtione.* 185. *n* 1. Petr. Gregorius *in ſintagmat, lib* 42. *cap.* 24. *n.* 15. vbi etiam quod filio ſanæ mentis fieri poteſt exemplaris ea conditione, vt fiat in caſum quo filius efficeretur mutus, ſurdus, vel furioſus tempore mortis teſtatoris dubitant autem de prædicta reſolutione alij relati per Oſuald. *lib* 6. *c.* 27. *notatis, lit.* D. vide tamen Molinam *de iuſt. tom.* 1. *diſputat* 185. *num.* 1. vbi benè explicat reſolutionem noſtri Comezij in preſenti

Ad numerum 4. ibi: *Sed teneas contrarium, &c.* 5

Subſtitui poſſe exemplariter prodigo vt hic conſtituit noſter Gomez tanquam probabiliorem, & communiorẽ opinionem tenent Benedictus *in c. Raynuntius de teſtamentis*, & plures relati & ſequuti à Fuſſario *dicta quæſtione.* 185. *num.* 15. *vbi num* 17. declarat, dummodo prodigus ſit talis quod teſtari non poſsit, & ſit ei interdicta à iudice bonorum adminiſtratio, vt docet Molina *de iuſtit. tom.* 1. *diſputatione* 137. *num.* 1. Craſſus §. *ſubſtitutio quæſtione* 44. *numer.* 4. Couarrub. *dicto cap. Raynuntius*, § 6 *num.* 1 Spino *in ſpeculo gloſſa* 25. *num* 12. Caldas Pereira *in leg. ſi curatorem*, verb *Cum non abſimilis, num.* 80. Tuſchus *concluſione* 830. *num.* 13. *lit.* S, & multi relati ab Oſualdo ad Donel. *lib.* 6, *cap.* 27. *notatis lit.* C.

Quis autem ſit prodigus teſtari prohibitus cui ſubſtitui poteſt exemplariter, vide omnino Pichardum *in* §. *Item prodigus* inſtituta *quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum*, vbi optimè explicat. præter ſupra relatos, & Tuſchum *lit.* P. *concluſion.* 866. *&* 868

Ad num. 5 ibi: *Magiſtraliter & reſolutiuè reſpondeo, &c.* 6

Mutum ſiuè à natura, ſiuè caſu, ſi habet intellectũ quẽ poſsit ſignis exprimere

mere, posse facere actus, & contractus, probant referendi infra. *tom. 2. cap 14. num. 29.* vbi de hac materia erit sermo. Circa contractum autem matrimonij, de quo hic videndi sunt Couarrub *in 4. 2. part. cap. 2. in fine*, Matienzo *titul. 1. lib. 5 glossa 1. in cubica, numer. 67*, & alij plures relati, & sequuti à Thoma Sanchez *lib. 1. de matrimonio, disputation. 8. n. 12.* qui nostri Gomezij sententiam probant.

7 Ad numerum 6. ibi. *Et resolutiuè dico, &c.*

Filio in potestate vel emancipato posse fieri substitutionem exemplarem, notum est, vt comprobāt plures relati à Pichardo *in §. qua ratione, num. 1.* Spino *in speculo. tit. de exemplari. nu 6.* & alij congesti à Fussario *quæstione 179.* Petrus Gregor. *in syntagmat. lib 42. c. 24. n 6* & alij communiter.

Ibi. *Similiter fieri potest filio vel desenti respectu matris, &c.*

Rationes adducit Pichardus *in d. §. qua ratione, num 7. & 8.* & hoc extendit Fussarius *d. quæstion. 179. n. 3.* vt mater possit substituere exemplariter etiam pupillo furioso, *& n 5.* etiā si talis filius sit in potestate patris, & numeris sequentibus alias limitationes adducit.

Ibi. *Vel naturali tantum non tamen spurio, &c.*

Matrem in casibus quibus legitimam filio relinquere debet, iuxta deducta per Doctores *in l. 9. Tauri*, quæ hodie est lex 7. *tit. 8. libr. 5. Recop.* posse illi substituere exemplariter, patrem vero naturali filio furioso vel spurio exēplarem substitutionem facere non posse. Probant Menchaca *de successionum progressu lib. 6. §. 17. num. 10* Corrasius *in leg. humanitatis, Cod. de impuberum & alijs*, Spino *dict. glossa 25 num. 14.* Crassus *§. substitutio, quæst. 40.* & alios referens Pichardus *in dicto §. qua ratione*, institutа *de pupillari num. 15. & 16.* Petrus Gregorius *lib 42. syntagm cap 24. n. 9.* Fussarius *de substitution. quæstion. 183. n. 6. & 8.* vbi ait cum multis quod mater, & parētes ex linea materna possunt exemplariter substituere filio etiam spurio dummodo non sit ex damnato coitu, vel mater sit illustris. Spino *in speculo d. glos. 25. n. 14 & 15.* & Petrus Gregorius *lib 42. syntagm. cap. 24. n. 9.*

Cum ergo patria potestas non sit necessaria in hac substitutione consequens est, fieri posse á patre professo in religione, vt probant Gregorius Lopez *in l. 5. tit. 5. part. 6* verb. *Los padres*, & eum, & alios referens Thom. Sanch. *in summa, lib 7. c. 9. n 36.*

Ibi: *Secus verò si eos habeat, &c.*

Filios vel nepotes furiosi, & eis desicientibus fratres eius esse substituendos, secundum explicationem nostri Gomezij resoluunt Molin *de primogenijs. lib 2. cap 11. num: 13* Spino *dicta glossa 25 ex n 18* vbi docet quod si furiosus habeat plures filios, omnes sunt substituendi licet non omnes fratres, & hoc est obseruādū in practica, licet cōtrariū sit verius Osual *lib. 6. ca. 27 numeris, lit M* Gregor *in l. 11. tit 5. part. 6 glossa 7* Crassus *§ substitutio in princi.* Fussar. *de substitutionibus, quæst 189 vbi n. 7* ait quod monasterium non poterit substitui extantibus filijs, vel fratribus, *& n 8. & 9.* quod legitimi tātum, vel naturales nō sunt substituendi licet in naturalibus alij cōtrariū teneāt, *et n. 16 et 17.* quod si fiat substituti duo fratres, & vnus moriatur ante eū cui facta est substitutio, filij fratris mortui non cēcurrunt cum fratre superstite, licet Gama teneat cōtrarium, vide etiam Pichardum *in d. §. qua ratione* institutа *de pupillari, ex nu. 27.* vbi optime explicat materiam vsque ad finem, & ibi *num. 33* agit quid de fratribus patruelibus, & fratrū filijs quos Sobrinos dicimus, & §. 7. *in materia successionum*, sub rubrica, institutа de hæreditatibus quæ ab intestato, *numer. 30* vbi de spurio an possit substitui? eum vide, & Molinā *de iustitia tom. 1. disput. 185. num. 7.*

Et addunt Molina, & reliqui supra ex Bart quod si prædictus ordo non seruetur, substitutio erit nulla idem tenet Tuschus *conclusione* 830 *lit*, S. *nu.* 27, vbi ampliat etiam si pia causa substitueretur, & aliis modis declarat numeris sequentibus.

Ité aduertendũ est quod si ei qui substitui debuit, adiungatur alius qui non potuit substitui, totum habebit ille qui debuit substitui, vt cum Prætis *da interpretatione vltimar. voluntat.* & alijs docet Fusſarius *dicta quæstione* 189. *numer.* 11.

8 Ad numer. 7. ibi. *Et certè ista opinio esset tenenda, &c.*

Per exemplarem substitutionem excludi matrem tenuerunt Petrus Gregorius *in syntagmat. lib.* 42 *cap* 24 *numer.* 18 Bart Alexand. Ripa, Politus, Trentacinquius, Intrigliolus, & alij plures in vnum congesti à Fusſario *in dicta quæstione* 189 *num.* 5. *& quæstione* 197. & Couarrub. *in cap. Raynuntius*, §. 6, *num* 6. & Gregorius Lopez *in l.* 11. *tit.* 5. *part.* 6. & Petrus Leonius *de exemplari, num.* 99. & Menochius *lib* 4. *præsumpt.* 46. contrariam tamen opinionem, nempe quod non extantibus descendentibus, vel fratribus furiosi mater sit substituenda ad minus in legitima, defendunt alij plures relati à Fusſario supra *num.* 6. & Molina *de iustitia, tom* 1. *disputatione* 185. *num* 8. vbi benè explicat, & Pichardus *in dicto* § *qua ratione, nu.* 34. & eam sequitur Crassus *in* §. *substitutio quæstione* 47 *num.* 2 qui omnes hanc æquiorem profitentur, vide Cottam *in cap. si pater*, 3, *parte*, verb. *Potest, num.* 4 *& sequent.* vbi alia, & Aluaradum *de coniect. lib.* 3. *capit.* 2. *num.* 27. vbi quod exemplaris non extinguitur, licet adsit filius naturalis.

9 Ad numer. 8. ibi. *Breuiter, & resolutiuè dico &c.*

Pupillo furioso non posse fieri exemplarem substitutionem, scripserunt Corasius *in humanitatis, num.* 10. *Cod. de impuberum, & aliis*, Trentacinquius *de substitution part.* 3. *cap.* 4 *num.* 10. *& alij*, contrarium tamen tenuerunt alij plures, vt sunt Menchaca *de successionum progressu, lib.* 2. §. 17 *num* 6. Politus *de exemplari*, 7. *quæstione*, & alij adducti à Fusſario *de substitution. quæstione* 184. *num.* 2 & hęc opinio videtur communior, & verior, ex qua procedit resolutio nostri Gomezij in præsenti, quæ confirmatur ex latè deductis à Menochio *lib.* 4. *præsumption.* 42, vbi quatuor casus proponit, *& num.* 7. *& sequentibus*, disputat illam quæstionem, an substitutio facta cum restrictione ad tempus pupillaris ætatis contineat exemplarem post pubertatem, & in affirmatiuam inclinare videtur, & ex doctrina Gregorij Lopez *in l* 11. *tit.* 5 *partit.* 6 *glossa* 5. vbi etiam quærit quid si testator substituat his verbis: *Si filius meus decesserit in furore*, & contingat quod filius meus decedat intra pubertatem cessante furore an succedat substitutus ex pupillari contenta in exemplari? Et cum doctrina nostri Gomezij transit Pichardus *in d.* §. *qua ratione, nu.* 13.

Ad numerum 9 ibi; *Sed in hoc contrario, &c.* 10

Etiam mater quæ ad secundas transiuit nuptias posse facere hanc substitutionem, tenent Bertachinus *in re pertorio*, verb. *Substitutio*, versic *Substitutio exemplaris facta per matrem*, Intrigliol, *de substitutionibus, cẽturia* 2. *quæst.* 11. & alios referens Fusſarius *de substitut. exemplari quæstion.* 179 *num* 8 *vbi num* 7 contrariũ tenentes refert Crassus, §. *substitutio, quæstion.* 45. *n.* 4 *& sequent*, & certe hęc opinio (quæ est nostri Gomezij) verior equiorque est vt cum alijs probat Thomas Sanchez *lib.* 7 *de matrimonio, disputatione* 88. *num.* 24. *vbi num*, 22. refert alios contrarium tenentes, *& numer.* 23 etiam commemorat mediam tenentes sententiam, nempe quod valeat substitutio si mater substituat piè, & honestè, instituẽs illum qui filio erat successurus abintestato, aut alium quem

veri-

verisimiliter ipse filius institueret, si sanæmentis esset secus si aliter, licet cõtrariam sententiam teneant matienzo l 3 *titul.* 1 *glossa* 2. *num.* 37. & Spino *in speculo glossa* 25 *num.* 7. & 8. vide Castillo *in l.* 15 *Tauri*

De patre autem secundas contrahente nuptias, omnes supra citati conueniunt posse substituere exemplariter propter maiorem confidentiam quam lex de eo facit vt docet ipse Thomas Sanchez supra *num* 26. Fussarius *dicta quæstione* 179. *num.* 17. Petrus Gregorius *lib* 42. *cap.* 24. *num.* 8.

Est præterea grauis difficultas, supposito quod contraria sententia esset vera, an substitutio exemplaris facta per matrem viduam irritetur, si ea ad secundas transeat nuptias post eam sectam, in quo tres diuersas opiniones refert Thomas Sanchez supra, *dicta disputatione* 88 *num.* 25. vbi optime probat non irritari, eum vide, & Fussariũ *quæstione*, 179 *num.* 9. & 10.

11 Ad numerum, 10. ibi: *Sed contrarium est tenendum &c.*

Facultatem substituendi exemplariter patri vel ascendentibus furiosis negari descendentibus, vt hic resoluitur probãt plures relati, & sequuti per Crasium, § *substitutio, quæstione*, 46. vbi communem dicit Tuschus *lit.* S *conclusione*, 830. *num.* 32. Corrasius *in l. humanitatis, Cod. de impuberum.* & *alijs.* Menchaca *de successionum progressu, lib.* 2 § 17 *num* 62. Fussarius *de substitutione exemplari, quæstione*, 181. Petrus Gregorius *in syntagmate, lib.* 42 *cap* 24. *n.* 12. eos vide

12 Ad numerum 11. ibi: *Dubium tamen est circa hoc, &c.*

Tres casus quibus finitur exemplaris substituti, ponit per ordinem *l.* 11 *tit.* 5 *partit* 6 *infine* vbi Gregorius addit quartum, de quo optime Pichardus, *in dicto* § *qua ratione, num.* 36. & *sequentibus*, & Menochius, *lib* 4. *præsumptione*, 50. Spino *in speculo, dicta glossa*, 25. *num.* 10 & Fussarius *de exemplari, quæstione*, 199. & *sequentibus* vbi alios modos ponit.

Dubitat autem Gomezius an superueniente iterum furore conualescere; docent Benedictus *in cap. Raynutius, sub titulo de exemplari, num* 47 & alij plures relati a Mantica *de coniecturis lib* 5. *tit.* 16 *num* 24 *vbi num.* 25 aliam opinionem distinguentem affert. ipse vero *num.* 26 tunc demum communem opinionem locum habere asserit, quando dubium est an furor omnino cessauerit, quia in dubio is præsumitur durare, & sic dicta opinio procedat, quando breui reuertitur furor, nam si ex longo interuallo apparuerit eum sanæ mentis factum fuisse substitutionem infirmari nec amplius conualescere asseuerat, in quo videtur contrariari nostro Gomezio, eum vidas, & post Couarruuiam *in dicto cap. Raynutius* §. 4. *n. nr* 6 & alios relatos per Oldradum *in lib.* 6. *cap.* 7 *notatis in l.* & Gregorium *in dicta l.* 11. *tit* 5 *partita*, 5. *glossa* 8. *ne* eas distinguentem, & explicantem materiam per quatuor casus, Menochium *dicta præsumptione*, 50. & Spinum *loco glossæ*, 25. *num.* 11. vbi cum opinione quam tenet Mantica videtur transire & cum eo Fussarius *dicta quæstione* 199 *num* 2 nostrũ autem Gomezium sequi videtur, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 185 *num* 13. & Pichardus *dicto* § *qua ratione*, instituta *de pupillari, num.* 37 *& seq.* Petrus Gregorius *dicto cap.* 24 *num. finali.*

Ibi. *ex quibus infero, &c.*

Resolutiones huius capitis ita procedunt, nisi ipse furiosus, vel mente captus sibi prius fecisset testamentum cum mentis compotes erant, quo firmum manet extex *in* § *item si furiosi* instituta *quibus non est permissum facere testamẽtum*, vt docent Paulus Leoniu *in titulo de exemplari, num.* 36. Donellus *lib.* 5. *commentariorum cap.* 27. & omnes supra allegati

Ad numerum, 12. ibi. *Sed teneo contrarium, &c.* 13

Sub-

CAPVT VI.

Substitionē pupillarem factam impuberi, fanæmentis non continere tacitam exemplarem, si filius efficiatur furiosus post pupillarem ætatem, vt hic resoluitur, tenent Menochius, *lib. 4 præsumptione, 42. num 11.* vbi per totam præsumptionem, quatuor casus distinguit, & totam Materiam huius resolutionis explicat.

An autem vulgaris expressa facta furioso contineat tacitam exemplarē disputant late, Mantica *de coniecturis, lib. 5 tit. 6 ex num. 3.* & Menochius, *præsumptione, 41. lib. 4.* & plures referens Fussarius *de substitutione vulgari quæstione, 29.* vbi affirmatiuā tenet, & vide supra, num. 2.

Et quod exemplaris expressa contineat tacitam vulgarem, & pupillarem probant Benedictus *in cap. Raymundus, tit. de exemplari* & Zasius, *eodem tit. num. 8.* Conarrub. *in dicto cap. Raymundus, §. 6. num. 5* & hos, & alios referens Menochius, *lib. 4. præsumptione, 44* & Fussarius *quæstione, 173.* & *174.* apud quos videas.

14 Ad numerum, 13. *ibi resolutiue dico, &c.*

Licet resolutio nostri Gomezij in præsenti, nempe quod facta substitutione exemplari per patrem & matrem substitutus a patre habebit bona ab eo prouenientia, & eius linea, substitutus vero a matre habebit bona obuenientia similiter ab eius linea, sit communiter recepta, vt constat ex Benedicto. *in cap. Raymundus, in titulo de exeplari, num. 59.* Crasso *in §. substituto, quæstione, 45. num. 7.* Oldaldo ad Donel. *lib. 6. cap. 27. notatis lit. G* & alijs adductis per Trentacinq. infra relatum, & per Fussar. *de exemplari substitutione, quæstione 179. num. 13* & ex Perro Gregorio *in sintagmate. lib. 42 cap. 24. num. 5* & *sequentibus*, Molina *de iustitia, tom. 1 disputatione 85 num. 3.* nihilominus tamen verior resolutio est quod facta substitutione per patrem omnia bona filij indistincte pertinēt ad substitutum ab eo datum, cessante vero substitutione patris ad substitutum a matre, & postea ab auo, & ita, & hoc ordine, & non alio faciendas esse substitutiones, vt recte probant, Spino, *dicta glossa, 25. num 6.* verſic *Quo fit*, Trentacinq. qui alios refet *in tractatu de substitution 3. parte, cap. 3. num. 8.* & *sequent.* Richardus *in dicto §. qua ratione, instituta de pupillari, ex num. 9 vsque ad 12.* vbi optime explicat.

Reliquæ quæstiones quæ hic desunt, & omissæ sunt a nostro Gomezio videri poterunt, per citatos supra, *num. 1* & maxime per Fussar. *in tractatu de exemplari*, qui eas latissime prosequitur.

Item an substitutus exemplaris possit grauari legatis, & fideicommissis, vide Costam *in cap. si pater, 3. parte*, verb. 15 *pupillares, num. 20.* vbi quod non potest.

CA

AD CAPVT SEPTIMVM

DE SVBSTITVTIONE COMPENDIOSA.

SVMMARIVM.

1 *Doctores de compendiosa agentes remissiue*
2 *Diffinitio compendiosæ substitutionis.*
3 *Quas substitutiones comprehendat compendiosa.*
4 *Substitutiones comprehensæ in ea an sint tacitæ.*
An mater excludatur per pupillarem in ea contentam.
Quæ verba dicantur directa, quæ obliqua.
5 *Compendiosa verbis directis quas substitutiones comprehendat.*
6 *compendiosa per verbum obliquum quas Substitutiones comprehendat.*
7 *Compendiosa verbis communibus quas substitutiones includat.*
Quid si mater existat in medio, an contineat pupillarem.
8 *Compendiosa an fieri possit in melioratione tertij & quid comprehendat.*
9 *Quæstiones quæ de sunt, vbi agantur remissiue.*

DE Hac materia agũt præter ordinarios, Couarrubias *in cap.* Raymuntius, §. 9. Michael Craſſus *recept. tarum ſententiarum*, §. *ubſtitutio*, *q.* 60. Odd. *de compendioſ* late, Petrus Leon. *eodem tra Elatu*, & plures referens Spino *in ſpec. teſtamẽt. gloſſa*, 24. Menochius. *lib.* 4. *præſumptione*, 51 *& ſeptem ſequentibus*, vbi optimè materiam complectitur, Mantica *lib.* 5. *de coniectur. tit.* 3. 8. *&* 16. Tuſchus *lit.* S. *concluſione*, 796 *& tribus ſequentibus* Petrus Gregorius *in ſintagmate*, *lib.* 42. *cap.* 26 Coſta *in cap. ſi pater*, verbo. *Si de re leret*, & quamplurimos ſuo more referens doctiſsimus Fuſſarius *in ſuo tractatu de compendioſa*, *per* 26. *quæſtiones*, Molina *de iuſtitia tom.* 1. *diſputatione*, 192. Pichardus remiſsiue *in* § *extraneo*, inſtitu *te de pupillari*, *num.* 3. & in rubrica de vulgari, *num.* 77 *&* § *& plures*, *num.* 12: Ce- 1

uallos, *quæſtione* 212. *&* 213. *&* 215. *&* 481. *&* 482 *&* 772. Oſualdus ad Donel. *lib.* 6. *cap.* 23 *in notatis*, & Fachinæus *lib.* 4. *cap.* 44. *& ſequentibus*, *&* *cap.* 79. 80. *& ſeq.* Gregorius *in l.* 12. *tit.* 5. *part.* 6. Cancerius *variarum*, 1. *parte*, *cap.* 1 *ex nu.* 25. Merlinus *de legitima lib.* 3. *tit* 2 *quæſtione*, 14. Scaccia *de iudicijs lib.* 2. *cap.* 9. *ex num.* 1396.

Ad numerum, 1. ibi & magiſtraliter & reſolutiue dico, &c. 2

Subſtitutionem compendioſam *eſſe illam quæ ſubconditione mortis velalia multa complectitur tempora*, aiunt Doctores *in l. Centurio*, *ff. de vulgari*, quos ſequuntur Couarrub. *in cap. Raymuntius*, *de teſtamentis*, §. 9. *num* 1., vbi duo decim corolaria infert, & declarat quibus verbis fiat & quæ ſit differentia inter eam & reciprocam, Spino *in ſpeculo teſtamentorum gloſſa*, 24. *num.* 1. & alij multi ab eis relati, & a Fuſſario *de compendioſa*, *quæſtione*, 228 clariorem tamen, & naturam rei magis explicans

plicans videtur diffinitio noſtri Gomezij in præſenti quam late comprobat & explicat Petrus Gregorius *in ſintag. lib. 42. cap. 26. num. 2.* Menoch. *dicta præſumptione, 52. lib. 4. ex num. 2.* multos caſus & formulas compendioſæ ſubſtitutionis adducens, apud quem materiam iſtam diffuſe tractatam habes, nec diſſentiunt relati ab Oſualdo, *in enucleationibus Donelli, lib. 6. cap. 23. notatis, lit. M.* vide, & Pichardum *in rubrica, inſtituta de vulgari, num. 77.* & Molinam *de iuſtitia, tomo, 1. diſputatione, 192. num. 1.*

3 Ad numerum. 2 ibi. & reſolutiue dico, &c.

Compendioſam ſubſtitutionẽ comprehendere ſub ſe vulgarem, pupillarem & fideicommiſſariam, & alias poſſibiles, ſecundum qualitatem facientis, & recipientis; vt hic reſoluit noſter Gomezius, probant, & explicant late præter antiquiores, Tuſchus, *concluſione, 795. lit. S.* vbi late ampliat & limitat, & *concluſione, 797.* vbi quid ſi fiat per diſtributionem temporum, Spino *in ſpeculo gloſſa. 24. ex num. 3.* vbi *num. 6. & ſequentibus* explicat ad propoſitum textum, *in l. centum. ff. de vulgari, & l. præcibus, Cod. de impuberum & aliis*, quos etiã conciliat Menochius, *lib. 4. præſumptione, 52. & præſumptione. 45.* vbi quod comprehendit exemplarem, quando facta eſt filio furioſo, *& præſumptione 53. & ſequentibus vſq. ad 58.* vbi latiſsime materiam proſequitur, & fideicommiſſariam continere probat *in præſumptione 68. num 4.* Rota apud Farinacium, *1. parte deciſion. 49. & deciſione, 357. num. 10. & 11.* vbi multi referuntur, *& in 8. parte, ut ex eius opera deciſione, 504.* vbi de cõpendioſa facta impuberi ad bona teſtatoris reſtricta an comprehendat pupillarem. Et quod compendioſa facta ſub conditione voluntaria & non neceſſaria ad vulgarem, prout eſt, *ſi nõ poſsit vel nolit eſſe heres*, non comprehendit vulgarem, probat Surdus, *deciſione, 37. nu. 2.* vide eum ibi, *& num. 35. & per totam deciſionem.* vbi multa ad propoſitum adducit. Et præterea circa materiam huius numeri videas Petrum Gregorium *dicto cap. 26. ex num. 4.* & Euſſarium *tractatu de compendioſa, queſtione, 237. & ſeq vſq. ad. 248.* vbi omnem materiam hoc num. & ſequentibus contentam proſequitur, & Cancerius, *variar. 3. parte c. 21. num. 56.* & Scaccia *de indicijs, lib. 2. cap. 9. ex num 1306.* & Merlinus, *de legitima, lib. 3. tit. 2. queſt. 14.*

Ad numerum, 3, ibi. *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.* 4

Subſtitutiones comprehenſas in cõpendiola tacitas eſſe ſpecialiter loquẽdo, ſed generice, & effectiue eſſe expreſſis vt hic traditur, docent Surd. *deciſione, 273. num. 3. & deciſione 37. num. 11.* Mantica *de coniecturis, lib. 5. tit. 16. num. 22.* Tuſchus, *concluſione, 797. num 1. lit.* S. Peregrinus *de fideicommiſſis, articulo, 34. num. 14.* & alij plures congeſtis a Euſſirio *de compendioſa queſtione, 231.* Sed abſolute eas eſſe expreſſas docet Petrus Gregorius *in ſintagmate, lib 42. cap. 26. num 12.* Et è contrario Petrus Leonius *in tractatu de compendioſa* eas tacitas appellat, *num. 40.*

Ibi *Exquo deducitur & inferur, &c.*

Quod mater excludatur per pupillarem contentam in compendioſa (vt probat hic noſter Gomzius) & omnes fere Doctores fatentur, ſic teſtante Paulo Leonio, *dicto tractatu de compendioſa, num. 42.* docet Tuſchus *dicta concluſione 797. num 10. 19. & ſeq.* potiori iure nos affirmare debemus, cum ſupra dixerimus, *cap. 4. in additione ad numerum, 8.* etiam ex tacita pupillari, matrem excludi, ibi videbis, & per Gregorium, *in l. 12. tit. 5. par. 6. gloſſa 9. & ſeq.* vbi quando excludatur mater per compendioſam latiſsime agitur Gatian. *diſceptationum cap. 407. num. 5. & 6. & cap. 542. num. 27. & ſeq.* vbi quid ſi ſubſtitutio ſit reſtricta ad bona teſtatoris & alia plura *& cap 528. num. 6. et 19. et ſeq* Manticam *de coniecturis, vltimar. volunt. lib. 7. tit. 3. ex num. 15.* Fachineus

chinæum, *lib.* 10 *cap.* 23. & Petrum Gregorium *in dicto cap* 26 *num.* 12. & latius per Fuſſarium *dicto tractatu de compendioſa, quæſtione* 240. *num.* 12. *& quæſtione.* 242 per totam, vbi diſputat an compendioſa ſubſtitutio communibus verbis facta matre in medio exiſtente ſit omni tempore fideicommiſſaria in fauorem matris, ne excludatur, & tres opiniones adducit, *& ibi ex num.* 16. latiſsime fundat quod intra tempora pupillaris ætatis contineat pupillarem, & per cõſequens mater debet excludi eum vide & ſcacciam *de indicijs lib.* 2. *cap* 9 *ex num.* 1324. & Merlin, *latiſsime in tractatu de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *quæſtione.* 14.

Ibi aduertendum tamen, &c.

Addequæ verbi dicantur directa, quæ obliqua, quæ communia, vide per Couarrub. *in cap. Raynuntius,* §. 9. *num* 4. *& ſeq* Spinum *in ſpeculo. gloſſa,* 24 *num* 5. Ceuallos, *tomo,* 1. *quæſtione,* 212. Menochium, *lib.* 4. *præſumptione,* 52. *num.* 17. *& ſeq. & præſumptione.* 55 *num.* 4. *& ſeq.* Rota apud Farinacium, *deciſsione,* 639 num. 7. & Fuſſarium, de compendioſa quæſtione, 237. & ſequentibus, Canerium, 1. parte, cap. 1 num 3 & Merlinum ſupra.

5 Ad numerum 4. ibi & reſolutiue Reſpondeo &c.

Et ibi ſed his non obſtantibus, &c.

Subſtitutionem compendioſam factam a pagano per verba directa valere poſt pubertatem iure obliquo, & tanquam fideicommiſſariam, vt noſter probat in præſenti, eſſe veriſsimam opinionem in puncto iuris, licet de iure Regio verior, & tenenda videatur contraria communis opinio ex l. 12 tit 5. partita, 6. vt noſter itidem docet in verſiculo *aduertendum tamen* probant Ceuallos, & multi ab eo relati, in quæſtione, 765. tomo 3 vbi ad literam addacit reſolutionem noſtri Gomezij in præſenti, & plures Doctores, pro vera q. parte, adducit ipſe Ceuallos, tomo, 1 quæſtion, 159. ex nu. 1. & dicta ſententia amplectenda videtur, licet alio modo propoſitam queſtionem reſoluant Couarrubias, in cap. Raynuntius, §. 9. ex num. 15 & Spino in ſpeculo, gloſſa 24. num. 17. & ſeq. qui num 24 dictam l. partitæ perpendit & explicat, apud quos, & alios ab eis relatos hæc difficultas latiſsime diſputatur, & melius apud Menochium, *lib.* 4 *præſumptione,* 55 *vbi num,* 1. fere infinitos Doctores refert pro opinione negatiua per dictam l *partitæ* approbata, & eam declarat decem, & ſeptem modis quibus ad fideicommiſſariam trahi compendioſam verbis directis factam, aſſerit, & Tuſchus, *concluſione,* 796. *ex num.* 35 *lit.* S. & duas limitationes adducit Gregorius *in dicta l.* 12. *gloſſa,* 19. & hanc quæſtionem latiſsime controuertit, vt ſolet, Fuſſarius *de compendioſa, quæſtione,* 245 *vbi ex num.* 15. probat quod poſt pupillarem ætatẽ valet iure fideicommiſſi, & in diſcurſu quæſtionis alias duas opiniones adducit, fere infinitos referens, eum vide ibi, *Et quæſtione,* 234. & duabus ſequent vbi de hac eadem reſolutione in milite vel alio priuilegiato latiſsime agit, & Molinam *de iuſtitia tomo,* 1. *diſputatione,* 192. *num* 23. vbi noſtrum Gomezium laudat, vide etiam Merlinum *de legitima, lib.* 3 *tit.* 2. *quæſt* 14. *late.*

Ad numerum 5 ibi *& breuiter reſpondeo, &c.* 6

Compendioſam factam a pagano per verbum mere obliquum ſolam fideicommiſſariam comprehendere omni tempore, vt noſter reſoluit receptiſsimam eſſe doctrinam aſſerit Couarruuias, *in cad. Raynuntius* § 9 *num.* 18. & eã defendunt plures relati, & ſequuti à Menochio, *lib.* 4 *præſumptione,* 58. vbi duas declarationes, ſeu caſus ponit, in quibus vulgaris continetur in compendioſa, verbis obliquis facta, & tres alios in quibus continetur pupillaris, & ita fateantur neceſſe eſt qui tenent ſubſtitutionem compendioſam factam per verba communia fideicommiſſariã

tan-

tantummodo comprehendere, de quibus infra num. sequenti erit sermo, & in specie quod vulgaris non contineatur in compendiosa verbis obliquis facta, docet cum multis Fusfarius, *de cõpendiosa, quæstione* 239. vbi tres limitationes adducit cum Menochio *dicta præsumptione* 58. *num.* 4. & 9. & cum Mantica *lib.* 5. *tit.* 7. *num.* 18. Et etiam quod in ea non contineatur pupillaris, probat latissime idem Fusfarius *quæstione* 243 *vbi* alios plures refert, ampliat, & limitat, vide Merlinum supra

7 Ad numerum 6. ibi *tertia principalis opinio &c.*

Compendiosam per verba communia factam continere pupillarem & fideicommissariam suis temporibus, vt hic probatur, docent etiam Costa *in cap. sipater* 3 *parte*, verbo: *Obliqua*, *num* 37. Tuschus, *conclusione* 798 *num* 6. Conarrubias, *in cap. Raynuntius*, §. 9. *num.* 17. Spino *in speculo glossa* 14 *na* 21. & multi relati a Rota apud Farinacium 1 *parte decisione* 639. & 2. *parte*, *decisione*, 431. & magis receptam & veram dicit hanc opinionem Menochius, *lib.* 4 *præsumptione*, 54 *num.* 17. fere infinitos pro ea referens, *num.* 1. & sex coniecturas afferens, *ex num.* 19. quibus colligitur testatorem noluisse substituere pupillariter, sed per fideicommissam. Et de restricta substitutione ad certa bona, Mantica, *lib.* 7. *tit.* 3 *numer.* 13. quamuis teneant contrariam imo omni tempore esse fideicõmissariã, plures relati per ipsos. Et hãc compendiosam substitutionem verbis communibus factam, vulgarem etiam continere, docent plures relati & sequuti per Menochium supra *præsumptione* 53. & pes Rotã apud Farinacium 2 *parte decisione*, 94. *num.* 1. Surdus *decisione*, 37. *num.* 9 Crassus, §. *substitutio quæstione*, 61. item fideicommissariam continere quando iure directo valere non potest, receptam asserit ipse Menochius, *præsumptione* 57. Et in specie quod hæc substitutio compendiosa communibus verbis facta contineat vulgarẽ, probat cum alijs multis Fusfar. *quæstione*, 238. vbi ampliat & limitat. Et quod contineat pupillarem, probat etiam ipse Fusfarius *quæstione*. 241 quam plurimos pro ea referens *num* 1. quam vis alij plures quos ipse refert *num.* 8 teneant quod omni tempore sit fideicommissaria, eum vide, quia latissime materiã prosequitur amplians, limitans, & declarans. Et quod fideicommissariam contineant probat ipse *in quæst*, 246. vbi tres casus distinguit ampliat, & limitat, quem in hac materia videre sufficiet, & Cancerium *variarum*, *cap.* 1. *prima parte*, *num*, 25. & scacciam *de iudicijs*, *lib.* 2 *cap* 9. *ex num.* 1311. & Merlinum supra.

Ibi *Quod inse ligę, & extende, &c.*

Valde controuersa est hæc quæstio an matre existente compendiosa verbis communibus facta contineat pupillarem ad matris exclusionem, vt cõstat ex Ceuallos, *tomo* 1 *quæstione*, 213. & in ea plures Doctores pro & contra referunt Tuschus, *lit* S. *conclusione*, 796, *ex num* 65. & *cõclusione*, 797. *ex num*, 37. Surdus *decisione*, 273. *num.* 1. & 2. vbi opinionem nostri Gomezij maxime adstruit, et tres principales opiniones adducit Menochius, *præsup*, 56 *lib.* 4. & *consilio* 144. *lib.* 2. plures Authores pro qualibet referens, ipse tamen contrariũ nostro Gomezio eligit præter quã in quindecim casibus seu coniecturis quas congerit, eos vide, et Fusfarium *in dicta quæstione*, 242. quem vltra retulimus, et allegare sufficiebat, quia omnia scripta in hac materia congerit, & *num* 16. et sequent. pupillarem continere probat, et plures limitationes adducit, quod, vt iam aduertimus, tenẽdum erit, et matrem excludi, vide Cancerium supra, et Merlinum *dicta quæstione*. 14.

8 An autem compendiosa substitutio fieri possit in meliorationem tertij, et quid comprehendat, vide Costam, *in cap. sipater*, verbo. *Debitæ*, *num.* 5. quæ-

bus pupillarem continere probat, si filius in ætate pupillari decesserit, nõtamen vulgarem, nec fideicommissariam & tempore mortis aliquis superstit ex commemoratis in l. 11 tit. 6. lib. 5. Recop. & eum sequitur Matienzo ibidem glossa 9. numer. 4. videtamen Gutierrez lib. 3. quæstione 52. per totam, & quæ diximus supra cap. 3. in additione ad numerum 22. in fine.

Multæ quæstiones omissæ à nostro Gomezio videri poterunt perrelatos, num 1. maximè per Petrum Leonium, Menochium, & Cussarium.

AD CAPVT OCTAVVM

DE SVBSTITVTIONE BREVIL. SEV RECIPROCA.

SVMMARIVM:

1 Doctores hanc materiam tractantes reperiuntur.
Definitio reciprocæ substitutionis, & quare sic appelletur.
Inducitur ex coniecturis.

2 Reciproca quas substitutiones contineat.
Quando contineat vulgarem, & pupillarem.
Reciproca pupillarem continet, etiam si unus ex filijs prius ad pubertatem pervenisset.
Reciproca quando contineat vulgarem pupillarem, & fideicommissariam.
Extensiones superioris doctrinæ.
Reciproca facta maioribus furiosis quid contineat, & alia.

3 Mater an excludatur per pupillarem contentam in reciproca.

4 Quæstiones omissæ à Gomezio, ubi tractentur.

1 DE Breviloqua, seu reciproca substitutione videndi sunt Guillel. Benedictus in cap. Raynutius, tit. de breviloqua, Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 7. tit. 4. Politus de substitutionibus cap. de reciproca Covarrubias in dict. cap. Raynutius, §. 7. numer 4. Gregorius Lopez l. 13. tit. 5. part. 6. Matienzo alios referens in l. 1. titul. 4. glossa 17. lib. 5 Recopilat. num. 1. Spino in speculo testamentorum. glossa 26. principali Petrus Gregorius in singulagm. lib. 42 cap. 27. Menochius lib. 4 præsumptione 59. 60 & 61. & 62. vbi latissimè materiam explicat Cardinalis Tuschus liter. S. conclusione 826. 827. 828. & 829. Canceriius variarum, 1. parte, cap. 1. Costa in capite si pater verbo. Si decederet, & verb. Hæredes, & 3. parte, verb. De filio ad fi-

filium & verb. *Verbis*, & §. *quid si tantum*, Fusarius *in tractatu de reciproca* Paulus Leonius *eodem tractatu*. Molina *de iustitia. tom* 1. *disputatione* 191. qui alios fere infinitos referunt, apud quos videri potest.

Ad num. 1. ibi: *Alia est substituto breui loqua, vel reciproca que, &c.*

Reciprocam substitutionem, *esse illam quæ comprehendere potest plures substitutiones inuicem in personis plurium hæredum secundum eorum qualitatem.* Ita definit Paulus Leonius *in titul. de reciproca, numer.* 1. vbi alias definitiones adducit, & alias Mantica *de coniecturis vltimarum, lib.* 7. *titul.* 4, *numer.* 4 Couarrubias *in capit Raymundus*, §. 7. *numer.* 1. & cum prædicta definitione fere congruit illa quam tradit Spino *dicta glossa* 26. *numer.* 1. & 2. & Pichardus *in rubrica* instituta *de vulgari numer.* 76 & Fusarius *in tractatu de substitutionibus, quæstione* 254. *num.* 1. vbi alios refert.

Et proprium ius nomen hæc esse nõ breuiloquam, vt hic resolutur, docet Duarenus *in paraphrasi huius titul. capit. de reciproca*, Paulus Leonius *supra numer.* 6, vbi explicat, cur sic appellet ur, & Menochius *lib. præsumptione* 59. *nu.* 2 *vbi ex num.* 3. plures casus seu formu as ponit huius substitutionis, & quando fi. cti præsumatur, *& præsumptione* 60. *num* 1. & 2. & alios casus adducit Rota apud Farinacium, 1 *parte decisione* 35 *& decisione* 266. *num.* 21. *& sequentibus, & decisione* 361. *vbi ex numer.* 15. referantur requisita huius substitutionis *& decisione* 300. *numer.* 10 Pichardus *in* §. *& plures*, instituta *de vulgari, numer.* 11. Osualdus ad Donel *lib.* 6. *cap.* 23. *notatis lit.* N. Fusarius *dicta quæstione* 254. *num.* 2.

Et adde quod hæc substitutio reciproca inducitur aliquando ex cõiecturis vt probant Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum. lib* 7. *titul*, 5. *numer.* 2. Menochius *consil* 85. *n.* 43 *& cons.* 376 *num.* 25. *& lib.* 4 *præsumptione* 59. *& seq.* latissimè, & Fusarius *quæstione* 255. Tuschus *lit.* S. *conclusione* 828. de quo vide Donel. *lib.* 6. *cap* 23. Petr Gregorium *in syntagmat, lib.* 42. *cap.* 27. & post eos D. Larream *decisione* 61. *n.* 18. & 35. Fachineum *lib.* 12. *cap* 39.

Ad num. 2. ibi: *Pro cuius perfecta declaratione, &c.* 2

Reciprocam substitutionem aliquãdo solam vulgarem in personis omnium continere hæredum, aliquando vulgarem, & pupillarem, & denique aliquando vulgarem, pupillarem, & fideicommissariã, secundum resolutionẽ & explicationem nostri Gomezij docẽt & explicat Couarrub. *in cap Raymundus*, § 7 *num* 3 Gregorius Lopez *in l.* 13. *tit.* 5. *part.* 6. *glossa* 3. & 4. Paulus Leon. *hoc tit. ex num.* 13. vbi latè explicat & in aliquibus à nostro Gomezio recedit nẽpe in quantũ negat noster Gomezius locum esse fideicõmissariæ in primo casu hic proposito de quo vide nd. sunt Menochius *d præsump. 60. num. 67.* Mant. *d. tit.* 4 & 5 *lib* 7. Menchaca *de successionum progressu. lib.* 2. §. 11. *num* 9. & alij fere infiniti adducti à Fusario *quæstione* 260. & Spino *dicta glossa* 26 *num.* 8 qui omnes & alij quamplurimi ab eis relati, maximè a Menochio quẽ omnino videas, negant fideicommissariam comprehendi, exceptis aliquibus casibus quos congerit ipse Menochius *ex num.* 70. vsque in finem eum commendo, quia optimè materiam declarat, & Fusarium *dicta quæstione* 260. qui etiam plures limitationes adducit, prout etiam facit Mãtica *de coniecturis, titul* 4. & 5. *dicto libr.* 7.

ibi. *Aliquando ista substitutio breuiloqua, &c.*

Reciproca quod contineat vulgarem, & pupillarem, quando pater instituit duos, vel plures filios impuberes, & eos inuicem substituit, probant latissimè Menochius *dicta præsumptione* 60. quasi per totam Spino *d. glos.* 25 *num.* 3.

Mo-

Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 191. num. 4.* Gratianus *discept. cap. 369. num. 23. & 24* Pichard. *in §. & sequentes, instit. de vulgari, num. 12.* vbi docet ita in hac substitutione comprehendi plures substitutiones, si detur æqualitas personarum quibus fit nam in personis inæqualibus illæ tantum substitutiones includuntur quæ in omnibus personis æqualiter possunt verificari, quod etiam docet Cou rrub *dict. cap. Raynutius, §. 7. num. 4.* vbi limitat, quæter quam si voluntas testatoris tacita vel expressa refragetur, & etiam asserit, quod si reciproca substitutio diuersis orationibus constituatur inter personas inæquales, inerunt omissa inæqualitate omnes substitutiones, quæ tacitè, vel expressè cuilibet instituto conueniunt, & ponit exempla. Vide eum & Fussarium latissime *quæstione 256 & 257.* vbi ampliat, limitat, & declarat resolutionem nostri Gomezij plures referens.

Ibi: *Et in casu istius prioris sententiæ, &c.*

Supradictam proximam resolutionem esse veram licet alter ex filijs prior ad pubertatem perueniat, vt docet Gomezius, probant Menchaca *de succ. ex fictionum progressu, lib. 2. §. 19. numer. 11.* Corralius *in leg. 1. ff. de vulgari num. 31.* Mantica *de coniecturis, lib. 5. tit. 12. ex num. 19.* Menochius *lib. 4. præsumptione 62. num. 52.* & latissimè Fussarius *dicta quæstione 257. ex n. 5.* vbi ampliat, & declarat plures alios referens, & Cou rrub *dict. §. 7. n. 5.*

Ibi: *Aliquando verò ista substitutio breuiloqua, &c.*

Reciprocam factam pluribus filijs impuberibus, quandocumque decedat continere vulgarem, pupillarem, & fidei commissariam tenent Benedictus *in cap. Raynutius*, vbi de reciproca, Mantica *de coniecturis lib. 7. tit. 4. nu. 6.* Menochius *dicta præsumptione 62. num. 25.* & Fussar. *dict. quæst. 260. num. 29.* cæterique Gratian. *discept. cap. 369. ex num. 41.* vbi quando contineat fideicommissum.

Supradictam resolutionem nempe quod inter personas inæquales non possunt habere locum substitutiones, quæ omnibus adaptari non possunt, extendit Menoch *d præsump. 62. nu. 26.* primò, etiam si reciproca sit admixta cum compendiosa, referens pro hac parte quamplurimos doctores, & inter eos Cottam *in cap. sequuter. 3. part. ver.* verb. *Persone, numer. 3.* vbi asserit contra recedendum ab ea in iudicando, & consulendo, licet contrarium teneant alij ab eo relati, & à Rota apud Farinacium *1. parte, decisione 300. numer. 13.* quod etiam latè disputat Mantica *de coniecturis lib. 5. tit. 12.* & Secundo extendit ipse Menochius *numer. 35.* cum Zacio, Benedicto, & Leonio, & a ijs, etiam si testator habens tres, vel quatuor filios, quorum duo sint impuberes, eis substituit reciprocè adhuc enim non contineatur pupillaris inter dictos illos impuberes, vt ibi contra alios resolut & vsque ad numerum 62. illos septem casus ponit qui per eum videri poterunt, & per Fussarium *dicta quæstione 257. ex num. 33.*

Item adde quod si reciproca facta est duobus filijs maioribus mente captis vel furiosis continet vulgarem, & exemplarem. Item si duobus filijs impuberibus furiosis fiat, continet pupillarem vulgarem, & exemplarem. Item si facta fuerit duobus filijs, alteri sanæ mentis impuberi, alteri verò puberi mente capto, sola vulgaris continetur, vt latissime docet, & probat ipse Menochius *ex num 62.* quem vide, per totam illam præsumptionem quia eruditissimè resolut hanc materiam, nempe quot, & quæ substitutiones comprehendantur in reciproca, & Tuschum, & Fussarium supra.

Item adde cum communi, & receptissima doctrina quam adducit Fussarius *quæst. 258.* quod per pupillarem conten-

tam in reciproca ; mater excluditur, eum vide, & Spinum *in speculo testam. glossa 26 nu 3.*

Reliquas quæstiones omissas à nostro Gomeaio vide per supra citatos, n. 1. maximè per Menochium, Manticã, Fossarium, Tuschum, & Spino, necnon Petrum Leonium.

AD CAPVT NONVM

DE

TRANSMISSIONE HÆREDITATIS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores hanc materiam explicantes referuntur.*

2 *Definitio transmissionis.*

3 *Transmissio an sit favorabilis, vel odiosa.*

4 *Hæreditas non adita non transmittitur, & quare.*
Ampliationes, & limitationes dictæ regulæ.

5 *Transmittantur ne in hæredes quæ consistunt in animo.*
Eligendi ius, & facultas an transeat ad hæredes.

6 *Quæ sunt facti an transmittantur ad hæredes, & alia.*

7 *De transmissione ex cap. suitatis.*

8 *Suitas tantum datur in prima persona, vel gradu descendentium quoad transmissionem.*
Quid in filio coniugato, & nepote ex eo, de iure regio.

9 *Patria potestas requiritur ad suitatem.*

10 *Ingressus monasterij licet liberet à patria potestate non tollit iura suitatis.*
Quid si monasterium sit incapax successionis.
An expulsus à religione reincidat in potestatem patris.

11 *Liberatus à patria potestate per dignitatem retinet iura suitatis.*

12 *De patria potestate, & eius effectibus remissiuè.*

13 *Adoptivus an habeat iura suitatis.*
Adoptivus in qua parte succedat.
Explicatio text. in l. qui alienã §. interdum ff. de acquirenda hereditate remissiuè.

14 *Posthumus an habeat iura suitatis.*

15 *Filius quare dicatur hæres necessarius.*
De beneficio abstinendi.

16 *Definitio suitatis & quare sic appelletur*

17 *Hæreditas iacens non datur quandoquis decedit cum herede suo.*
An detur curator hæreditati iacenti ante immixtionem.

18 *Gabella non solvitur ex hæreditate delicta filij suo licet adsit statutum de ea solvenda ex qualibet hæreditate.*

Ratio nullitatis testamenti in quo filius præteritur.

19 An suus præscribat titulo pro hærede.

20 De transmissione ex potentia suitatis.
Lupus apud hostes, Coll. de suis, & legitimis explicatio.

21 An hodie post ius prætorium habeat locum suitas, & an hoc beneficium dicatur inductum iure civili.
Leges fori non habent locum, nisi probata consuetudine.

22 Abstinendi beneficium an anno finiatur.

23 An post concessum beneficium abstinendi habeat locum transmissio ex potentia suitatis.
Infans an trasmittat iure suitatis.
Quid in furioso.
Conditioni si voluerit, non tollit suitatem.
Filius est hæres ante quam hoc declaret etiam post beneficium prætoris.

24 Emancipatus an hodie transmittat ex potentia suitatis.
Quid de filio conjugato.

25 Creditores quando possint convenire filium post obitum patris.

26 Suitas post beneficium abstinendi remanet in favorabilibus.

27 Ius adeundi an præscribatur contra extraneum aliquo tempore.
Declaratio prædictæ resolutionis.
Iuri offerendi debitum creditori proluendo pignore, an præscribatur.
De præscriptione in actibus meræ facultatis.

28 An iuri immiscendi præscribatur contra filium.

29 An exclusus à iure succedendi ex testamento excludatur à iure succedendi ab intestato.

30 Renuntiatio simplex, & expressa comprehendit successionem ex testamento & ab intestato, ex quo aliqua inferuntur.

31 An filius suus possit habere regressum ad hereditatem quam repudiavit vbi explicatur, & exornatur lex final. Codic. de rep. vel hered.

32 Quibus modis tollatur suitas, & an per conditionem. Si voluerit,

33 Filius extra patriam potestatem existens institutus sub conditione: Si voluerit, an transmittat ex potentia sanguinis, & extraneus ex capite iuris deliberandi.

34 An per dationem substituti vulgaris tollatur suitas, vel per dationem coheredis.

35 De resolutionibus Gomezij vsque ad numerum 40.
Transmissio ex potentia suitatis fit in fiscum.

36 Filius subripiens res hereditarias censetur se immiscere

37 Quando fiat transmissio ex potentia sanguinis.
Hæc transmissio locum etiam habet in hereditate delata abintestato.

38 Transmissio ex potentia sanguinis habet locum in filio extra patriam potestatem.

39 Et etiam in filio naturali:
Quid in adoptivo.

40 Quid si transmissarius non sit natus, vel conceptus in vita illius de cuius hereditate agitur.

41 Transmissio ex potentia sanguinis an habeat locum in hæreditate delata de iure prætorio.
An de iure Regio possessiones bonorum sint sublatæ.

42 Transmissio ex capite iuris deliberandi habet locum in hæreditate delata de iure prætorio.

43 Transmissio ex potentia suitatis an habeat locum in hereditate de iure prætorio delata.

44 Transmissio ex potentia sanguinis tantummodo habet locum in descendentibus.

45 Transmissio ex potentia sanguinis an habeat locum in hereditate delata sub conditione.
Quid in legatis seu fidei commissis.

46 Transmissio ex potentia sanguinis an sit potentior substitutione vulgari.

CAPVT IX.

Quid in alijs transmissionibus.

47 *De transmissione ex capite iuris deliberandi.*

De termino anni ad hanc transmissionem.

48 *Transmissarius ex capite iuris deliberandi quod tempus habeat.*

An aliquando elapso anno locum hæc trãsmissio habeat.

49 *Hæc transmissio non habet locum hærede ignorante delatam sibi hæreditatem,*

Limitatur in lucro delato à lege.

50 *Transmissio hæc an habeat locum secundo hærede mortuo intra tempus concessum ad deliberandum.*

51 *Hæreditas an transmittatur, vt adita, an vt adeunda.*

52 *Mortuo minore ante additionem hæreditatis, an transmittat beneficium restitutionis.*

De eadem restitutione in maiori ex iusta causa, & interpretatione l. Pantonius, ff de acquirenda hæreditate.

Quid in hæreditate infanti delata, & de interpretatione l. si infanti, Cod. de iure deliberandi.

53 *De transmissione in contractibus.*

54 *De transmissione in legatis, & fideicommissis.*

55 *Transmissionis ius an sit potentius iure accrescendi.*

56 *Hæres institutus à Monacho, qui eo viuo mortuus est, transmittit hæreditatem ad suos hæredes.*

57 *Virgo defiorata an transmitat ad hæredes ius petendi dotem ab stupratore.*

58 *Transmissarius potest repudiare hæreditatem.*

DE Transmissione hæreditatis præter antiquiores in locis ordinarijs agũt Petrus Gregorius *in syntagmat lib* 42, *cap.* 13 vbi de transmissarijs hæredibus & *lib* 46. *c.* 2. late Menochius *lib* 4 *præs.* 201. vbi de transmissione legati, & hæreditatis, de quo etiam latissimè Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 487. *& sequentibus*, vbi de transmissione in fideicommissis, Merlin *de legitima, libr.* 5. *titul.* 3. *quæst* 9. *per totam*, Castillo *in l.* 13. *Tauri*, Valascus *consultatione* 122 Cardinalis Tuschus *lit* H. *conclusione* 18. & 24. & *lit.* T. *conclusione* 368. & multis sequentibus Mantica *de coniect. vltimar lib.* 11. *titul.* 20 & 23. vbi de legatis, & fidei commissis Crassus *receptar. sententiarum lib* 2. vbi de tramsmissione, *quæstione* 17. cum sequentibus, Donellus *lib.* 7 *commentar cap.* 4 § *non minus*, & ibi Oiualdus *lit.* C. & sequentibus, Anton. Faber *lib.* 14 *coniectur. cap.* 1. Antonius Gabriel *tit. de hæredibus instituendis, conclusione* 2 Spino *in speculo, glossa* 33 principali, *ex nume* .77 latissimè, Molina *de iustitia, tom.* 1 *disputatione* 180. Pichardus *in* §. *sui autẽ*, institituta *de hæredum qualitate, & differentia, & in relectione tit ff. de acquirenda hæredit. cap.* 31. & *in relectione de vulgari, cap.* 11. Gutierrez *in l vnica, Cod. quando non petentium partes, num.* 3. & § *sui numer* 62. & quasi per totum, Zeualios *quæstione* 205 & 206. & 627 & 761. & 905, *ex num.* 79. & plures referens D. Ioseph Vela *dissertatione* 11. & *sequent.* qui alios fere infinitos referunt Cancerius *variarum resolutionum*, 3. *parte, capite* 21: Salgado *in labirintho, part.* 2 *cap.* 25. *ex num* 66

1

Transmissio: *Est quædam prorrogatio successionis eiusdem formæ, & naturæ*, ita definit Baldus *in l.* 3. *Cod. de hæredibus instituendis*, & cum eo cardinalis Tuschus *lit.* T. *conclusione* 368. aliam tradit Cancerius *variar.* 3. *part cap.* 21 *num.* 1.

2

Transmissionem esse odiosam aliqui dixerunt, alij verò fauorabilem, vt constat ex Menochio *dict præsumpt.* 201 *nu* 16. ipse verò distinguit, an constet locum esse transmissioni, & tunc sit fauorabilis, an ex nullis coniecturis colligi possit testatorem voluisse locum esse transmissioni, & tunc sit odiosa

3

eam

eum vide, & Cancer. 3. *parte cap.* 21: *numer* 87 & 88, vbi an inducatur ex conlecturis Merlin. *de legitima, lib* 3 *titul.* 1 *quæstione* 6. *num.* 33.

Ad numerum, 1 ibi: *Inquo subtiliarticulo &c.*

Conclusionem certam constituunt communiter Doctores in hac materia, hereditatē non aditam non transmitti & eius conclusionis rationes expendit noster Gomezius in præsenti *vsq. ad numerū* 6 vbi primam approbat & ligit & alias adducunt Menochius, *lib.* 4 *dicta præsumptione* 201. *num.* 26. Gratianus *regula*, 217. *num* 1. Cevallos, *quæstione* 95 *num* 88. Cancerius *variar*, 3 *parte, cap.* 21 *num*: 2. Merlinus *de legitima lib.* 5 *tit* 3. *quæstione*, 9 *ex num.* 1. vbi quod legitima etiam non agnita transmittitur in creditores & etiam in fiscum & late disputat, an ratione sui tatis, an ex legis priuilegio, Antonius faber, *lib.* 14. *coniectur, cap.* 1. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 4. *lib* 5. *glossa*, 16. *num.* 14. Spino *in speculo, glossa*, 33. *ex num.* 79. & alij plures relati a Pichardo *in repetitione tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 31. Gutierrez *in l. vnica, Cod. quando non petentium partes, num.* 3. sed vt vides vltima assignata *num.* 6. infra probabilior videtur Emanuel Suarez hic, *lit.* D. nec ab ea dissentiunt Spino supra *num* 81 Donellus & eius enucleator Osualdus, *lib* 7. *cap.* 4. *lit.* C. Mantica *de coniecturis vltimarum, lib.* 11 *tit.* 20 *num.* 2 & deniq. de hoc latissime disserit D. Ioseph vela *dicta dissertatione*, 11. *ex num.* 4 *vbi num.* 12. cum aliis probabilius iudicat veram rationem esse, quod fieri nullo modo possit hæreditatem nondum aditam transmitti, nec vt acquisitam primo hæredi, quia hæreditas regulariter acquiri nequit nisi volenti, & animum suum quomodo libet declaranti nec vt acquirenda, quia id suspendet ex delatione ipsius hæreditatis, hæreditatem vero lexillis tantum defert, qui vel a defuncto vocati sunt, vel abintestato ad missis à iure, eum vide, & Parladorium *differentia*, 146. *num.* 5. vbi de parte hæreditatis legata.

Dictam regulam, & conclusionem nempe hæreditatem non aditam non transmitti, ampliat, & limitat late Cardinalis Tuschus, *lit.* T. *conclusione*, 369. *ex num* 16. Spino *in speculo, glossa*, 33. *ex num.* 77. *vsq ad finem*, Pichardus *in relectione tituli. ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 31. & *in relectione tit ff. de vulgari, cap.* 11. D. Ioseph, vela *dicta dissertatione*, 11. & *seq.* Cancerius 3. *parte cap.* 21. *num.* 4. & omnes relati supra, *num.* 1 & idem Pichardus *in rubrica*, instit, *de adoptionibus, ex num.* 36.

Ad numerum secundum ibi: *Sed ea* § *quæ consistunt in animo, &c.*

An transeant ad hæredes ea quę cōsistunt in animo, & eius declaratione, vide late tractantes materiam Antonium Gabrielem *lib* 6 *tit. de regulis iuris conclusione* 3. *ex num.* 71. Menochium de *arbitrarijs, quæstione* 68 *ex num* 31. Tusch. *lit.* M. *concluſ.* 296. *ex num.* 8. Burgos de Paz *in l* 1. *Tauri ex num* 428. Caldas *inl. si curatorem* § *sua facilitate nu* 69. Farinacium *infragmentis*, verbo: *Iuramentum ex num.* 1042 Auilès *in ca. prætorum in proœmio*, verbo *Ordenanças num.* 19 *& sequent.* Tuschum *lit.* T. *conclusione*, 372. *num* 13. Spino *in speculo, glossa* 33. *num* 80. Petrum Magdalen *de numero testium in testamentis requisito*, 1 *parte, cap.* 30. *ex nu.* 15. Gratianum, *regula*, 217. *nu.* 1. Matienzum, *l* 1 *tit* 4. *lib.* 5 *glossa*, 16. *num.* 15. Cancerium, *variar.* 3. *parte, cap.* 21 *num.* 254. *vbi num.* 256. quod declaratio caducitatis non transit ad hæredes, Azeuedum *l.* 5. *tit.* 4 *lib.* 5. *num.* 16

Ibi, *confirmatur etiam, &c.*

Facultas eligendi aliquam rem trā sit ad hæredes, vt docet Gomezius hic, idem probatur in *l.* 26 *tit.* 9. *partit* 6: & Generaliter facultas eligendi, an, & quando transeat ad hæredes vide Burgos de Paz *dicta l.* 1. Tau, *nu.* 430. Spino *dicta glossa* 33. *num.* 80. Osuaidus ad donel. *lib.* 15. *cap.* 2. *notatis lit.* D. Gratianus

regu

regula, 24. Molina *de maiorat*, *lib.* 2 *cap.* 11. *ex num* 44. Cancer, 2. *parte*, *cap.* 7. *n.* 66. Tuschus *lit.* H. *conclusione*, 69. Castillo, *lib.* 5 *cap.* 87. *num.* 25. & Larrea, *decisione Granat*, 31. *late*.

Ad numerum, 4. 5. & 6.

De ratione posita a nostro Gomezio hoc numero, 3. & tribus sequentibus, disputant late Doctores relati supra, *num.* 4. apud quos videre poteris, & Cancerium, 3. *parte*, *cap* 21. *num* 96. vbi an ius conditionis implendæ transmittatur.

Ad numerum 7. ibi, *transmissio ex potentia suitatis*, & ibi, *vt fundamentaliter procedam dico*, &c.

Transmissionem ex potentia suitatis locum habere quando quis moritur ex testamento, vel abintestato, teli & o filio in potestate vel suo, vt aiunt probant, & exornant latissime Gutierrez, *in* §. *sui*, *instituta de hæredum qualitate*, & differentia, quasi per totum, maximè *ex num.* 65 multa vtilia inferens, & Crassus, *in tit. de successionibus*, § *suitas*, Villalobos *communium*, verbo *hereditas paterna*, Costa *in cap si pater*, verbo. *Subsequenter*, & *filia*, *num* 8. vbi quod filius institutus in re certa non transmittit ex potentia suitatis, sed tanquam legatarius, Antonius faber. *lib* 14. *coniect. cap.* 1. Duaren. *tit. de acquir. hæredit. cap* 5. & *tit de vulgari*, *cap*, 10. Caldas, *in l. si curatorem*, §. *si curatore ex num* 22 *maximè num* 37. Spino *in speculo*, *glossa* 33 *n.* 83. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 4 *lib.* 5. *recop. glos.* 15. *num* 20 Tuschus *lit* S. *conclusione* 883 *ex num.* 14 & *lit.* T. *conclusione*. 371. *ex n.* 6. vbi *num.* 8. ampliat in filijs iudæorũ Molina *de iustitia*, *tomo*, 1 *disputatione* 180 *ex num.* 2. Socinus *regula* 212 vbi tres limitationes adducit, & *regula* 217. vbi etiam limitat, Donat. Fina *lib.* 2. in verb. *Transmissio*, habetur *tomo* 2 *regularii*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum*, *lib* 5. *tit.* 5. *num.* 14. Pichard *in dicto*, § *sui*. in. *instituta de hæredum qualitate*, *num.* 21. & *in relectione adiit. de acquirenda hæredit.* *cap.* 31 *ex num* 3. & omnium optime D. Ioseph, Vela *dict. dissertatione*, 11. *ex num* 27. qui optime probat etiam ignorantem vel Infantem transmittere hæreditatem non aditam ex potentia suitatis ad quos cumq; hæredes etiam extraneos, eum vide omnino & vide infra, & Cancerium *variarum*, 3. *parte*, *cap.* 21. *ex num* 4.

Ad numerum, 8. ibi *item etiam infer-* 8
tur, &c.

Suitatem, & eius effectus ad transmissionem tantummodo considerari in prima persona, & gradu descendentium, vt hic resoluitur, notum est in iure, vt constat ex iuribus allegatis & explicant late Crassus de successionibus, § suitas, quæstione, 1. & 5. Spino in speculo, glossa, 33. principali, num. 94. Petrus Gregorius in sintag. lib. 46. cap. 2. num. 19 Pichardus, in dicto § sui, instituta de hæredum qualitate ex num. 2 vbi multa in contrarium adducit, & soluit & in §. ita demum de hæreditate quæ abintestato, nu. 1 & quasi per totũ, vbi explicat tex. in l. si filius hæres fi deliberis & posthumis, Gutierrez, indicto, §. sui, ex num 47. vbi num. 48. & seq. explicat eundem textum in l. si filius, Osualdus ad Donel lib 7. cap. 2. lit: D. D. Ioseph, vela dicta dissertatione 11 ex num. 27 vbi etiam adducit text. in l. 21. tit. 2 par. 6. & refert Carrançam in tract. de partu legitimo, cap. 2. § 1. num. 138 quos vide.

Aduertere autẽ debemus quod cũ hodie in hoc Regno filius per contractum matrimonij cum beneficentionibus nuptialibus liberetur à patria potestate ex l. 47. Tauri, quæ hodie est l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopilationis non poterit transmittere ex potentia suitatis, nec nepos ex eo etiam mortua vxore, quia adhuc non remeident in patriam potestatem vt aduertunt ibi Tauri æ & omnes Regni eo æ, & maximè D. Ioseph Vela *dict. dissertation.* 11. *ex num.* 23. vbi *num.* 54 dictam legem in odiosis, & fauorabilibus

pro-

procedere in dicti inciso docet: vide Cancerium *variarum*, 3. *parte*, *cap.* 21. *num* 23.

Ad numerum, 9. ibi. *requiritur quod sit in potestate patris &c.*

Patriam potestatem requiri in filio ad hoc quod sit suus hæres, vt docet Gomezius, explicat & exornat late Pinelus *in rubrica*, *Cod. de bonis maternis*, 2. *parte num* 36. vbi contrarijs obiectionibus satisfacit Caldas, *in l. curatorem*, verbo: *Sine curatore*, *num* 74. Osualdus Addonelum *lib.* 7. *cap.* 2. *notatis lit.* D. Gutierrez *in dicto* § *sui num* 4. *vbi num.* 21. declarat, Pichardus etiam *in eadem*, §. *sui num.* 2. *& in* § *ita demum* institu. *de hæreditatibus quæ ab intestato*, *num.* 44 *&* 49. Molina *de iustitia tomo*, 1. *disputatione* 180. *num* 3. Tuschus *lit.* S. *conclusione* 882.

Ad numerum, 10. ibi: *nec huic Regulæ, & Doctrinæ obstat rex, in l. deo nobis, &c.*

Et ad numerum, 13. ibi: *Quia notabiliter eorum obiectionibus &c.*

Obijcit noster Gomezius contra resolutionem numero præcedenti traditam, quod Monachus liberatur a patria potestate, vt probant Couarr. *in cap. quia nos de testamentis*, *num.* 5. Costa *in cap. Si pater*, 2 *parte*, verbo *testatore mortuo. num* 11. noster Gomezius *in l.* 48. *Tau. num.* 7. Molina *de iustitia*, *disputatione*, 140. Versi ulo *verum autem*, & tamen retinet iura suitatis, ac deniq huic difficultati in tria *num.* 13. tres solutiones tribuit, ex quibus, illa est magis recepta, nempe quod intelligatur in ijs solis in quibus vtile esset ipsi filio liberari a patria potestate, secus in ijs in quibus esset eidamnum, ne quod in eius fauorem introductum est, contra eum retorqueretur, ita docent Couarrubias *in dicto cap quia nos*, *num.* 5. Gutierrez *in dicto* §. *sui*, *num* 37. Suarez *in l.* 9. *tit. de los pleytos num.* 26. *lib* 1. *fori*, Gomez Arias *in l* 45. *Tau num.* 53. Caldas *in l. curatorem*, § *sine curatore*, *num.* 25. Pichardus *in* §. *cæteri* institu*ta de hæredum qualitate*, *& differentia*, *num.* 7. Thomas Sanchez, *in summa lib* 5. *cap.* 5. *num.* 29 *&* 30. *& in lib.* 7. *cap.* 12. *num* 5. *vbi num* 6 limitat, præterquam in Monasterio in capaci succedendi, quia tunc professus in eo reputatur tãquam mortuus quo ad omnia successionis iura, & non retinet ius suitatis. Et tandem aliqua infert ipse Thomas Sanchez ex supra dicta doctrina, & inter ea quod integrũ erit patri meliorare hunc filium professum in tertia bonorum parte *iuxta l.* 17. *Tau* hodie *l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recopilation.* quod ipse explicat; *num* 11. eum vide.

Extendit idem Thomas Sanchez dictam resolutionem, *in dicto cap.* 5. *num.* 31. ad vota simplicia emissa in societate Iesu post biennium vt perea liberetur religiosus a patria potestate, addens expulsum a societate: post illa simplicia vota, reincidere in patris potestatem, secus autem expulsum post professionem, quod nota ad regulam traditam Per Doctores supra citatos, nempe quod semel liberatus a patria potestate, non reincidit in eam, de qua etiã Matienzo *in l* 8. *tit.* 1. *lib.* 5. *glossa* 3. *num. fin.* multos referens.

Ad numerum 11. ibi. *Non obstat text.* *in authentica, &c.* 11

Quod Episcopalis dignitas liberet filium â patris potestate (vt hic supponitur) illeso manente iure suitatis modo explicato, certum est apud scribentes, vt probant Couarrub. *in dicto capit. quia nos de testamentis*, *num*, 5. Pinelus *l* 1. *Cod. de bonis maternis* 1. *part num* 42. Molina *de iustitia*, *tractat* 2 *disput.* 229. vers. 6. Gutierrez *in dict* §. *sui*, *num* 10. *&* 11. Matiẽzo *in l.* 8 *tit.* 1. *lib* 5. *Recopilat glossa* 2 *num.* 4. Ascanius *in tractatu de patria potestate*, *cap. final. num.* 49. Pichard *in* §. *cæteri*, institu*ta*, *de hæredum qualitate*, *num.* 3. *&* 7. Ioannes Gratianus *regula* 198. latissime.

Et si scire velis quibus modis patria potestas soluitur, & de eius effectibus, vide Caldas *in l si curatorem habens*, verb. *Lesis*, *num.* 121. & verb. *Sine curatore*, *num* 38. 39. *&* 40. Pinelum *in rubrica*, *Cod.* 12

Cod. de bonis maternis, 2. parte, Connanū, *commentariorum iuris lib. 2 cap. 13.* Petrū Gregorium *in syntagm. lib. 11. cap. 5 & 6. & cap. 8. per totum.* Cujacium *in recitat. ion. sed item, ad tit. Cod. de patria potestate in vlt. hic, & in l. vltima.* Alcan. *in tract. de patria potestate, cap. 6. effecta, 1. & seqq.* Cortadum *in l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum ex num. 7.* Richard. *in inst. tit. de patria potestate per totum & in tit. qui bon. ex his patria potestati solvitur.* Sanchez *de matrimonio lib. 7. disputatione. 8. num. 7.* Tuschum *lit. P. conclusione, 130 & seq. & lit. F. conclusione, 360* vbi an & quādo quis præsumatur esse in patris potestate Molina *de iustitia, tomo 1. disputat. 227.* & iuxtà sequentibus latissimè.

43 Ad numerum, 12. ibi: *Item etiam non obstat text. &c.*

Adoptatum in iura suorum hæredum consequi (vt noster Gomezius resolvit) docent & probant plures quos refert, & sequitur Tiraquellus *in l. si quem, Cod. de revocand. donation. verbo. Suscepérit lib. 6. vas, num. 12.* Padilla, *in l. eam quem, Cod. de fideicommissis. num. 6 & 7.* Gutierrez *in § sui, nu. 31. & seq.* Richardus *in præcipua instituta de acquisitione per arrogationem, n. 25.* Molina *de iustitia, tom. 1 disputatione, 179 num. 4.* Ad obiectum in contrarium, quomodo hoc locum habere possit ubi patria potestate Cornelius Alexander, Gozadinus & Tiraquellus quos refert, & sequitur, Caldas, *in l. si curatorem § sive curatore, num. 24.* Verticulo *secundo nonobstat* & Olaldus Ad Donellum *lib. 7. ca. 2. notatis lit. E.* Gutierrez *in dicto § sui, num. 150. & seq.* Molina & cæteri supra citati Respondent adoptatum intra suitatis habere, & sic esse intelligendum Tex. hic allegatum per Gomezium *in l. cum adoptivus § sed hoc non autem sui nomine.*

Verum dicendum in qua parte hodie succedat filius adoptivus, vel arrogatus, videtur eundem Gutierrez *in dicto § sui, num. 150.* Spino *in speculo, glossa. 1 principali, ex num. 13.* Molinam *de iustitia tomo, 1 disputatione 227. ex num. 18.* Richardum supra, *& in § item non aliter num 3 & 4 instituta de adoptionibus, & in tit. de hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur § 4 & § eadem, & § sed ea omnia* ibidem Morquecho, *de divisione bonorum lib. 4. cap 6. num. 71.* Azeuedum *in l. 1. tit. 8. lib. 5 recop. num. 64.*

Ibi confirmatur per textum singularem &c.

De explicatione Tex. *in l. qui in alienā, § interdum ff. de aquirenda hæreditate* hic relati, vide Gutierrez *in dicto § sui, n. 124. & sequentibus*, Sarmiento *lib. 4 selectarum in § testamentum. num. 3.* Olualdum, Addonclum *lib. 7. cap 2. notatis lit. C.* Caldas *in l. si curatorem, § sive curatore num 26.* Costam *in § & quid si tantum. 3. parte num. 112.* Richardum *in § ita demū, instituta de hæreditatibus quæ ab intestato, num. 39 & melius in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 17. per totum maximè num 7. 25 & sequentibus, & in relectione ff. de legatis, cap 9. num. 6. & 37.* apud quem dictus textus optimè explicatur, & ratio specialitatis adducitur, quare in eius specie nepos nō habens primum locum vel gradum iuris suitatis obtineat.

Ibi *Nec obstat, &c.*

In dicto versi. ul. *Vel aliter & secundo, & cande Gratianum disceptat. forensium, cap 732. num. 58 & sequentib.*

A numerum 13. vide quæ diximus supra in additione ad num 10.

Ad num 14. ibi. *Item etiam non obstat quod filius posthumus, &c.*

Verum, & receptam ait Pinelus *in tit. Cod. de bonis maternis, 2. parte, num. 37.* esse eam sententiā quæ habet posthumum non dici suum heredem, ante quā nascatur, & eam insinuat Caldas *in l. si curatorem, § sive curatore num 24. versic. Sed hæc solutio simpliciter accepta, & 76. & 77. & Molinā de iustitia, tom. 1 disputat. 179. num 2.* & eruditè eam docet Tiraquel. *in l. si vnquam Cod. de revocand. donat. verb.*

verbo *Susceperit liberos*, ex num. 145. Pichardus *in principio*, inſtitut. *de pupillari ſubſtit. num.* 10 & *in* §. *poſthumus*, 2. inſtitut. *de exhæredatione liberorum, num.* 9. Oſualdus ad Donel. *lib.* 7. *cap.* 2. *notatis lit.* E. Gutierrez. §. *ſui, num* 18. is autem in lucem editus iura ſuitatis conſequitur adquæ ſufficit patria poteſtas, in actu vel potentia, vt noſter docet, & probat ſimiliter Pichardus, *in dicto* §. *poſthumi, num.* 10 & latius Gutierrez, *in dicto*, §. *ſui num.* 19. & idem Pichardus *in repetitio nel. gallus, ff de liberis & poſthumis in relud iis, cap* 1. *ex num.* 28 *vbi & in cap.* 4. & Carranza, *in tractatu de parte legitima. cap* 2. § 1. *illatione*, 13 *ſectione*, 1 *num* 135. & quaſi per totum caput, hãc materiam lariſsime diſputant.

15 Ad numerum, 15. ibi, *exqua naturali & præ iſſa coniunctione, &c.*

Et ibi *hodie autem de iure prætorio. &c.*

Ex magna coniunctione naturali intercedente inter patrem & filium factum eſſe, vt filius ſit neceſſarius hæres patris notant omnes *in* § *ſui*, inſtitut. *de hæredum qualitate, & differentia, & in l. neceſſarijs ff. de acquirenda hæreditate.* Petrus Gregorius, *lib* 46. *ſintagmatũ. cap* 1 *num.* 3 & *lib* 42 *cap* 35 *num.* 23. Gregorius *in* 2. *tit* 3 *p. vii.* 6. Vueſembechius *in paratitlis, tit* 5 *lib.* 28. *digeſtorũ, num* 3. Parladorius *lib.* 3 *quotidian. different.* 1, 95. Pichardus, *in dicto* §. *ſui, num.* 20. & *in* §. *ſui autem*, inſtitut. *de hæreditatibus quæ abinteſtato deferuntur, num.* 1. & 2 donec prætoris beneficio abſtinendi conceſſa fuit facultas, de quo late ſermonem faciunt ſcribentes in locis ordinarijs congeſtis per Gomezium hic, icto Verſiculo, *hodie autem* Gutierrez *in dicto* §. *ſui ex num* 100. Petrus Gregorius, Vueſembechius, Parladorus, & Pichardus ſupra relati, Oſualdus ad Donel. *lib.* 7 *cap.* 1 Spino *in ſpeculo, gloſſa* 33 *num.* 62. & *ſeq.* vbi agit de illa quæſtione, an filius inſtitutus in hæreditate patris poſsit legitimam acceptare, & reliquum repudiare, de qua infra *in cap. de iure accreſcendi agentes, num.* 20. Et an adimplendo conditionem appositam per defunctum, amittat beneficium abſtinendi agit ibidem ipſe Spino cuius & aliorum opinionem ſequitur Ceuallos, *quæſtione*, 713. vbi cõtra alios affirmatiue reſoluit. Et de filio ſuo & neceſſario hærede, & facultate vel libertate abſtinendi, Molina *de iuſtitia diſputatione*, 18. *ex*, *num.* 6. *vbi num* 8 obſeruat facultatem abſtinendi de iure prætorio conceſſam non reddere inſtitutionem ſeu ſucceſsionem conditionalem, de quo etiam infra *num* 21. D. Joſeph, vela, *dicta diſſertatione*, 11 *num.* 37. & alij.

Ad numerum, 16. ibi, *ſuitas eſt &c.* 16

Diffinitionem ſuitatis hic poſitam per noſtrum Gomezium ſequitur Gutierrez. late explicans. *in* § *ſui ex num.* 3 Gratianus, *diſceptationum forens. lib* 4. *cap* 732 *num* 30 aliam autem diffinitionẽ adducit Pichardus, *in dicto* § *ſui num.* 10. vbi etiam *num* 16. explicat, quare ſuus appelletur hæres, de quo multa Oſualdus ad Donellum *lib* 7 *cap* 2. *lit.* N. & Parladorus *differentia* 97. *num.* 3 *& ſeq.*

Ad numerum, 17. ibi. *Primo inſero.* 17 *&c.*

Quod non detur nec dicatur hæreditas iacens ſuo hærede relicto vt hic reſoluitur, probant Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, § 19. *lib* 2 *ex num* 30. Suarez *in Theſauro receptarum* verbo *hæreditas*. Ceuallos *quæſtione*, 665 *num* 6. Molina *de primog. lib* 3. *cap* 13 *num.* 21. Queſada *diuerſarum quæſtionum. cap.* 3. *n.* 2. Oſualdus ad Donellum *lib* 7. *cap.* 2 *notatis lit.* C. C. Gratianus *diſceptation. forens. lib.* 4 *cap* 732 *num.* 32 Tuſchus *lit.* H. *concluſione*, 212. *num.* 10 Gutierrez *in* §. *ſui, num* 98. Vela *diſſertatione*, 11. *num.* 31 Cancerius, *variar.* 3. *parte, cap* 21. *num* 5. Spino *in ſpeculo*, *gloſſa*, 20 *num.* 12. & melius *gloſſa* 33 *ex num* 4 & Pichardus, *in relectione tituli ff de acquirenda hæreditate*, *cap.* 2 *num* 26. vbi plures refert, & *in dicto* § *ſui, ex num* 34 qui explicant, dic-

dictam resolutionem intelligendam, quando hereditas accipitur pro persona ficta, quę defunctum representat, secus si accipiatur pro vniuersitate patrimonij quæ per mortem alicuius ad alium peruenit, hæc enim etiam suis hæredibus existentibus datur iacens.

Ibi *etiam ignorantem, &c.*

Adde Pichardum *in § sui autem* instituta *de hæreditatibus quæ ab intestato, num. 2. & pertotum.* & D. Ioseph, vela, *dissertatione* 11. *ex num.* 27.

Ibi *ex quo dicebat Baldus, &c.*

Iuncta Versicula: *Quod ego intelligo, &c.*

Adde Gutierrez, *in § sui, num* 107. *& sequentibus*, Gratianum *disceptationum fo. rens, lib.* 4 *cap.* 732 *num.* 54. Caneer. *var. lib.* 3. *cap* 21. *num.* 19 contra alios, exsupra allegatis, Tusch. sup. *lit* H. *conclusione* 21. *&* 23 *num* 20. Caldas *in l. sicuratorem, § sine curatore num.* 31. Vela *dissertatione* 31 *num.* 50. *& vide infrę num.* 27.

19 Ad numerum 18. ibi; *Secundò infero non obstare, &c.*

Si fatuo caucatur ex qualibet hæreditate soluędam esse Gabellam, quod hoc non habeat locum in hæreditate delata filio suo, vt hic infert noster Gomezius, docent vt veriorem & communiorem sententiam contra Alexandrum *in l. in suis ff. de liberis & posthumis*, plures relatos per Ticaquel, *in* ſeu quâ *Cod. de reuocandis donationibus in principio num* 19. Gutierrez, *in § sui, num.* 87 & multos relatis, Gronda *narratione de gabellis* 7. *parte, § 2. ex num.* 3. vbi alios Caldas *in l. sicuratorem*, verbo: *sine curatore num.* 33 Molina, *de iustitia tomo*, 1 *disputatione*, 180. *num* 4.

Ibi *tertiò infero quod ex prędicta suitate &c.*

prædictam continuationem Dominij, & suitatem esse in causa, ob quam testamentum in quo filius suus prętermittitur, fatuo nullum affert, vt videre notat Gomezius, de eius tamen doctrina dubitat Gutierrez *in dicto. § sui, num.* 88. *sequutus* Paulum, *in l. si filius qui in potestate ff. de liberis & posthumis*, eam autem defendunt Caldas *in l. sicuratorem, § sine curatore, num.* 34 & Pichardus *in principio*, instituta *de ex hæredatione liberorum ex num.* 5. de quo vide Osualdum ad Donellum, *lib.* 6 *cap.* 13. *notatis lit.* A.

Ad numerum, 19. ibi: *quarto infero &c.* 19

Vsucapio vel præscriptio pro hærede, an possit locum habere in suo hęrede, diximus iam sup. *cap.* 3 *in additione ad numerum*, 20 vbi videbis.

Ad numer. 20. ibi: *Octauò infero &c.* 20

Ex magna coniunctione patriæ potestate, & suitate hæreditatem non aditam transmitti per filium suum hæredem, vt hic resoluitur, docent, & exornant prętor supra allegatos. Caldas *in l. si curatorem, § sine curatore, num.* 27 addens non solum hæreditatem, sed etiã beneficium abstinendi à Prętore concessum transmitti, Gutierrez *in § sui, numer.* 146. Menchaca *de successionum creatione, lib.* 3. § 21, *num.* 266. *& de successionum progressu, lib* 1. § 6 Duarenus *hoc tit. cap* 5. Spino *in speculo gloſſa* 33. *num.* 86, Villalobos *in suis communibus dic.* H. *num.* 31. *& seq.* Socinus *regula* 168. *&* 173 Pichardus *in § sui*, instituta *de hæredum qualitate & differentia*, *num.* 20. *&* 21 Tulcus *lit.* D. *conclusione* 883 *quasi per totam*, Surdus, *decisione*, 138 *num.* 15. *vbi num.* 16. quod non solum portio paternæ hæreditatis filio iure communi delata sed ea quoq. quã cõsequitur ex statuto sorore exclusa transmittitur, & plurimos de hac resolutione agentes refert Pichardus, *in relectione titulo ff. de acquirenda hæreditate, cap* 31 *num.* 19.

Ibi *textus est capitalis, & expressus in l. apud hostes, Cod. de ſtis & legitimis, &c.*

De explicatione huius textus, vide D. Ioseph, vela, *dicta dissertatione*, 11. *num* 104.

Ad numerum, 21. ibi: *Sed, pulchrum, &* 21
subtile dubium est &c.
& ibi *Sed his non obstantibus, &c.*

Hoc num. 21 latissime, vt vides, prosequitur noster Gom quæst. an beneficium abstinendi sit de iure ciuili, & denique resoluit solum esse de iure prætorio, id ipsum probat Gutier. *in d.* § *sui nn.* 101. & fere omnes citati *in anteced.* De alia parte quæstionis, an pœnæ beneficiū abstinendi habeat locum transmissio ex potentia suitatis, vide infra *nu.* 23.

Ibi: *Et subinfertur ex hoc, &c.*

Leges fori locum non obtinere nisi probata consuetudine, & vsu, docent Matienzo *leg.* 2. *titul.* 9 *glossa* 1 *num.* 16 *lib.* 5, *Recopilat.* Castillo *in l.* 1. *Tauri*, verb. *En que fueren vsadas*, Burgos de Paz ibi, *ex n.* 107. Orosius *in l. de quibus, ff de legibus, numer.* 4. Gutierrez *de iuramento*, 1. *parte, capit.* 3. *num.* 25. Azeuedo *leg.* 3. *titul.* 14. *lib.* 4. *Recopilation numer.* 1. *& leg.* 3. *tit.* 1. *lib.* 2. & alij relati à Valdesio, in additionibus ad Suarez, in proœmio legum fori, vbi agit cui incumbat probatio, & quid si sit notorius vsus Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 6. *disputatione* 1. *nu.* 5.

22 Ad numer. 22. ibi: *Sed in hoc articulo ego teneo contrarium, &c.*

Beneficium abstinendi concessum filio suo hæredi, non finiri annali dilatione, vt hic resoluitur, docent Gutierrez *in d.* § *sui n.* 105. *& sequentibus* Pichardus ibidem *nn.* 24 & ita in specie docet Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione* 180 *numer.* 10, & supponunt omnes citati supra, *num.* 15.

23 Ad num. 23 ibi. *Sed ego teneo cotrariam sententiam, &c.*

Etiam concesso beneficio abstinendi hodie posse filium transmittere hæreditatem ex potentia suitatis, ad quoscumque extraneos, vt probatur hic tenent Caldas *in l. si curatorem.* verb. *Sine curatore, nnm* 37. Tuschus *lit.* S. *conclusione* 882. *&* 884. Matienzo *l.* 1 *tit.* 4 *lib.* 5. *Recopil. glossa* 16. *num.* 20. Zeuallos *quæstion.* 761. *n.* 20 *&* 24. Spino *in speculo, glossa* 33, *num.* 86. eleganter Pichardus *in d.* § *sui, nu.* 22. *& seq maximè num.* 25. *& in* §. *ita demum, instituta de hæreditatibus quæ ab intestato, n.* 21. *& in relectione ad titulum, ff de vulgari, capit.* 11 *num.* 18. *&* 19 Suarez *in Thesauro receptarum* verb *Transmissio*, Antonius Gabriel *in communibus eodem verbo*, Surdus *dec.* 138. *num* 9. vbi olures refert Socin. *regul.* 168. *&* 173 vbi limitat Villa ob. *in communibus, conclusion* 31. *litera* H. vbi ampliat, & limitat Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 5. *titul.* 5. *numer.* 14. Gregorius Lopez *in leg.* 2. *titul.* 6 *partita* 6. *glossa* 8. *iterum* Tuschus *lit.* S. *conclus.* 883. *num* 14. Duarenus *hoc titul num* 5. iterum Tuschus *lit.* T. *conclusione* 370. *num.* 92, *& seq* vbi ampliat iterum Socin. *regul.* 217 verb Hæres, *& regul.* 212 D. Joseph Vela *d dissertatione* 11. *num.* 45. vbi docet transmitti cum beneficio abstinendi.

De infante autem an transmittat iura suitatis, videndi sunt Zeuallos *quæstione* 354. *& quæstione* 486 in quibus contrarius est D. Joseph Vela *dicta dissertatione* 11 *n.* 28 cum Gaillio *lib* 2. *observatione* 131 *n.* 6. *&* 7. *&* alijs, apud quos affirmatiua sententia magis obtinuit, & in eam videtur inclinare Tiraquellus *in tractatu lemort*, 2 *parte declaratione* 17. *numer* 3. Antonius Gabriel *in suis communibus*, verbo *Transmissio*, versiculo *Infans paternam, &c.* Cardinalis Tuschus *litera T. conclusione* 370 *num* 5. 26. 40 *& sequentibus*, vide etiam infra in additione ad numerum 56 versicul. *Quid autem.*

An autem furiosus habeat hoc ius transmissionis, vide Iasonem *in leg. infantis, Codic. qui admitti, &c.* Benedictum *in capit Raynutius*, verbo *Mortuo itaque testatore, el segundo, numer.* 176. Tiraquellum supra, Bernadum Diaz *regula* 305. Gregorium Lopez *in l.* 13. *tit.* 6. *partita* 6 Ioannem Grat, *num regula* 217 Cancerium *variarum*, 3 *parte, capit.* 31. *num.* 112. *& seq.*

Ibi: *Nec obstat primum argumentum, &c.* Imo conditio *si voluerit* non tollit suitatem in filio, vt docet Pichardus *in* § *ita*

denum, inſtituta *de hæreditatibus quæ ab inteſtato deferuntur*, *nu.* 25, & diximus ſupra de quo vide etiam D. Ioſeph Vela *d. diſſertat.* 11. *nu.* 43. & vide infra *n.* 77.

Et antequam ex hoc numero abeamus, aduerras, quod etiam poſt dictum beneficium abſtinendi à prætore indultum, filius antequam voluntatem ſuam declaret, eſt hæres, vt probat latè Antonius Faber *decade* 31. 2. *parte, errore* 89 *&* 10. *& decade* 32. *errore* 1, & cum eo Pichardus *in relectione ad titulum ff de vulgari, capit* 11. *numer.* 17. *contra communem.*

Ad numer. 24. ibi: *Sed breuiter, & reſolutiuè dico, &c.*

24 Emancipatum filium etiam hodie non tranſmittere hæreditatem ex potentia ſuitatis, vt hic reſoluitur, probant, vt veriſsimam doctrinam Gutierrez *in* §. *ſui numer.* 146. refetens pro ea Padillam, Seguram, & Menchacam, Coſta *in* § *quid ſi tantum*, 3. *parte, numer.* 207. *& ſeq.* Couarr. *rub. in c. Raynutius numer.* 5 Caldas *in l. ſi curatorem.* § *læſis numer.* 49. vbi etiam de filio coniugato idem affirmat, vt docet Gomez. Villalobos *in ſuis communibus* verb. *Hereditas paterna*, Spino *in ſpeculo*, *gloſſa* 33. *num.* 88 Oſualdus ad Donelum, *lib.* 7. *cap.* 4. *notatis, litera* E. Pichardus inſtituta *de hæreditatibus quæ abinteſtato in initio, cap* 1. *num.* 26. *&* § *emancipati eodem tit. numer.* 3 *& in relectione titul. ff. de acquirenda hæreditate, cap* 31. *num.* 10. Zeuallos, *quæſtione* 627. *num.* 1

bi: *Ex quo infero, &c.*

De filio coniugato, idem docent omnes ſupra citati, quos vide, & Thomam Sanchez *de matrimonio libr.* 7. *diſputatione* 82. *numer.* 7, vbi etiam verius dicit tam infauorabilibus, quam in odioſis liberari coniugatum à patria poteſtate poſt benedictiones nuptiales, & addit quod ſi filius concipiatur ante dictas benedictiones licet naſcatur poſt eas erit in poteſtate aui, donec emancipetur, vide etiam Cancerium *variarum* 3. *parte, capit.* 22 *numer.* 20. *& ſeq.*

Ad numer. 25. ibi *Sed his non obſtantibus &c.* 25

Intentionem creditorum non eſſe fundatam contra filium ſuum hæredem, ex eo quod ſit talis, nõ probatq; per eos immixtione, vt probatur per Gomezium tenẽt & docẽt plures relati, & ſequti à Zeuallos *quæſtione* 849. vbi cõmunẽ contra communẽ appellat Oſualdus ad Donel. *lib.* 7. *c.* 2 *notat. lit.* V. & receptiorẽ eſſe hanc opinionẽ dicit Pich. *in d.* § *ſui*, inſtituta *de hæredum qualitate, & differentia, nu* 24. Maſcardus *de probationibus concluſione* 804. *nu.* 2, Barboſa *in collectan cap.* 3 *de pignor.* & latè diſputans, & veriorem, & communiorẽ dicens Gutier *in d.* § *ſui ex nu.* 101 vbi contrarijs argumẽtis ſatisfacit Caldas *in l. ſi curatorem* § *ſum curatore, nu.* 31. Menoch, *lib* 4. *præſ.* 99. *n.* 4 *vbi in* 5. declarat hoc procedere quando ipſe filius conuenitur à creditoribus, ſecus ſi ipſe agat, & tractetur de eius vtilitate, & commodo Variadotus *libr.* 2 *rerum quotidianarum, capit. ſenat.* 4. *parte* § 1. *numer.* 2 Baeza *de debitore, cap.* 6. *num.* 6. Mantica *de coniecturis, lib.* 12 *t.* 10. Suarez *in ſuis communib.* verb. *Hæredum immixtio*, vide eos, & D. Ioſeph Vela *d diſſertatione* 11. *ex n.* 45 *vſque ad* 51. vbi aliter explicat rem.

Ibi: *Vnum tamen eſt, &c.*

Et ibi. *Sed ego teneo contrarium, &c.*

Adde, & vide ſupra citatos, & Maſcardum *de probationibus, concluſione* 804. *numer.* 23. & intellige hanc doctrinam noſtri Gomezij, vt ipſe explicat verſiculo, *Quod ſubintellige, &c.* nempè quando filius comparet tanquam filius, & non tanquam hæres, ad hoc enim vt inducatur immixtio, requiritur actus qui citra ius, & nomen hæredis fieri non poteſt, vt probat Maſcardus *concluſione* 47. Menoch. *lib.* 4. *præſumptione* 101. *num.* 82.

Ad numer. 26 ibi; *Sed ad hoc notabiliter reſpondeo, &c.* 26

Non

Non fuit atem diuidi ſed eius effectus, cum filius hodie poſt beneficium abſtinendi ea gaudeat in vtilibus, & non gaudeat in præiudicialibus, vt in effectu reſoluit Gomezius docent Stephanus Gratianus *diſceptationum forenſium. lib* 4 *capit.* 732. *num.* 58. & alij relati ſupra, *capit* 3 in additione ad numerum 19. ibi videbis nebis eadem repetamus, & vide Pichardum in principio inſtituta *de vulgari, numer.* 30. vbi quod prætor non abſtulit ſuitatem.

87 Ad numerum 27 ibi *Sed his non obſtantibus, &c.*

Per triginta anos præſcribi ius adeundi in extraneis, vt hic reſoluitur, probant Antonius Gabriel *tit. de præſcriptionibus, concluſ* 8 Spino *in ſpecul reſtamentor gloſ.* 33 *num.* 53. *&* 54. Tuſch. *lit A. con luſ.* 185, *& lit I concluſ.* 576 Molina *de iuſtitia tom.* 1, *diſputatione* 180. *ex num.* 13. vbi declarat, Parlador. *differentia* 23. *numer.* 15. *lib.* 3 *quotidianar.* Villalobos *in ſuis communibus*, verb. *Hæreditas, n.* 30 Zeuallos *queſt.* 628, *&* 714 Corral *lib.* 6. *miſcelan. c.* 21. *n* 1. Suar. *l.* 1. *tit. de lar. hæreditas, n* 44 & latius rem explicans Pich. *in rubric. tit. ff. de acquirenda hæreditate c* 4. *n.* 7 vbi addit, poſſe teſtatorē prædictuere tempus additioni *ex l. ſi quis hæres ff de acquirenda hæred. & iterum cap.* 8 *in fine, & in cap* 12 *n.* 41. *& ſeq* quietiam ſatisfaciunt argumentis per noſtrum Gomezium conſideratis in contrarium. Durenus *ad titulum, ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 2. Vinius, *in ſuis communibus*, verb. *Hæreditatem adeundi ius*, Suarez *in ſuis etiam communib* verb. *Hæreditatis adeundæ* apud quos exceptiones, & limitationes dictæ reſolutionis reperies, Gutierr. *in dict* §. *ſui, n.* 108 *vbi num.* 109 ponit practicam iudicum in abbreuiando terminum adeffectum diudicuratorem bonis, non ad excludendum hæredem, de quo etiam latiſsimè Joſeph Vela *dict. diſſertatione* 11 *ex numer.* 50, *vbi num.* 55. aduertit cum aliis pluribus prædictum tempus triginta annorum tūc currere, quando alius terminus non fuerit aſsignatus à iudice ad eorum, quorū intereſt, inſtantiam, qui quidem terminus non poterit eſſe minor centum dierum ad hoc vt excluſus cenſeatur à hæreditate, vide cumibi *nu* 51 vbi declarat noſtrum Gomezium in præſenti, & taxat Molinam ſupra. & Pichardum *in manuductionibus*, 2. *parte, præcepto* 2. *n* 2.

Ibi: *Item etiam argumento dicti, ex Bartoli, &c in initio huius numeri.*

Quod nunquam præſcribitur ius offerendi debitum creditori proluendo pignore, vt hic aſſeruit noſter Gomezius docent Acenedus, Lizdacus, Perez Antonius Gabriel, Padilla & alij plures relati a Zeuallos *queſtione* 3 vbi latiſsimè de hoc agit communem contra communem aſſerens.

Ibi: *Secundò pro iſta parte facit &c.*

In hoc verſiculo tingit noſter Gomezius præſcriptionem in actibus meræ facultatis, de qui videndi ſunt Doctores *in l. operis ff de operis libert, & in leg. qui iure familiaritatis ff de acquirenda poſſeſſione*, Antonius Gabriel *tituli de præſcriptionibus, concluſione* 10. Gratianus *diſceptationum, cap.* 181 *numer.* 26 *& cap.* 238. *num.* 10. *& cap* 88. *numer.* 14. *& ca.* 564. *ex n.* 44 *& tom.* 4 *ca.* 681. *ex n.* 6. Auend. *c.* 4 *præcor.* 2. *p. n* 17. Menoc. *de arbitr. caſu* 160. Auil. *c* 32 *præ.* verb. *Torres, n* 33. Barboſ. *in l* 1. *ff ſolut. matr.* 4. *p. n* 8. Caſtil. *in l* 64 *Tau.* Clar. *§ penult. §. feudum: queſt.* 30 Gutierr. *to* 4 *qu. ſt.* 34. *&* 35. Zeuall. *to* 1 *queſt* 3 *nu.* 2. Pichard. *ad tit. ff. de acquir. hæred. c* 12 *n.* 43 Lar. *de anniuerſ. lib* 1 *c.* 12. Barb. *in c. accedentes, de præſcrip in collect. & lib.* 5. *tit* 33 *c.* 24. *n* 8 Tiraquel. *de retr. conuent. §.* 1 *gloſ.* 5. *ex nu.* 21. Mench. *vſufrequent. c.* 4. Amaya. *l.* 1. *C. de aur. coron. lib.* 10 *ex n.* 31. Farinac. *deciſ.* 73. *lib.* 1. Cancer. *variar.* 2 *p. c.* 2 *n* 109.

Ad n. 28 ibi; *Sed non obſtantibus, &c.* 28

Iuri immiſcendi præſcribi contra filium per 30. annos ſicut contra extra-

neos probat noſter Gomezius in præſenti, & id ipſum defendunt Padilla *in leg. ſi emancipata, numer.* 41. *Cod de iuris, & facti ignorantia*, Spino *in ſpeculo teſtamentorum gloſſa* 33. *num.* 66. Pinelus. & alij relati à Zeuallos, *quæſt* 74. vb. commu nem contra communem afferit Antonius Gabriel *titul. de præſcription. concluſione* 9, Tuſchus *lit* I *concluſione* 576. Villalobos *in ſuis communibus*, verb. *Hæreditas, num.* 30. Suarez etiam *in ſuis communibus*, verb. *Hæredicati immixtionis*, Pichardus *in* §. *emancipati* inſtituta *de hæreditatibus, quæ abinteſtato deferuntur, numer.* 2. *& in* §. 1 *eiuſdem tituli*, vbi ponit materiam ſucceſſionis deſcendentium, *num.* 1. 24. & alij relati per Ualdeſium, in additionibus ad Suarez, *tit. de las herencias, numer.* 25 vide etiam D Joſeph Uela ſupra citatum, *dicta diſſertatione* 11. *num.* 54. *& ſequentibus.*

29 Ad numer. 29. ibi; *Secus tamen eſt ſi duplici via, &c.*

Excluſſum à ſucceſsione ex teſtamento perlapſum triginta annorum adhuc poſſe ſuccedere per alios triginta, ſi duplici via, & iure poterat ſuccedere, vt hic reſoluitur, probant ex multis Padilla *in leg ſi emancipata*, Cod. *de iuris & facti ignorantia, numer.* 42. Villalobos *in ſuis communibus*, verb *Hæreditas num.* 30. Bernardus Diaz, *regula* 21. & ibi eius additionator Salcedus, & alij plures relati à Zeuallos, *quæſtione* 715. Tuſchus *lit*, I. *concluſione* 576. *numer.* 7. & 40, Olualdus *lib* 7. *capit.* 3. *liber.* B. & Gutierrez *in* §. *ſui numer.* 80. Cildas *in* §. *ſine curatore numer.* 78, Antonius Gabriel *titul. de præſcription. concluſione* 9 *numer.* 3. Suarez *in titul de las herencias, ex numer.* 52. vbi Valdeſius Mantica *de coniecturis lib* 12 *tit.* 14. *nu.* 18. Gratianus *regula* 365.

Adde quod ſi filio ſecundum iura nouiora concedatur annus ad deliberandum *iuxta l. finalem, Cod. de iure de liberandi*, ſi decedat elapſo anno, an ceſſabit omnis tranſmiſsio, & hæreditas ad proximiores patris ſucceſſores pertinebit abinteſtato? in quo Spino *in ſpeculo*, *gloſſa* 33. *numer.* 100. reſoluit quod ſic, ex *lege* 2 *titulo* 6 *partita* 6 ibi. *Muerto deſpues de el plazo*, *&c.* cum vide, & Don Joſeph Uela ſupra, *numer.* 55. & reliquos ſupra citatos, & Ceuallos, *quæſtione* 165, vbi an filius excluſſus à ſucceſsione ex vno capire poſsit ſuccedere ex alio?

Ad numer. 30 ibi, *Secus tamen eſt quando expreſsè, & ſimpliciter, &c* 30

Simplicem, & expreſſam renuntiationem comprehendere tam ſucceſsionem ex teſtamento, quam ab inteſtato, vt hic reſoluitur, docent Suarez *in Theſauro receptarum*, verb. Hæreditatem alicuius, Couarrubias *in capit. quamuis pactum*, 3. *parte* §. 3. *numer.* 5. Gutierrez ibidem verb. *Nullum ad bona paterna regreſſum*, *&c. num.* 12. & verbo *Omnino ſeruari debebit, numer.* 1 Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, *libr.* 2. §. 18. *numer.* 113. & 119. Menochius *conſilio* 6. *ex numer.* 18 *lib.* 1. Molina *de iuſtitia*, *tom.* 3 *diſputatione* 579. *numer.* 13. noſter Gomezius *in leg* 22. *Tauri, numer.* 8. & 9. & alij plures relati à Thoma Sanchez *in ſum lib.* 7, *c.* 7 *n.* 1. Cancer. *variar.* 1 *parte cap.* 4. *n* 69.

Ex quo primò infert ipſe Thom. Sanchez cum aliis, quod ille filius ita renũtiãs, ſi præteratur, vel ſine cauſa exheredetur, non poterit dicere teſtamentũ nullum, & ita tenet Cancerius *variar.* 1 *parte cap* 4. *numer.* 69. & *ſequentiſtus.* Et nu. 3. ibidem probat cum communi contra alios, renuntiationẽ iuratã abſolutã excludere filium etiã à legitima vt probat etiam Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte c.* 19. *num* 3. & *in cap. quamuis pactum* §. *omnino ſeruari, nu* 6 & *lib.* 3. *practicarum quæſtion* 8 *nu.* 2. & alij vtrobique relati. Et de hac renuntiationis materia, plura, ipſe Thomas Sanchez *d. c.* 7. *per tot.* quem omnino videas,

& cæ-

& exteros supra citatos, & maximè Cancerium.

31 Ad num. 31. ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Filium suum heredem posse adire hæreditatem quam repudiauit infra trienium certum est in iure, vt probatur ex *l. fin. Codic. de repudiat. hæredit.* & resoluit noster Gomezius in præsenti, ad cuius textus, & materiæ explicationem videndi sunt præter ordinarios, Gutierrez *in* §. *sui, num.* 57 *& seq.* Castillo *in l.* 21 *Tauri* verbo *Repudiar*, Caldas, *in l. fiduciatorem*, verbo *læsis, ex num.* 42. *vsq ad* 50. latissimè Valascus *in praxi partitionum cap* 15. *ex num.* 52. Ceuallos. *quæstione* 205. *& 627.* Pichardus, *in* § *extraneos, institutæ de hæredum qualitate, & differentia, num.* 8. *& in* § *fijs qui in integrum*, institutæ *de eo cui libertatis causa bona ad l.* & in repetitione *tit. de substitutionibus in ff. cap* 10. *num.* 9. *& seq.* Morla *in emporio tit.* 5. *quæstione* 2. *ex numer* 6. *& quæstione* 9. *numer.* 11. *& titul* 8 *quæstione* 24 *numer.* 8. aquod quos hæc materia fusissimè explicatur, & Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 180. *numer* 12. Tuschus *litera* H. *conclusione* 25. & Ximenez in concordantijs vtriusque iuris.

Ibi: *Quod primo intellige in filio, vel descendente suo & in potestate, &c.*

Adde Gutierre *in dicto* §. *sui, numer.* 148. Caldas dicto verb. *Læsis, num* 49. Ceuallos *dicta quæstione* 205 *num.* 3. *& quæstione* 627. *per totam*, & reliquos supra citatos, & Cancerium *variarum*, 3. *parte, cap.* 21. *n* 22.

Ibi: *Ex quo etiam deducitur &c.*

Iam probauimus ex multis supra in hoc titulo de substituti ne vulgari, non tollisuitatem per dationem substituti vulgaris contra nostrum Gomezium, ibi videbis Et adde interminis huius legis finalis. Seguram, *l* 3 §. *fin. nu.* 158. *ff de liberis, & posthumis*

Ibi: *Secundò intellige in ipso filio vel descendente principali, secus autem in hærede eius*

Adde Caldas vbi supra *nu.* 46. Ceuallos qui communem dicit *dicta quæstione* 205. *num.* 4.

Ibi: *Quarò intellige quando bona non reperiuntur post repudiationem alienata, &c.*

Adde Morlam vbi supra *d. quæst.* 2. *ex num.* 6. Valascum *de partitionibus, cap.* 15. *n.* 80. vbi limitat in minore.

Adde quod hæc *lex finalis, Codic. de repudiat. hæreditat.* non procedit à contrario sensu si filius velit repudiare immixtionem Gregorius Lopez *in leg.* 12. *tit* 6 *p. vtit.* 6. *glossa* 6 Caldas *n. l. si curat*, § *læsis, n* 51, Tuschus *lit.* H *conclus.* 25 *n.* 15. *& conclus.* 4. *n* 19 *& 22.*

Item quid si filius erat institutus in re certa de quo videt Costa *in cap. si pater*, verb. *subsequenter, num.* 5. & ibi *n.* 15. an hæc lex procedat in substituto pupillari. Et an in repudiante maioratum, Caldas supra *numer* 46. Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib* 2 *cap.* 2 §. 1 *num* 66. Valascus *de partitionibus, cap.* 15. *num* 63

Ad dictam *l. finalem* ibi *Recusauerit*, ad de secus si excludatur per lapsum temporis, Morla *vbi supra d. quæstione* 24 *n.* 8 Ceuallos *d. q.* 205. *n* 4

Ad numerum 32. ibi: *Sextò etiam principaliter quæro: Quibus modis tollatur suitas &c.* 32

Morte ipsius filij emancipatione, vel exhæredatione tolli suitatem, resoluit noster Gomez, & de duobus primis modis non est dificultas, quos la ẽ exprimunt relati supra, *n* 10. 11. *& 12.* quos videas De exhæratione autem dicetur *infra cap* 11. *n.* 17. & manet dictum supra *cap* 4 *in additione ad n* 3

Ibi. *Quæro tamen si pater instituat filium sub conditione si voluerit, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus &c*

Per conditionem: *Si voluerit*, filium amittere suitatem, & effectus eius, resoluit Gomezius in præsenti, vt vides, sed contrarium verius est, vt diximus supra *n* 23. vers. *Nec obstat primum argumentum, & docet* Pichard, *in princip. instituta*

*de vulgari num.*32. vbi ait, non posse patrem iura suorũ tollere, quamuis quoad se attinet possit remittere filio necessitatem succedendi, *& in relectione ad titulum ff. de acquirenda hereditate, cap.*12. *num.*16. vbi explicat text. *in l. Cornelius, & l. iam dubitari, ff. de hered. bus instituendis* in contrarium adductos, *& text in l verba. hæc, ff. de conditionibus instituti.* vide eum, & Molinam *de iustitia tom.*1. *disputatione* 180. *num.*9. vbi explicat nostrum Gomezium in præsenti hoc modo, nempe quod per dictam conditionem non impediatur transmissio in legitima, secus in incremento, quia de legitima reijcitur dicta conditio, Suarez *in l quoniam, ampliatione* 5.

33 Ad num. 33. ibi: *Sed ego teneo contrarium, &c.*

Filium extra patris potestatem constitutum, vel extraneum, institutos sub conditione. *si voluerit*, non transmittere ex potentia sanguinis, nec ex capite iuris deliberandi, docet in præsenti Gomezius, quod itidem declarat Molina supra *dicta disputatione* 180. *tom.* 1. *num.*9, scilicet quod filius non transmittat incrementum supra legitimam, secus ipsam legitimam, extraneus verò nihil, eo quod institutus sit ex vera & valida conditione, ex tatione paulo ante dicta eum vide.

34 Ad numer. 34. ibi. *Sed his non obstantibus, &c.*

Probauimus supra *cap.*3. *in additione ad numerum* 15. cum veriori sententia, & recepti ori contra nostrum Gomezium non tolli suitatem nec effectus eius per dationem substituti vulgaris ideo ad ibi tradita remittimus lectorem, nec per dationem cohæredis, vt communẽ dicens, docet Zeuallos *tom.*1. *quæstione* 205. *num.*1. *& quæstione* 602. eum vide, & Pichardum *in §. ita demum* institutes *de hæreditatibus quæ ab intestato*, Gutierres *in §. fratrum*, 62.

35 Ad numerum 35. 36. 37. 38. 39. & 40 *&c.*

Supposita opinione verissima quã supra proximé, num. præcedenti deduximus contra nostrum Gomezium, scilicet per dationem substituti vulgaris non tolli suitatem nec effectus eius, hæc sex limitationes deductæ *ex num.* 35. vsque *ad num.* 40. non egent exornatione, cum opinio contraria sequendi sit & circa eas vide Cancerium 3. *parte, cap.*21 *ex num.*33 *& n.*50. *& seq.*

Et ante quam a transmissione ex potentia suitatis recedamus, adde quod hæc transmissio etiam fieri potest in fiscum vt notter Gomezius docet. *infra tom.* 3 *cap.*14 *columna* 3. Bolsius *in pract. in tit. de iure fisci, n.*16 & alij plures relati à Morquecho *in tract. de diuisione bonorum, lib.*1. *c.*10. *nu.*13. de quo aliqua deo dante dicemus *in dicto cap.*14.

Item adde quod si filius surripiat res 36
hæreditarias, & postea abstineat se ab hæreditate habetur pro immiscente, de quo vide *l.*2. *titul* 6 *part* 6, & ibi Gregorium, & Federicis *resolutione* 18 habetur post *librum* 2 *consilior.* Farinacij, & Valascus *in praxi partitionum, cap* 15. *ex num.*27. *vbi num.*29. ait quod si prius abstinuisset, & postea surripuisset rem aliquam hæreditariam, non per hoc reuocaretur abstentio facta, *& num.*28. probat quod dicta resolutio non procedit in hærede extraneo, quia hic per furtum rei hæreditariæ non perdit facultatem repudiandi eum vide, & Costam *in cap. si pater*, verb *Subsequenter & fil. a numer.*18. & verb. *Bona vindicare, & in §. & quid si tantum, 3. parte*, multa adducit de hac transmissione, & suitate.

Ad num 41. ibi; *Aliquando. & secundo* 37
fit transmissio ex potentia sanguinis &c.

Transmitti hæreditatem ascendentium ad solos descendentes ex potentia sanguinis, vt hic docetur explicant præter ordinarios *in l. vnica, Cod de his qui ante apertas tabulas.* Gregorius Lopez *in l.*2 *titul.*6. *part.*6 Spino *in speculo, glossa* 33. *ex num.*102. in aliquibus dissentiens, vt infra videbis, Duarenus *in pa-*

rap. hre-

raphrasi ad titulum de vulgari, cap. 20. § superioribus locis, & ad titul. ff. de acquirenda hæreditate. cap. 5. §. sextus casus. Petrus Gregorius *in syntagmat. lib. 42. cap.* 13 & Tuschus *lit. T. conclus.* 370. *num.* 113 *& sequent.* Pichardus *in relectione titul. de substitutionibus. cap.* 11 *num.* 9. 21. 22. *& sequent. & in relectione, ut ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 31. *num.* 3. & alij plures ela tià D. Joseph Vela *dicta dissertatione* 11. *num.* 81 *vbi num* 82 *&* 83 differit in quo conueniat, & differat á transmissione ex potentia suitatis eum omnino videas, & Cancerium *variarum*, 3. *parte, cap.* 21 *num.* 6. *& seq.*

Ibi *vnde si quis decedat ex testamento vel abintestato &c.*

Hanc transmissionem locum habere siue hæreditas sit delata ex testamẽto, siue abintestato, vt noster Gomezius, docet, defendunt communiter doctores, vt videri potest per Duarenum *ad titulum ff. de acquirenda hæred. cap.* 5 §. *sextus casus, Versiculo, & quia dicimus*, Spino *in speculo glossa* 33 *num.* 102. Barbosam, *in l. si constante, ff. soluto matrimonio in principio, num.* 104. Versic. *& facit*, Ceuallos, *quæstione*, 206. *num* 2 & D Iosep, Vela, qui alios quam plurimos refert, *dicta dissertatione*, 11. *num* 88 licet contrariam opinionem imo solum habere locum dictam transmissionem, facto testamento, cum alijs defendere conetur Pichardus, *in repetitione. tit. ff. de vulgari, cap.* 11 *ex num* 45. *& in principio institut. eodem tit. num* 37. *&* 38.

38 Ad numerum 42. ibi: *Modo filius transmittens, sit in potestate modo emancipatus &c.*

Nihil refert an descendens, de cuius transmissione agitur sit in potestate vel non, vel descendat ex linea paterna vel materna, vt hic docetur, præter quæ quod constat *ex dicta l. vnica Cod. de his qui ante apertas tabulas testamenti, &c.* com probant Petrus Gregorius *lib.* 42. *syntag. cap.* 2 *num.* 20. Spino *in speculo testamentorum glossa*, 33. *num.* 101. Costa, *in cap. si pater*, 1. *parte*, verb. *Habens*, *num.* 2. Molina *de iustitia*, *tomo.* 1. *disputatione*, 180. *num.* 17 vbi explicat, Ceuallos. *quæstione.* 206. *num* 1. Pichardus, *in relectione ad tit. ff. de acquir. nda hæredit. cap.* 31. *num.* 3. & eleganter D Ioseph, Vela, *dicta dissertatione*, 11 *num* 84. 85 *&* 86. quem videris Tuschus *lit. T. conclusione*, 369 *ex num.* 31.

Ad numerum, 43 ibi: *Extende vt procedat, &c.* 39

Non solum in descendente legitimo & naturali, sed etiam in naturalitatium in casibus in quibus admittitur a successionem ascendentium, habere locũ transmissionem ex potentia sanguinis resoluitur hic vt vides imo & ad naturales tantum, posse fieri transmissionẽ quod ita docent Spino *in speculo testamentorum glossa*, 33 *num* 103. Menchaca, *de successionum resolutione*, §. 8 *num* 11 Matienzo laudans nostrum Gomezium, *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5 *recop glossa*, 16 *num* 21. Molina *de iustitia tomo*, 1. *disputatione* 180 *num.* 18. qui extendit potestatem transmittendi ex hoc capite sanguinis ad spurios, quoad portiones in quibus matri succedere possunt. Cancer. *variarum.* 3 *parte, cap* 21. *num* 8. & alios referens D. Ioseph, Vela, *dicta dissertatione*, 11. *num.* 103. Licet contrarium teneat Gregorius Lopez, *in l.* 2. *tit.* 6 *part.* 6. *glossa*, 9. vbi addit in adoptiuis locum non habere hanc transmissionem.

Casus autem in quibus illegitimi succedere possunt, cumulant noster Gomezius *in l.* 9 *& sequent. Tauri* Pichardus *in tractatu de successionibus quæ imponit instituta de hæreditatibus quæ abintestato*, § 6. *num.* 20. & per totum, & latissimè Matienzo, *in l.* 9. *tit.* 8. *per totam*, & plura de naturalibus erudite Menchaca, *illustrium, cap* 102.

Ad num. 43, 44. *ibi etiam filiberi vel descendentes non sint nati, &c.* 40

Quamuis non sint nati nec concepti liberi vel descendentes ad quos fit transmissio in vita eius de cuius hæreditate

reditate agitur, ad huc habere locum hãc tranſmiſsionem, docet Romanus *Conſilio*, 442. Tuſchus, *lit*, T. *concluſione* 370 *num* 114. Spino *ſpeculo gloſſa*, 33 *nu.* 102. & facit doctrina Sarmiento, cum communi, *lib.* 8 *ſelectarum in l. cum patronus*, *num.* 7. *vbi* docet quod ſuccedens per tranſmiſsionem, vtitur priuilegio & loco prædeceſſoris & Menochij ex multis probantis, quod ſuccedens iure tranſmiſsionis ingreditur locum & ſtatum tráſmittentis, quia ius tranſmiſſum capitur tanquam hæreditas illius qui tráſmittit, non autem primi defuncti, vt exploribus probat ſurdus, *de ciſſione*, 140 *num.* 16 & in ſpecie ſic docet Tiraquel. *de retractu conſanguin.* § 1. *gloſſa* 9 *num* 93. & eum & alios laudans D. Ioſeph vela *dicta diſſertatione*, 11. *num.* 103.

42 Ad numerum, 43 ibi *quarto vocabi iter extende*, &c.

Non ſolum in hæreditate delata de iure ciuili ſed etiam de iure Prætorio, habere locum tranſmiſsionem ex potentia ſanguinis, vt eleganter reſoluit Gomezius, probatur ex doctrina Benedicti *in cap. Raymundus*, *de teſtamentis*, verbo. *Mortuo iraq teſtatore* el ſegundo, *nu.* 152. *vbi* id in ſpecie reſoluit, & eum & alios referens Ceuallos, *quæſtione*, 10 *num*, 2. *& ſequentibus*, vbi. *num.* 5. ex regula præſuppoſita, nẽpe bonorum poſſeſſorem obtinere vicem hęredis in iure quam etiam exornat Parladorus, *diſſe rentia*, 22. *num* 11. infert quod *l. ſpecialis*, *Cod de edicto diui Adriani toll.* & *l* 3 *tit* 13 *lib* 4. *recop.* habebunt locum etiam in vniuerſali bonorum poſſeſſore ſuccedẽte abinteſtato, de iure prætorio, & pro hac parte, laudat Gutierr. *in* § *ſui*, *num.* 73 *& alios* idẽ Ceuallos, *quæſtione* 206. *num* 4 Spino *in ſpeculo, teſtamentorum gloſſa*, 33. *num.* 102. Pichardus, *in* 〈◊〉 *ff. de acquirenda hereditate*, *cap* 29. *num* 42 Duarenus, ad titulum, *ff de acquirenda hereditate cap.* 5. § *ſextus caſus*, Verſiculo, *illud etiam quæſitum.* D. Ioſeph, Vela, *dicta diſſertatione* 11 *num.* 102.

An autem de iure Regio bonorum poſſeſsionum remedia ſint antiquata, videndi ſint Gregor. *in l.* 19 *tit.* 1. *part.* 6. & eum referens Parladorus, *differentia* 23. *num.* 13. vbi negatiue reſoluit contra Gregorium, & hoc bene ſupponunt omnes Doctores ſupra allegati, hoc numero.

Ad numerum, 46. *ibi & ex hac communi* 42
ſententia, &c.

Sicut in hæreditate delata de iure prætorio habet locum tranſmiſsio iure ſanguinis, vt numero præcedẽti dictum eſt, ita ſimiliter habebit locum tráſmiſsio ex capite iuris de liberandi, vt hic reſoluitur per noſtrum Gomezũ, cui adde Tuſchum *lit* I. *concluſione*, 586. *num* 5. Menochium, *de Arbitrarijs*, *caſu.* 1. *num.* 3 *&* 4. Gregorium Lopez *in l* 2 *tit.* 6. *partica*, 6. D. Ioſeph Vela, *dicta diſſertatione*, 11. *dicto numero.* 102.

Ad numerum 47. ibi: *Quia ſuitas vel pa* 43
tria poteſtas non conſideratur de iure prætorio &c.

Tranſmiſsionem ex potentia ſuitatis non habere locum in hereditate delata de iure prætorio, defendit, vt videtis, noſter Gomezius, & eam comprobat, alios Doctores referens, D. Ioſeph Vela, *dicta diſſertatione*, 11. *num.* 102. & alij relati ſupra *num* 41.

Addẽ quod filius nec dum tranſmiſit hæreditatem delatam de iure communi, ſed etiam delatam de iure ſpeciali, & ſtatuti, vt ait Tuſchus *lit.* T. *concluſione* 370. *num.* 10.

Ad numerũ, 48. ibi *vt prædicta tranſmi* 44
ſsio iure ſanguinis, &c.

Tranſmiſsionem iure ſanguinis tãtummodo locum habere in hereditate aſcendentium ad deſcendentes, vt hic reſoluitur, probant præter allegatos ſupra *in additione ad numer.* 41. Surdus *deciſsione*, 140 *num* 2. Gregorius Lopez *in l.* 2 *tit* 6 *part* 6 *gloſſa* 8. Tuſchus *concluſione*, 370. *lit.* T *num.* 74. Benedictus *in cap. Raymundus*, *num.* 152. vbi communem dicit, Menchaca, *ſucceſſionum creatione*,

tione, lib. 3. § 21. *num.* 267 *& de ſucceſſio. num progr ſſu. lib.* 1. §. 8. *num* 10. Trenta-cinquius *de ſubſtitut.* 1. *parte, cap.* 6. *num.* 21. Ceualios *quæſtione.* 206. *in principio,* Matienzo, *l.* 1. *tit.* 4 *lib.* 5. *recp. gloſſa* 16. *num.* 21. Oſualdus ad Donelum, *lib* 7. *ca.* 4. *notatis lit.* E. Pichardus *in relectione tit. ff. de ſubſtitutionibus, cap* 11. *num.* 45. & 48. & hæc doctrina vera eſt, licet aliter eã intelligat Azeuedus *in* l. 1 *tit.* 8. *lib* 5. *recop num* 11. & quamuis alij contrarium tueantur, quos refert Spino *in ſpeculo teſtamentorum gloſſa,* 33. *num.* 103. eum vide, & D. Ioſeph Vela, *dicta diſſertatione,* 11. *num.* 81. vbi alios plures refert, & bene explicantem Molinam, *de iuſtitia tomo,* 1 *diſputatione,* 180. *num.* 17.

54 Ad numerum 49 ibi: *Secus autem eſt ſi competat, & ei ſit delata ſub conditione, &c.*

Et ibi. *Quod tamen limita, & intellige præter quam reſpectu legitimæ, &c.*

Hæreditatem delatam deſcendenti ſubconditione non tranſmitti in comperto eſt, per iura ad hoc cõ ſa ſideta per noſtrum Gomezium, de quo videndi ſunt Tuſchus *lit.* T. *concluſione,* 372 *nu.* 8. & 29. vbi limitat in eo quod debetur ſubconditione ex contractu, quia ſimo riatur is cui debetur, tranſmittit, & alij fere infiniti congeſti per Dominum Ioann. del Caſtillo, *lib.* 4. *controuerſiarũ, cap.* 55 *ex num.* 56. Suarez in Theſauro receptarum, verb. *Tranſmiſſio,* Morla *in emporio, tit.* 8 *queſtione.* 24 *num.* 15. vbi de conditione tacita, quod ita accipi debere affirmat idem Gomezius præter quam reſpectu legitimæ, in qua ipſo iure reijcitur omne grauamen non ſolum ab ipſis filijs, ſed etiam ab eorum hæredibus in quos tranſmiſſerunt, vt probat eleganter Menchaca *de ſucceſſionum creatione lib* 1 §. 10 *num.* 393 & doctiſſimus Quieſada *diuerſarum quæſtionum iuris, cap.* 24. *num.* 30 & Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione,* 10. *nu.* 4. Tuſchus. *lit.* T. *concluſione* 372. *num.* 12. circa quod quandam diſtinctionem affert Azeuedus, *in* l. 1. *tit.* 8. *lib.* 5 *reco. nu.* 18 nempe quod ſi filius grauatus in legitima per appoſitionem conditionis mortuus eſt adita hæreditate, tranſmittit iuſpetendi, vt grauamen illud reijciatur a legitima, ſed ſi filius non adijſſet, & ſic ius adeundi tranſmiſiſſet in hęredem, tunc hæres non poterit petere reijci grauamen, &c. Eum omnino videas, & Gregorium, *inl.* 11. *tit.* 4. *partita,* 6 *gloſſa,* 1. *quæſtione,* 3. & vide etiam *infra, cap.* 11 *num.* 24. & Barboſam ibi citatum *num.* 35.

Ibi: *Et idem eſt ſi pater relinquat filio vel deſcendenti legatum vel fideicommiſſum ſub conditione, &c.*

Legata, fideicommiſſa, prælegata, ſeu meliorationes, ſub aliqua conditione, non eſſe tranſmiſsibilia, reſoluunt ſupra citati, & quos refert D. Ioãnes del Caſtillo, *dicto cap.* 55 & latiſsime Menochius. *dicta præſumptione,* 201. & vide ante omnes Fuſſarium, *de fideicõmiſſis, quæſtione,* 490. *per totam,* vbi ampliat, limitat, & declarat, Cancerium. 3. *parte cap.* 21. *num* 94. *& ſequentibus, & num.* 265 *& ſeq.* Aluarado *de conjecturamente lib.* 3. *cap.* 1 *num* 14. *& lib* 4. *cap* 2 *nu.* 11. Larream, *deciſione,* 31. *num.* 47 & 48. & vide infra *num.* 54. Manticam, *de conjecturis. lib.* 11. *tit.* 20. vbi etiam late, & *lib.* 10. *tit* 5. vbi quando intelligatur legatum conditionale.

Ad numerum, 50. ibi: *Sed his non obſ-* 46 *tantibus, contrarium eſt tenendum, &c.*

Hæredem tranſmiſſarium expoten tia ſanguinis præferri ſubſtituto vulgari, vt hic latiſsimè probatur, defendunt vt veriorem opinionem Menchaca *de ſucceſſionum progreſſu* §. 12. *num* 22. Spino *in ſpeculo teſtamentorum. gloſſa. de* vulgari, n. 34. & plures prohac parte referens Fuſſarius, *de vulgari ſubſtitutione, quæſtione,* 47. & alij plures a nobis allegati ſupra *cap* 3. *in additione ad numerum,* 25 Verſiculo *item tranſmiſſionem, &c.* Et præcipue Pichardus *in relectione ad titulum, ff. de ſubſtitutionibus. cap.*

11

21. *num* 10. & 22. & *seq* vbi plures pro hac parte refert, vide etiam Cancerium *variar*, 3 *parte*, *cap*. 21. *num*. 39 & 145.

Quod attinet autem ad transmissionem ex potentia suitatis & ex capite iuris deliberandi an præferatur substitutioni, vide *dicto cap*. 3. *in additione ad numerum* 25. vbi late, & Cancerium, *dicto num*. 39. & *num*. 284. & 285 & 341. Et circa transmissionem ex potentia suitatis, vide etiam Pichardum, *in relectione ad titulum ff. de acquirenda hæreditate*, *cap* 12. *num*. 15. Gutierrez, *in* § *sui ex num*. 50 Cancerium supra.

47 Ad numerum, 51. ibi; *Aliquando*, & *tertio fit transmissio ex capite iuris deliberãdi*, &c.

De tranmissione ex capite iuris deliberandi, quæ habet locum, intra annum adiescientiæ delatæ hereditatis, vt explicat Gomezius in præsenti videndi sunt Benedictus, *in cap*. Raynutius, verb. *Mortuo itaq*. *el segundo*, *num*. 161. Menchaca, *de successionum progressu*. § 8. *num*. 5. & alij relati a Spino *in speculo glossa*, 33. *num*. 104. Tuschus *lit*. T. *conclusione*. 369. *num* 54 & 55. & melius *lit*. I *conclusione*, 586 vbi ampliat, & limitat Matienzo *in l*. 1 *tit*. 4. *lib*. 5. *recop glossa*, 16 *num*. 19. Pichardus *in relectione*, *tit ff de acquirenda hæreditate*, *cap*. 31. *num*. 2. & *seq*. & *in relectione tit ff de vulgari cap*. 11. *ex num*. 50 vbi plures refert D. Ioseph Vela, *dicta dissertatione*, 11. *ex num*. 103 & omnes supra relati qui agunt de alijs tranlmissionibus, qui etiam de ista tractant, & Cancerius *variarum*, 3 *parte*, *ca*. 21. *ex num*. 16.

Ibi: *Si decedat infra annum*. &c.

De annali dilatione ad deliberandũ concessa, & quomodo sit considerandã ad transmissionem videndi sunt supra relati, & maximé D. Ioseph Vela *dicta dissertatione* 11. *num* 109. vbi ita resoluit hanc difficultatem, vt transmissarius sui hæredis, vel ascendentis non sui (qui intelliguntur ex capite suitatis vel sanguinis) perpetuum habeant tẽpus, vt voluntatem suam declarent, nempe qui venit ex cap. suitatis, per absentionem, quæ ex persona sui hæredis sibi competit, qua non facta ipso iure post id tempus, manet hæres irrenocabilis: qui vero ex potentia sanguinis, an hęres esse velit per aditionem, vel pro hærede gestionem, qua non facta intra longissimum id tempus manebit illo elapso ab hæreditate & transmissione excluſus. At vero transmissarius extranei hæredis dumtaxat anni spantium a tempore delatæ defuncto hæreditatis, & per eum cognitę, currens, vel ab eo quod ex iuris præscripto potest ei aliud hęc præfiniri, (*vt l*. 2. *tit*. 6 *partita* 6 lancitum est) ad deliberandũ habeat, eoque transacto, huius modi transmissio omnino cesset, eum vide, & Gregorium *in dicta l* 2: Cancerium *variar*, 3. *parte*, *cap*. 21. *num*. 19.

Ad numerum, 52. ibi: *Tantum transmittat illud residum tempus*, &c. 48

Tempus quod supererat hęredi ex anno ad deliberandum concesso, habere transmissariũm ex hoc cap. compertum est, & ita docent Tuschus, *lit*. T. *conclusione* 369. *num*. 55. & *lit*. I. *conclusione*, 586 num. 11 & *conclusione*, 585. *ibidem lit*. I. *num*. 4. Matienzo *in l*. 1. *tit*. 4. *lib*. 5. *recop*. *glossa*, 16. *num*. 19. & reliqui supra citati, num. antecedenti.

Adde, sed ponamus quod aliquis sciens hæreditatem sibi delatam, perdecem menses nec adiuit nec repudiauit & postea intraduos menses restantes impetrauit a iudice terminum iuxta dispositionem *dicta l*. 2. *tit*. 6 *part*. 6. num quid licet annus legalis sit elapsus poterit transmittere eius adeundi ad suum hæredem intra terminum a iudice præfixum? & licet de iure communi hoc fuerit controuersum, hodie apud nos in dubium venire non debet, *ex dicta l*. 2 vbi Gregorius ita affirmat, *glossa* 5. cõtra alios, & Tuschus *dict*. I. *conclusione*, 586 *num*. 7. & cum alijs D. Ioseph Vela, *dicta dissertatione*, 11, *num*. 108.

49 Ad numerum, 53. ibi: *Siuerò esset ignorans nullo modo transmitteret, &c.*

Ignorans hæreditatem sibi delatam quod eam non trãsmittat ex hoc capite iuris deliberandi, resoluit (vt vides) noster Gomezius in præsenti, & id tam quam certum docent omnes supra citati, num. 47. maximè Tuschus, *lit. T. conclusione. 369. num. 2. & munero, 56. & conclusione. 370. num. 43. & conclusione, 372. num. 2. & lit. I. conclusione, 586. num. 3.* Spino *in speculo glossa. 33. num. 106.* Versiculo *ratio autem*, Matienzo, *in l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. glossa 16. num. 19.* Villalobos *in suis communibus*, verb. *Hæres num. 22.* Suarez *in Thesauro*, verbo: *Trãsmissio*, Molina *de iustitia, tomo, 1. disputatione 180 nu. 22. & seq.* Barbosa, *in l. quia tale, ff. soluto matrimonio, ex num. 55.* & omnium optimè plures referens D. Ioseph Vela, *dicta dissertatione 11. num. 110.* vbi ait veram rationem esse, quia cum in hac trãsmissionis specie ius deliberandi transmittenti competens in transmissarium transferatur, atq. adeo ab eius persona deliberandi tempus incipiat, sin nullum in eo deliberandi ius detur, quia deliberationis principium in animo consistens in eo desit propter ignorãtiam, nihil erit quod in hæredem transmittere valeat. Et simul animaduertit differentiam inter hanc & reliquas transmissiones, cum illæ locum obtineãt licet transmittens delatam sibi hæreditatem ignorauerit, hæc vero regulari, ter non procedit, data transmittentis ignorantia, vide Cancerium, *variarum. 3 parte, cap 21. num. 17.* & vide infra *num. 52.* versiculo *de maiori.*

Hæc tamen resolutio limitanda est in lucro legali delato a lege, extra ius & nomen hæreditatis, hoc enim etiã non agnitum transmittitur ab ignorãte ad hæredem, vt probant Pinelus, *in l. Cod de bonis maternis, 1. parte, num. 36.* Costa, *in cap. fipater*, verb. *Legauit, nu. 34.* Afflictis, *decisione neapolit, 314. num 4.* Gutierrez *lib. 3. quæstione 79. ex num. 9. & in tractatu de tutelis, 3 parte, cap. 41.* & Castillo, *l. 14. Taur*, verb. *Puedan disponer, &c.* vbi benè explicat Surdus, *decisione, 138. nu. 15.*

Ad numerum, 54. *Sed his non obstantibus, &c.* 50

Ex capite iuris deliberandi transmitti hæreditatem in vlteriorem hæredem, secundo mortuo intra tempus ad deliberandum concessum, resoluit noster Gomezius, vt vides & comprobari potest, ex eo quod hæres intelligitur, qui cum effectu est talis vt cum Decio Carolo, Ruino, & alijs docet Tiraquel, *in tractatu lemart, 2. parte, declaratione, 3.* & quia apellatione hæredis comprehenditur hæres hæredis in re, ad hæredes transitoria vt probat ipse Tiraquel, *ibidem, 4. parte, declaratione 4.* Barbosa *de nominibus appellatiuis*, verb. *Hæres num 34.* ex quo sequitur quod cum ille secundus hæres fuerit mortuus intra tempus ad deliberandum concessum, & ante aditionem hæreditatis, non possit dici hæres transmissarius, sed ille qui postea succedit, qui gaudebit vtiq; hoc iure transitorio ad hæredes, & hæc sententia mihi probabilior videtur quam contraria, quam sequitur Spino *in speculo dicta glossa. 33.* in fine vide etiã Salgadum *in labyrintho parte, 2. cap. 25. nu. 108.*

Ad numerum 55. ibi: *Vnum tamen est* 51
quod in omnibus casibus, &c.

Hæreditatem ex quo cumq. capite suitatis, sanguinis, vel iuris deliberandi non vt aditam sed vt adeundam trãsmitti, tostet Gomezius resoluit hic, vt vides, & quod attinet ad transmissionem ex capite iuris deliberandi, omnes conueniunt, vt docet Spino *in speculo, d. glossa, 33. num. 106* versiculo *Ratio autem* & omnes infra referendi, quo ad transmissionem autem ex capite suitatis certum est in iure eam non vt aditam, sed vt aditam transmitti, vt probant Cujacius *tractatu ad Africanũ ad l. si filius hæres, ff. deliber. & posthumis pa-*

gina.2.versiculo *Necesse hoc præcipuum*, Corrascius *miscelaneorum iuris lib.7.cap.1.n.* 4 (quam vis in aliquibus male) Antonius faber.*lib.*14 *conjecturarum*, *cap.*1.*in principio*, Surdus,*decis.*138 *num.*18 Osualdus ad Donelum,*lib.*7.*cap.*4.*notatis lit.*O Spino vbi supra *num.*90. Pichardus *in relectione tit ff de acquirenda hereditate, ca.* 31 *num.*5.*&* *seq.* & plures alios referens D.Ioseph Vela,*dicta dissertatione* 11. *num.*36.*vbi num.*37. 38.*&* 39. tres effectus huius resolutionis refert,quos adduxerunt Spino supra *dicta glossa*, 23 *n.* 9.*&* 91,Costa *in* §.*cum in bello*, verb.*Bona vindicaret,ex num.*11. Cancer *variarum* 3 *parte cap* 21 *num.*57 *&* 58.*&* 156.*&* 164.vbi late,Ceuallos *quæstione* 205.*nu.* 1 Gregorius,*l.*12.*tit.* 6 *parte* 6 & alij quamplurimi abeis relati.Quo ad trãsmissionem autem ex potentia sanguinis cõmunis Doctorũ putat hæreditatẽ nõvt acquisitã,sed vt acquirendã transmitti,vt probant Spino,& reliqui hoc numero citati,& ipse D.Ioseph Vela, supra,nam 86 Pichardus tamen *in relectione ad titulum ff.de vulgari,cap.*11.*ex n.* 24.*cum* Antonio Fabro,non vt acquirendam, sed vt acquisitam transmitti probat eum vide,& nouissimè Salgado *in labirintho,parte,*2.*cap* 25 *num.*69.*&* *seq.*vbi alia infert, & late disputat, an creditores transmittentis ius habeant contra bona hæreditatis transmissę.

52 Ad numerum, 56 ibi; *secus vero si esset minor,&c.*

Minorem mortuum sine aditione (extra tres casus supra relatos quibus iure communi locum habet transmissio) transmittere beneficium restitutionis ad hæredes docet Gomezius in præsenti, & eum in proposito laudat, is tam resolutionem erudite explicãs Caldas *in l sicuratorem*, verb *Minoribus*, *ex num.*53 & cum eatransit Ceuallos, *quæst* 738.*in fine*, Tuschus *lit.*T. *conclusione* 359.*num* 33 *&* 49.*&* 83 *&* *conclusione* 372.*num.*14 *&* *conclusione*, 372.*num.* 19. Surdus,*decisione*, 138 *num.*10. Villalobos *in suis communibus*, verb. *Hæreditas.* *num.*33. Suarez etiam *in suis communibus*, verb. *Hereditate non adita*, Spino *in speculo*,*glossa* 33.*num.*82 *&* *sequent*,& plures referens D.Ioseph Vela *dicta dissertatione*,11.*num.*112 quem videas,& Cardoso *in tractatu de iure accrescendi*,*illatione* 37.*ex num* 9

Ibi: *Et in expresso istam sententiam probat text.in l Pantonius,&c.*

De maiori cui ex iusta causa conceditur restitutio aduersus omissionem additionis hereditatis,cuius etiã erat ignarus,deq;huius transmissione ad hæredes,& interpretatione *l Pantonius*, alias *Pannonius ff de acquirenda hæreditate* videndi sunt Costa *in cap.si pater*,verb.*Habens*, *ex num.*26.*&* *in* § *&quid si tantum*,5 *parte ex num.*109 Caldas *in l si curatorem*, §.*minoribus*,*num.*52 *&* *sequent.&* *n* 55. Spino *in speculo*,*glossa* 33,*nu* 106. Tuschus *lit.*T. *conclusione* 369 *num.* 34 *&* 88.*&* 93.*&* *conclusione* 370.*num.*15.*&* *conclusione* 372. *num.*17 Barbosa *in l quia vole ff soluto matrimonio*,*num.* 56.*&* *sequentibus*,*vsque ad* 81. Cancerius *variarum*,3 *parte*,*cap* 21 *num.* 19. Costa *in* § *&quid si tantum*,5 *parte*,*ex num.*105. vbi an restitutio impediat transitum ad substitutum Pichardus *in relectione tit.ff de substitutionibus*, *cap.*10.*num.* 7.Ceuallos,*quæstione*.738.late, & optimè D. Joseph Vela *dicta dissertatione.*11. *ex num.*112.Cardoso *in tractatu de iure accrescendi*,*illatione.*37.*num* 12.

Quid autem in hæreditate Infanti delata quam mortuo Infante ad hæredes primi testatoris pertinere,ac si nunquam Infanti delata fuisset, videtur probare Tex.in l.si Infanti,Cod de iure deliberandi,ac propterea videtur excludi remedium restitutionis, de quo supra videndi sunt, præter ea quę diximus supra in additione ad numerum 23 versiculo *de Infante*,Caldas, in l.sicuratorẽ, verb.*Cum non absimilis*, num 57.& verb. *Minoribus*, ex num 53. Tuschus, lit.T. conclusione, 370 ex num.3 Osualdus

ad Donellum *lib.* 7. *cap.* 4. *lit.* E, *& cap* 9. *ratis lit.* E. Fachineus *lib.* 6. *controuersiarum cap* 9. Pichardus *in* §. *pupillus*, *instituta de inutilibus stipulationibus num* 17. *& in relectione ad titulum*, *ff. de acquirenda hæreditate*, *capit*, 31. *num.* 11 *& capit* 23 *num final.* D Ioseph Vela *dicta dissertatione* 11. *num.* 105 *& sequent.* post Cancerium *variarum* 3. *parte*, *cap.* 21 *numer.* 71 *& sequentibus vsque ad* 80, *& numer.* 184. *& sequentibus.*

53 De transmissione in cõtractibus conditionalibus, vide latè Barbosam, in rubrica, *ff. soluto matrimonio*, 1. *parte*, *num.* 33. Farinacium *tom.* 1. *titul.* 3. *quæstione* 25. *num* 146 *& sequentibus*, & Cancerium. 3. *parte*, *cap.* 21. *num.* 95. *&* 127 idem Barbosa *in l. quia tale*, *n.* 43. *& sequentibus*, vbi optimè explicat quando contractus, & priuilegia transeãt ad hæredes. Et de transmissione in donatione Valascus *de iure emphiteutico*, *quæstione* 50 *in fine*, & plures referens Hermosilla *in additionibus ad leg.* 7. *titul.* 4. *parita* 5 *glossa* 5. *numer.* 1 *&* 2. *&* 40. *& seq* vbi plura, *& in l.* 26. *glossa* 1 *n.* 4. *tit.* 5.

54 De transmissione in legatis & fideicommissis agunt latissimè Menochius, Mantica, Fuffarius citati supra *num* 1 *& num.* 45 & alij fere infiniti ab eis relati, & Castillo *lib.* 4. *controuersiarum*, *cap.* 55. *ex numer.* 56. Pichardus *in relectione tit. ff. de legatis*, *cap.* 14 *num.* 2. apud quos omnes quæstiones in hac materia facile videri poterunt, & Molina *de iustitia tomo* 1. *disputatione* 181. latè Cansius 3. *par. cap.* 21. *ex n.* 81. vbi de vniuersali fideicommisso, *& numer*, 94. *& sequentibus* vbi de conditionali fideicommisso, *& numer* 109, *& sequentib. & nu.* 118. *& seq & num.* 245.

55 Et adde quod ius transmissionis potẽ tius est iure accrescendi, vt probat Crassus *in* § *ius accrescendi*, *quæstione* 15. *in fine*, Carleval *tractat de iure accrescendi*, *tractatione* 37. *numer* 8. & in fideicommissis loquens Fuffarius *de fideicommissis*, *quæstione* 495, *numer*, 25. Salgado *in labirintho*, *parte*, 2. *capit.* 25. *numer.* 110. Cancerius latè 3 *parte*, *cap.* 21. *numer.* 40. *& sequent.*

Item adde quod si quis institua 56
tur per monachum, cuius testamentum per professionem eo firmetur, & postea iste hæres moriatur, viuo monacho nihilominus transmitteret hæreditatem ad suos hæredes, & non remaneb t tanquam caduca apud Monasterium, vt opimè probat Zeuallos *quæstione* 806. *ex numer.* 22. quem videas

Item an si virgo defforata dedat 57
transmittat ad hæredem ius petendi dotem ab stupratore? Late Cancerius *variarum*, 3 *parte*, *capit*, 21. *num.* 133, *& sequentibus.*

Item adde quod potest transmissa 58
rius hæreditatem repudiare Matienzo *leg.* 3. *titul.* 9. *glossa* 9.

M CA

AD CAPVT DECIMVM

DE

IVRE ACCRESCENDI.

SVMMARIVM.

1 Doctores hanc materiam explicantes referuntur.

2 Definitio iuris accrescendi.

3 Ius accrescendi an habeat locum in contractibus.

An possit alteri per alterum quæri obligatio de iure Regio,

4 Ius accrescendi an habeat locum in donatione Principis.

5 Quid in contractibus ex causa onerosa.

6 Quid in contractibus ex causa individua.

7 Quid in emphiteusi.

8 Quid in melioratione tertij & quinti.

9 Ius accrescendi an habeat locum in donatione causa mortis.

An in mortis causa capionibus.

10 An habeat locum in hærede instituto in re certa.

Text in l. a. §. si ex fundo, ff. de hæredibus instituendis, an corrigatur per l. 1. tit. 4 lib. 5. Recopilationis.

Instituens in re certa transsigens ius accrescendi.

An text in dicto §. si ex fundo procedat in foro conscientiæ.

De instituto in re aliena

Hæredis appellatione an intelligatur institutus in re certa.

Institutus in re certa dato cohærede vniuersali sub conditione, an possit pendente conditione occupare cætera bona.

Idem est instituto in re certa non habente cohæredem vniuersalem, vel datum repudiasse.

Instructus in re certa an admittatur ad emphiteusim hæreditariam.

11 Instructus in re certa an habeat cæteralium quando testator hoc prohibuit.

Quid in legatis.

In fideicommissario an possit fieri dicta prohibitio.

12 Testatus, & intestatus an quis possit decedere.

Limitatur in milite, & pia causa.

13 Quid de instituto in re certa per verba obliqua.

14 *De instituto in re certa dato coherede.*
Quid si cohæres datus repudiat.
15 *Quod bona accrescant secundum portiones hæreditarias*
Quid in legatis.
16 *Quæ commoda habeat institutus in re certa.*
An habeat locum beneficium, l final. Cod. de edicto diui Adriani.
17 *Institutus in re certa aliena an habeat ius accrescendi.*
18 *Hæres vniuersalis qui vnam rem acceptauit, an consequatur cætera bona.*
Repudians partem an videatur totam repudiare.
19 *Instituto in parte pure, & in parte sub conditione, si in parte conditionali habet substitutum quid.*
20 *Hærede vnam partem acceptante, & aliam repudiante.*
Quid in legatis.
Quid in hærede hæredis.
Expenditur l. 5. titulo. 6. libr. 5. Recopilationis.
21 *Institutus in diuersis partibus vnã acceptans, an aliam acquirat si in ea habeat substitutum.*
Adiens hæreditatem patris non potest repudiare hæreditatem pupilli cui fuit substitutus.
An legitimam possit filius acceptare, & reliqua bona repudiare.
22 *Animus adhibitus in vna re extenditur ad totum.*
23 *Iure accrescendi inter plures, quorum vnus repudiat.*
24 *Ius accrescendi an habeat locum inter fideicommissarios.*
25 *Qualiter hæredes dicantur inter se coniuncti.*
De coniunctione reali.
Explicatio text. in l. sicut, ff. de adimendis legatis.
26 *Coniuncti verbis qui sint.*
27 *Copula &, posita inter personas, diuidit effectum dispositionis æqualiter.*
28 *portio deficiens accrescit cohæredi inuito*
Quid si portio deficiat postquam acquisita est.
An cohæres possit suam portionem iam acquisitam repudiare, ne sibi inuito alterius accrescat.
Aliqui casus in quibus inuito non accrescit.
29 *Ius accrescendi an habeat locum in coniunctione legali.*
De renuntiatione lucri constante matrimonio quæsiti.
30 *Quibus modis dicatur deficere portio, vt accrescat.*
Damnatus ad mortem an habeat facultatem testamenti passiuam.
De eo quod relinquitur incapaci sub tacita fide hæredis.
Fiscus quando impediat ius accrescendi.
32 *Inter coniunctos qui præferatur.*
Quid in collectiuè vocatis.
Portio hæreditatis paternæ deficiens in filio vnius matrimonij an accrescat aliis alterius matrimonij.
Quid in pupillari substitutione.
33 *Coniunctus re an præferatur coniuncto verbis.*
34 *Aliquo modo coniunctus præfertur omnino disiuncto.*
35 *Si omnes sunt disiuncti omnibus accrescit*
36 *Ius accrescendi an transeat ad hæredes.*
Fidei commissum conditionale vnitum cum iure accrescendi an transmittatur.
37 *Ius accrescèdi ansit potentius iure substitutionis.*
38 *In legitima filiorum an habeat locum ius accrescendi.*
39 *Ius accrescendi an habeat locum in legatis.*
Quid inter coniunctos verbis.
Quid in legato alimentorum, dotis, vel quãtitatis.
Quid quando legatarius admittitur de iure speciali:
40 *Quid in legatarijs coniũctis coniunctione legali.*
41 *Ius accrescendi an habeat locum in vsufructu.*
42 *An in portione vsusfructus iam quæsita*
An inconiunctis tantum verbis.

CAPVT X.

43 *Ius accrescẽdi in legatis an habeat locum inter inuitos.*

44 *An portio accrescat cum suo onere.*
Quid in legatis.
Quid in legatis pijs relictis nominatim ab vno hærede.

45 *Ius accrescendi an transeat in particularem successorem.*
An in fideicommissarium.
An in fiscum.

46 *Ius accrescendi an procedat hodie de iure Regio.*

47 *Substitutio pupillaris an accrescat hæreditati paternæ transmissæ.*

48 *Ius accrescendi an habeat locum in spurio vel alio prohibito succedere qui succedit ex dispensatione.*

49 *Diuisio inter fratres an tollat ius accrescendi.*

1 DE Materia iuris accrescendi agunt latissimè Petrus Gregorius *in syntagm. lib. 46. cap. 11.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 159,* Cardinalis Tuschus *litera I. conclusione 564. & sequentibus vsque ad 573* Fusarius *de substitutionibus, quæstione 495. & quæstione 654* Menchaca *de successionum creatione, lib. 1. § 10. in repetitione leg. quiquaream § fin. ff legati primo, ex numer 92.* Fachineus *lib. 4. controuersiarum, cap. 94. & sequent.* item Menchaca *vsufrequentium, cap. 14.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 4 tit. 12 & lib. 5. titul. 1. & lib. 10. tit. 3.* Duarenus *commentariorum iuris,* in materia de iure accrescendi. Goueanus *lib. 1. animaduersionum. & in tractatu specialioris accrescendi* & alios plures referens Spino *in speculo glossa 9. principali,* Gutierrez & omnes *in leg. vnica, Codice quando non petentium partes, &c.* Molina *de iustitia, tomo 2. disputatione 197.* Stephanus Gratianus *disceptationum, capite 178 & 707 & 603. nu. 16. & 17 & cap 741. & cap. 942. & 965.* Pichardus *in § si eadem res,* instituta *de legatis, qui numer. 16* alios plures refert, *& in relectione ad titulum, ff de acquirenda hæreditate, capit. 29 & 30.* Iatissime Cardoso *in integro tractatu quem edidit,* de hac materia, & alios plures cumulans D Ioannes del Castillo *in tractatu de vsufructu, cap 48.* & Ioannes Gratian. *in regula 17. & 18 & 317.* Bellonus *de iure accrescendi per totum &* Cancerius, 3 *parte. cap, 22, per totum.*

Definitur ius accrescendi, vt sit ius retinendæ, vel nanciscendæ partis eius qui non concurrit, vel concurrere desijt, ita docet Spino *in dicta glossa 5. nu. 9.* Pichardus *§ si eadem res, n. 27 & in relectione ad titulum. ff de acquirenda hæreditate, capit. 29 num. 6.* Li et aliam definitionem tradat Petrus Gregorius *libr. 46 syntagm. cap. 11. num 2.* quæ magis generalis videtur, de quo et iam Cancerius, 3. *parte, cap 22 num. 2.* 2

Ad numerum 1. ibi, *Sit prima conclusio, &c.* 3

In contractibus ex causa lucrativa me reduxi quod non habeat locum ius accrescendi, docet hic noster Gomezius, & hoc indistinctè pro regula constituunt dicentes, non habere locum ius accrescendi in contractibus, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 4 titul. 12 numer. 4 & in tractatu de tacitis conuentionibus, libr. 22. titul 34. ex numer. 4* Pichardus *in §. 4 instituta de donationibus,* Clarus *§ emphiteusis, quæstione 39 numer 1.* Molina *de primogenijs, lib. 1. cap 12. num. 36.* Menchaca *de successionum creatione, §. 10 ex numer. 116.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, libr. 2 cap 3 § 1 numer. 33* Barbosa *in l. gaius, ff soluto matrimonio num 17.* Ioannes Gratianus *in regula 17 n 2.* Amaya *in l vnica, Cod. si imperial. liberalit. socius, nu, 9.* Socinus *in regul, 214* & alij plurimi relati à Cardos. *in tractatu de iure accrescendi, illatione 28. nu 2.* Tuschus *lit I, concl. 567.* Quæ

lada

facta c. 13 *num.* 7. *in suis quæstionib*, Cancerius 3. *part. c.* 22. *n.* 50. & ratio est quam tradit Soarez hic in additione *lit.* A, Pichardus *in* § *quod si quis*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, *numer.* 10. cum Duareno *libr.* 1, *de iure accrescendi*, *cap.* 15.

Nec solidum fundamentum dictæ conclusionis potest desumi *ex leg. simili, & Titio. ff. de verborum obligationibus*, vt contra Morquechum *de diuisione bonorum*, *libr.* 3. *capit.* 10. *numer.* 6. admertit Cardolo *supra numer.* 1. & 2. & Pichardus *in relectione tit. ff. de acquirenda hæreditate*, *capit.* 29. *numer.* 24. sed ex rationibus quas ipse ibi tradit *& numer.* 5. & Cancerius 3. *part. cap.* 22. *num.* 55.

Hæc tamen conclusio limitanda, & explicanda videtur, iuxta distinctionē tractatum infra in additione ad num. 3.

ibi. *Et licet hodie ille tex. si correctus, &c.*

Quod hodie de iure Regni, alteri per alterum possit quærit obligatio, vbi e monuit noster Gomezius, probant Gregor. Lopez *in l.* 7. *tit.* 11. *part.* 5. Matienz. *in l.* 2. *per text. ibi tit.* 16. *lib.* 5. Recopilat. *glossa* 5. *num* 7. & ibi Azeuedus *num* 36. & Gutierrez *in dicta leg. vnica*, *Codic quando non petentium partes*, *&c. numer* 35. *& in libr.* 4. *quæstionum ciuil quæstione* 68. *numer.* 4. Cancerius 3. *parte*, *capit* 22. *numer.* 56. Parladorus latè *libr.* 2 *rerum quotidian. cap.* 3. *ex num.* 17. & ceteri me explicans, & limitans Pichardus *in* §. *plane*, instituta *de inutilibus stipulationibus numer.* 24 *& sequentibus*, à quibus dissentit doctissimus Thomas Sanchez *lib.* 1. *de matrimonio disputatione* 7. *numer.* 28.

Sed certè non video quomodo ex dicta lege Regia colligatur argumentatio Joannis Gutierrez *in dicta l. vnica*, *Codic. quando non petentium partes*, *&c. numer.* 36. quem refert Morquec. *de diuisio. bonorum lib.* 3. *ca.* 10. *n.* 8. & Parladori *lib.* 2 *quotidian. cap.* 3. *n.* 28. dicentium inditia ctè iam hodie habere locum ius accrescendi in contractibus *ex decisione mea*, *l.* 2. siquidem vt iam diximus ius accrescēdi non cessabit ex ratione tex. *in dicta l. si mihi, & Titio*, quæ, solum corrigitur secundum communem opinionem per *d. l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Reco.* Sed ex alia nempe in contractibus strictum faciendam interpretationem, vt aduertit Cancerius 3. *parte*, *cap.* 22 *num* 5.

Adde quod licet in contractibus non habeat locum ius accrescendi, hoc verum esse ait Suarez *in lege quoniam in prioribus*, *in declaratione l. Regi*, versiculo: *Nono quæritur num.* 7. nisi dispositio redderetur omnino inutilis non concesso iure accrescendi.

Ad numerum 2, ibi, *Quod tamen fallit*, *&c.* 4

In donatione facta à Principe duobus, vel pluribus, quod habeat locū ius accrescendi, inter eos etiā post ius quæsitum hic resolutur, & hoc ipsum testatur Petrus Gregorius *in syntag. lib.* 46 *cap.* 11. *n.* 5. Crassus *in* § *ius accrescendi quæstione* 15. *n.* 4. Peralta *in l. & proculo*, *n.* 14. *ff. legatis* 2. Mantica *de tacitis*, *& ambiguis conuentionibus. tom.* 2. *lib.* 13. *tit.* 17. *n.* 15 *& lib.* 22. *tit.* 34. *n.* 11 *&* 15. Gutier. *in l. vnica*, *Codi: quando non petentium partes*, *&c. num.* 16. *&* 41. Duarenus *de iure accrescendi*, *lib.* 1. *cap.* 16. & alij quam plurimi relati à Cardoso *in dicto tractatu de iure accrescendi*, *illatione* 32. *numer.* 1. Cancerius *variarum* 3. *parte cap* 22. *numer.* 52. vbi etiam alios refert. Quod speciali constitutione Imperatoris *in leg vnica*, *Codic. si imperial. liberalitate factus*, *&* procedere simulque ex ratione propter quam in vltimis voluntatibus lex induxit ius accrescendi, ait Cardoso *dicta illatione* 28. *numer.* 8. sed Osualdus *in annotationibus* ad Donelum *libr.* 7. *capit.* 12. *lit* L. rectius dicendum opinatur *in dicta l. vnica*, non ius accrescendi, sed largiorem interpretationem donationis Principis operari dictum effectum nec dissentire videtur idem Cardoso

dicta illatione 32 num. 3. ad similitudinem dispositionis text *in l. si qua mulier, Cod. de ad Tertullianum*, quem vide, & D. Franciscum de Amaya *in dict. l. vnica, Cod. si imperial. liberalit., socius, num. 10. & seq.* vbi verius dicit in specie dictæ legis locum non habere ius accrescendi, sed vocari socium iure successionis, & ibi *num fin.* docet dictam *l.* non procedere in Ducibus, Marquionibus, & reliquis.

5 Ad num 3. ibi; *Secunda conclusio, &c.*

In contractibus ex causa onerosa dividua vel in diuidua quod habeat locum ius accrescendi resoluit Gomezius hic, & Cancer. 3 *part. c. 22 n. 46.* & quidē licet relati supra in additione ad num. 1. in distinctè hoc ius negent in contractibus, eorum tamen resolutio temperanda est, ita vt in contractibus bonæ fidei locum habeat ius accrescendi, non in stricti iuris, vt ex Duareno, *cap. 15. lib. 1. de iure accrescendi*, docet Pichardus *in §. quod si quis* instituta *de inutilibus stipulationibus numer. 10.* Valascus *de iure emphiteutico, quæstione 5. numer. 1.* Sousa Lusitanus *in repetitione, § actionum, capit. 2. numer. 29.* Mantica *de conuentionibus libr. 22. titul. 39 num. 10.* & ad hunc modum restringenda, & limitanda videtur hæc secunda conclusio nostri Gomezij. Fundamentum autem adductum per eum ad suam conclusionem *ex l. fundus ille, ff. de contrahenda emptione parui momenti est*, in illo enim text. non ius accrescendi, sed inutilis Titij adiectio efficit, vt ad emptorem totus fundus pertineat, vt ex multis explicat Pichardus *in d. relectione, ff. de acquirenda hæred. tat. cap. 29. num. 64.* Cardoso *in tract. de iure accrescendi, illatione 28. num 13. &* 14 Osualdus ad Donelum, *lib. 7. capit. 10. notatis, liter.* L. quod intelligendum est de iure communi locum habere, quia ex iure Regio cum alteri per alterum possit quæri obligatio ex communi, & contractus de quo *in dicta l. fundus* fit mensio, sit bonæ fidei, habebit locum ius accrescendi Titio nolente, vel non potente acquirere iuxta supra dicta, vide etiam numero sequenti, de contractu super re indiuidua.

Ad numerum 4. ibi: *Tertia conclusio.* 6

Et ibi: *Sed aduertendum est, &c.*

In contractibus ex causa onerosa, vel lucrativa super re mere indiuidua, vt seruitute quod nō habeat locum ius accrescendi, vel nō decrescendi propriè loquendo, licet impropriè vocari possit ius non decrescendi, cum vtrique seruitus in solidum acquiratur, vt colligitur ex nostro Gomezio, & eius scholiaste Suarez à Ribera *lit* B magis receptum videtur, vt constat ex Osualdo ad Donelum *libr. 7 capit. 12. notatis, litera* L. Menchaca *de successionum creatione* §. 10. *numer* 118. & alijs quos refert, & sequitur Cardoso *in dicto tractatu de iure accrescendi, illatione* 31. *num* 2. quamuis Mantica *de tacitis, & ambiguis conuention. lib.* 22. *titul* 34. *num* 5. cum Iasone *in leg. si mihi, & Titio, ff. de verborum obligationum numer.* 2. & cum Baldo, Romano, Aretino, Alexandro, Socino, & alijs, & Gutierrez *in dicta l. vnica, Codic. quando non petentium partes, &c n.* 15. & alij plures relati ab ipso Cardoso *nu.* 1. indistinctè teneant quod ius accrescendi, vel saltim ius non decrescendi detur in indiuiduis, eum vide, & reliquos pro explicatione text. *in l. proprium ff. comm. prædiorum*, in quo se fundat præsens contro ersia, & Amayam *in dicta leg. vnica, Codic. si liberalit. imperial. socius numer.* 15 vbi ait quod in re debita duobus in solidum, altero deficiente nihil accrescit alteri, neq; de nouo, quid quā habet perius non decrescendi, cuius, & cæterorū doctrina propriè loquendo, intelligenda est, regulariter enim nec ius accrescendi, nec ius non decrescendi in specie proposita locum potest habere.

Ad numerum 5. ibi *In quo articulo resolutus dico, &c.* 7

An

An & quomodo in emphiteusi locum habeat ius accrescendi; quærit noster Gomezius in præsenti, & eius resolutio infertur ex supra dictis, circa eam tamen videndi sunt Clarus *in* § *emphiteusis, quæstione* 39. Suarez *in Thesauro receptarum lit.* E. *num.* 63 Mantica *de tacitis conuentionibus tomo* 2. *lib.* 22. *tit.* 34 *nu* 15 *& sequentibus.* Tuschus *lit.* I *conclusione*, 567. *ex num.* 12 *& conclusione*, 573. *& lit.* E. *conclusione*, 176. latissimè, & Aluarado *de coniectur, lib.* 2. *cap.* 3. § 1 *num* 33. Gratianus *disceptationum cap.* 707. Cancerius. 3. *parte, cap* 22. *n* 59. Fachinæus *lib.* 7. *controuersiar. cap.* 63. Osualdus ad Donel, *lib.* 7. *cap* 17. *lit.* I. Duarenus *lib.* 1. *de iure accrescendi, cap.* 11. & alij plures relati a Cardoso, dicta *illatione* 32. versiculo *& etiam in feudis Regijs & emphiteusi &c.* vbi bene materiam comprehendit. Et nouissimè D. Franciscus Amaya *in dicta l vnica, Cod. si liberalit, Imperial, socius, &c. ex num.* 14, *cum multis sequentibus* optimè, apud quos hanc quæstionem bene discussam reperies, dum modo aduertas quod diximus supra in additione ad numerum 3. nempe quod in contractibus stricti iuris (qualis est emphiteusis, vt late probat Caldas Pereira *in tractatu, de iure emphiteutico quæstione* 5.) non habet locum ius accrescendi & sic non videtur tenenda resolutio nostri Gomezij in præsenti generaliter loquendo.

8 Ad numerum, 6 ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Et ibi: *Si vero non fuit tradita possessio, &c.*

Inter melioratos per contractum inter viuos, (de quo noster Gomezius loquitur) quod habeat locum ius accrescendi, sub distinctione hic tradita confirmari videtur ex supra dictis, & infra dicendis, de quo videndi sunt Morquecho *de diuisione bonorum, lib* 3. *ca* 10. *ex num.* 4 & per totum, vbi quid etiã in melioratione facta in vltima voluntate, Cardoso *in tractatu de iure accrescendi, illatione*, 26. *num.* 11 vers. *secundo* & in specie, nostrum Gomezium in præsenti laudat Azeuedus *l* 3 *tit.* 6 *lib.* 5. *recop. num.* 18 *&* 19. *Sed fortitan* men in secundo membro distinctionis a nostro Gomezio, Angulo, *in tractatu de melioration ibus, l.* 1 *glossa* 1. *num.* 12 quẽ videas ibi. *Et in l.* 2 *glossa* 4. *num* 3 *& sequentibus*, vbi de melioratione facta in testamento seu vltima voluntate, Larrea *decisione granat.* 36 *num* 11

Ad numerum, 7. ibi: *Et breuiter resolutiue dico quod sic, &c.* 9

Ius accrescendi locum habere in donatione causa mortis. vt hic resoluitur probant latissimè Duarenus *lib.* 2. *de iure accrescendi cap.* 16. Mantica *de coniectur vltimarum voluntatum lib.* 1 *tit.* 14. *num* 2. Gutierrez *in l vnica, Cod quando non petentium partes &c Num.* 17 & alij plurimi relati a Cardoso, *in tractatu de iure accrescendi illatione*, 29. *num.* 1. Angulo *de melioration ibus, l.* 1. *glossa*, 1. *num.* 12, Tuschus *lit.* I. *conclusione.* 565. *num.* 23. Matienço *in l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 5. *recop. glossa.* 2 *num* 42. Hermosilla *in annotationibus ad l.* 11. *tit* 4 *partit* 5 *glossa.* 1. *num.* 7 Molina *de iustitia tomo.* 2. *disputatione.* 288. *num.* 8. Cancerius *variar* 3 *parte cap.* 22 *num.* 67.

Adde quod in mortis causa capionibus hoc ius accrescendi non habet locum, in illis nempe quædantur gratia conditionis implendæ vt late probat Ioannes Gutierrez *in dicta l. vnica Cod. quando non petentium partes, &c. num.* 29 Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 1 *tit.* 14. *num.* 2 vbi distinguit cum Imola, an conditio debeat impleri in persona hæredis, & tunc habeat locum ius accrescendi aut est implenda in persona alterius veluti legatarij, & tunc non habeat locum: vide eum, & Cardoso *in dicto tractatu de iure accrescẽdi, illatione*, 30. *num finali* vbi explicat, & Cancerium *variar*, 3. *parte, cap.* 22. *ex. num* 69.

Ad numerum 8. & 9. ibi. *sit prima con* 10 *clusio*, & ibi. *Sed aduertendum, &c.*

Di-

Diximus iam supra *cap. 2 in addit. ad numerum* 16. cum Crasso, Couar. & alijs quod ad hæredem institutum in recerta, non dato coherede vniuersali, pertinent cætera bona non iure accrescendi, sed ex vi ipsius institutionis ex testatoris, vt hic insinuat noster Gomezius num. 9. nunc vt res fiat clarior, aduerte, quod aut hæres fuit institutus in recerta dato cohærede vniuersali, & tunc si hæres vniuersalis repudiet, institutus in recerta habebit integram hæreditatem ex iure accrescendi ex doctrina Bart. *in l. quoties, Cod. de hæredibus instituendis aut hæres* fuit institutus in recerta, nullo dato cohærede vniuersali & hoc casu nō ex iure accrescendi sed per institutionis extensionem vt diximus, habebit reliqua bona, vt explicant Couar. *in cap. Raymundus.* § 1 *num.* 9. Suarez, *in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni quæstionis, 7. num.* 2. & 3. Pichardus, *in* § *hæredibus* instituta *de hæredibus instituendis, ex num.* 23. & melius *in repetitione tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 29. *num.* 33. & 34. Cardoso *de iure accrescendi, illatione* 25 *num.* 41 videas eum & Oualdum, *lib. 6. cap.* 18. & *lib.* 7. *cap.* 12. & *seq.* & Cancerium *in suis variis. 1 parte, cap.* 1 *ex num* 7. & *cap* 4. *num.* 56. & Gratianum *in regula.* 357. *num* 3.

An autē dispositio Tex. *in l.* 1 § *si ex fundo, ff. de hæredibus instituendis* de qua hic, sit correcta per *l.* 1 *tit.* 4 *lib.* 5 *recop.* & eam esse correctam & reliqua bona pertinere venientibus ab intestato, iuxta dispositionem *dictæ legis*, docent Matienço ibidem *glossa* 1 *ex num* 46. & alij, & cum eis Pichardus, *in* § *hæredibus* instituta *de hæredibus instituendis, nu.* 36. & Ceualos *quæstione.* 214. *quasi per totam*, cæterum probabilius, & verius est *dictam l.* 1. § *si ex fundo non esse correctam, per dictam l.* 1. vt docent Molina *de primogenijs lib.* 1 *cap.* 17. *num* 23 Tellus Fernandez *in l.* 3. *Taur.* 3 *parte. num.* 2. & seipsum corrigens Ceuallos *quæstione.* 753. *num.* 50. Azeuedus *in dict. l.* 1. *num.* 163. & melius Pichardus seetiam corrigens *in repetitione tit. ff. de vulgari substitutione, cap.* 4 *ex num.* 87. & *in relectione ad tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap* 30. *nu* 29. & *seq. vbi num.* 30. addit quid si testator præceperit, vt hæres nominatus eam rem habeat, & non amplius, eum vide. Tenet etiam Ioannes gratianus eleganter *in regula.* 281 *num.* 8. Castillo *lib.* 3. *controu. cap* 17. & D. Larrea *decisione.* 40 *num.* 10. & 68. & Salgado *in labirinth.* 1 *parte, cap* 2. § *vnico num* 17.

Et adde quod in superiori casu institutus in recerta transmittet ius accrescendi ad suos hæredes, secundum explicationem Pichardi *in dicto*, § *hæreditas*, instituta *de hæredibus instituendis, nu* 27.

Ibi & *in tantum ista sententia* &c. ad de quæ diximus supra *cap.* 2 *num* 16 *versiculo istidemq; reijcienda* nec enim per illam *l.* 1 *tit.* 4 *lib.* 5. sublatum est ius accrescendi, vt cum alijs docet Gutierrez *in l. vnica, Cod. quando non petentium partes, num.* 4. & dicemus infra *hoc cap num.* 46.

Item adde quod dispositio Tex. *in dicto* § *si ex fundo*, seruanda est in foro conscientiæ vt contra Matienzum *dicta glossa* 10 *l.* 1. *tit.* 4. docet ex multis Pichardus, *in dicto cap.* 4. *in repetitione tit ff. de vulgari, num.* 102. & Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib* 1 *cap.* 4. *num.* 5. Cardoso, *de iure accrescendi, illatione* 25. *num.* 59. Post Gutierrez *lib.* 2. *quæstione* 180. *num.* 10.

Item adde quod cum institutus in recerta habeatur loco legatarij dato coherede vniuersali, si instituatur in re aliena habebit estimationē cum distinctione scientiæ vel ignorantiæ, Rota apud farinacium. 1 *parte, decisione* 265. *num.* 9.

Item adde an institutus in recerta intelligatur nomine heredis, Mantica *lib.* 8. *de coniecturis vltimarum voluntatum, tit.* 14 *num.* 12. Antonius Gabriel *tit. de verborum significat, conclusione,* 4. Verbalis ce no-

de nominibus appellatiuis, appellatione 113. *ex num.* 27.

Item adde quod ſiquis inſtituatur in recerta dato coherede vniuerſali ſubconditione, inſtitutus in recerta non poteſt occupare cætera bona pendente conditione, probat Burdus *intra ctatu de alimentis, tit.* 2. *quæſtione* 15. *num.* 98. & ibi quid ſi coheres vniuerſalis fuit datus ex die vel ad tempus, eum vide, & Manticam *lib* 4. *tit.* 5 *articulo.* 2 *num.* 9. *de coniectur. vltim. volunt.*

Item adde quod idem eſt, inſtitutum in recerta non habere coheredem vniuerſalem vel datum repudiaſſe, vel alio modo excludi, ſurdus *dicto tractatu de alimentis, tit.* 9. *quæſtione* 25. *num.* 33. *& in deciſione*, 152. *num.* 9. noſter Gomezius *in l.* 45 *Tau. num.* 136. Villalobos *communium opinionum* verbo *Hæres non adiens*, vide infra *in additione ad numerum.* 13.

Item adde quod inſtitutus in recerta admittitur ad emphiteuſim non hæreditariam non autem ad hæreditariã, ſi habeat coheredem vniuerſalem, Caldas *de iure emphiteut, quæſtione*, 43. *num.* 9.

11 Ad numerum 10 ibi: *Secunda principalis ſententia & opinio &c.*

Quæſtio hęc an ius accreſcendi poſsit per teſtatorem prohiberi ſatis agitata eſt per Doctores, & in ea duas communes interſe contrarias opiniones adducit Ceuallos, *quæſtione*, 707. plures Doctores pro vtraq. referens, & late eam diſputãt Burgos de Paz, *in l* 3 *Tauri, num.* 863. Pachinæus, *lib.* 4. *controuerſiarum, cap* 15. Couarrubias, *in cap. Raymundus* §. 1. *num.* 9. Gutierrez, *in l. vnica, Cod quando non petentium partes, num* 18 *& num.* 25. Matiençø, *l* 1. *tit* 4. *gloſſa*, 10 *nu* 48. Mantica, *de coniectur. lib.* 4. *tit* 12. *nu.* 30 Gratianus *regula.* 357. Duarenus *lib.* 2. *de iure accreſcendi, cap* 14. Antonius Faber *de cade.* 49. *errore*, 1 Gregorius, in *l* 14. *tit.* 3 *partit* 6 *gloſsa todos los bienes*, Pichardus, *in relectione ad titulum. ff. de acquirenda hæredit, cap.* 29 *num.* 39. *& ſeq* vbi optimè reſolvit & ſatisfacit contrariis, Cardoſo *in tractatu de iure accreſcendi, illatione*, 25. *ex num.* 50. vbi latiſsimè quæſtionem per tractat plures referes. Tuſchus, *lit. I concluſione*, 572 Clarus, § *teſtamentum quæſtione*, 74. magis autem obtinuit prohiberi non poſſe in hereditatibus, quamuis aliud ſit in legatis, vt videri poteſt per Gutier. ſupra *num* 24. *& 25*. vbi dupliciter limitat: & quod attinet ad legata non ſolum expreſſa prohibitio ſed tacita ſufficit, vt docet idẽ Pichardus ibidem *num* 38 & vide etiã Cancerium, 3. *parte, cap.* 22 *ex num* 150. late.

An autem in fideicommiſſario poſſit fieri dicta prohibitio? affirmant Mãtica, *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 10. *tit* 3 *num.* 2. Menochius, *conſilio*, 1069. *num.* 18. *& 23.* & eos & alios referens Fuſſarius, *in tractatu de fideicommiſsis, quæſtione*, 495. *num.* 4. vide etiam Cancerii ſupra *num* 161.

Ad numerum 11. ibi. *Sed pro vera reſolutione, &c.* 12

Teſtatus & in teſtatus an quis poſsit pro parte decedere, diſputant latè omnes adducti num 10 antecedenti, & maximè Gutierrez, *in dicta l. vnica Cod. quando non petentium partes, ex num* 4. *vſq ad.* 11. Pichardus, *in* § *hæreditas*, inſtituta *de hæredibus inſtituendis, ex num.* 21. quem videas ibi; *Et in repetitione tit, ff. de acquirenda hæreditate cap.* 29. *ex num.* 8. *& num.* 39. *& ſeq* vbi de Tex *in l ius noſtrum, ff de regulis iuris*, Caſtillo, *lib* 3 *controuerſ, cap.* 17. *ex num.* 110 D. Larrea, *de ciſsione.* 40. *num.* 10. *&.* 68. vbi quid iure Regio. Nec obliuiſcaris eorum quę diximus in capite ſecundo ſupra in additione ad numerum 16. & ſupra hoc cap *num.* 10. verſiculo *An autem.*

Ad dequod fauore militiæ vel piæ cauſæ permiſſum eſt vt quis pro parte teſtatus & proparte in teſtatus decedat, vt ex alijs docet Gutierrez, *in dicta l. vnica, Cod. quando non petentium partes, nu;* 6. 7 *&* 11. & etiam ex poſt facto, id eſt poſt aditam hæreditatem in ſolidum ex teſ-

ex testamento, vt explicat Pichardus *in dicta relectione tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap. 29. num. 11. 20. & sequentibus*, vbi loquitur in casu quo adita fuisset hæreditas, ex testamento quod postea per querelam in officiosi rumpitur, vide eum ibi *Et in dicto § hæreditas*, instituta *de hæredibus instituendis*, & Gutierrez *in dicta l. vnica, Cod. quando non petentium partes, num. 11.*

13 Ad numerum 12: *Nunc vero limita superiorem conclusionem, &c.*

De materia huius numeri, & de instituto in recerta per verba obliqua diximus iam sup. *cap. 2. in additione ad numerum 16* versic. *quod singulariter intellige, &c.* vide ibi.

Ad numerum 13. ibi: *Secundo limita & intellige, &c.*

14 Coheredem vniuersalem vel in quota institutum impedire quod hæres in recerta consequatur cætera bona per ius accrescendi, vt hic resoluitur notum est in iure, quia tunc talis heres in recerta habetur loco legatarij, vt probatur *in l. 14. tit. 3. part. 6* vbi Gregorius, quod late prosequuntur & explicant Doctores ame congesti supra *cap. 2. in additione ad numerum 16.* in principio, vide Cancerium infra.

ibi: *Addo tamen quod si isto casu, &c.*

Quod si cohæres vniuersalis vel in quota institutus repudiet vel decedat sine transmissione, hæreditas accrescat instituto in recerta, vt hic docetur, receptum dicit Couarrubias, *in cap. Raynuntius de testamentis, §. 1. num. 9* & ita etiam tenent Villalobos, *in erario communium lit. H. num. 11.* Corrasius, *in l. Testamento, num. 17. Cod. de impuberum & alijs*, Castillo *in l. 24. Taur. num. 20.* & alij abeis relati, Valascus in praxi partitionum, *cap. 17. num. 14. & 18.* Cardoso *de iure accrescendi illatione, 25. num. 58.* Matienzo *in l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. glossa 10. n. 54.* vbi explicat in quibus habeatur loco legatarij institutus in recerta. De quo latissimè per ampliationes & declarationes Cardinal Tuscus *lit. I. conclusione, 232.* & Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib. 4. tit. 5. articulo 7.* & Cancerius *variar. 3. parte, cap. 22. ex num. 216.*

Ad numerum 14. ibi: *Item adde quod si plures sint instituti, &c.*

Quod duo vel plures instituti in quota in æque aliter, alio non dato coherede vniuersali cætera bona eis accrescant secundum portiones sibi assignatas, secus si sint instituti in recerta in æqualiter, quia tunc omnia bona æqualiter accrescunt, vt probat ex iure nostri Gomezius, & constat *ex l. 17 tit. 3. partit. 6* docent Duarenus *de iure accrescendi, lib. 2. cap. 3.* Mantica *de cõiecturis vltimar. volunt, lib. 4 tit 12. num. 1.* Crassus *in §. ius accrescendi, quæstione 30* Petrus Gregorius *in sintagm. lib 46. cap. 2 num. 22* Gutierrez *in dicta l. vnica, Cod. quando non petentium partes num. 52.* Cardoso, *de iure accrescendi, illatione 25. num. 11* Pichardus *in § videamus*, instituta *de hæredibus instituendis, num 11:* Marscardus *de probationibus, lit. A. conclusione, 44. nu. 13.*

Adde etiam quod in legatis portio accrescit proportione legata, vt explicant supra relati, maximè Cardoso, *in dicto tractatu de iure accrescendi, illatione, 15 num 1.*

16 Aduerte quod huic numero iungẽda est materia de qua infra in additione ad numerum 31.

Ad numerum, 15. ibi: *Item ad le quod talis hæres, &c.*

Quod hæres institutus in recerta cuidatus est coheres vniuersalis possit accipere illam rem propria authoritate, vt hic resoluitur, docent Castillo, *in l. 24. Taur. num. 20.* Suarez *in l. 8. tit. de las herencias, lib. 3. fori. 1 notabili. num. 2.* Costa, *in cap. si pater 6 parte*, verb. *In recerta, num. 12.* Joannes Gratianus *regula, 281. num. 10.* Cancerius, *variar. 2. parte, cap. 10. num. 94.*

An autem dictus hæres in recerta dato

dato vniuerſali cohærede gaudeat beneficio *l. finalis Cod. de edicto diui Adriani tollendo*, videndi ſunt Benedictus *in cap. Raynutius de teſtamentis*, verb. *In eodem teſtamento el primero*, *num.* 259. & Menochius multos referens de adipiſcenda *remedio*, 4. *ex num.* 116. vbi doctrinam noſtri Gomezij defendit verâ & receptam appellans, nempe quod hæres in recerta gaudeat dicto beneficio, non dato cohærede vniuerſali, vel eo repudiante, prout etiam docet Azeuedus *in l.* 3. *tit* 13. *lib.* 4. *num.* 66. *&* 67. cum alijs.

Et circa omnia commoda quæ habet hæres inſtitutus in recerta adde videndos quos ſupra retulimus *cap.* 2. *in additione ad numerum*, 16.

17 Ad numerum 16. ibi: *Vlterius inſiſto & quæro, &c.* & ibi: *Ad quod Reſpondetur, &c*

Hæres inſtitutus in re aliena non conſequitur cætera bona per ius accreſcendi: vt hic docet noſter Gomezius. Limitari tamen poſſe videtur ex ijs quę diximus ſupra *cap.* 2. *num.* 24. in filio inſtituto in re aliena, hic enim habetur pro inſtituto, ne rumpatur paternum teſtamentum per allegata, ibi dem ex Rota apud Farinacium deciſsio *ne*, 337. 1. *parte*. vide Menochium, *lib.* 4. *præſumptione*, 20. *ex num* 5.

Ibi; *Addetamen, &c* quod inſtitutus in recerta aliena habeat eſtimationem abſq; diſtinctione ſcientiæ vel ignorantiæ teſtatoris, vt in legatis eſt deciſsio Rotæ apud Farinacium. 1 *parte*, *deciſsione* 165. *num* 9. *&* 10. quando coniuncta perſona eſt inſtituta, licet prædicta diſtinctio faciendaſit ſi extranea omnino perſona inſtituatur.

18 Ad numerum 17. ibi: *Secunda concluſio principalis, &c.*

Non iure accreſcendi ſed virtute inſtitutionis, & additionis conſequi cætera bona hæredē vniuerſalem, qui adit vel acceptat vnam rem vel partem, vt probat in præſenti noſter Gomezius, notum eſt in iure vt videre eſt per Ceuallos, *quæſtione.* 807 *num.* 3 vbi idem procedere ait in legatis, nempe quod per agnitionem partis rei legatæ, videtur facta agnitio totius ex Tex *in l. ſicut res. ff. de legatis.* 2. Pichardus etiā eleganter *in repetitione tit. ff. de aquireda hæreditate*, *cap* 28. *ex num.* 20. *&* *cap.* 29. *ex num.* 36. Maſcardus, *de probationibus lit. A. concluſione*, 45. *num.* 6. & quaſi per totam, Menochius, *lib.* 4 *præſumptione* 101. *num* 43 & per totam, Tuſchus *lit A. concluſione*, 190 *num.* 105. & quaſi per totam Mantica *de coniectur, vltimarum voluntatum lib.* 12. *cap.* 12 *num.* 19.

Ibi *ſecundo extende, &c.*

Adde quæ diximus ſupra *cap* 2. *in additione ad numerum*, 12 verſiculo, *Vnum tamen eſt, &c.*

Adde an è contrario hæres qui repudiat partem hęreditatis de alia nihil dicens videatur totam repudiare? de quo duas communes contrarias opiniones refert Ceuallos, *tomo*, 2. *quæſtione*, 712. cum vid*e*.

Ad numerum 18. ibi *Inquo articulo re* 19 *ſolutiue dico, &c.*

Exiſtente cōditione appoſita in parte inſtitutionis, inqua etiam datus fuit ſuſtitutus quod illa pars conditionalis acquiratur & accreſcat ſine noua additione hæredi qui adiuit ex parte pura vel hæredi eius, docet hic noſter Gomezius, de quo videndus eſt latiſsimè idem agens Cardos, *in tractatu de iure accreſcendi, illatione*, 25 *ex num.* 30 eum vide & Oſualdum ad Donelum *lib.* 10. *cap.* 24. *notatis lit.* B. vbi de materia huius numeri. & Bellonum *de iure accreſcendi, cap.* 5 *quæſtione* 43. & D. Larream *deciſ.* 61. *num.* 28.

Ad numerum, 19. ibi. *Tertio extende* 20 *vt procedat & habeat locum, &c.*

Et ſi hæres vnam partem hæreditatis adeat & aliam expreſſe repudiet, efficitur hæres in ſolidum? & conſequitur partem repudiatam per ius accreſcendi, vt hic reſoluitur, docent Duare-

nus

nus *adtitulum. ff. de acquirenda hereditate cap.6.* versiculo. *Diximus hereditatem*, Conanus *lib 10. commentarium, cap. 8. num. 6* Menoch. *lib. 4. præsumptione, 101. num. 42. & 43* Ceuallos, *quæstione*, 807. Pichardus, *in relectione tit ff de acquirenda hæreditate cap. 28.* per totum vbi eleganter hanc quæstionem resoluit, & hoc procedit siue sit hæres scriptus siue legitimus, vt docet Pichardus, *ibidem num 1 & cap. 29. ex nu. 43. & 78.* Idemq; dicendum in legatis *ex l. neminem. ff de legatis, 2.* explicant Ceuallos, & Pichardus supra allegati vterq *num. 1.* & Cancerius *variarum 3. parte, cap. 22. num 202*

Si tamen plura legata eodem testamento relinquantur vel vna, & eadem res diuersis testamenti clausulis, & partibus distinctis, legatarius potest eas partim agnoscere, & partim repudiare: Probat ipse Pichardus *dicto cap. 28 num 64. & 65.*

Addendum dicta resolutio procedat nõ solum in primo hærede, sed etiam in hærede hæredis? cõtrouertitur, & duas communes inter se contrarias opiniones refert Ceuallos, vbi supra *ex num. 5.* & tandem cum affirmatiua manet.

Sed contra dictam principalem resolutionem nostri Gomezij negotium facere videtur Tex. *in l. 5. tit. 6 lib 5 recopilationis* cum alijs, vbi disponitur posse filium agnoscere prælegatum & hæreditatẽ repudiare de ductis debitis hæreditarijs pro rata ex prælegato, quę successio videtur fieri titulo hereditario, ideoq. hæreditatem diuidi, cui difficultati optime satisfacit ipse Pichardus vbi supra ex *num. 62. vsq. ad, 66.* omnino videndus, & plures relati a Ceuallos, *dicta quæstione 711 num. 6* apud quos ratio præcipua est quia in casu *dictæ legis, 5* duæ reperiuntur principales dispositiones, alia qua quis hæres instituitur, alia qua ei prælegatum relinquitur & ideo possunt diuidi.

21 Ad numerum, 20 ibi: *Quarto extende vt ista conclusio, habeat locum. &c.*

Resolutionem numero, 19. præcedenti traditam obtinere etiam si in parte quam vult hæres repudiare, habeat substitutum probant iura a nostro Gomezio adducta. & ita docent Gutierrez, *in l. vnica. Cod quando non petentium partes, num. 10.* licet ei displiceat ratio per Gomezium adducta, laso etiam *in dicta l. vnica, num. 11.* Menoch. *lib 4. præsumptione, 87. num 10.* Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib 4. tit. 11 num. 22* Intrigliolus, *de substitutionibus quæstione 25. num. 18.* Pichardus *in relectione tit ff. de acquirẽda hereditate: cap. 28. num 60.* quos vide, & Duarenum *de iure accrescẽdi, cap. 3* Cujazium *lib. 22. observation, cap. 6.* & D. Larream *decis. 61. num. 32.*

Ibi: *Quinto extende, &c.*

Adita paterna hæreditate quod non possit idem hæres substitutus filio pupillariter repudiare impuberis hæreditatem pro regula constituitur ex allegatis per nostrum Gomezium, & ita docent Fussarius *de substitutione pupillari, quæstione, 151.* late Cardoso *in tracta tu de iure accrescendi illatione, 17. ex num. 4.* Cujazius *lib. 18. observationũ cap. 8* Alexander, Trentacinq, *de substitutionibus 2 parte, cap. 18.* Caldas: *in l. ficuratorem §. minoribus ex num. 58 apud quos & apud Fussarium supra quæstione, 150.* late disputatur an è contra possit substitutus adire pupillarem hæreditatem & repudiare paternam, sed quid rem melius explicat quatuor casus distinguens & Tex. in hac materia loquentes interpretatur, est doctissimus Pichardus *in relectione tit. ff. de acquirenda hereditate, ca. 28. ex num 75.* cum videas.

Ibi: *Sexto extende, &c.*

Non posse filium solam legitimam acceptare, & reliqua bona repudiare, vt hic resoluitur, probant plures Doctores relati a Ceuallos, *quæstione 711. sub. num. 3.* & Menchaca *de successionum creationes §. 20. num. 212.* & alij relati, & sequuti a Pichardo *dicto cap. 28 num. 57. vbi num. 60.* ampliat etiam si in ea parte prę

te

ter legitimam habeat substituturn. adhuc enim eam non potesit repudiare retenta legitima contra alios quos ibi adducit.

22 Ad numerum 21. ibi. *Ex prædictis colli-ge, &c,*

In his quæ depẽdent ab animo quod animus & voluntas adhibita, & explicata in vna re extenditur ad totum, vltra adducti à nostro Gomezio exornatur à Tuscho *litera A. con lusione 190.* quasi per totam, *& conclusione 336.* Mascardus *litera A. conclusione 99. numer. 4 & conclusione 45.* Menochius *libr. 4. præsumptione 101*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 12 titul. 12.* & alij supra relati.

23 Ad num. 22. ibi *Tertia conclusio principalis, &c.*

Vni expluribus hæredibus adeunti accrescit portio deficiens in alio repudiatione, vel alio modo, vt hic explicatur, & dictum fuit supra, certũ est, quia portio deficiens cohæredi etiam inuito accrescit, vt docent omnes Doctores materiam tractantes relati supra *numer 1.* maximè Gutierrez *in dicta l. vnica, Codic. quando non petentium partes*, statim post principium Richardus *in § si eadem res*, instituta *de legatis, numer. 31.* vbi etiam explicat in legatarijs Spino *in speculo glossa 9 principali ex numer. 8.* Cardoso plurimos referens, *in tractatu de iure accrescendi, illatione 4*, vbi de portione deficiente per mortem naturalem, vel ciuilem, & latissimè per totum discursum de omnibus modis quibus portiones deficiunt agens Richardus etiam *in dicta repetitione tituli, ff. de acquirenda hæreditate, capite 29. numer. 1.* Tuschus *litera I conclusione 566.* per totam.

24 Ad num. 23. ibi *Etiam in fideicommissarijs vniuersalibus, &c.*

Inter hæredes fideicommissarios quibus primus hæres fuit grauatus restituere, habere locum ius accrescendi, vt hic docetur, probant Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat lib. 10. tit. 3. num. 1.* Menochius *consilio 661 n 3.* & alij plures relati & seqquoti à Fusario *in tractatu de fideicommissis, quæstione 495. numer 12* vbi per totam quæstio eruditè explicat, & varios casus distinguit, & Cardoso *in tractatu de iure accrescendi illatione 26* per totam qui ius accrescendi admittunt inter fideicommissarios coniunctos re, & verbis, vel re tantum, vel verbis tantum, ex doctrina pluriũ quos refert ipse Fusarius, *num. 14.* contra alios qui in verbis tantum coniunctis hoc non admittunt, vide eum, & Cardoso *dicta illatione 26* vbi materiam late pertractat, qui & supra citati aduertunt quod ius accrescendi, vel non decrescendi non datur inter hæredem, & fideicommissarium, quia diuerso iure succedunt Cancerius *variarum 3. parte, c. 22. nu. 39* vbi alios refert, *& numer 37.* Richardus tamen cum alijs, *in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hæreditate, capit 29. ex numer. 49* hoc ius accrescendi negat, vt etiam facit Cujacius, *libr. 12. obseruation, cap. 12.* quem videas, quia recte probat non competere fideicommissarijs ius accrescendi Petrus Gregorius *lib. 46. ca. 11. n 14.* & an in restitutione fideicommissi veniat, & comprehẽdatur quod hæres habuit vtitute iuris accrescendi, vide quæ diximus supra, *cap 5* & dicemus in additione ad numer 44. & ex his sententia contra vnum ex fideicommissarijs reo iunctis nocet alteri. Salgado *de protectione, parte 4. cap 8. nu. 359.*

Ad numer. 24. ibi, *Et magistraliter, & 25 ter solutiuè dico, &c.*

Alios coniunctos re, & verbis alios re tantum, alios verbis tantum, alios denique omnino disiunctos, vt hic explicat noster Gomezius docent ponentes exempla Donelus *libr. 7. commentariorum, capite. 13.* & ibi Osualdus *in eius notis, & libr. 8. capite. 20. & 21*, Goueanus *de iure accrescendi num. 5.* Spino *in speculo glossa 9. principali ex num. 8.* Tuschus

lit C. conclusione 737. per totam, Duarenus *de iure accrescendi, lib. 1. ca. 4. & 6.* Crassus *§. ins accrescendi quæstione 4. 5. & 6.* Petrus Gregorius *in syntagm. lib. 46. cap. 11. ex n. 8.* D. Larrea *decisione 61. ex n. 3. & 17.* Pichardus *in §. si ead. res*, institutâ *de legatis, ex nu. 17.* vbi ex pluribus dicit duplicẽ esse coniunctionem alteram legis, ex qua plura infert Spino *dicta glossa 9. ex n. 22.* alterã hominis, quam diuidit ipse Pichardus, vt hoc nu, manet dictum, & tandem *num. 99 & sequentibus*, legalem coniunctionem, & ius accrescendi ex ea omnino negat, vide eum ibi, *& ind. vl. dict. ad titulum ff. de acquirenda hæred. cap 29. ex num. 80*, vbi optimè materiam resoluit, & Cardoso *in tract. de iure accr. in præludijs, num. 10.* Cancerium 3. *part, cap 22, num 17. & seq.*

Ibi; *Coniuncti verè tantum, &c.*

De coniunctione Reali, vide Manticam *de coniecturis, lib. 10. tit. 3. n. 4. & seq.* Spino *in speculo glossa 9. numer. 9* Pichardum *in dicto §, si eadem res*, in institutâ *de legatis. num. 11. & in dicto cap 29. n 80.* Cardoso *in præludijs, dicto num. 10*, & reliquos suprà relatos, & Cancerium 3. *parte cap. 22. ex num. 28 & 31. & 64.*

Ibi: *Nec obstat textus. sicut &c.*

Si eadem res vni legata, alteri postea relinquatur, quod videatur ademptum legatum videlatissime Manticam *de coniecturis vltimarum voluntat lib. 12. tit. 4.* Menochium *lib. 4 præsumpt. 173.* vbi octo casus distinguit Couarr in rubrica *de testamentis, 2, part. n. 21* Fachinæum *lib. 5. controuersiar. cap 52* & late, & eleganter Pichardum *in dict §. si eadem res*, institutâ *de legatis ex num 40.* vbi contra communem eum textum *in l. sicut, ff de adimendis legatis*, explicat, & verum intellectum assignat.

26 Ad num. 25. ibi; *Coniuncti verbis tantum sunt illi &c.*

Quod coniuncti verbis dicantur quibus relinquitur hæreditas æquis portionibus eadem oratione, vt explicat noster Gomezius, docent Cardinalis Tuschus *lit ora C. conclusione 737. ex numer. 1.* Duarenus *de iure accrescendi, libr 1. capit. 4.* Spino *in speculo dicta glossa 9. ex numer. 8.* Pichardus *in dicto §. si eadem res*, institutâ *de legatis. numer. 20. & in repetione tituli. ff. de acquirenda, cap. 29. numer. 80* Cardoso *in tractatu de iure accrescendi, in præludijs, numer. 10 & illatione 15. numer. 1.* & cæteri omnes numero antecedenti relati maximè Cancerius *dicto capit. 22. numer. 18. seq. & num. 31.*

Ad num. 26. ibi: *Quia respondeo quod* 27
copula & &c.

Quod effectus copulæ *&.* sit diuidere æqualiter dispositionem, vt resoluitur hic docent Cenedus *si gn'ari 50. numer. 20* Parisius *consilio 95. num. 6 lib 1. & consilio 63. numer. 14.* Menochius *consilio 56, num 95.* & alij plures relati à Barbosa *in tractatu de dictionibus. dictione 110 numer. 9* Tuschus *litera D. conclusione 274. numer 74.* Cancerius 3 *parte, cap. 22 num. 26. & sequent.*

Ad num 27. ibi *Secundò principaliter ex* 28
tende, &c.

Et ibi. *Vnde dico quod sit tertia, & vera.*

Portionem deficiètem accrescere coheredi etiam inuito ex ratione comprobata hic à nostro Gomezio, defendunt Duarenus *lib, 1. de iure accrescendi, cap 2.* & eum, & alios referẽs Osualdus ad Donellum *lib. 7. cap. 12. lit. B.* Ioannes Gratianus *regul. 357. num. 3 & 5* Antonius Faber *de erroribus, decade 49 cap. 1. num. 5.* Pichard. *in § si eadem res* institutâ *de legatis ex n. 28 & in repetitione tituli, ff de acquirenda hereditate, capit. 29. numer. 16.* vbi maximè laudat rationem à nostro Gomezio consideratam in verficulo: *Vnde dico quod sit tertia ratio*, & eius doctrinam defendit ab impugnationibus vide etiam Cancerium *variarum 3. parte cap. 22 num. 198.*

Et adde quod, & si regulariter portio deficiens inuito accrescat hoc est intelligẽdũ in portione nõ acquisita deficiẽ-

te

re accus si defiêrit, post quã acquisita est, vt si concedatur restitutio minori, vel alteri quia tunc inuito non accrescit, vt ex Gutierrez *in l. vnica, Codic. quand. non petentium partes, num.* 29. & Crasso § *ius accrescendi quæstione* 29. *num.* 2. & Petro Gregorio *in syntagmat. libr.* 46. *cap.* 11. *num.* 20. resoluit Cardoso *in tractatu de iure accrescendi, illatione* 25. *numer* 14. & *ib. nu.* 15. quid in portione sui hæredis abstinentis, de quo *Pichard. in dict. c.* 29. *n.* 67. Bellonus *de iure accrescendi, c.* 7. *quæstione* 59. *ex num* 13 D Larrea *decisione* 61 *num.* 37. vide Cancerium 3. *part cap.* 22. *num.* 62. vbi declarat, & *num.* 90. & *seq* & *num.* 167 & *seq.*

Ibi: *Vnum tamen est &c.*

Quod cohæres qui iam agnouit suã portionem possit eam repudiare ne sibi inuito altera accrescat, hic resoluitur, vt vides, de quo & de interpretatione *l. cum hæredi ate, ff. de acquirenda hæreditate,* videre potes Crass. § *ius accrescendi quæst.* 15. Donellum *lib.* 7. *commentarior. cap.* 12. & latissimè Pichardum *in relectione tit. ff. de acquirenda hæredit, cap.* 29 *ex n.* 65. Cancerium 3 *parte, cap.* 22. *ex n.* 198.

Et ad ea quod aliqui sunt casus in quibus ius accrescendi inuitis hæredibus non datur, vt *l.* 6. §. *si Iulianus, ff. de legatis* 2 & *in l. si solus* 80. § *penultimo, & finali, ff. de acquirenda hæreditate & in authent. de hæred. & falcid.* §. *si quis autem non implens,* & §. *sequenti,* quos congerunt Duarenus *lib.* 2. *cap.* 1. & Pichardus *dicto cap.* 29. & Cancerius supra.

Ad num 28. ibi; *Etiam inter coniunctos* 29
coniunctione legali, &c.

Licet legalem coniunctionem, & ius accrescendi ex ea agnoscant communiter Doctores, vt constat ex Spino *in speculo testamentor. glossa* 9 *nu* 32. Petro Gregorio *in syntagm. lib.* 46 *cap.* 11. *n.* 7. & ex alijs plurimis adductis à Cardoso *in tractatu, de iure accrescendi, illatione* 16. *per totam, & illatione* 25. *nu* 28 & *illatione* 31. *num* 4 vbi quid in legatis, & Cancerio *variar.* 3. *part. cap.* 22 *num.* 177. & *seq.* eam tamen commentiam appellant Pichardus *in dicto* §. *si eadem res, instituta de legati, num.* 99. & *sequentibus, & eleganter,* Castillo *in suo tractatu de vsufructu, capit.* 48 *ex numer.* 37. vsque ad finem, qui optime explicant text. *in l. si vnus communis ff. de acquirend. hæredit.* vbi non ex aliqua coniunctione ius accrescendi procedit, sed ne concurrat testati, & intestati causa, & in successionibus ab intestato, vt seruetur gradus prærrogatiua, eos vide.

Ibi: *Quia respondetur, quod ista non est proprie donatio, &c.*

An lucris constãte matrimonio quæsitis possit coniux renuntiare ante matrimonium, vel eo constante, videndi sunt Ioannes Garcia *in tractatu de coniugali acquestu num.* 147, & *seq* Suarez *tit. de las ganan. is, ex nu.* 20. vbi Valdesius quam plurimos allegat, Matienzo *in l.* 2 *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopilat gl. ff.* 1 *num.* 58. & *sequent.* Caldas *in l. si curatorem,* § *sua facilitate, nu.* 7. Sousa Lusitanus *in repetitione,* §. *actionum, capite de societate, nu* 36, vbi ampliat quod possit renuntiari lucris iam quæsitis, matrimonio constante, noster Gomezius *in l.* 60 *Tauri,* Alua rado *de coniectura mente defuncti lib* 2 *cap.* 1. *n.* 28, Thomas Sanchez *de matrimonio, lib* 6: *disputatione* 5. Hermosilla *in leg.* 56 *titul.* 5 *partita* 5 *glossa* 4 *ex numer* 110. vbi quod hæc renuntiatio rescindi non potest ratione læsionis enormis, vel enormissimæ, quando absque dolo fuit facta, eum vide, & Morquechum *de diuisione bonorum, lib* 2. *c.* 16 hoc tamẽ nõ ex coniunctione legali, vt dictũ est, sed ex vi ipsius renũtiationis contingit.

Ad num 29. ibi: *Et resolutiuè dico quod* 30
tripliciter, &c.

Tres modos, vt vides, ponit hic noster Gomezius quibus portio dicitur deficere ad hoc vt habeat locum ius accrescendi, & eosdem prosequuntur Petrus Gregorius *in syntagmat lib.* 46 *cap.* 11, *ex num.* 21, Crassus *in* §. *ius accrescendi, quæst.* 16. *n.* 8. Spino *in speculo glos.* 9 *n.* 8, quorum

nes,& alij relati à Cardoſo *in ſuo tractatu de iure accreſcendi, illatione* 23. *numer.* 1. docent indiſtinctè portionem pro non ſcriptam (vt vocant) accreſcere, quod alienum à regulis iuris videtur in legatis vt aiunt Duarenus *lib.* 1. *de iure accreſcend., cap.* 18 & Pichardus *in* § *ſi eadem res*, inſtituta *de legatis*, *numer* 88 & ſequentibus, & alij relati à Cardoſo *dicto tractatu*, qui numeris ſequentibus latè rem explicat, *& nu.* 46. reſoluit quod in hæreditatibus portio pro nõ ſcripta accreſcit cohæredi, iuxta regulam communem, vide etiam Cancerium *variar* 3 *parte, cap.* 22. *n.* 189.

Ibi. *Quia loquitur, & debet intelligi, &c.*

Contrarium docet noſter Gomezius *in l.* 4 *Tauri, num.* 6. *& 7.* imo damnatum ad mortem habere teſtamenti factionẽ paſſiuum, quod late comprobat eius additionator Cornejo & Matienzo, *in l.* 3 *titul.* 4 *lib.* 5. *Recop. gloſſa* 3 *n.* 6 & alios referens Azeuedus eadem, *l.* 3. *n.* 4. Spino *in gloſſa* 8. *rubricæ, num.* 5 Gutier. *lib.* 2 *practicarum. quæſtione* 38. Ioanes Gratianus *regula* 220. *n.* 8 qui omnes reprobant noſtrum Gomezium hic.

Ibi *Nec obſtat ſi dicas quod iſto caſu, &c.*

Quod ſic applicetur pars quæ relinquitur incapaci, quando hæres tacitè rogatur, & præſtat eidem de reſtituẽdo, vt hic in ſuis tur diſputant latè Salzedo ad Bernardum Diaz *in practica criminis capit.* 64 *litera* B. Garcia *de tacitis fideicommiſſis*, *poſt tractatum de expenſis* Mantica *de coniecturis, lib.* 10. *titul.* 4 *ex numer.* 15. Pradilla *de leg. pœnali* 2. *parte, capite* 26. Carrança *in tractatu de partu legitimo, capit.* 3. § 4. *maximè numer* 19. Pichardus inſtituta *de hæreditatibus quæ ab inteſtato*, § 7. in materia de ſucceſſionibus quam ibi ponit Farinacius *in ſuis fragmentis*, verb *Fiſcus. num.* 76 *& ſequentibus*, Fachinæus *lib.* 5, *Controverſiarum c.* 97 *&* 98 vbi de nepotibus ex ſpurijs Thomas Sanchez *in conſilijs moralibus, lib.* 4 *cap* 3. *dubio* 19. 20 *&* 21 Fuſtar *d. fideicommiſſi, quæſtione* 574 Amaya *l.* 1. *Cod. de delatoribus, lib.* 10. late Enriquez *in ſumma lib.* 11. *cap.* 20. *ex num.* 5. vide etiam Cancerium 3. *parte, cap.* 22. *ex n.* 126.

Ibi *Aduertendum tamen, &c.*

Doctrinam noſtri gomezij in præſenti excludentis indiſtinctè ius accreſcẽdi in portione deficiẽte ob delictum, non rectam dices, ſi legeris Corraſſium *in l. poſt aditam, num.* 50. *Cod de impuberum, & alijs*, & Gregorium *in l. vltima, titul.* 7 *partita* 6. Pichardum hos & alios referentem, *in* §. *ſi eadem res* inſtituta *de legatis ex numer.* 55, vbi explicat text. *in leg ſi Titio, ff de legatis* 2. & declarat quid dicendum in legatis, & maximè, *numer.* 61, cum vide, & infra in additione ad numerum 44 & Larream *deciſione Granatenſ.* 36 *numer.* 28. *& ſeq.* & Noguerol *alleg* 13. *ex n.* 10. poſt Cancer, 3 *p. cap.* 22. *ex n.* 126.

Ad numer. 30. ibi. *Ex quo primò inferetur* 31 *&c.*

Intelligehas tres illationes, quas facit hoc num. noſter Gomezius iuxta dicta, numer. præcedenti.

Ad numer. 31. bi. *In quo reſoluitur dico* 32 *&c.*

Vtrinque coniunctum præferri vno modo coniuncto, vt explicat noſter Gomezius in præſenti, docent Faber *in* §. *ſi eadem res*, inſtituta *de legatis, numer.* 10. Craſſus *in* §. *ius accreſcendi, quæſtione* 13. *num.* 7. Petrus Gregorius *in ſintagm. lib.* 46. *cap.* 11. *ex n* 24 Cardoſo *de iure accreſcendi in præludijs, n* 29. Pichardus *in* § *ſi eadem res*, inſtituta *de legatis, num.* 22 & melius explicans *in repetitione titul ff de acquirenda hæreditate, cap.* 29 *num.* 81. Cancerius, *variarum* 3 *parte, cap* 22, *num.* 33. & vide Fachinæum *lib.* 4 *ca.* 94. vbi de coniunctis re. & verbis.

Ibi. *Dico igitur, &c.*

Portionem vnius ex collectiuè vocatis deficientẽ accreſcere cæteris ſimul cum eo vocatis, & non de per ſe inſtitutis, vt hic reſoluitur, docent Mench. *de ſucceſſionum creatione*, §. 10 *num* 154. Petr. Gregor. *in ſintag lib.* 46. *cap.* 11. *num.* 24.

&la,

& latius explicans Cardoſo *in tractatu de iure accreſcendi illatione 7.* intelligens pertius non decreſcendi.

Ibi: *Sed in hoc contrarium eſt tenendum, &c.*

Quod omnibus filijs tàm ex primo, quàm ſecundo matrimonio accreſcat portio deficiens in aliquo eorum, vt reſoluit Gomezius, docet plures referens Couarrub *practicarum quæſtionum cap. 38 num 2.* Matienzo *in l. 5, tit. 8. lib. 5. Recop. gloſſa 1 num 10.*

Ibi; *Et idem in pupillari ſubſtitutione, &c.*

Licet Bartoli opinionem in hac parte à pleriſque receptam dicat Couarrubias vbi ſupra, ab ea tamen recedere, & noſtri Gomezij ſententiam ſequi videtur ipſe Couarrubias, & latè diſputans Fachinæus *lib. 4 controuerſiarum, cap. 86.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib. 5 titul. 11. ex nu. 3 & ibi n. 4* ponit quatuor caſus, in quibus abſque dubitatione procedit, Menochius *de præſumptionibus, lib. 4 præſumptione 75. ex nu 8* Morquecho *de diuiſione bonorum, lib. 4 cap. 7. nu. 16.* qui omnes latè diſputant etiam in vulgari, & fideicõmiſſaria ſubſtitutione quid dicendum ſit.

33 Ad n. 32. ibi. *Sed his non obſtantibus, &c.*

Concurrentibus adius accreſcendi alio coniuncto verbis tantum, & alio re tantum coniuncto neminẽ alteri præferendum ſed vtrique competere, ſecundum doctrinam noſtri *Gomezij*, probãt Craſſus *in §. ius accreſcendi, quæſtione 13. n. 7.* Simon de Prætis *de interpretatione vltimæ voluntat. lib. 3. dub. 5 ſolutione 3. numer. 13.* & alij plures relati, & ſequti à Cardoſo *in tract. de iure accreſcendi, illatione 15. nu. 3.* & Cancerius *variar. 3. p. c. 22 n. 34 & ſeq* ſed contrariam ſententiam nempe coniunctum verbis cæteris potiorem eſſe, docuerunt alij vt ſunt Ripa *in l. re coniuncti numer. 166. ff. de legatis tertio* Menochius *lib. 4. præſumptione 159.* Duarenus *lib. 2. de iure accreſcendi, cap. 7.* Fachinæus *lib. 4. controuerſiarum, cap. 98,* Pichardus *in relectione ad titul. ff. de acquirenda hæreditate, ca. 29, num. 82.* & Petrus Gregor. *in ſintag. lib 46 cap. 11. n 25.* & hoc probabilius videtur dum tamẽ ad veras quod verbis coniunctis tademum competit ius accreſcendi, ſi admittantur ad ſucceſſionem ex iure communi, ſecus autem ſi ex iure ſpeciali contra teſtatoris voluntatem, quæ ex verbis colligitur; vt probat Mantica *de coniecturis vltimarum voluntarum, lib 10. titul. 3. numer. 18.* Gutierrez *in l vnica, Codi. quando non petentium partes, numer. 38.* de quo vide Caſtillo *in tractatu de vſufructu, cap. 48 numer. 8.*

Ad numer. 33. ibi: *Si verò ex vna parte* 34 *concurrat &c.*

Quolibet modo coniunctum præferri, omnino diſiuncto, vt noſter Gomezius in præſenti, notum eſt, vt probant Doctores citati ſupra, mox nè in additione ad numer. 31 & Cancerius 3. *parte, cap. 22. num 176.*

Ad n 34. ibi. *Si verò omnes hæredes ſint* 35 *omnino diſiuncti, &c.*

Ad omnes hæredes, ſi omnes ſunt diſiuncti, portionem deficientem pertinere, vt probat noſter Gomezius docent Duarenus *de iure accreſcendi, lib 2. cap 4.* Gribaldus *eodem tractatu, regula 29.* Mencha *de ſucceſſionum creatione §. 10. num 152.* in hæreditatibus enim (qua de eis loquimur) facilius admittitur ius accreſcendi, ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus contra regulam iuris, & hæc ſola ratio efficax eſt ad inducendum ius accreſcendi inter omnino diſiunctos in ſucceſsione ex teſtamento, in ſucceſsione autẽ ab inteſtato procedit ius accreſcendi ex natura ſucceſsionis, ſcilicet, vt ſeruetur gradus prærogatiua, vt ſupra dictum eſt, & nõ ex aliqua cõiunctione legati, vt latius, explicant Pichardus *in § ſi eadem res, inſtit. de legatis, num 100 & 101*, & Caſtillo *de vſufructu, cap. 48. num. 39 & ſequentibus*, & poſt eum Cancerius, *variarum, 3 parte cap. 22. ex num 32* vbi declarat.

36 Ad numerum 35. ibi: *Et resolutiuè dico &c.*

Quod ius accrescendi transeat ad hæredes, vt hic optimis rationibus, & fundamentis explicat noster Gomezius, probat etiam Mantica *de coniecturis vltim. vol. lib. 2. tit. 12 n. 16. & tit. 5. artic. 7 n. 13.* Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 42 cap. 16 num. 7 & lib 46 cap. 11. nu. 9.* Crassus *receptarum sententiarum*, §. *ius accrescendi*, *quæstione 11.* Castro *in tractatu de annonis ciuilibus*, *notabili 12.* Gutierrez *in leg. vnica*, *Codic. quando non petentium partes*, *numer. 49 & 56.* Pichardus *in repetitione tituli ff. de acquirenda hæreditate capit. 29 numer. 52. & in* § *si eadem res* inst. *de legatis*, *n. 103.* vbi quod in pluribus hæredibus eiusdē legatarij, ad quos legatum non agnitū transmittitur, nō habet locum ius accrescendi, & alij ferè infiniti congestim à Cardoso *in suo tractatu de iure accrescendi in præludijs*, *n. 22. vbi n. 23* adeo procedere dicit hāc resolutionem ex Antonio Gabriele *lib. 4 communium*, *titul. de hæredibus instituendis*, *conclusione 2. n. 45.* & alijs, vt substitutio, & fidei commissum, quæ sui natura non sunt transmissibilia pendēte coditione, trāsmittantur non iure substitutionis, seu fidei omissi, sed iure accrescendi, eum vide, & Cancerium *variarum 3 part. cap. 21, n 258. & 259. & cap. 22 n. 109*, Tusch *lit I conclusione 571. & litera T. conclusione 369 num. 15 & 19 & 20.*

An etiam fideicommissum conditionale vnitum cum iure accrescendi transmittatur ad hæredes, disputat latè Mantica *libr. 11. de coniecturis vltimarum voluntatum*, *titul. 20 ex numer 12* vbi duas contrarias sententias refert, & tandem cum negatiua remanet, nempe quod ad hæredem transeat ius accrescendi, sed non fideicommissum sub conditione, vel in diem incertum relictum, si fideicōmissa res ante euētum conditionis, vel diei, decesserit, vide eum, & Gratianum *disceptationum*, *cap. 965. ex num. 30.* & Cancerium, *3 parte*, *capit. 22 num. 171.* & vide *in capit. de transmissione.*

Ad num. 36. ibi: *Et resolutiuè dico quod* 37
applicatur substituto non verò coniuncto, *&c.*

Quod ius substitutionis sit potentius iure accrescendi, vt hic resoluitur, remanet comprobatum supra *cap. 3. in addit. ad numerum 26 & 27.* de quo latè D. Larrea *decisione 61. per totam*, & Cācerius *3 parte. cap. 22. num. 228.* vbi de substitutione inutili.

Ad numerum 37. ibi: *Sed his non obstan-* 38
tibus ego nouiter teneo contrarium, *&c.*

Repudiante vno ex filijs in simul institutis cum extraneo, propter quod portio legitima deficiat, quod talis portio legitima accrescat solis filijs, & nō extraneo, ex rationibus per nostrū Gomezium consideratis, maximè q; ex duplici coniuctione, reali scilicet & verbali comprobari potest ex his quæ diximus supra *in additione ad num. 31.* & adde Stephanum Gratianum *discept. cap. 178.* Larream *decis. Granat. 36. n. 11.* post Cancerium *variar. 3. p. c 22 ex n. 177.* & Gratian *in regul. 357. n 1.* & Merlin. *de legitima*, *lib. 1. tit. 1 quæst 2. n. 11. & tit. 4 q. 5 per totam.*

Quid verò dicendum sit quando filius exheredatur iustè, vel iniustè, an eius portio legitima accrescat cæteris fratribus, cum primogenio talis, vt in ea non possit grauamen apponi, videas Spinum *in speculo testamentorum glossa 9 ex numer. 23.*

Ad numer. 38. ibi. *Et magistraliter &* 39
resolutiuè dico, *quod regulariter*, *&c.*

Ius accrescendi locum habere in legatis, vt portio deficiens accrescat coniuncto, ex ratione hic adducta docent Crassus *in* §. *ius accrescendi*, *quæstione 10*, vbi plures refert Gutierrez *in leg. vnica*, *Codic. quando non petentium partes*, *numer. 19* Castillo *in tractatu de vsufructu*, *capit. 48. n. 3. & 4.* vbi num 1. plures Doctores refert agentes de materia iuris accrescendi in legatis, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib 10. tit. 3.* Menochius *lib 4 præsumptione*

155 *num.* 10 *& sequent.* Fustarius *de fideicommissis quæstione.* 495 Pichardus, *n.* § *eadem res* instituta, *de legatis, nu.* 31 Cardoso *in tractatu de iure accrescendi, illatione* 6. & fere omnes citati supra *num.* 1 & pluribus relatis Larrea *d. cis. granat.* 36 *num.* 11. *&* 28. & ex his sententia contra vnum ex legatarijs reconiunctis nocet alteri, vide supra *num.* 24.

Inter coniunctos verbis tantum, in legatis habere locum ius accrescendi, probant late Mantica, *dicto tit.* 3. *num.* 6. *&* 7. vbi ait quod tunc non habet locum ius accrescendi inter legatarios verbis tantum coniunctos, quando legantur res distinctæ, nec quando legantur partes certæ, & diuersæ quæ ad oculũ possunt demonstrari, quod etiam docent Crassus *quæstione*, 8. *num.* 4. Antonius Faber, *de erroribus pragmaticorum*, 10 *mo.* 2. *decade* 49. *errore* 3. *&* 4. & Castillo, *de vsufructu dicto cap.* 48. *num* 16. & sequent, & bene explicans Cardoso, *in dicta illatione*, 6. *num.* 2.

In legato autem alimentorum non habet locum ius accrescendi, ita Tuschus, *lit.* A. *conclusione*, 286 *num.* 53. Menochius, *lib* 4. *præsumptione*, 158 *num* 2. & alij plures apud Cardosum, *in tractatu de iure accrescendi, illatione*, 27. *num.* 15, Mantica *de coniecturis, vltimarum volunt. lib.* 10. *tit.* 3 *num.* 25. *& seq.* vbi ampliat etiam si relictum sit pauperibus, quod intelligitur de alimentis sufficientibus, vt declarat Mantica, supra, & quã plures referens Cardoso *in tractatu de iure accrescendi, illatione* 27 *num.* 15. & melius Surdus *in tractatu de alimentis, tit.* 9. *quæstione*, 5 *num.* 6 *&* 27. quem valde commendo, quia late materiam *iuris accrescendi in legatis prosequitur*, Salgado *in labirintho, parte* 1 *cap.* 25. *num.* 65. apud quos etiam videbis, an in legato dotis locum habeat ius accrescendi, & maximè apud Manticam & Cardosum, *num.* 16 vbi declarat quod tunc habebit locum ius accrescendi, vel potius non decrescendi, si puellæ eo modo fuerint coniunctæ ad mille (verbi gratia), vt faciant partes per concursum, non sequuto matrimonio decedente altera, hoc enim casu pars decedentis alterae non decrescit, si vero testator puellas faciat dis iunctas omnino per distributionem vel aliud simile inducens disiunctionem omnimodam tunc nec ius accrescendi nec ius non decrescendi locum habebit.

Adde quod in legato quantitatis non habet locum ius accrescendi, vt docuit Socin *regula* 2. 3. *num* 16. Duarenus *lib.* 1. *de iure accrescendi, cap.* 3 Menchaca *de successionum creatione*, § 10. *ex nu.* 93 Mantica, *dicto tit* 3. *num* 29. & alij adducti a Cardoso *in tractatu de iure accrescendi illatione*, 24. *num.* 20. *&* 21. *vbi nu.* 22. proponit speciem coniunctionis, in qua locum habebit ius non decrescendi, Pichardus tamen *in dicto* §. *si eadem res, num.* 67. cum Bart. *in l. re coniuncti num.* 7. & alijs, verius docet locum habere ius accrescendi, eum vide.

An etiam habeat locum ius accrescendi quando legatarius admittitur de iure speciali? & verius putant locum habere, Costa, *in l. cum tale.* § *si arbitratu. ff. de conditionibus & demonstration, limitatione*, 4 *ex num.* 6. Perlata *in l. & proculo, ff de legatis*, 2. *ex num.* 41. & alij adducti per Castillo, *in dicto tractatu de vsufructu, cap* 48 *num* 8.

Ad numerum, 39 ibi *Imo quod magis* 40 *est, &c.*

Diximus iam supra in additione ad numerum 28 falsam & commentitiam esse coniunctionis legalis doctrinam, ideoq. non recte resolutionem nostri Gomezij in præsenti eam præsupponit, in Tex. autem *in l. & proculo ff. de legatis* 2. ius accrescendi locum non habet, non quia coniunctio legalis est insufficiens ad illud, cum talis coniunctio non detur (vt dictum est) sed quia in eius specie non datur aliqua coniunctionis hominis, quæ requiritur, quoties ex sola cõiunctione inducí debet ius accrescendi vt ex-

vt explicant Pichardus, & Castillo *in additione ad dictum numerum*, 28. allegati, ille *num.* 103 *hic num.* 33. & 35. vbi etiam explicant Tex. *in l. si duobus ff. de legatis.* 2 in contrarium adductum per nostrum Gomezium, de quo etiam sermonem faciunt Sarmiento *lib.* 4 *selectarum in dicta l.* & Procnio, & Osualdus ad Donel, *lib* 7. *cap* 13 *notatis lit.* B. & K. & *lib* 10. *cap.* 23. *lit.* F. & Cardoso *in tractatu de iure accrescendi illatione*, 11 *num.* 3 & 4.

41 Ad numerum, 40. ibi; *Item adde quod sicut*, &c.

Ius accrescendi locum habere in vsufructu, etiam inter coniunctos coniunctione legali rātum (quam improbamus) resoluit noster Gomezius in præsenti & ita communiter recipitur, vt constat ex Ripa, Croto, Duareno, Cujacio, & alijs, quos refert Castillo, *in suo tractatu de vsufructu, cap.* 48 *num.* 33 & Cardoso *in dicto tractatu de iure accrescendi illatione*, 27 *num.* 9. vbi intelligit per ius non decrescendi, & ij varias rationes adduxerunt huius resolutionis interminis *l.* 1. §. 1. *ff. de vsufructu accrescendo*, maximè Menochius *lib* 4. *præsumptione*, 159. sed verior est quam tradunt Pichardus *in dicto* §. *si eadem res*, in *institutis de legatis*, *num.* 107 & Castillo, *dicto num.* 33. *vbi num.* 34. & 37. ad vertit vtraomnes, & aduersus communem in specie Tex. *in dicta l.* 1. §. 1. *ff. de vsufructu accrescendo*, totum vsumfructum pertinere ad alterum dominum non iure accrescēdi, sed ex regula Tex. *in l.* 1. § *communis seruus*, *ff. de stipulatione seruorum*, & sic non ex coniunctione legali quæ non datur, vide Cancerium, 3 *parte*, *cap* 22. *ex num.* 112.

Et de iure accrescendi in vsufructu ex coniunctione qualibet siue re, siue verbis, siue re & verbis, latissimè agit ipse Castillo ibidem per totum caput, & Cardoso, *dicta illatione*, 27. *per totam*, eos vide, & Pichardum *in d.* § *si eadem res ex num* 113, *vsq: ad finem* Osualdum ad Donelum, *lib.* 10 *cap.* 23, *notatis lit.* E. & Cancerium *sup. dicto cap.* 22 *num.* 116.

Ad numerum, 41. ibi: *Tamen secus est* 42
in vsufructu, quia in eo bene habet locum, &c.

Etiam post acquisitionem portionis habere locum ius accrescendi in vsufructu, vt hic explicatur, docent Menochius, *lib* 4. *præsumptione*, 159. *num.* 6. & 18. Menchaca *de successionum creatione*, *lib.* 1. §. 10 *num* 128 & *de progressu lib* 3. § 21. *num* 51. & § 23. *num* 34 Duarenus *de iure accrescendi*, *lib* 1. *ca.* 21. Tuschus *lit.* I. *conclusione*, 570. & plures referens Cardoso *in tractatu de iure accrescendi*, *illatione* 27. *num* 7. & 8. Mantica *de coniecturis vltimarum volunt lib.* 10 *tit* 3 *num.* 32. & *sequent*, & *de tacitis*, & *ambiguis conuentionibus*, *lib.* 23 *tit.* 38. *num.* 2. Crassus, §. *ius accrescendi*, *quæst* 9 *num* 2. Castillo, *in tractatu de vsufructu*, *cap.* 48. *num.* 21 & 22 vbi explicat Tex. *in l. penultima*, *ff. de vsufructu accrescendo*, vide etiam Osualdum ad Donelum, *lib.* 10. *cap.* 23. *notatis lit.* B.

Hoc tamen ius accrescendi in vsufructu non habere locum in coniunctis verbis tantum, probant Pichardus, *in* §. *si eadem res*, *in institutis de legatis*, *num.* 114. & *sequentibus*, & alij relati, & secuti a Castillo supra *num.* 24. *quem videas*.

Ad numerum 42. ibi: *Si vero loquimur* 43
in pluribus, &c.

Ius accrescendi seu potius non decrescendi inter diuersos legatarios in uitos non habere locum, nisi reali vel mixta coniunctione sint coniuncti vt docet hic noster Gomezius in versiculo. *Si vero loquimur*, explicant late Duarenus *de iure accrescendi*, *lib.* 1 *cap.* 3 & 12 & *lib* 2. *cap.* 1 Petrus Gregorius *in syntag lib* 46. *cap.* 11 *num.* 3. & 21. Pichardus *in* §. *si eadem res*, *institutis de legatis*, *num.* 31. Mātica *de coniecturis vltimar*, *volunt. lib.* 10 *tit* 3. *num* 19. & alij plures relati a Cardoso *in suo tractatu de iure accrescendi in præludijs num* 18. vide Cancerium *variar*, 3. *parte. cap.* 22. *num.* 198.

Circa resolutionem autem nostri Gomezij initio huius numeri traditā, nempe

nempe quod legatarius v..icus nonpo teſt partem legati agnoſcere, & partē repudiare, ex Tex. *in l. neminem, ff. de legatis*, 2 ſecus vero eius hæredes, ſic docet eleganter Pichardus, *in relectione ad rubrum, ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 28. *ex num.* 40 *&* cap 29. *num.* 29. quem vide, & Sarmiento, *lib* 8 *ſelectarum in dicta l. neminem*, Caſtillio *in l.* 27. *Tauri*, verb. *Algano.*

De legato vero quod non relinquitur integraliter, ſed per partes, quod licite poſsit legatarius vnam agnoſcere & aliam repudiare, ad de Pichardum *in dicto cap.* 28 *num* 65. vbi adducit caſū, *l.* 21. *Tauri*, & Sarmiento vbi ſupra.

444 Ad numerum 43. ibi; *Prima concluſio &c.*

In hæreditatibus quod in diſtincte portio deficiens accreſcat cum ſuo onere notum eſt, & ita docent latiſsimè explicantes Craſſus, *in §. ius accreſcendi, quæſtione*, 29. Petrus Gregorius, *in ſint. ag. lib.* 46. *cap.* 11. *num.* 21 Donelus, *lib* 7. *commentariorum, cap.* 12 *in fine, & cap* 29. *lib.* 8 vbi Oſualdus, Duarenus, *de iure accreſcendi, lib* 2. *cap* 2. Cardoſo *in ſuo tractatu de iure accreſcendi illatione*, 36. *num.* 2. *& illatione* 25 *num.* 7 & vide etiam Cancerium, 3 *parte, cap.* 22 *ex num* 192.

Ibi: *Secunda concluſio, &c.*

Circa tres concluſiones a noſtro Gomezio adductas, in præſenti pro oneribus legatorum, videndi ſunt Petrus Gregorius, *dicto cap.* 11. *lib* 46 *num.* 21. Mantica *de coniecturis lib* 10. *tit* 3. *num.* 16. Duarenus, *dicto lib.* 2. *de iure accreſc. cap.* 2 & alij relati a Cardoſo *in dicto tractatu, in præludijs, num* 15. *vbi num.* 16. *&* 17. aſsignat rationem, Pichardus *in dicto*, §. *ſi eadem res inſtituta de legatis, num* 30. Cancerius ſupra.

In legatis vero pijs ſi onus pium fuerit impoſitum nominatim alicui hæredi, qui hæreditatem repudiet vel decedat ante aditionem, portio quę deficit per eius repudiationem accreſcit cohæredi cum dicto onere pio, vt ibi gratia alimentorū vel alio, ita Cordu b*n* *ſiquis à liberis, ff. de liberis agnoſcēdis* § *virum, num.* 23. Everardus, *loco* 59 *de alimentis ad piam cauſam*, verſicu o: *Sexto iſtud facit* Gualdenſis *de arte teſtandi, tit. de legatis, cautela* 45. *num.* 1 Surdus *de alimentis, tit.* 8 *priuilegio*, 15. quamuis aliàs quando onus non pium iniunctum eſt nominatim vni tātu n excohęredibus, portio eius deficiens accreſcat ſine alii quo onere, vt probat Craſſus. §. *ius accreſcendi quæſtione*, 30. *num.* 3. vide Cancerium ſupra.

Ad numerum, 44 ibi. *Sed his non obſtā-* 45 *tibus, &c.*

Quod portio deficiens accreſcat hęredi principali directo & non emptori vel particulari ſucceſſori, vt hic docet noſter Gomezius, defendunt Cujacius *lib.* 12. *obſeruationum, cap.* 13. Fachineus, *lib.* 5 *controuerſiarum, cap* 101 *& lib.* 10 *cap* 13. *&* 69. Corraſius. *in l. teſtamento. Cod. de impuberum & aliis ſubſtitutionibus*, & Cenallos. *quæſtione* 6). *tom* 1 vbi communem contra communem appellat, & plures refert pro contraria opinione, Gutier. *in* 1 *vnica, Cod quando non petentium partes, ex num* 56 *vſq; ad finem*, vbi etiam agit, an portio deficiens accreſcat fideicommiſſario, an vero hæredi, & an ad fiſcum occupantem bona vacantia, vel quando ſuccedit in bonis alicui ablatis, tanquam ab indigno, de quo etiam Cardoſo *in tractatu de iure accreſcendi in præludiis num.* 22. *& ſequentibus, & illatione*, 5. vbi defiſco auferente rem legatam, tanquā ab indigno, an ei accreſcat portio deficiens. Et de tota hac materia & in primis an fideicommiſſario pertineat ius accreſcendi, probat late & optimè Cujacius *dicto lib* 12. *obſeruationum, cap* 12. non ad eum ſed ad cohęredem pertinere, quod etiam comprobat Antonius Faber, *decade*, 50. *errore*, 4. & in emptore, quod non ad eum, ſed ad hæredem venditorem hæreditatis pertineat ius accreſcendi, probant Cujacius, ſupra, *cap.* 13 & Fachineus, *dicto cap* 3 *&*

69. An

69. Anton. Faber, etiam sup *errore 5. de Cade, 50.* & latissimè Pichardus, *in repetitione tit. ff. de acquirenda hæredit. cap. 29. ex nu. 48. vsq. ad 64.* quem omnino videas, quia optimè materiam huius numeri explicat tàm in fideicommissario, quàm in emptore hæreditatis, nec non in fisco, & circa fideicommissarium vide eundem Pichardum *in § restituta de fideicommissarijs hæreditat. num. 18. & § si expluribus de Senatusconsulto Orphiciano*, & etiam Fusarium, *in tractatu de fideicommissis, quæstione 654.* Non omittam tamen quod Mâtica *in tractatu de tacitis, & ambiguis conuentionibus, lib. 4. tit. 11.* cum Duareno *de iure accrescendi lib. 2. cap. 5.* in distincte tenet ad emptorem pertinere ius accrescẽdi, vbi etiam probat in vtraq. opinione, quod hoc verum erit si adsint aliquæ coniecturæ, vide eum, sed videtur mihi non recedendũ a Cujacio, Fabro, Pichardo & reliquis supra.

46 Solet in controuersiam de duci, an hodie stante *l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat.* locum habere possit ius accrescendi, disputat latissimè hanc quæstionem Pichardus, *in repetitione tit. ff. de acquirenda hæreditate, capit. 30.* vbi erudite probat locum habere, quem commendo.

47 Denique aduerte, ex Tex. *in l. quidam ff. de acquirenda hæreditate*, quod substitutus pupillaris, qui patris adiuit hæreditatem in qua fuerat institutus, & si viuente filio impubere, cui fuerat substitutus, decesserit, attamen hæreditatem eius, transmittet ad hæredem in itum & hoc ex iure accrescendi, vt optimè explicat idem Pichardus, *in dicta relectione, ff. de acquirenda hæreditate, cap. 29 num. 28*

48 Et adde quod prohibito succedere qui succedit ex dispensatione, verbigratia, spurio competit ius accrescẽdi de quo vide Aluaradum, *lib. 2. cap. 3. num. 65.* Quesadam *diuersarum quæstionum, cap 24. num. 26.*

49 An diuisio hæreditatis facta inter fratres impediat, vel tollat ius accrescendi, vide Castillo, *in l. 29. Taur.* verbos *Particion.*

AD CAPVT VNDECIMVM

DE SVCCESSIONE CONTRA TESTAMENTVM.

SVMMARIVM.

1 Doctores hanc materiam explicantes referuntur.

2 Teſtamentum in quo filius præteritur eſt nullum, & de Tex. in auth. ex cauſa.
Deſinitio præteritionis.
An hodie ſit nullum teſtamentum ſi filius præcreatur.
Legitima an ſit relinquenda titulo inſtitutionis

3 Quid ſi filius præcreatur cum in ſertione cauſæ.

4 Qui effectus reſultent ex hoc quod teſtamentum ſit nullum vel rumpatur.
Abſq; petitione partis eſt nullum teſtamentum & ibi an per ingreſſum religionis rumpatur teſtamentum.
Filius præteritus poteſt abinteſtato adire.
Dictum teſtamentum eſt nullum etiam ſi filius viuo patre decedat.
Limitatur ſiſint inſtituti venientes abinteſtato.
Poſthumus ita rumpit ſi naſcatur.

5 Filius ſuus præteritus an habeat poſſeſſionem contra tabulas, & an hæc detur contra teſtamentum matris.

6 An filius poſſit approbare teſtamentum, in quo eſt præteritus.

7 qualiter filius poſit intentare ius dicendi nullum.

8 Filius præteritus an tranſmittat ius dicendi nullum ad quos cumq; hæredes.

9 Filius qui renuntiauit hæreditatem patris, an poſſit dicere teſtamentum nullum

10 Quod heres teneatur probare cauſam exhæredationis.
Sufficit quod vna cauſa probetur.

11 Si pater non expreſerit cauſam, an ſufficiat quod hæres eam probet.
Quod procedit etiam ſi pater ignorauerit cauſam, vel non potuerit exprimere.
Quid in exhæreditatione bona mente facta

12 Cauſæ ingratitudinis quæ? & an ſufficiant ſimiles.

13 Alimenta & dos an poſſint denegari ex eiſdem cauſis.

14 An valeat teſtamentum in quo filius valens.


lens est præteritus.
An hic consensus noceat nepotibus.
15 In officiosi quærela contra quos detur, & competat.
16 Intra quod tempus debeat intentari quærela.
Hoc tempus concurrat imputato.
17 quærela in officiosi an trâsmittatur ad hæredes.
Quid ascendentibus ex hæredatis,
18 An requiratur aditio hæreditatis pro cõfirmatione exhæredationis
19 An exhæredatio tollat suitatem.
20 Quærela in officiosi qualiter proponi possit
Etiam per viam exceptionis intra quinquennium proponenda.
21 Filio exhæredato excluso an admittatur nepos.
Quid si quis filium exhæredet, instituat extraneum, & patrem præreat.
22 Filio legitime exhæredato, an eius pars accrescat alijs filijs.
23 Filius institutus in minus quam legitima agit ad supplementum.
De instituto in rectea.
Quid si pater instituat turpem personam.
Filius potest petere supplementum etiam si simpliciter acceptet relictum.
Quãto tempore duret ius agendi ad supplementum
De transmissione istius iuris.
An petatur vel intentetur contra legatarios
24 Filius grauatus in legitima an possit agere querela & de grauamine reijciendo.
Idem in legitima ascendentium.
Ascendentes etiam agũt ad supplementum
25 An possit filio apponi grauamen vinculi in legitima.
Valet grauamen impositum venientibus ab intestato.
Vinculum & maioratus an valeat in legitima sine facultate Regia.
Maioratus absq; facultate Regia quomodo instituatur.
26 Filio vniuersaliter instituto, si pater legauerit vsum fructum omnium bonorum aliter etiam valeat grauamen.
27 Grauamen respiciens fauorem filij an reijciatur.
Ad l. ex an auth excipitur Cod. de bonis quæ liberis.
Conditio non alienandi bona an reiciatur de legitima.
De materia l quoniam in prioribus remissiue
28 Grauamen an reijciatur de legitima voluntaria.
29 An quælibet conditio etiam potestatiua reijciatur.
30 Conditio si uoluerit an etiam reijciatur
31 Grauamen appositum in legitima de consensu filij an tollatur ipso iure.
32 Filio instituto sub conditione quæ reijcitur de legitima quid faciendum de alijs bonis.
33 Filius grauatus in legitima si repudiet, an grauamen transeat ad substitutum.
34 Filius emancipatus exhæredatus vel præteritus quod remedium habeat.
35 Filius præteritus vel exhæredatus per matrem quod remedium habeat.
36 Parentes vel ascendendentes præteriti vel exhæredati quod remedium habeant.
Quid in bonis Castrensibus vel quasi
37 Frater præteritus vel exhæredatus a fratre quod remedium habeat, & quæ personæ dicantur turpes in hoc casu.
An in totum rumpat frater vel solum vsq; ad legitimam.
Plura de hac querela fratris ibi.
38 An tuta conscientia possit frater instituere extraneum, relicto fratre.
De commissario ad exhæredationem faciendam.
De exhæredatione ob matrimonium clandestinum.
Exhæredari an possit filia luxuriosa
Aut eius possit impugnare testamentum.
An rei lesæ maiestatis possit exhæredari
An clerici testamẽtum subiaceat quærelæ
De remissione tacita ingratitudinis.
Sumptus ministrantur agenti.
Fratre excluso cum clausula codicillari, turpi persona instituta.
Ad instantiam creditorum an intentari debeat querela.

Resti-

Restitutione minorum in hac materia.

Quæritur an filio competentem an patri restituat.

Filius iuste ex hæreditate succedit si testamentum per alium rumpatur.



EXPLICANT materiam huius capitis præterscribentes in locis ordinarijs, vbi de inofficioso testamẽto Franciscus Cõrranus *libr. 9. commentariorum iuris, cap 10 & lib 10. capit. 1* & tribus sequentibus, Donellus *item commentariorum, libr. 6. capit 11. cum sequentibus vsque ad capit. 16.* vbi etiam Osualdus *lib 19 capit. 5 & sequentibus* Rodericus Suarez *in leg. quoniam in prioribus* late, Barbosa *in leg. lucius ff soluto matrimonio*, latè Antonius Faber ad titulum, *Codic. de liberis præteritis & ad titul. Codic. de posthumis hæredibus instituendis*, Menochaca *de successionum creatione, libr. 2, §. 20* latissimè Benedictus *in cap, Raynuntius*, verbo *In eodem testamento relinquens*, & ibi Conarrubias *in principio*, Costa *in §. & quid si tantum*, latissimè per totum, *& in capite si pater*; verb, *Priuare non possit*, vbi de alienatione in præiudicium legitimæ, & alia, *& lib. 1. selectarum, capite 8. ex numer. 7.* vbi de exhæredato sub conditione impossibili Rojas *de successionibus, cap. 4. n. 8 & sequentibus.* Tusch. *lit. E. conclusione 577. & sequent. & lit. P. conclusione 637. cum sequentibus*, Spino *in speculo testamentorum, glossa 20 principali, vbi numer. 1.* plures Doctores refert Matienzo *in leg. 1 tit. 4. glossa 14. lib. 5 Recopilationis.* Augustinus Barbosa *in collectaneis ad titul Cod. de inofficioso testamento*, vbi per totum, & in rubrica plurimos refert Petrus Gregorius *in syntagm lib. 44 capit. 2. & 3* Molina *de iustitia, disputatione 175. & sequent.* Stephanus Gratianus *disceptation. cap. 108 & 180 & 213 & 236 & 247 & 580. & 659. & 676. & 702. & 903.* Richardus *in ista de inofficios. testamento, & in repetitiane rex. in l. gallus, ff. de liberis, & posthumis*, vbi latissime materiam prosequitur Cancerius *variarum, 1. par, cap 4. ex n. 35* quasi per totum Sarmient. *lib 4. select. in l. mulier, & l. seq.* Castillo *in l. 24, & 29. Tauri*, & nouissimè Carpio *in tractatu de executoribus, & commissarijs testamentor lib. 2. capit. 9* per totum Thomas Sanch. *in consil. moral. lib. 4. capit 1. dubio 25 & de matrimonio, libr. 3. disputatione 47.* Menochius *de præsumptionibus, libr. 4. præsumptione 28. 29. & 30.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr 4 titul. 13. & lib 3. titul. 3 numer. 20.* vbi an de exhæredatio possit fieri de rijs bonis quæ restituenda, & reseruanda erant exhæredato Gutierrez *in repetitione leg patet filium, ff. de inofficioso testamento, & in § sui* instituta *de hæredum qualitate, & differentia*, Parladorius *tomo 3. differentia 148. per totam*

Ad num. 1. ibi: *Pro cuius perfecta declaratione dico, &c.* 2

Testamentum in quo filius fuit præteritus nullum esse ipso iure, vt hic probat noster Gomezius, docent, & explicant Cardinalis Tusc. *lit. P. concl. 639. & sequentibus*, Castillo *in l. 24. Tau.* verb. *Anulare*, vbi quid in præteritione legitimati Petrus Gregorius *in syntagm lib. 44 cap. 2. numer 1 & per totum*, vbi etiam ponit definitionem præteritionis, Menochaca *de successionum creatione, lib. 2. §. 20. num. 104. & 231.* Padilla *in leg. eam quam, Cod de fidei commissis num. 76. & sequent.* Gutierrez *in §. sui* instituta *de hæredum qualitate, ex n. 139.* vbi de emancipato, Spino *speculo testamentorum, glossa 20. numer 108 & sequent* vbi etiam adducit definitionem præteritionis, Matienzo *in l 1. glossa 10, nu. 49. & seq. titul. 4. lib. 5. Recopilation.* iterum Gutierrez *lib 2. practicarum, quæstione 34.* latè Valdesius in additionib. ad Suarez *in l. quoniam*

miam in prioribus in principio, Zeuallos *tom. 1. quæstione 21.* vbi duas contrarias opiniones adducit, an sit necessariũ quod ipse filius spectat, vt annulletur testamentum, de quo etiam Petrus Gregorius *supra nu 11* vbi, & numeris sequentibus adducit plures exceptiones, in quibus benè valet testamentum in quo filius fuit præteritus, de quibus Benedictus *in cap. Raynutius, verb. Eodem testamento nequaquam, ex num. 55. vsque ad 242.* Pichardus in principio institutæ *de exhæredationibus liberorum, ex numer. 1. & in electione vers. in l. gallus, in præludijs, cap. 2. num. 1. & 2. vbi nume 3.* rationem dictæ resolutionis adducit, *& in num 65. & 66* probat saltem modo testamentum esse nullum in quo filius emancipatus præteritur, sublata iam differentia patriæ potestatis, & emancipationis, ex Ioannne Rojis *in epitome successionum, capit. 4. num. 4* Cujacio *novella 118.* Costa *in cap. si pater, 1 parte*, verb. *Habens, num. 19.* & alios & Osualdus *lib 8. capit. 32 in notatis lit. C.*

Dubitatur autem an hodie stante *leg. 1. titul 4. lib. 5. Recopilat.* præteritio filij irritum faciat testamentum patris, in quo certa resolutio est, quod si pater nullo instituto hærede, suum faciat testamentum, illud valeat, nec filius ius dicendi nullum habeat, cum ipse censeatur hæres, *ex dicta leg. 1.* si vero testator alios instituerit hæredes, & filium præterierit, testamentum erit nullum quoad institutionem, cæteris finis manentibus ex authentica, ex causa, *Codic. de liberis præteritis*, vel *ex hæredatis*, secum Gregorio Lopez *in leg. 7. titul. 8. partita 6.* verb Loquebrantasse, Menchaca *de successionum creatione, libr. 2 §. 10. numer. 228, & 241.* & Marienzo *in dicta leg. 1. titul. 4. libr. 5. glossa 10. numer. 49.* docuit Pichardus *in §. igitur quartam, institutæ de inofficioso testamento, & melius in repetitione leg gallus in præludijs, capit 2 numer. 75.* quamuis contrarium nempe indistincte valere hodie testamentum, *ex dicta leg. 1 titul. 4. libr. 5. Recopilat.* teneat cum pluribus Ioan. Valdesius in additionibus ad Rodericum Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione 1. num 8.*

Circa materiam autem text. in authentica *ex causa, Cod de liberis præteritis*, videndi sunt præter ordinarios, vbi omnes Regnicolæ *in leg. 24 Tauri & in leg. 8 titul. 6. libr. 5. Recopilationis* Gutierrez *lib. 2 quæstione 30.* latè Gregorius Lopez *in l. 12. tit. 7. partita 6. glos. 4.* vbi quid si frater præteratur turpi persona instituta, *& in l. fin. tit 8. part. 6 glossa 7 & 8.* vbi late de materia Zeuallos *quæst. 181.* & pluribus sequentibus, *& quæstione 566* iterum Gutierrez *lib 4 quæst. 72. nu. 14*, vbi etiam de fratre turpi persona instituta Castillo *dicta leg. 24. Tauri*, late Pichardus §. *posthumi.* institutæ *de exhæredatione liberorum, ex num 22. & in repetitione leg gallus, capit. 2. ex numer 77* Valdesius ad Suarez *in leg. quoniam in prioribus*, in prima additione, & in euidentialibus *numer. 12. & ampliatione 16. numer. 3.* vbi de patre rumpente testamentum, Menochius *de arbitrar. casu 147.* Osualdus ad Donel. *lib 5. capit. 13* Costa *in capit. si pater.* verb. *Consendum, ex num 9.* vbi quid de substitutione vulgari & pupillari Mantica *de coniecturis, libr 5. titul 12. num 18* Fachinæus *controversiarum, libr. 4 cap 9 & sequent & lib 10. c. 70.* vbi de præteritione parentum, Gratianus *regula 278* Aluarado *de coniecturata mente defuncti. lib 4. capit 4. ex numer. 24* Clarus §. *testamentum quæstion. 54.* Tiraquel *in l. si vnquam*, verbo. *Donatione largitus, ex numer. 259.* Fusarius *de fideicommissis, quæstione 571.* Barbosa *in collectanea, leg 27 Codi. ce de inofficioso testamento.* vbi quid in testamento fratris, & in proprio loco, Cancerius, *variarum, 1. part capit. 4 numer. 52 & sequent.*

Ibi; *Quod primo extende &c.*

Quod filius dicatur præteritus, nullum

illumq; fit teſtamentum, etiam ſi legitimæ ei relinquatur tit. ſpeciali legati, vel fideicommiſſi, vt hic reſoluitur, probant, & explicant plures relati per Fuſchum *liter P. concluſione* 637. *& liter L. concluſione* 198: vbi latè hanc quæſtionum diſputat amplians, & limitans, Fuſſarius *de ſubſtitutionibus quæſtione* 660. *numer* 8 vbi quod idem procedit in legitima aſcendentibus debita, Caſtillo *in l.* 24. *Tauri, gloſſa* 2. vbi denique ait quod ſi legitima per ſtatutum augeatur vt hodie eſt aucta *per leg huius Regni*, tunc non eſt neceſſarium, vt relinquatur tit inſtitutionis, de quo etiam Burgos de Paz *in l.* 3. *Tau, n.* 888. Spino *in ſpeculo, gloſſa* 20. *ex nu.* 51 & Zeuallos, *quæſt.* 23 per totam, vbi extendit cum alijs ad legitimam relict m parentibus, & filijs arrogatis, & quam plures doctores refert, quod etiam tacit Auguſtinus Barboſa *in collectanea ad auth nticam, Nouiſſima, Codic, de inofficioſo teſtamento ex n* 13. *vſque ad* 18. *vbi nu.* 14 idem eſſe ait in filio legitimato: & inſecto filio, vt eſſ monaſterium, & an hoc procedat de iure canonico? idem Zeuallos *dicta quæſtione* 23. *numer* 9 poſt Matienzum *leg.* 1. *titul.* 4. *lib* 5. *gloſſa* 10 *nu.* 55. de quo etiam Petrus Gregorius *in ſintagmat. lib* 44. *cap.* 2 *numer.* 8. Parladorus *differentia* 148. *num* 26 vbi quid interſit hoc, vel illo titulo relinqui? Sed nouiſſime Pichardus *in* § *igitur quartam*, inſtituta *de in officioſo teſtamento, nume.* 19. *& ſequent vſque ad* 26. late rem diſputat, & denique quæſtionem reſoluit ſub diſtinctione, nempe quod ſi nullus alius ſit inſtitutus hæres in teſtamento paterno ſufficiat legitimam relinqui quoquo titulo, ſi verò in teſtamento ſit inſtitutus hæres, tunc legitimã titulo inſtitutionis relinquendã, & hoc modo explicat quęſtionem *ex dicta l.* 1. *tit.* 4, *lib.* 5. *Recop. & in repetitione l. gallus in præludijs, cap.* 23, *n.* 74. & hoc magis iuri conſonum mihi videtur, quã dis D Ioannes del Caſt cũ Molina *in tract. de primog.* & alijs in diſtincte doceat etiam hodie relinquendam legitimam titulo inſtitutionis, *libr.* 4. *cõtrouerſiarum, cap.* 20. *n.* 23. vbi probat duobus teſtibus probari poſſe relictum filio ſimpliciter, relictum fuiſſe titulo inſtitutionis cum hoc conſiſtat in declaratione volu tatis, vide etiam Cancer. *variarum.* 1 *parte, cap.* 3 *nu,* 14. Merlin. *de legitima, lib.* 5. *tit* 2 per totum vbi *in quæſtione* 8 etiam aſcendentibus eſſe relinq endam eodem titulo Inſtitutionis, probat, *& quæſtione* 13. idem in filijs naturalibus, reſpectu matris, vide etiam ſupra, *cap* 2. *num.* 25.

Ad n.° 2. & 3. ibi *Secundò excendo, &c.* 3

Et ibi *Vel aliter, & tertiò dicamus &c.*

Præteritione filij facta cum expreſſione cauſæ valere teſtamentum, mero iure, ea verò non probata per hæredem teſtamentum infirmari per quærelam, reſoluit in ſumma noſter Gomezius his duobus numeris, vt vides, & eius opinionem comprobant plures doctores & fundamenta adducta per Couarrubiam *in cap. Raynuntius de teſtamentis, ex nu.* 1, & Molina *diſputatione* 175. *num.* 17. *& 18. tom.* 1. *de iuſtitia*, Menochius *lib.* 4. *præſumptione* 30. *num.* 1. & per Valdeſium in additionibus ad Rodericum Suarez *in leg. quoniam in prioribus in principio*, verſicul. *Quæſtio igitur eſt*, & Caſtillo *in leg.* 24. *Tauri*, verbo, *Preterician*. Coſta *in* §. *& quid ſi tantum ex numer* 166. vbi etiam de emancipato, ſed ab ea recedere videtur Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 4 *titul.* 10. *nu* 25. cum ipſo Couarrubias, ob exciudendam ex hæredationem, vt pote odioſam, eos vide, & Oſualdum ad Donel *libr.* 19. *cap.* 4. *notatis, lit.* R.

Ad num. 4. ibi *Reſpondeo quod plures cauſantur effectus, &c.* 3

De diuerſis effectibus ex iure dicendi nullum teſtamentum, & ex querela inofficioſi procedentibus, videndi ſunt Doctores ſupra relati, *nume.* 1. & in ſpecie circa primum effectum hic adductum nempe quod quærela

durat quinquiennio videas Cancerium 2. *parte, cap.* 4. *numer.* 36. Balbum *de præscriptionibus*, 4. *parte*, 4. *partis principalis, quæstione* 41 *&* 42 Matienzo *leg* 1 *titul.* 4 *libr.* 5 *glossa* 14. *ex numer.* 80. Tiraquel *de retractu, titul* 1. §. 36 *glossa* 2. *num.* 18. Parladorium *tomo* 3. *differentia* 148 *numer.* 21. *&* 22. Pichardum instituta *de inofficioso in principio, numer.* 55 Petrum Gregorium *in syntagmat lib.* 44. *cap.* 2. *numer.* 22 Molina *de iustitia, disputatione* 175 *ex numer.* 32.

Ibi: *Secundus effectus, &c.*

Adde videndos Benedictum *in capit Raynuntius*, verbo. *In eodem testamento el segundo, numer* 94. Bernardum Diaz *in regula* 725. & alios relatos à Zeualios *quæstione* 21. & Andream Fachinæum *optimè libr*, 13 *controuersiarum, capit.* 68. vbi respondet contrarijs, & opinionem nostri Gomezij eleganter tuetur, licet contrarium doceat Petrus Gregorius *in syntagmat lib.* 44 *capit.* 2 *numer* 11. vbi numeris sequentibus alias limitationes congerit Tuschus *liter. P. conclusione* 639. *ex numer.* 1. & an per ingressum religionis rumpatur testamentum, Zuallos *quæstione* 121.

Ibi; *Tertius effectus est, &c.*

Supposito quod testamentum in quo filius est præteritus nullitatem cõtinet, vt supra probatum est, euidenter sequitur hic tertius effectus, scilicet quod possit filius abintestato adire, intestatus enim tunc efficitur pater, vt probat Petrus Gregorius *in syntagmat. lib.* 44. *cap* 1 *nu.* 2, *&* 3. late Pichar. *in rubrica*, instituta *de hæreditatibus quæ abintestato deferuntur.*

Ibi: *Quartus effectus,*

Testamentum in quo filius fuit præteritus, nullum esse etiam si filius viuo patre decedat, docent communiter Doctores, vt videri potest per Benedictum, *in cap Raynuntius*, verb. *In eodem testamento relinquens el primero. numer* 226. Sarmiento *lib.* 4. *selectarum, ad l. si filius qui. ff. de liberis, & posthumis*, Petrum Gregorium *in syntagm. lib.* 44. *cap.* 2 *num* 21. Spino *in speculo, glossa* 20. *numer.* 106. Tuschum *litera P. conclusione* 639 *ex numer.* 2 *&* 3 *conclusione* 641 *ex numer.* 35. Pichardum in principio instituta *de exhæredatione numer.* 2.

Ibi: *Quod tamen intelligo, &c.*

Limitatur proxima superior doctrina, si sint instituti omnes legitimi abintestato venientes, qui eiusdem, & proximioris gradus sunt; vt probant omnes supra relati, maximè Benedictus Tuschus, & Pichardus in dict. princip. instituta *de exhæredatione liberorum*, *ex numer* 51, *&* 3 *melius in repetitione leg gallus, in præludijs, capit.* 2 *ex numer.* 53. *maximè num* 56. Molina *de iustit, tom.* 1. *disputatione* 175. *nu.* 29.

Ibi: *Quod tamen limita, &c.*

Posthumi natiuitatem rum, i testamentum si sit præteritus, vt hic resoluitur, docent omnes supra proxime relati, & maxime Pichardus *in d. repetit. d. gallus in principio, n.* 66. *ca.* 4. vbi non eris sequentibus adducit *l.* 13 *Tauri*, quæ est *l.* 2, *tit* 8. *lib* 5, *Recopil*, vbi requiritur quod viuat, 24, horas, & sit Baptizatus, de quo supra sermonem habuimus, *cap.* 1. dum de successionibus agebatur, idem Pichard. *in* § *posthumi*, instituta *de exhæredatione liberorum, ex num.* 13. *vbi num.* 17. aduertit quod, & si decedat post mortem patris non conualescit testamentum, nisi declinet ad monstrum, Cancerius *variarum*, 1. *parte, cap* 4 *num.* 57. latè Carranza *in tractatu de partu legitimo, capit.* 2. § 1 *illatione* 13. *sectione* 1 *numer.* 138. & sequentibus, vbi alia plura videre poteris, *&* 3 *illatione* 12. *num*, 84 *&* 3 *in initio dicti capitis* 2. *num.* 5. *&* 6. probat, quod posthumus ante quam nascatur, dum est in vtero, non potest dici posthumus suus & quod talis dicetur postquam editus fuerit, de quo etiam supra relati, & Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione* 175 *num*, 30.

Ad numer. 5. ibi. *Item adde quod filius* 5

suus.

suus, & in potestate præterierus, &c.

Non solum ius dicendi nullum, sed etiam bonorum possessionem contra tabulas dari filio suo, & in potestate præterito, vt hic resolvitur, notum est ex iuribus allegatis, sed circa obiectionem à nostro Gomezio adductam in vrãculo: *Alberto in examen*, variæ sunt solutiones, vt videri potest ex Cujacio *in leg. filio præterito*, ff. *de iniusto rupto*, Tiraquello *in leg. si unquam* verbo. *decerneretur, numer.* 13. Spino *in speculo, glossa* 29. *numer.* 111. Costa *in* §. *& quid si tertium*, 3. *part.*, ex *numero* 131. Petro Gregorio *in syntagmate, libr.* 43. *capit.* 1. *numer.* 4. & 5. Menchica *lib.* 2. *de successionum creation.* §. 29. *numero* 138. & est verissima, & tenendi est, quam docet Richardus *in* § *fantasticum*, in sua institura *de bonorum possessionibus*, *n.* 16. nempe bonorum possessionem contra tabulas duri adscindendam iudicium defuncti, magis quam adscindendum testamentum, itaque quamuis nullum sit testamentum, in quo filius fuit præteritus, contra illud datur præfatum remedium quia etiam ex testamento nullo dubie præter bonorum possessionẽ secundum tabulas attenditur testatoris voluntatem, adscindendum autem illud iudicium defuncti, quod prætor tuetur etiam ex testamento nullo datur hæc possessio contra tabulas. Ex quibus etiam procedit solutio trium argumentorum quæ noster Gomezius hic considerat, eum vide ibi & *in repetitione leg. gallus, capit.* 2. *numer.* 50. vbi aliter explicat, & an possessio contra tabulas detur contra testamentum matris? Zevallos *quæstione* 778.

6 Ad numerum 6. ibi. *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

De iure prætorio, & eius æquitate possessionem approbare testamentum in quo est præteritus, vt hic resolvitur, docet Pachineus *controuersiarum iuris, lib.* 13. *cap.* 68 versic. *Illud certum est*, Cardinalis Tuscus *lit.* L. *conclusion* 289. & *lit.* T. *conclusione* 5. & *lit.* P. *conclusione* 639. & *conclusion.* 641. *n.* 92. in quibus locis latissime materiam prosequitur, amplians, & limitans Gutierrez *in l. nemo potest ff. de legatis* 1. *n.* 139. & *seq.* & *in cap quamuis pactum, n.* 25. Cancerius *variar. 1. parte, cap* 4. *n.* 28. & *seq.* Richardus *in principio* institutæ *de exhæredatione liberorum, numer.* 52. potest enim iam hodie filius bonis patris se abstinere ex beneficio prætoris, Sarmiento *lib.* 8. *selectarum, in relectione rect. in leg. cum patronus, num.* 4. qui late explicant ex *l. filio præterito ff. de iniusto rupto*, in quo hæc opinio fundatur, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 175 *num* 25. & *sequent* vbi etiam de minore, & alia.

Ad numerum 7. ibi: *Et resolutiuè dico,* 7 *&c.*

Per viam actionis, exceptionis, vel replicationis possit quis hoc dedicere ius dicendi nullum, vt hic probatur, certum est, vt docet Petrus Gregor. *in syntag. lib.* 14. *c.* 4. *n.* 13. quia facilior est in iure exceptio quã actio, & ideo regulariter qui potest agere multo magis potest excipere. *l.* 1. *ff. de superficiebus, cũ mercedem exceptionibus* & quia cui damus actionem, multo magis damus exceptionem *l. inuitus*, §. *cui damus ff. de regulis iuris*, qui nimo multa conceduntur excipiendo, quæ non conceduntur agendo, Angelus Aret. *consilio* 31. *in fine*, quod etiam in replicatione locum habet Castrensis *consilio* 275. *libr.* 2. *num.* 3. Et confirmatur, quia actio, & exceptio sunt correlativa *leg. siquidem, Codic. de exceptionibus*, notat Baldus *in leg. in rebus, Codic. de iure dotium, numer* 12. vide Tuschum *litera* I. *conclusione* 16). Oldradum ad Donellum *libr.* 19. *cap* 6. *notatis.*

Ad numer. 8. ibi *Breuiter dico, &c.* 8

Filium suum transmittere ad hæredes ius dicendi nullum ex potentia suitatis, vt hic concluditur docent Tusch. *lit.* P. *conclusione* 541. *n.* 7. & 8. vbi allegat cõtrariũ tenẽtes Petr. Greg. *in synt. lib.*

44 *cap. 4. num. 20.* vbi probat quod etiã hoc ius nõ præparatũ transmittunt in liberos, secus in querela cæterorũ, quæ non præparata non transmittitur. Spino *in spec. glossa 20. n. 105* idem Tuschus *lit. T concl. 371.* vbi declarat doctrinam hic traditam à nostro Gomezio.

An autem hoc ius transeat in fiscum vide Farinacium *consilio 159. num. 52* & quasi per totum.

Ad numer. 9 ibi: *Et breuiter dico quod non, &c.*

Filius qui cum iuramento renuntiauit hæreditati paternæ, quod non posset agere de nullitate si præteriretur, resolut, vt vides Gomezius, idem probat ipse Gomezius *in l. 22. Tauri, n. 9* Couarrubius *in c. quamuis pactum, 3. parte, §. 3* Gutierrez ibidem, versiculo: *Omnino seruari debebit, num. 1.* Molina *de iustitia, tom. 1. disp. 175. in. 23.* Et adde quod si tempore renuntiationis pater nullos alios habebat filios, nec ei postea nati sunt, filius ipse renuntians potest succedere ab intestato vel cõtra testamentum si reperiatur præteritus secundum doctrinam nostri Gomezij *in d. l. 22. Tauri*, quem sequitur Gutierrez vbi supra *n. 1*, quia ex tacita coniectura hæc renuntiatio videtur facta contemplatione, & fauore filiorum nascendorum, *ex l. cum accessisti, Codic. de fideicomissis*, quod ipse Gutierrez *numer. 3. & 4.* sub intelligit, præter quam si tempore renuntiationis adsint nepotes ex filio præmortuo, & præterquam si constaret apertè renuntiationem minime factam fuisse contemplatione nec fauore nascendorum filiorum. De reliquis autem quæstionibus in hac renuntiatione iurata videndi sunt Doctores *in dicto capit. quamuis pactum, de pactis, lib. 6.* latissime materiam agentes, & Castillo *lib. 3. controuers. cap. 9.* Molina *de primogen. lib. 2. cap. 3.* Menchaca *vsufrequentium cap. 44.* Hermosilla *in addition. ad Gregor. Lopez in l. 8. tit. 4. partit. 5. glossa 3. numer. 16.* vbi quid in hæreditate tam delata an eius renuntiatio noceat filis, & ferè infiniti relati à Barbosa in collectanea *ad l. finalem, Codic. de pactis, num. 2. & in l. 11. Cod. de transactionibus, numer. 9.* & à Cenedo *in collectanea ad dictam cap. quamuis pactum, &c.*

Ad num. 10. ibi: *Ni filius probaret se gratum, &c.* 10

Quod filius iure digestorum teneatur, probare se fuisse gratum patri, secus de iure nouiori, ex quo probatio ingratitudinis pertinet ad hæredem, vt noster docet, exornant eleganter Petrus Gregorius *in suntagmat. lib. 44. cap. 4. num. 12.* Spino *in speculo testamentorum glossa 20. ex num. 58.* vbi etiam addit quod hæres probare debet tempus, & locũ cõmissæ ingratitudinis, quod idem docuit Cassanæus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 7. §. 2. versicul. Si non prout, numer. 18. & 16.* Mascardus *de probationibus, literæ E. conclusione 714. numer. 9 & 18.* Narbona *de ætate, anno 10. quæstione 4. numer. 4.* Richardus *in principio, Instituta de inofficiosso testamento ex numer. 47. vsque ad 50.* vbi etiam probat duos testes sufficere ad probationem ingratitudinis, Menochius *libr. 4. præsumptione 29. per totam*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 4. titulo 13. numer. 35.* & quasi per totum, Cancerius *variarum, 1. parte, capit. 4. numer. 36* Merlinus *de legitima, lib. 4. tit. 1. quæstione 20. numer. 37.*

Et ad id quod si plures causæ fuerint ex quibus per testatorem sufficiebat vnam idoneam probari ex supra citatis doctoribus maxime Cassanæo *in consuetudinibus, rubrica 8. §. 2. d. & versiculo. Sinon prout, num. 17.* Merlin. *dicta quæstione 20. num. 39.*

Ad numer 11 ibi *Sed in hoc subtili at-* 11
ticulo, &c.

Non sufficere quod hæres velit probare filium ingratum, si pater non ex ræ sit ingratitudinem, vt hic resoluitur, communissima est sentẽtia, vt apparet ex Cassan. *in consuet. Burg. rub. 7. dict. §. 2.*

versiculo *Si non prouenerit num* 13. Castillo, *tom.* 4. *Tauri, gloss.* 2. Petro Gregorio *in syntagm. lib.* 44. *cap.* 6. *num.* 13. Pichardo, *in* §. *qua ratione, instit. de pupillari substitutione, num.* 19. *& in l. Gallus,* § 3. *ca* 2. vbide x hæredatione facta verbis conumeliosis, an valeat? Gutier. *in l. pater filium. ff de inofficioso testamento, num.* 37. *vbi num.* 36. adducit casum peregrinum, vbi valet ex hæredatio sine causæ in scriptione, Gratianus, *in regula* 199 *num* 32. vbi etiam ait cum Padilla, *in l. si qua beneficia, Cod de diuersis rescriptis, & alij*, quod pater non tenetur exprimere diem in qua ingratitudo cõmissa est de quo Cassanæus supra, *num.* 18. & Mantica de *coniecturis, lib* 4. *tit.* 13. *num.* 34. Merlin, *de legitima, lib* 4 *tit* 1 *quæstione,* 20 *num.* 8 *&* 9. Augustinus Barbosa *in collectanea ad l. omnimodo Cod. de inofficioso testamento, num.* 17 *&* 18. Carpio *de executoribus lib.* 2. *cap.* 9. *num,* 5 *&* 7. *&* 12. vbi recommissatio ad ex hæredationem.

Ibi. *Sed ad hoc in isto casu. &c.*

Supra dictam resolutionem procedere etiam si pater ignorauerit causam ingratitudinis, vel eam non potuerit exprimere vt hic docet Gomezius, comprobari potest ex doctrina Menochij, *lib* 4. *præsumptione* 30. *nu.* 1. vbi ait, quod exheredatio non potest induci ex coniecturis & præsumptionibus, nisi eæ sumantur ex scriptis in testamento, & resolutionem nostri Gomezij aperte docet Mantica, *de coniecturis vltimarum voluntat. lib* 4. *tit.* 13 *num.* 37. Gratianus *in regula* 199. *num.* 8. Aluarado *de coniecturamente defuncti, lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 51 Molina *de primogenijs lib.* 1. *cap* 11. *num* 15. *& sequent.* & alter Molina *de iustitia, tomo,* 2. *disputatione* 176. *num.* 44. vbi hanc resolutionem substinet, etiam quando ipse filius interfecit patrem, ita vt nõ habuerit tempus, eum ex hæredandi. Aliud autem erit ex eo quod indignus tunc reputabitur.

In exhæredatione autem illa impropria quæ bonamente fit in fauorem ipsius alij, quod non requiratur causæ expressio, vide Manticam late, *dicto tit* 13 *lib* 4. *ex num.* 14. *vbi num.* 15. ait hoc modo posthumum etiam posse exheredari Suarez *in l. quoniam limitatione* 1. *num.* 4.

Ad numerum 12. ibi. *Sed his non obstantibus, &c.* 12

Propter similes & maiores causas ex pressis posse filium exhæredari, receptissima est sententia, cum nostro Gomezio, vt probant Cassanæus, *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica,* 7. §. 2. versiculo: *Si non prouenerit*, Pinel, *de bonis maternis in rubrica* 2. *parte. num.* 27 Castillo *in l* 24 *Taur. conclusione,* 17. Ioannes Lupus, *in re petitione, cap per vestras de donationibus inter* § 66. versicul: *& secundum* Couar *in ca. Raynuntius, num.* 16. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 9. *numer.* 33 Ceuallos, *quæstione* 509. *num.* 8. Morla *in emporio, tit.* 1 *quæstione* 6. *num.* 16. Menochius *de arbitrarijs, casu,* 84 Sanchez *in summa, lib.* 6 *cap.* 15 *num* 37. Menochius, *de arbitrar. casu.* 501 vbi de eo quem aliquis promisit tractare vt filium, Barbosa *in collectanea, cap. veniẽs de testibus, num.* 12. vbi quod ingratus nõ dicitur filius coactus, & nõ sponte testificãs contra patrẽ, in crimine mortedigno. Et Tiraqu. *l. dell connubial,* 1 *num.* 43. vbi quod pater meretricarius filiam meretricem ex hæredare potest, de qno etiam infra ad finem capitis versiculo: *Ex hæredari an possit*, & alij relati a Graziano, *in regula,* 194. *num.* 12. vbi cum Molina sup. hoc verum, & tenendum dicit, etiam stante, *l* 8. *tit.* 7. *partita.* 6 ibi *Mas si por otra alguna razon qualquiera que no fuesse de las sobredichas en estas leyes, deshe redasse el padre al hijo no valdria el tal desheredamiento*, contra Gregorium ibi. Sed contraria opinio verior videtur ex fundamentis adductis ad Pichardo, *in prin. instituta, de inofficioso testam num* 46. & hanc veriorem dicit de iure Regio Gratianus *idem regula* 199 *num.* 30. vbi per totam regulam bene explicat causas ex hæredationis, nec non relati a Xime-

nez

nez in concordantijs vtriusq; iuris, in authæntico, vt cum de appellatione cognoscitur, *collatione*, 8 *in* 1. *&* 2 *part.* & idem tenet Molina *de iustitia tomo*, 1. *disputatione*, 176. *ex num* 45 *vsq; ad* 54. hanc doctrinam contra Gomezium optimè fundans, etiam in iure communi veriorem afferens, vbi addit semirari Couarrubiam, & nostrum Gomezium, *dictam legem parentæ contempsisse*, vide etiã Osualdum *in lib.* 6. *cap.* 12. ad Donel, *lit.* M & Merlinum *de legitima*, *lib* 4 *tit.* 1. per totum vbi omnes causas enumerat & Barbosam in collectanea, *in cap. quinta valdis*, *de iure iuran*, & Cancerium, *cap.* 24 1 *parte*, *num.* 36.

13 Ad numerum, 13 *item adde quod ex eisdem causis*, *&c.*

Alimenta & dotem posse denegari ex eisdem causis, exquibus potest fieri exhæredatio vt hic traditur, probant Menchaca *de successionum creatione*, *lib.* 1. *cap.* 10 *num.* 625. Cassanæus, *in consuetudinibus Burgundiæ*, *rubrica* 7. § 2 versiculo *si non prout*. Palacius Rubios, *in l* 31. *Taurinum.* 5, 7. Couar. *in* 4. 2. *parte*, *cap.* 8. § 6. *num* 16. Costa *in* §. *& quid si tantum*, 2 *p. ex num* 110 *&.* 139 vbi alia Corrasius, *in l quilibet*, *num.* 56. *ff. de ritu nuptiarum* Molina *de hispanorum primogenijs*, *lib.* 2. *c.* 16. *ex num.* 1. Gratianus, *regula* 199. *num.* 11. Valdesius ad Suarez *in l quoniam*, *ampliatione*, 9. Menochius, *casu* 535 *in fine* vbi quod meretrix emendata potest exhæredare filiam meretricem, Osualdus *lib.* 6. *cap.* 19. *lit.* B vbi quod exhæredatio verbis contumelioſis fieri potest. Molina *de inst*, *to*, 1. *disp.* 176, *n.* 43. *& disp.* 168. *num*, 14 vbi declarat præter ea alimenta quæ necessaria sunt ad vitam conseruandam, hæc enim denegari nõ possunt, Surdus *de alimentis*, *tit.* 7. *quæstione*, 12. *num* 1 *& tit* 1. *quæstione* 6. *num.* 2 vide Barbosam *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio* 4 *parte*, *num.* 41. *& seq.*

Addendum tamen est quod hæc denegatio alimetorum, quam diximus, locũ habere ex eisdem causis exquibus exhæredatio permittitur, non autho ritate legis humanæ, vt existimarunt supra relati Doctores, sed ex eadem lege naturali, exqua dicta alimenta debentur, fieri dicendum est, vt aduertit Morla *in emporio*, *tit.* 1. *num*, 35.

Ad numerum 14 ibi; *Sed his non obstantibus*, *&c.* 14

Testamentum inquo filius consentiens & volens est præteritus vel exhæredatus, valere inexpugnabiliter, vt probat hic subtiliter noster Gomezius, defendunt latissimè idem Gomezius *in l.* 22. *Taurinum* 5 Cassaneus *in cõsuetudinibus Burgundiæ rubrica*, 7. §. 2. versiculo *si non prout num.* 4. Castillo, *in l.* 24 *Taur. glossa*, 2. Cancerius variarum 1 *parte*, *cap.* 4. *num.* 31. vbi quod consensus requiritur ante conditum testamentum vel in ipso actu testandi, & plures pro ea referens Gutierrez, *in l nemo potest*, *ff. legatis*, 1. *nu.* 142. *& sequentibus*, *& in cap. quamuis pactum*, *num.* 27. & alios congerit Valdesius *in additionibus ad Suarez in l quoniam in prioribus*, *ampliatione* 10 *ad numerum*, 31 *& seq:* Mechaca *vsu frequentiũ cap.* 27. *num.* 4.

An autem consensus præstitus per filium a exhæredationẽ noceat nepoti ex eo? vide per Gutierrez, *in cap. quamuis pactum in principio*, *num.* 16. *& in fine dictæ repetitionis*, verbo. *nec redundat in alterius detrimentum*, & Coua. *ibidem*, *& in cap.* Raynaldus §. 2. Thomam Sanchez *in consiliijs Moralibus*, *lib.* 4. *cap.* 1. *dubio* 34 *ex num* 38 Valdesium, in additionibus ad Suarez *in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni*, *limitatione*, 4 *lit.* D. Tellum Fernandez *in l.* 5. *Taur. num* 60. Bacçam, *de dote*, *cap.* 10. *num.* 100. *& sequentibus*, Hermosillam *in l.* 56 *tit.* 5. *partita* 5. *glossa*, 4. *ex num* 32.

Ad numerum 15. ibi. *& breuiter &* re 15 *solutiue Respondeo*, *&c.*

Contra hæredem vel fideicommissarium vniuersalem competere querelã inofficiosi sub distinctione & explicatione hic tradita per nostrum Gomezium

zion constat. quantum enim attinet ad primum membrum, nempe quod sententia lata contra hæredem noceat fideicommissario, sic probat Menochius *consilio* 500. Suarez *allegatione* 27. *num.* 3. Menchaca *de successionum creatione lib* 1. § 6. *num* 28. Couarrubias *in practicis, cap.* 13. *num.* 6. Molina *de primogenijs, lib.* 4. *cap.* 8. *num* 3. Ceuallos, *quæstione* 636. Castillo *l* 24. *Tauri, glossa*, 2. Osualdus ad Donel, *lib* 19. *cap* 8. *notatis lit.* E. Salgado *in Labirintho, parte*, 2. *cap* 11. *nu.* 39. vbi quod si filius agat de inofficioso contra duos hæredes, & vnum vincat, & ab alio vincatur pro parte inquisicit tenetur creditoribus & legatarijs, & alij fere infiniti quos congerit Fussarius *in tractatu de fideicommissis, quæstione* 622. vbi latissimè declat amplians. & limitans. Quo ad secundum membrum nempe quod lite pendente instantia cepta cũ hærede transeat ad fideicommissarium probant etiam Suarez, *dicta allegatione* 27. Molina etiam *supra num.* 6. Marzarius *de fideicommissis, quæstione*, 72 versiculo, *& de instantia* & alij plures relati a Fussario, *supra quæstione*, 620 vbi etiam declarat, quem videas ad reliqua membra dictionis nostri Gomezij, *in quæstione* 603, *& 604* & alios referentem Barbosam *in collectanea, ad l.* 1. *Cod de inofficioso testamento*,

16 Ad numerum 16. ibi. *& dico quod infra quinq; annos, &c.*

Inofficiosi quærelam infra quinq; annos, & non vltra debere intentari, notum est in iure vt hic resoluitur, docent Castillo, *l.* 24 *Tauri. glossa* 2. *conclusione*, 18. Pichardus *in principio institutæ de inofficioso testamento, num.* 53. vbi etiam probat, hoc tempus esse continuum, & currere ignoranti, licet alij contra, vt ait Tuschus, *lit* P. *conclusione* 170. *num* 3. si autem filius sit minor, qui de inofficioso agere debet quinquiennium viginti quinq; annis elapsis currere incipit ex *l.* 4. *ad finem*, *tit* 8. *partita*, 6 *& alijs adductis a* Pichardo *supra, num* 55. Dellus, *commentarior. iuris ciuilis, lib.* 19. *cap.* 6 & alij plures relati a Barbosa *in collectanea ad si quis filium.* 34. *Cod. de inofficioso testamento, & in l. sciant, & finali, ibidem* & Petrus Gregorius, *in singag. lib.* 44. *cap.* 4 *num* 16. & vide supra *in additione ad numerum.* 4. & Tuschum: *lit* J. *conclusi ne* 170.

Aduertendum tamen est, hoc quinquiennium non currere, nec controuertitur quæstio super nullitate testamenti, vt docet Menchaca, *lib* 3 *super l. contra maiores Cod de inofficioso & ibi* Barbosa *in collectaneis super codicem*, & probatur *ex l.* 8. *tit.* 29 *part.* 3 nec currere impedito ex Duareno & alijs resolvit Osualdus ad Donel, *lib* 19. *notatis lit.* F. *cap.* 6.

Nec per viam exceptionis potest proponi post dictum quinquiennium vt dicetur *infra in additione ad numerum*, 20.

Ad numerum, 17. ibi. *Et dico quod bene* 17. *transmittitur &c.*

Quærelam inofficiosi transmissi ad liberos, & si non fuerit intentata vel præparata per filium, ad extraneos autem non transmitti nisi fuerit præparata, resoluit noster in præsenti, & ita docent Petrus Gregorius *in singag. lib.* 44. *cap* 4. *num.* 20. vbi late explicat, Castillo *in l.* 24. *Tauri, glossa.* 2 latissimè amplians & limitãs. vbi etiam agit quid in ascendentibus & transuersalibus, de quo etiam Rojas *in tractatu de successionibus, cap.* 31. *num* 29 & Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 8 *lib.* 5. *num.* 19. 22. *& 47.* Tuschus, *lit. T. conclusione* 371. *num.* 3. Barbosa *in collectan, ad l. sciscitus*, § *fin*, *Cod. de inofficioso num.* 26 *& in l.* 5 *eodem tit.* Sed probabilius est, quod docet Couarrubias, *in cap. Raynuntius in principio, num*, 6. *& in regula possessor*, 2. *parte.* § 5. *num* 3. nempe necessariam esse præparationẽ in omnibus præter quam in suis, de quo vide optime agentem Valdesium, *in additionibus ad Suarez ampliatione* 10. *l. quoniam in prioribus in additione ad num.* 35. *&*

35. *& ad numerum*, 38. quo modo autem præparetur, vide Donellum, *lib. 19. cap. 6. & ibi* Osualdum *lit.* K & noguerol, *allegatione*, 31. *ex num.* 116.

Circa rationem autem decidendi, a nostro Gomezio consideratam, verius est per ex hæredationem non tolli suitatem, & ita hęc transmissio ad liberos fiet non solum iure sanguinis, sed etiã iure suitatis, diximus supra, *cap.* 4. *in additione ad numerum tertium*

An autem ascendentes ex heredati transmittant ad suos hæredes quærelam non præparatam? vide quod non Castillo *in l. 24. Tau.* Rojas *de successionibus, cap.* 31. *num.* 29. Bernardum Diaz *regula*, 635. quos refert Valdesus ad Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione*, 16 *num.* 8. & cum Suarez ibi transit Azeuedus *in l. 1. tit.* 8. *lib.* 5. *recop. num.* 22.

18 Ad numerum, 18. ibi: *& breuiter dico &c.*

Et ibi dubium tamen subtile, &c.

Licet de iure communi, & Regio partitarum additio hæreditatis sit necessaria pro confirmatione ex hæredationis, vt hic resoluitur, & docet Castillo, *in l.* 24 *Tauri, glossa*, 2. Donellus *lib. 19. commentar cap* 6. & ibi Osualdus, *& lib* 3 *cap.* 4 *notatis lit.* C. tamen hodie *ex l.* 8 *tit.* 4 *lib.* 5 *recopilationis*, certius est cõtra nostrum Gomezium, non esse necessariam, vt late probant Matienço, *in dicta l.* 1. *glossa*, 14. *num.* 40. *& sequen.*, vbi rationibus nostri Gomezij satisfacit Gutierrez, *lib* 2 *practicarum quæstion, quæstione*, 32. Azeuedus *in dicta l.* 1 *ex num.* 14 Pichardus *in relectione ad tit. ff. de acquirenda hæreditate, cap* 30. *num.* 9. vide etiam Ceuallos, *quæstione*, 888.

Ad numerum 19. ibi: *Et breuiter & resolutiue dico quod sic. &c.*

19 De hac quæstione an per ex hæredationem tollatur suitas, dictum manet supra, *cap.* 4. in additione ad numerum 3. vbi verius contra nostrum Gomezium diximus eam non tolli. Ideoq; cessat dubium propositum hic per nostrum Gomezium, versiculo *& ex his maxima cum ratione dubito, &c.* circa substitutionem pupillarem factam filio ex hæredato, de qua supra egimus in materia substitutionis pupillaris.

Ad numerum, 20. ibi: *Et breuiter & resolutiue dico quod dupliciter, &c.* 20

Quærelam in officiosi dupliciter posse proponi vel agendo vel excipiendo vt hic explicat noster Gomezius, probant Petrus Gregorius *in syntagm. lib.* 44 *cap.* 4 *num.* 13 Osualdus ad Donel. *lib* 19. *cap.* 6 *notatis lit. E. & cap* 3. *notatis lit* F. Tuschus, *lit.* J *conclusione*, 170 *num* 26 & per totam vbi late materiam declarat.

Ibi. *Vnum tamen est quod verò; casu quærela debet proponi infra quinquennium, &c.* pro hac doctrina & eius ratione adde Gutierrez, *lib.* 1. *practicarum quæstione* 96 *num.* 4. & alios adductos a Barbosa, *tractatu de axiomatibus iuris vtrius q; axiomat*, 28. Osualdum, *dicto cap* 6 *lib.* 19. *notatis* & alios relatos sup. *num.* 16. & eundem Osualdum, *lib.* 22. *cap* 2. *notatis lit* O & nouissimè Carleualium *de iudicijs, tomo* 2. *disputatione*, 16 *num.* 9 & 17

Ad numerum, 21. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 21

Non admitti ad quærelam, vel aliud iuris remedium nepotem filio iuste ex hæredato excluso, hic resoluitur, vt vides, quæ quidem quæstio vt pote de apicibus iuris latissime disputatur apud Rodericum Suarez, *in l quoniam in prioribus, ampliatione* 10 vbi additionator Oualensius multos Doctores congerit in additione ad numerum. 53. versiculo *tertio est notandum*, Gutierrez *in repetitione, l. pater filium, ex num.* 26. vsq ad fine. n & *in cap. quamuis pactum, num.* 40. Tuschum *lit. E. conclusione*, 582 Petrum Gregorium *in syntagm lib.* 44 *cap.* 4. *num.* 18. & plurimos refert Thomas Sanchez *in summa lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 37 Matienzum, *in l* 1 *tit.* 4. *lib* 5. *recopil glossa*, 14 *ex num.* 46. Gratianum *regal*, 199. *num.* 19. & 22. & alios plures relatos per Ceuallos, *quæstione*, 101. & *quæstione*, 777.

qui

quę eam pro vtraq; parte disputat Spino *in speculo glossa* 20 *num.* 105. Molina *de iustitia, tomo, 1. disputatione,* 175 *num,* 31 nouissime Gomez Bayo, *in quæstione,* 135 *& cap.* 24 *num.* 161. Barbosa *in collectanea ad l. siquis filium, Cod. de inofficioso testamento, num.* 6. Andreas Fachineæus, *lib.* 10. *controuersiarum cap.* 46 vbi nostrum Gomezium late de fendit, Osualdus ad Donel, *lib.* 17. *cap.* 7. *notatis lit. B* Iod communis est resolutio nepotem in casu proposito, nec iniustum posse facere testamentum, nec rumpere, licet abintestato sit hæres eo vno casu quo testamentum destitutum sit omissa ab extraneo hærede instituto hereditate post mortem ex hæredati filij, sic Pichardus *in* § *ita demum* instituta *de hereditatibus quæ abintestato, num.* 43. *& in repetitionis ad tit ff de acquirenda hæred. dicate*, cap. 17 *num.* 28. vide eum ibi & in principio instituta *de inofficioso, ex num.* 70 & Salgadum *in labirintho* 2 *parte*, *cap* 16 *num* 29. vbi de grauamine impositio filio ipso consentiente quod præiudicet nepotibus, *& in cap.* 25. *maxime num.* 17 vbi nostrum Gomezium impugnat.

Quærit item Azeuedus quid siquis habeat filium quem iuste ex hæredet, instituto hærede extraneo, itidemq. habeat patrem, an tunc succedat pater vel extraneus ille hæres, & resoluit patrem successurum, eum vide *in l.* 11. *tit* 8. *lib.* 5 *recop. num* 64. & Pichardum in principio instituta, *de inofficioso, ex num* 67.

22 Ad numerum, 22. ibi: Et *breuiter & resolutiue dico, &c.*

propter ex hęredationem filij vnius augeri reliquorum legitimam, vt hic probatur, docent multi quos refert Mẽchaca *de successionum creatione, lib* 2 §. 20 *num.* 205. *& seq* Ceuallos, *quæstione*, 370. licet contrarium teneant Petrus Gregorius, *in singulgm. lib.* 44. *cap* 5 *num* 8 & alij, prior tamen opinio nostri Gomezij dubitationẽ non habet in hoc Regno cum legitima filiorum sit totum patrimonium, dempto quinto, exornat eam oprime Osualdus hilliger, ad Donellum *lib.* 19 *cap.* 4. *notati lit* Z. Valdesius in additionibus ad Suarez, *in l. quoniam in prioribus, limitatione*, 1. *num* 14. vide Salgadum. *parte*, 2. *in labirintho cap* 11 *num.* 64. vbi an filius exclusus fiat partem, Cancer, 1. *parte. cap* 3 *num* 49 *& seq.* Merlinum *de legitima, lib.* 1 *tit.* 4. *quæstione* 3. *&* 4.

Ad numerum, 23. ibi. *Et resolutiue dico, &c.* 23

Hodie de iure codicis filium institutum in minus quam legitima agere ad supplementum vt hic resoluitur, docent Menchaca, *de successionum creatione lib.* 3 §. 30 *super legem Omnimodo codice de inofficioso testamento*, *& lib* 1. §. 18 *num* 37. vbi ait dictam resolutionem non procedere quando inter viuos aliquid fuit datum, Connanus *commentariorum iuris lib* 9 *cap.* 10. Spino *in speculo glossa* 17. *principali num* 32 *vbi num* 33 *& seq.* disputat, quid dicendum in instituto in recerta an possit quærelare testimẽtum, vel agere ad supplementum? quod probat Gomez Bayo, *in collectanea lit Q. num.* 30. Gratianus, *disceptation, cap* 118. *num* 36 item Ioannes Gratianus *regula* 199. *num* 16 Tuschus *lit* I. *conclusione* 172 Petrus Gregorius, *in singulgm. lib.* 44 *cap.* 4. *ex num* 14. Pichardus, *in* § *igitur quartam*, instituta *de inofficioso testimento, num.* 11. *& seq* Cujacius ad Iulium Paulum, *lib* 4 *sententiarum, tit.* 5 verbo *si filius*, Gregorius Lopez, *in l.* 5 *tit* 8. *partita* 6. *glossa finali*, vbi ampliat aliquibus modis Barbosa *in collectanea ad l.* 30. *cod. de inofficioso.*

Et adde quod si pater instituisset turpem personam, tunc non solum ad supplementum posset agere filius, sed in totum posset quærelare, vt ait Azeuedus, *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 5 *recop. num* 14.

ibi. *Secundo dicitur, & infertur, &c.*

Etiam si filius simpliciter acceptet relictum a patre, vel faciat quietationem

tem de eo & etiam si renuntiat simpliciter hæreditati, non censeri renuntiare legitimæ, sed posse petere supplemẽtum & alii, vide in poterunt apud Manticam *de coniecturis vltimarum voluntat. lib* 10. *tit.* 2. *num.* 19. *& seq & lib* 7. *tit.* 8. *num* 8. Clarum § *testamentum quæstione*, 72 Fachinæum *lib* 12 *controuersiarum cap* 6. *&* 7 omnino videndum, Gutierrez, *de iuramento confirmatorio.* 1 *parte, cap.* 29 Menchacam *de successionum creatione* § 10. *num.* 258. *&* 401 Castillo, *in l.* 24 *Tauri glossa* 2. Palacios Rubios *in repetitione rubricæ* § 16 *num* 17 Rojas, *de successionibus, ca.* 7 *num.* 37. Azeuedum *l.* 1. *tit.* 8 *lib* 5. *recop. num* 40. Antonium Gabriel *tit. de legitima conclusione* 1. *ex num.* 7. vbi ampliat vsq; ad numerum 13 Fusarium, *de substitutionibus quæst one*, 296. *ex num.* 47. vbi ampliat & limitat, Valdesius *in additionibus ad l quoniam, ampliatione*, 9. Cancerius *variarum*, 1. *parte, cap* 3 *num.* 54. vbi de renuntiat one cum iuramento.

Ibi: *Pulchrum tamen dubium est, &c.*

Per triginta annos durare ius agẽdi ad supplementum, vt hic resoluitur, docent Tiraquel, *in l si vnquam, Cod de reuocandis donationibus*, verbo: *Reuertatur. num* 392. Bilbus, *de præscriptionibus*, 4. *parte*, quartæ partis principalis *quæstion.* 23. Gregorius, *in l.* 5. *tit.* 8. *partita*, 6 *glossa* 9 Aiora *de partitionibus*, 3. *parte*, *num.* 62. vbi limitat. Scaccia *de commerciis* § 7 *glossa*, 7 *num* 3. versi. *Infero secundo*, vbi quod non requiritur bona fides ad hanc præscriptionem, Cancerius 1 *parte*, *cap.* 3. *num.* 16. *Merlin, de legitima, lib.* 5 *tit.* 3 *quæstione* 10. & communem dicit, Menchaca *de successionum creatione* § 11. *num* 255 & alij relati a Valdesio in additionib. ad Suarez, *in l. quoniam, ampliatione*, 10. *ad numerum* 7. vbi tres opiniones refert. Gratianus *in regula*, 199. *num* 17 Fachinæus, *lib* 12. *controuersiarum*, *cap.* 9. vbi Respondet contrarijs, Azeuedus, *in l.* 1. *tit.* & *lib.* 5 *recop. num.* 15. vbi quod eodem tempore præscribitur quo ad ascẽdentes, quo præscribitur, quo ad descendentes, Barbosa, *in Collectanea*, *ad l. quoniam in prioribus, num.* 26. *& ad l* 30 *Cod de inofficioso testamento*, *num.* 14. vbi cum Rota ampliat etiam quod nec habeat locum præscriptio statutaria minoris temporis, *& n.* 7. extẽdit ad parentes nepotes, adoptiuos, emancipatos, &c. Et *num.* 15. quod hoc ius transmittatur ad quos cumq; hæredes, etiam si filius moriatur, antequam petierit, cum sit actio personalis vt iat Azeued, *in l* 1. *tit.* 8 *lib.* 5. *num.* 19 Fusarius, *quæstione* 295. *num* 37. Cancerius supra *num.* 31. *& num* 19. *& 3. parte*, *cap.* 21. *num.* 128 *&* 148.

Quatenus autem nosci Gomezius in præsenti asserit, hoc ius ad supplementum etiam contra legatarios competere, intelligendus est quando hæres ex hæreditate supplere non potest, vt explicat cum Merlino Barbosa *in collectanea ad dictam l.* 30. *Cod. de inofficioso testamẽto num* 23 vide etiam Cancerium 1 *parte cap.* 3 *num.* 31.

Ad numerum, 24 ibi: *Hodie vero de iure codicis &c.*

Omne gravamen ipso iure tolli 24
& reijci de legitima, nostrisimum est ex regula *l ex. in l quoniam in prioribus, Cod de inofficioso testamento*, quam latissime exornant præter ordinarios ibi: Menchaca, & Rodericus Suarez, *in commentarijs ad eam*, Fachinæus *lib.* 12 *controuersiar. cap.* 10 Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 1. *ex num* 29. Antonius Gabriel *tit. de legitima conclusione*, 1. Gutierrez *de iuramẽto cap.* 1 *ex num.* 25. Ceuallos, *quæstione*, 849. Ioannes Gratianus, *regula*, 199 amplians & limitans latissimẽ, Fusarius, *de fiscalibus commissis quæstione*, 296 *per totam* & relati a Ximenez *in ouocordantijs vtriusq; iuris.* 1 *& 2. parte*, Castillo *controuersiar, lib.* 5. *cap.* 107. Salgado *in labirintho* 2. *parte, cap.* 16 *ex num.* 16. Cancerius, 1. *parte, cap.* 3. *ex num* 34 *& 3 parte, cap.* 21. *num* 36. Scaccia *de iudicijs, lib* 2. *cap* 9 *ex num.* 1130. & fere infinitos referens Barbosa *in collectanea, ad dictam l quoniam in prioribus, num.* 2. *& per totam*, vbi optimè ex-

mè explicat,& limitat,& ampliat,*& in l. ſcimus §. cum autem ibidem.*

Ibi: *Extenſe vt procedat, &c.*

Dictam concluſionem habere locum etiam in legitima aſcendentium, probant etiam Menchaca *de ſucceſſionum creatione*, § 10. *numer.* 266 Ceſſus §. *legitima, quæſt* 39 Anton. Gabriel *tit. de legitimis, concluſione* 1. *numer.* 17. Azeuedus *in l. tit.* 8. *lib.* 5. *num.* 15. *&* 47. & plures relati à Valdeſio in additionibus ad Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione* 16. & reliqui ſupra citati hoc numero, & Cancerius ſupra.

Et ſicut filius ita pater inſtitutus in minus quam legitima, agit ad ſupplementum, vt ex multis probat Azeuedus *in dicta leg.* 1. *titul* 8. *libr.* 5. *Recopilationis, numer* 12. de quo etiam relati ſupra *n.* 23.

25 Ad num 25. ibi: *Et ex ſuperioribus eſt concludendum &c.*

Grauamen appoſitum filio vt poſt mortem ſuam ſi ſine liberis deceſſerit, reſtituat alteri bona reijci ipſo iure de legitima, licet in cæteris bonis præter eam valeat, vt hic concluditur, notatum eſt, vt appareat ex omnibus Doctoribus relatis numero antecedenti, & ex Peregrino *de fideicommiſſis, articulo* 6. *numer.* 1. *& articulo* 36. *numer.* 81. *& ſequentibus* Mantica *de conjecturis vltimarum voluntatum lib.* 7. *titul.* 8 *numer.* 2. Menochio *lib.* 4 *preſumptione*, 72 *ex numer.* 2. *& preſumptione* 196. *numer.* 14 Larrea *deciſione Granatenſi* 36 *numer.* 20. vbi docet, quod ſi pater æqualiter inter filios diuidat bona, non poteſt grauare partem tertij, & quinti, de quo Anguio *leg.* 6. *gloſſa* 2. *ad finem*, Intrigliolo *de ſubſtitutionibus*, Centuria 3. *quæſtione* 74. *numer.* 21. Padilla *in leg ſi emancipata, Codic. de iuris, & facti ignorantia, numer.* 30. Claro §. *teſtamentum, quæſtione* 72. & Fuſſario *de ſubſtitutionibus, quæſtione* 296, quem videre ſuffecit pro extenſionibus, & limitationibus hic poſitis, per noſtrum Gomezium, & ſic tenendum eſt, quamuis Azeuedus *in dicta leg* 1. *titul.* 8 *libr.* 5. *Recopilationis. numer.* 18. diſtinguat. An autem in hæredem tranſmittatur ius reijciendi onus à legitima, vide Farinacium *conſilio* 159. *ex numer.* 38 *lib.* 2. Gratianum *tom* 5. *diſceptation. cap.* 983. & Cancerium 1. *parte*, *capit* 3. *numer* 41. *&* 3. *parte, capit.* 20 *numer.* 229 vbi quid ſi relinquatur pluſquam legitima.

Si tamen grauamen non apponat filius patri, vel pater filio in ſua legitima, ſed venientibus abinteſtato ipſi filio, vel patri; tunc gramen valebit, probat ipſe Azeuedus *dicta leg.* 1. *titul* 8. *numer.* 20. cum alijs, cum vide. & Fuſſarium *de fideicommiſſis, quæſtione*, 296. *numer.* 118. *& ſeq.*

Ibi: *Ex quo infertur, & deducitur, &c.*

Vinculum, vel maioratum ſine facultate Regia non valere in legitima, imo ipſo iure reijci, vt dictum eſt, etiam ſi filius taceat, & non contradicat per tempus vitæ ſuæ, niſi tranſierit tempus à lege definitum, vel filius expreſsè approbauerit, docet Gomezius in præſenti, & probatur ex doctrina Roderici Suarez *in* leg *quoniam in prioribus, ampliatione* 10 *ex numer.* 23. vbi exornat, eius additionator Ualdeſius, Molina *de primogenijs, libr.* 2. *cap.* 11. *numer.* 7. ſed hæc doctrina in parte placere non poteſt, nempe in quantum continet per taciturnitatem tempore à lege definito, firmam manere diſpoſitionem patris in hoc caſu, verius enim eſt, quod etiam ſi filius taceat, & non contradicat grauamen qualitatis appoſitum in legitima nempe vinculi, fideicommiſſi, reſtitutionis, vel aliud ſimile gra-

uamen reijcitur ipso iure, nec filius habet necesse petere quod tollatur, etiam si ipse filius iudicium patris simpliciter agnouerit, & per centum annos tacuerit, si autem in quantitate sit grauamen quia scilicet relinquatur filio minus quam sit legitima, tunc procedere poterit doctrina, & resolutio superior, nempe quod filius tacendo per triginta annos sibi, & hæredibus suis præiudicet, sic docet Castillo, *lib. 5. controuersiarum, cap 107. nu. 41.* & cum eo, & alijs Barbosa *in collectanea ad leg. quoniam in prioribus, n. 25,*

Et sic ex supra dictis potest dari casus in quo maioratus possit institui ex legitima alicuius filij absque facultate Regia, nempe si prælegatum fiat ipsi filio adiecta conditione expressa quod si filius velit prælegatum, non deducat aliquam legitimam sed mancat vinculata cum ipso prælegato, & filios acceptet, hoc enim casu valebit maioratus, vt probant Antonius Gabriel *titul. de legitima, conclusione 1. numer. 58.* Mantica *de coniecturis, lib 7. titul 8 numer. 11* Menochius *lib 4. præsumptione 196. numer. 23 & consilio 206. numer. 95 cum sequentibus*, & alij plures relati à Fusario *quæstione 295. numer 58.* & a Barbosa *in collectanea ad dictam quoniam in prioribus, num. 20* qui etiam optimè probant idem procedere quando pater reliquit filio certa bona, & eum fideicommisso vel vinculo grauauit, & dixit quod si filius ea bona nollet habere cum fideicommisso, vel vinculo, habeat suam legitimam, alio hærede instituto, vel substituto in reliquo. nam si filius acceptet relictum, non poterit de fideicommisso legitimam deducere, vt ex multis probat ipse Barbosa ibidem *numer. 21.* vbi etiam *numer. 23* idem probat quando filius expresse approbat vinculum seu fideicommissum, de quo copiosissimè Fusarius *dicta quæstione 295. ex numer. 58.* quem allegare sufficit, & sic in his casibus valebit maioratus sine facultate Regia in ipsa legitima, de quo etiam videndus latissimè Molina *de primogenijs, lib. 2. capit. 3. per totum*, & alter Molina *de iustitia, tomo 3 disputatione 579.* Flores ad Gamam *decisione 219.* & nouissime Salgado *in labirinto creditorum, 2. parte capit. 16.* qui etiam *ex numer 25.* an hic consensus filij, vt grauamen imponatur in sua legitima præiudicet creditoribus ipsius filij de quo etiam Carleual. *de iudicijs, tom. 2. disputatione 25. titul. 3.*

Ad num. 26. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 26

Filio vniuersali hærede instituto, & vsufructu omnium bonorum relicto, extraneo vel vxori, huiusmodi grauamen non valere, præterquam in quinto absque eo quod fiat compensatio æstimationis vius fructus aliarum quatuor partium, in quibus non valet legatum, cum proprietate quintæ partis de iure Regio resoluit hic noster Gomezius, vt vides, & certe valde controuersa est hæc quæstio, vt apparet ex fere infinitis doctoribus, quos congerit D. Ioannes del Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 45. numer 2.* Petro Gregorio *in syntagmat lib 4 cap 3. num 9. & cap. 5. numer. 58.* & Rodriguez *de redditibus, lib. 1. quæstione 5. numer 23.* vera tamen, & receptissima est sententia supra dicta, vt probant Peralta *in l Titia cum testam. §. Titia cum nuberet, ff. legatis 2. numer 23*, Quesada *quæstionum iuris, capit 24.* Spino *in speculo testamentorum, glossa 13. principali numer. 55. & 56.* optimè Gutierrez *practicarum quæstionum, libr 3. quæstione 58.* Zeuallos *quæstione 68. & 497* & alij plures relati à Valdesio in additionibus ad Suarez *in leg. quoniam in prioribus, ampliatione 3. numer. 6. liter. F.* & per Castillo supra *numer 14. & 15.* vbi declarat ita demum procedere supra dictam resolutionem si sumus in dubio, nec constet qualis fuerit voluntas testatoris

toris circa prædictam compensationē, diuersum autem ius constituendum asserit, vbi manifestē constiterit voluisse testatorem, quod prædicta compensatio fieret, tunc enim dictum legatum vsusfructus etiam stantibus filijs validum erit, compensata proprietate quinti cum valore vsusfructus aliarum quatuor partium, ita vt si velit filius proprietatem quintæ partis præ legati acquirere, censentur debeat legato vsusfructus omnium bonorum in fauorem vxoris facto, vel sit contentus sua legitima in proprietate & vsufructu, hoc est omnibus bonis, excepta quinta parte eorum, ita etiam Gutierrez *d. q* 58.

Ex quibus autem coniecturis intelligere debeamus testatorem voluisse vsumfructum plenum relinquere videndi sunt Mantica *de coniect. lib* 9. *tit.* 7. *ex num.* 20. Menochius *lib* 4 *præsump.* 139. quasi per totam & alij plures adducti à Castillo *d. cap.* 45 *n.* 12.

27 Ad numer. 27. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Grauamen positum in fauorem filij etiam reijci de legitima, docet hic noster Gomezius contra plures, allegans pro sua opinione Rodericum Suarez *in leg quoniam in prioribus, limitatione* 1. versicul. *Hoc præsupposito extat dissicultas, numer* 11. qui (ni fallor) contrarium dicit in grauamine fauore filij introducto, & eius respectu, vt constat ex eodem Roderico in versiculo. *Ad aliud in quantum Baldus,* & in versicul. *Vide nec præceptum matris, &c. eodem numero* 11. & magis expresse *in numero.* 8. ibidem *dicta limitatione* 1. vbi resoluit, quod vbicumque certum est grauamen, vel conditionem esse fauorabilem filio, valet: illud autem quod ibi dicit prædictus Rodericus est circa grauamen respectu patris cui secundum iuris dispositionem acquiritur vsusfructus in bonis maternis de quo ibi loquitur idem author, vt explicat Parladorus, *lib* 3. *quotidian. differentia* 123. §. 1. *numer.* 11. *& seq.* & sic contra resolutionem nostri Gomezij, in præsenti, tenent Antonius Gabriel *tit. de legitima, conclusione* 1. *numer.* 29 Couarrub. *in cap. Raynaldus* § 2. *n* 3. Clarus *lib* 5 §. *fin quæstione* 78. *num.* 10. Mexia *in pragmat. raræ panis, conclusione* 2 *n* 15. Molina *de iustitia disputatione* 177. versicul. *Grauamen*, latè Castillo *tom* 5. *capit.* 64 *n* 16. & alij plures relati à Valdesio in additionibus ad Suarez *dicta limitatione* 1 & Barbosa *in collectanea ad l quoniam in prioribus, Codic. de inofficioso, numer.* 19. Fularius *de fideicommissis, quæstione* 692. *num.* 19. & per totam, vbi de grauamine prohibitæ alienationis in legitima. Sed opinionem nostri Gomezij latè defendit Fachinæus *lib.* 5. *controuersiarum. capite* 21. cum vide & Costam § *& quæstionem ex n.* 91. & Cancerium *variarum*, 1. *par. cap* 3. *n* 40 vbi distinguit

Circa explicationem autem text *in authentica excipitur, Codic. de bonis quæ liberis*, in quo versabatur controuersia, Roderici Suarez supra *dicta limitatione* 1. videndi sunt relati à Valdesio ibidem, & Gutierrez *in cap quamuis pactum*, versicul. *Nullum ad bona paterna, ex numer.* 18. Zeuallos *tom.* 3. *quæstione* 780, *numer.* 387. Suarez *in quæstione maioratus*, vbi etiam Valdesius, Parladorus *differentia* 123. §. 1. Caldas *leg si curatorem*, § *læsis, num.* 144. *& sequent & num* 117 vbi an filio minori pater possit esse curator in casu huius textus, & alij plures quos refert Castillo *in tractatu de vsufructu, cap* 3 *num.* 54. *& seq.*

Ibi. *Ex quo notabiliter infero contra doctrinam Palacij Rubios, &c.*

Pro opinione Palacij Rubios contra nostrum Gomezium hic, plures Doctores refert Valdesius in additionibus ad Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitatione* 1. *in additione ad numerum* 3. quem vide, vbi in fine addit quod si aliquo casu esset vtilis, vel necessaria alienatio reijceretur conditio non alienandi,

CAPVT XI.

vsque ad certam ætatem posita in legitima, & Antonius Gabriel *tit. de legitima, conclusione* 1. *n* 21. & Gratianus *regul* 194. *num* 3. Menchaca *de successionum creatione, lib.* 1. §. 10. *num.* 180, & latissimè Fussarius *dicta quæstione* 692 vbi plures alios refert, & declarat, Barbosa *in collectanea ad l. quoniam in prioribus, n.* 37. vbi etiam alios adducit.

Denique ad materiam text *in dicta* l. *quoniam in prioribus* & circa grauamina quæ solent apponi in legitima, præter allegatos supra *numer.* 24 & 25. maximè Barbosam *in collectanea ad dictam leg. quoniam in prioribus, numer.* 2, vbi fere infinitos refert, & *num* 35. limitat quando filius ante agnitionem transmissit ius adeundi, tunc enim valere grauamē ait, & Fussarium *dicta quæstione* 296. videndi sunt Gregorius *in leg.* 11. *titul.* 4. *partita* 6. & Zeuallos *quæstione* 122. Picardus *in rubrica* Instituta *de vulgari, numer* 53 vbi alios refert idem *in* §. *conditiones*, Instituta *de verborum obligationibus numer* 6 Castillo *in leg.* 27. verb. *Grauamen*, Oſaldus, *libr.* 19 *capit.* 4. *notatis*, idem Pichardus *in repetitione titul de legatis, capit.* 7. *numer.* 46 Fachinæus *libr.* 12. *cap.* 7. *cum sequentibus*, Costa *in cap. si pater*, 2. *parte*, verbo. *Debitæ*. & verbo. *Priuare non possit.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 2. §. 1. *num* 27. Farinacius *tom.* 1 *titul.* 3 *quæstione* 25. *num.* 40, *& sequent* Quesada *quæst* 24. *num* 30 vbi an transmissarius reijciat grauamen, &c. de quo Fussarius supra *n* 110.

28 Ad numer. 28. ibi: *Et breuiter, & resolutinè dico, &c.*

Grauamen ita esse reiciendum de legitima voluntaria sicut de necessaria modo quo explicat noster Gomezius docent Menchaca *de successionum creatione*, §. 10. *numer* 209. vbi testatur de communi, Crassus *in* §. *legitima*, *quæstione* 40. *in fine.*

Ibi *Ex quo etiam nouiter.*

Et ibi: *Secundò nouiter, &c.*

Alta, & subtilis profecto est additio & considetatio, Emanuel Soarez hic contra nostrum Gomezium, & ideo eam sequendam non dubito.

Ad num. 29. ibi: *Hodie tamen talis con-* 29
ditio, &c.

Conditionem etiam potestatiuam, & facilem reijci hodie de legitima, vt hic resoluitur, probant Antonius Gabriel *titul de legitima, conclusione* 1. *numer* 3. Gregorius Lopez *in leg.* 11 *titul.* 4. *partita* 6 *glossa* 4. Azeuedus *in l.* 1. *titul.* 4. *lib* 5 *num* 161. Molina *de primogenijs, lib.* 2 *cap.* 1. *numer.* 30 & 31. & plures congesti à Menchaca *de successionum creatione*, §. 10 *in repetitione leg. quoniam in prioribus, numer.* 224. (licet ipse aliud teneat) Peralta *in leg.* 1. *ff, legatis* 2, *numer.* 15 & plures relati, & sequuti à Zeuallos *quæstione* 122. vbi latè exornat quæstionem nostri Gomezij hoc numero propositam, & à Valdesio in additionibus ad Suarez *in leg. quoniam in prioribus, ampliatione* 5. *numer* 1. & 2. vbi quod reijcitur conditio faciendi inuentarium, apud quos, & pud Castillo *libr.* 5. *controuersiarum, capit* 64. *numer* 35. & 36. *& sequent* hæc materia latissime agitur de qua etiam; & de hac conditione potestatiua, Aluarado *de coniecturata mente defuncti, libr.* 2 §. 1. *capit* 2 *numer.* 101. & 102. Angulo *de meliorationibus, l* 11 *glossa* 3 *numer* 4 nec non reliqui supra citati *num.* 24, & *num.* 27. versicul. *Et denique ad materiam text. in l. quoniam in prioribus &c.* & Pichardus Instituta *de vulgari, in rubrica. n.* 52. & 53.

Ad n. 30. bi. *Sed his non obstantibus, &c* 30
Et ibi: *Sed finaliter, &c.*

Non reijci nec tolli de legitima conditionem: *Si voluerit* veriorem dicit videri opinionem noster *Gomezius* in præsenti, quod etiam defendit Menchaca *de successionum creatione, libr.* 1. §. 10 *in repetitione leg. quoniam in prioribus, numer.* 227. sed verius, & tenendum est prædictam conditionem etiam reijci de legitima, docēt Greg Lopez *in l* 11. *tit.* 4. *partita* 6. *glos* 4. Suarez *in dicta leg. quoniam*

in

in prioribus, ampliatione 5. *num.* 3 vbi Valdesius, & comprobatur ex his quæ dixi nus supra *capite* 9. *numer.* 33. & ex doctrina Molinæ *de iustitia tom.* 1 *disputatione* 180. *nu.* 9. vbi expresse docet dictam conditionem rejici de legitima secus de remento, eos vide & D. Ios. Uela *in dissertatione* 11. *numer.* 43. cuius doctrina conducit ad resolutionem huius difficultatis.

31 Ad numerum, 31 ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quamen appositum in legitima de consensu filij quod valeat, & teneat, resoluit noster Gomezius in præsenti, & comprobatur ex dictis superius, *num.* 25 & idem præterea tenet Palacios Rubios *in repetitione rubricæ*, 2. *parte*, §. 47. *num.* 2 *& sequentibus*. nec dissentit Gutierrez *in cap. quamuis pactum, num* 27. *& in l. nemo potest, numer.* 144. Menochius *consil.* 196 *nu.* 20. Antonius Gabriel *tit. de legitima, conclusione* 1. *n.* 55. Mantica *de coniecturis virimarum voluntatum, libr.* 7. *titul.* 8. *num.* 11. Marzarius *de fideicommissis*, 2. *parte quæstione* 50. Azeuedus *in leg.* 1. *titul.* 8. *libr.* 5. *recopilat. num* 24 *& 44.* Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 296. latè explicans, quem videas, *ex numer.* 89. pro limitationibus nostri Gomezij hic ad decisionem text. *in l. si quando*, §. *illud, Codic. de inofficioso testamento*, & plures relatos per Valdesium, in additionibus ad Suarez *ampliatione* 10. ad numerum 27 & sequentes maximè in additione ad numerum 48 & 51 quem allegare sufficiebat, qua bene explicat Mortum *in emporio, titul* 3 *quæstione* 5. *num.* 10. versicul. *Quamuis contrarium tenuerit Accursius*, & etiam vide alios quos congerit Ximinez *in concordantijs vtriusque, in* 1. *&* 2. *parte, in leg. quoniam in prioribus*, & Barbosam *in collectanea ad textum in dicta leg. quoniam in prioribus, numer.* 214 vbi alios refert, *& in leg. si quando* §. *illud eodem titul. vbi & in dicta leg quoniam in prioribus*, exornat limitationes hic adductas per nostrum Gomezium, Naguerol *allegatione* 19 *numer.* 65. *& sequentibus*, Carleualius *de iudicijs, tomo* 2. *disputatione* 25, *numer.* 20. Cancerius *variarum*, 1. *parte. capit.* 3. *ex num* 35. vbi declarat quo modo in ipso actu testandi consentiat, secus si ante, tunc enim non sibi præiudicat nisi adsit iuramentum, Ofaldus ad Donellum *libr.* 19. *capit.* 4. *notatis*, *litera* B.

Ad num. 32. ibi. *Breuiter, & resolutiue dico &c.* 32

Filium institutum sub conditione non dato substituto vel cohærede quia bona habiturum fuit in reiecta conditione, vel grauamine, dato autem substituto vel cohærede, conditionem expectandam circa cætera bona præter legitimam, quæ si adimpleatur illa habebit filius, si vero deficiat per venient ad substitutum, vel cohæredem, vt explicat Gomezius, probant Rodericus Suarez, *in l. quoniam in prioribus, ampliatione* 6 *numer.* 3. Costa *in capit. si pater*, verbo. *Eidem filio, numer.* 46. Menchaca *de successionum creatione, libr* 1. § 10. *numer* 302. & alij relati à Valdesio in additionibus ad Suarez *dicta ampliatione* 6. vide etiam supra *capite* 2. *numer.* 18. *& capit.* 3. *numer.* 8.

Ad num. 33. ibi: *Et resolutiuè dico quod sic, &c.* 33

Filio institutò, & grauato in legitima (cui est datus substitutus, vel cohæres) repudiante, quod grauamen transeat ad substitutum, vt docet hic noster Gomezius, probant præter relatos à Valdesio in additionibus ad Suarez *in leg. quoniam in prioribus limitatione* 1. *&* 4. Menchaca *de successionum creatione*. §. 10. *libr.* 1. *numer.* 393. & à fortiori idem tenent Parisius, Alexander, & alij relati à Fusario *de fideicommissis, quæstione* 300 *numer.* 6. Gregorius Lopez. *in leg.* 11. *titul* 4. *part.* 6. verb. *Libremente*, & alij citati ab Antonio Gabriele, *titul. de legitima, conclusione* 1. *n.* 37. Barbosa *in collectanea ad dict. l. quo*

viam in prioribus, numer. 34. Fussarius *de fideicommissis, dicta quæstione* 296, *numer.* 59. Sarmiento *lib.* 8. *selectarum in leg. cum patronus, ff. legatis secundo* iterum Suarez *in dicta leg. quoniam in euidentialibus, nu.* 19. qui duo vltimi agunt de intellectu *dictæ leg. cum patronus*, quatenus attinet ad grauamen impositum legitimæ, & confirmatur resolutio huius numeri ex ijs quæ diximus supra *n.* 31.

34 Ad numer. 34. ibi. *sed his non obstantibus. &c.*

Sublatam esse hodie differentiam patriæ potestatis, & emancipationis in materia præteritionis, vel exhæredationis, vt hic resoluitur, probant Costa *in cap. si pater*, 1. *p.* verb. *Habens*, *n.* 19. *& in §. & quid si tantum*, 3 *parte*, *num.* 212 & ibi Sarm. *n.* 59. Cujac *nouel.* 118, Rojas *in epitome successionum, cap.* 4. *nu.* 4 Gregorius Lopez *in l.* 10. *tit.* 7. *parta* 6. Matien. *in l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recopilationis, glossa* 14 *ex n.* 58. vbi aliquantulum differt à nostro Gomezio, Azeuedus *in l.* 8. *tit.* 1. *eodem lib.* 5. *Recopilation. ex num.* 37. vbi an sit sublata differentia, tàm ex testamento, quàm ab intestato, & alia, *& in leg.* 1. *tit.* 8. *eodem lib. num.* 44. Gutierrez *in leg. pater filium, ff. de inofficioso testamento, numer.* 17. Cancerius *variarum*, 1 *parte. cap.* 4. *nu.* 35. vbi de tempore intentandi querelam, Barbosa *in collectanea ad leg.* 2 *Codic. de inofficioso testamento, numer.* 2. Pichardus *in §. emancipatos* instituta *de exhæredatione liberorum, numer.* 10. *& in repetitione leg. gallus, cap.* 7 *numer.* 184. *&* 185 vbi idem dicendum asserit siue ab intestato, siue facto testamento veniat ad successionem, *& in cap.* 2. *ex numer.* 65. Valdesius ad Suarez *in leg. quoniam, ampliatione* 10, *numer* 53 parladorus *differentia* 148. *num.* 11. D. Ioseph Vela *dessertatione* 11. *ex numer.* 62 maximè *numer.* 65 *vbi & num.* 67 probat quod licet sublata fuerit differentia emancipationis & patriæ potestatis, non tamen quoad modum succedendi, nec quoad qualitatem, & prærrogatiuam suitatis, & sic emancipatus non transmittet ex potentia suitatis, vt dictum remanet in maria transmissionis, quamuis Gaillus *practicarum obseruationum. libr.* 2. *obseruatione* 131. *numer.* 10 & alij ab eo relati contrarium teneant, Zeuallos *quæstione* 627. vbi probat contra alios hodie habere locum dispositionem text. *in leg finali. Codic. de repudianda hæreditate*, vt scilicet solum filius suus possit reuocare abstentionem hæreditatis intra triennium, & similiter transmissionem ex potentia suitatis, & substitutionem popillarem solum habere locum in filio in potestate existente.

Ad num. 35. ibi. *hodie tamen*, 35

Filium præteritum, vel ex hæredatũ à matre vel ascendente ex linea materna sine causa posse dicere testamentum nullum, si verò cum causa habere querelam inofficiosi, vt resoluitur, docet Clarus §. *testamentum, quæstione* 47. Petrus Gregorius *in syntagmat lib.* 44. *cap.* 2. *numer.* 5. *&* 13, vbi explicat, Gregorius Lopez *in leg.* 1 *titul.* 7. *partita* 6. *glossa* 2. Spino *in speculo testamentorum, glossa* 20. *principali numer.* 116. *&* 117. Valdesius ad Suarez *in leg. quoniam, ampliatione* 1. Matienzo *in l.* 1, *tit.* 8 *lib.* 5. *Recop. gloss.* 7. *n.* 5. vbi idem ait e contrario si mater à filio prætereatur, Valascus *consultatione* 61. *numer.* 2. Mantica *de coniecturis lib.* 4. *tit.* 13. *num.* 10. Tuschus *lit. P. conclusione* 643. Cancerius *variarum*, 1 *part. cap.* 4. *num* 32 Barbosa *in collectanea ad l.* 15. *Codic. de inofficioso testamento, & in l.* 3. *eiusdem titul.* vbi est casus de prætéritione posthumi per matrem Pichardus *in §. mater*, instituta *de exhæredatione liberorum, numer.* 5. vbi ait, defendi posse testamentum esse nullum iure ciuili, & dari bonorum possessionem contra tabulas filio à matre præterito & in principio eiusdem tit. *nu.* 16, Castillo *l.* 9. *Tauri, n.* 1.

quomodo autẽ intelligatur fieri prætéritio cum causa, vel sine ea explicat Castillo *in l.* 24 *Tauri*, verb. *Pretericion*,

Ad

36 Adnumer. 36 ibi: *Hodie vero de iure nouo authenticorum, &c.*

Et ibi, *hodie verò cum filius possit testari &c*

Parentes ex vtra q; linea patris scili cet & matris, eadem remedia habere cõ tra testamenta filiorum, quæ ipsi e cõtra habent contra testamenta parentũ, vt superius fuit resolutum, concludit in effectu noster Gomezius, *hoc num* 36. & idem probant Gregorius Lopez *in l. 6. tit.* 17. *partita* 4 *glossa finali*, Clarus, *in §. testamentum, quæstione*, 48. Rojas *de successionibus, cap.* 31. *num.* 2 & 3 vbi per totum caput cumulat differentias vtriusque successionis parentum nempe & filiorum, & in duobus capitibus antecedentibus late materiam successionis ascendentium pertractat: Valascus, *consultatione* 61 *num* 1. Molina *de iustitia disputatione* 175 *num.* 3 Rodericus Suarez *in l. quoniam, ampliatione* 16 & ibi Valdesius, Tuschus. *conclusione*, 642. *lit.* P. Costa *lib.* 1. *selectarum. cap.* 3. *num.* 6. Mantica *de coniecturis, lib.* 5 *tit* 15. *n.* 24 vbi an mater possit exhæredari ob exstuprum Azenedus, *in l.* 1. *tit.* 8 *lib* 5. *recop. num.* 10. 12 28 & quasi per totam legem, apud quem omnes quæstiones de materia occurrentes videri poterunt, & plures Doctores de ea agentes refert, *& in nu.* 46. carpit nostrum Gomezium, circa sublatam differentiam emancipationis & patriæ potestatis, tam abintesta to quam ex testamento, Gutierrez, *in re petitione l. pater filium ff de inofficioso testamento, num.* 14. *& sequentibus & per totam, & lib* 2 *practicarum quæstionum quæstione*, 96. & omnes interpretes *in l.* 6 *Taur.* maxime Castillo, verbo, *Sucedan*, vbi plures limitationes congerit, Matienzo, *in dicta l* 1. *tit.* 8. *lib.* 5. *recop. glossa* 7. *vbi num.* 6. limitat, & Pichardus, in principio, institutæ *de inofficioso testamento ex num.* 56 vbi *num* 7. docet querelam parentibus dari & si bona sint Castrensia vel quasi castrensia, de quo etiam ipse Pichardus *in §. sciendum* institutæ, *de militari testamento*, & in principio quibus non est permissum facere testamentum *num* 75. Barbosa *in collectanea l. cum antiquis*, Cod *de inofficioso testamento*, & *in l. cum filium, eodem tit.* Peralta *in rubrica. Cod de hæredibus instituendis, num* 181. Merlinus *de legitima lib.* 4. *tit.* 2. *per totum* vbi omnes causas refert & comprobat

Adnumerum 37. & 38. ibi: *Quædam men in tellige quando talis frater &c.* 37

fratrem præteritum velex hæredatum, turpi persona instituta, posse agere cõ tra testamentum fratris, & illud rumpere per querelam inofficiosi, notissimum est vt his duobus numeris resoluit Gomezius, explicans quæ dicãtur personæ turpes in proposito docent Menchaca *de successionum creatione*, § 10. *ex num* 553. cum multis sequentibus, Gregorius Lopez *in l.* 12. *tit.* 7. & l. 2. & 3. *tit.* 8. *partita*, 6. Castillo *in l.* 7 & 9. *Tauri*, late Ceuallos, *quæstione* 566 vbi late disputat, an testamentum fratris instituentis turpem personam lubiaceat querelæ, inofficiosi quando aliquid fratri fuit relictum an solum agere possit ad supplementum? in quo duas communes contrarias opiniones adducit & hoc vltimum eligit cum Gregorio Lopez, *in l.* 12. *tit.* 7 *partita* 6. verbo: *La heredad*, & verbo: *de mala vida* quod etiam tenet Pichardus vbi infra allegabitur, iterum ipse Ceuallos, *quæstione*, 826. *num.* 7. vbi quod legatata, & cætera debentur ex authentica *ex causa*, C. *de liberis præteritis*, rupto testamẽto per fratrem, & idẽ tenent plures relati a Valdesio, *in additionibus ad Suarez in l quoniam*, in euidentialibus, *num.* 12. vbi alia plura de hac materia, iterum vide eundem Ceuallos, *quæstione*, 566 Osualdus ad Donellum. *lib.* 19. *cap.* 4. *notatis lit.* A. Farinacius *in fragmenti*, verbo: *Concubina, num.* 545. & *decis.* 6. *lib* 1 Gratianus *discept. cap* 135. *&c.* 863. *num* 9. Surdus. *de alimentis, tit.* 8. *priuil.* 90, 95. Valascus *consultatione*, 17 Costa *in* § & *quid si tantum, num.* 151. Gutierrez, *lib.* 4. *quæstionum ciuilium, quæstione*, 72 *num.* 14.

vbi

vbi etiam diſputat, an clauſula codicillaris operetur quod abintestato iatel ligatur hæreditas relicta heredi ſcripto per fideicommiſſum rupto teſtamẽto per fratremẽ & partem negatiuam ſequitur, *& in quæſtione* 73. vbi an ſpurius vel in famis infamia facti iatel ligatur turpis perſona in hoc caſu, & generaliter ibi *Num* 13 agit quæ perſonæ dicantur turpes, & infames in propoſito, Quetada *diuerſarum quæſtionum iuris, cap. 6. nu.* 10. *&* 11. vbi ait ſubuerti poſſe teſtamentum fratris inſtituentis vxoratum habentem publicam concubinã Richardus *in principio inſtructa de inofficioſo teſtamento*, verſiculo: *Soror autem, ex nu.* 84 & plures alios referunt Cenedus in canonicis, *quæſtione*, 17. *nu.* 5 Ximenez, *in concordantijs vtriuſque iuris, in l fratris, & in l. fratres.* 1. *& 2. parte*, optime Tuſchus, *lit. F. concluſione* 454. *&* lit. I. cõcluſione 171 Oſualdus, *lib.* 18. *cap.* 6 *lit.* I. Merlinus *de legitima lib.* 4 *tit.* 2. *quæſt* 19. vbi cauſas huius exheredationis cumulat, Rodriguez *de reddit. lib.* 3. *quæſtione*, 4. *num.* 117 vbi an vſu ario inſtituto frater poſsit querelari, Mantienzo *l.* 4 *tit* 8 *gloſſa* 2 *num* 2. *& ſeq.* vbi etiam an frater vterinus impugnare poſsit teſtamentum fratris? & negatiue reſolu it. Et generaliter de hac materia fere infinitos Doctores agentes refert Barboſa in collectanea *ad l. fratres, vel ſoroꝛes. Cod. de inofficioſo teſtamento*, vbi omnes caſus à noſtro Gomezio conſideratos exornat Azeuedus, *l.* 8 *tit.* 8 *num* 13 *lib.* 5 *recop.* vbi quod frater inſtituens filium ſuum naturalem nondicitur turpem perſonam inſtituere, vide etiam Menoch *de arbitrar caſu* 328. vbi de fratre inſtituente mulieremquæ ob amorem ſemel fuit detractus.

Ibi: *Quinto intellige, &c.*

Vide Clarum, § *teſtamentum quæſtione* 50. verſiculo: *ponenitio*, Caſtillo. *l.* 7. *Tauri. gloſſa* 21. & alios relatos per Valdeſium in additionibus ad Suarez, *in l. quoniam in prioribus*, in euidentialibus, *num.* 12. & Barboſam *in collectanea addictam, l. fratres, nu.* 10. vbi refert Ceuallos, *dicta quæſtione*, 5. 6. Gratianum, *diſceptationum cap.* 135. *ex num* 23. & alios contra noſtrum Gomezium tenentes, & tandem adducit reſolutiue diſtinctionem quandam D. Ioannis del Caſtillo. *tomo*, 2. cõ *trouerſiarum, cap.* 19 *ex num* 19. eum videas.

Ibi *In legitima quæ eſt olim & hodie quarta pars, &c.*

Adde; Aſſlictis *in deciſsione* 155 *num.* 2. & alios relatos a Valdeſio ſupra *in l. quoniam in euidentialibus, num.* 12. & Caſtillo ſupra *dicto cap* 19.

Item adde vtrum frater teneatur dotare ſororem exheredatam à patre? dequo Barboſa *in l.* 1. 4. *parte num* 135 *ff. ſoluto matrimonio*, vbi reſoluit non teneri contra Baldum nouellum, Palacios Rubeos, & Benedictum *in c. Raynuntius*, & alios,

Item adde quod frater ſine cauſæ expreſsione ex ſola ingratitudine ab hereditate repellitur, *ex l.* 12. *tit.* 7 *partita*, 6 vt cum Gregorio *in l.* 10. *dicto tit.* 10 verbo. *No la podra deſpues moſtrar*, aduertit Aluarado *de coniecturatamente defuncti, lib.* 2 *cap* 3 *num*, 51. Et de fratre legitimato, vide Caldas *in l. ſeruatorem*, § *ſine curatore ex num* 39.

Item adde quod licet Felinus *in cap. at ſi clerici de iudicijs in principio num.* 12, docuerit fratrem poſſe agere querela, inſtituta muliere ſterili, hoc non eſt verum, vt optime docet Barboſa *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio* 1. *parte num.* 100 quia licet tempore Moyſis lege iudiciaria infamis reputabatur mulier ſterilis, hodie hoc ceſſat poſt Chriſti mortem.

Itẽ adde quid ſi quis promiſit aliquẽ tractare vt fratrem, an debeat inſtituere illum? in quo Gratianus *diſceptat, cap* 135. cum alijs probat, quod ſi inſtituat turpem perſonam, tunc habebit locum querela, eu. vide ibi, quia falia multa adducit circa præteritionem fratris.

Item adde ex eodem Gratiano, *tomo*, 3 *cap.*

3.*cap.*448.quod ſi perſona honeſta fuerit inſtituta cum alia turpi, tunc perſona honeſta retinet ſuam partem licet frater agat quærela in officioſi. *Et capite* 863.*num* 9.agit quidſi concubina inſtituatur.

38 Ad numerum 39 ibi : *An in foro conſcientiæ, &c.*

Iſtam quæſtionem, an tuta conſcientia poſsit frater inſtituere extraneum relicto fratre, diſputat etiam noſter Gomezius *in l.*8.*Tauri*, *num* 4. vbi aliam opinionem contrariam huic tenet, & Rojas in epitome ſucceſsionum, *cap.* 32.*num.*4. Didacus Peres ad ſeguram *in l.cum patronus*, *ff.de legatis*, 2. *num.* 44 Benedictus *in cap.*Raynuntius, verbo. *Teſtamentum el primero*, *num* 7. Gutierrez. *lib.* 3.*practicarum quæſtionum*, *quæſt.*17.*num.* 273 & omnium latiſsimè, Petrus Cenedus *in quæſtionibus canonicis*, *quæſtione*, 17.*per totam* vbi optimè, vt ſolet, controuerſiam dirimit, omnes opiniones refert, & tandem, *num.* 15 in ſententiâ noſtri Gomezij hic, magis inclinat cũ eo temperamento, nempe quod frater teneatur fratri alimenta relinquere ad quæ preſtanda ipſe viuens compelli poterat, vel ſaltem in foro conſcientiæ tenebatur, quod aliter ſe habere affirmat reſpectu aliorum conſanguineorum, *& in num* 12. *&* 13. probat cum multis, quod ſicut frater etiam clericus tenetur & compelli poteſt per iudicem alere fratrem ſuum pauperem, ita ratione habile eſt vt eadem alimenta ei in teſtamento relinquat, ad quę prę ſtanda in vita tenebatur, & ſi id non fecerit, hæres ab eo nominatus id adimplere tenebitur, & ad id poterit conueniri, & ad hunc caſum ait eſſe reducendos Doctores affirmantes ſub reatu mortalis tenere fratrem ſuum fratrem inſtituere: vide etiam Bonacinam *de contractibus*, *diſputatione*, 3 *quæſtione vltima punct.* 3. *num.* 13 vbi opinionem noſtri Gomezij ſequitur, ſecluſo ſcandalo, & neceſsitate cõſanguineorum, & Dianam, *tomo*, 1, *tract.* *tatu* 8.*reſolutione*, 85, vbi etiam refert opiniones, & tandem in eãdem noſtri Gomezij inclinat, & de hoc multa conducibilia videbis per Theologos, 22. *quæſtione* 26 & Gregorium de Valentia ibi. *Quæſtione*, 4. *de* Ordine Charitatis, *punct.*5 & Souſa *in repetitione l feminæ*, *ff.de regulis iuris*, *num.*68 *& ſequent.* vbi ſequitur noſtrum Gomezium.

De commiſſario ad rem hæredandum relicto videas Regnicolas, *in l.*31 *Tauri*, & latiſsime Carpio, *in tractatu de executoribus*, *& commiſsarijs teſtamentorum lib.* 2.*cap.*9.

Item adde ex Coſta *in cap. ſi pater*, *verbo poteſt num.* 5. quod frater excluditur per ſubſtitutam pupillarem licet ſit perſona turpis.

Propter ingratitudinem an poſsit ex hærædari ſucceſſor in regno vel maioratu, diſputat lata Coſta *de ſucceſsione regni ex num.*16. Mantica *de coniecturis*, *lib.* 8.*tit* 12.*num.*31 Gregorius, *l.*9.*tit.*7.*partita*, 2.*gloſſa.*2. Caldas, verſiculo *ſua facilitate.*

De exhæredatione ob matrimoniũ clandeſtinum ſuppoſita quæſtione (de qua ſupra) quæ cauſæ ſufficiant vide Aluaradum *de coniecturatamente defuncti*, *lib.*2 *cap.*1 §. 1.*num.*30. Azeuedum, *l.*1.*tit* 1.*lib.*5, & ibi, Matienzum, & latiſsime Sanchez de matrimonio, *lib.*3 *diſputatione* 47.*per totam.*

Ex næredari an poſsit filia peccans in corpus ſuum poſt 25 annos Barboſa *in l.*1 *ff ſoluto matrimonio*, 4 *parte*, *num.* 31. *& ſeq.* vbi contra alios affirmatiue reſolui & alter Barboſa *in collectanea l.*11.*&* 19.*Cod de inofficioſo teſtamento*, vide etiam Baeçam *de dote*, *cap.* 18. & Menochium *caſu*, 535 in fine vbi quid ſi etiam mater ſit talis? Gratianus *regula*, 313.

An alius tertius poſsit impugnare teſtamentum extra filium præteritum agit noſter Gomezius, *in l.*22. *Tauri num.* 24, & vide Salgadum *in labirintho.*2.*parte*, *cap* 16.*per totum & cap.*14.

An reus læſæ maieſtatis poſsit ex here

heredari Farinacius quod sic, *tomo 1. tit 3. quæstione, 24 num. 18. & quæstione, 116. ex num. 68.* & quod ex hæredario facta cautione ad cundiæ non valeat, idem Farinacius *tomo, 3. quæstione, 91. num. 27.*

Ancleri testamentum subiacet querelæ inofficiosi vel nullitatis ex causa præteritionis? Barbosa *in collectanea cap 9. de testamentis*, vbi negatiue resolunt cum alijs, Fachinæus, *lib. 6. controuersiarum cap. 75.*

De remissione tacita ingratitudinis, Grattianus, *disceptationum forensium, tomo 1 cap 140 ex num 8.* & Ioannes Gratianus *in regula. 238.* Couarrubias. *in cap. Raynutius, num 17.* Suarez, *tit de matrimonio, num 36. & sequentibus.* Gregorius *l. 4 tit 7 partita 6. glossa, 2.* Barbosa *in l. 1 ff soluto matrimonio, 4. parte, ex num. 45.* omnino, futura autem ingratitudo non potest remitti: Merlin. *late de legitima, lib. 4. tit. 1. quæstione 5. num. 12. & quæstione, 20. num. 45. & quæstione, 6. & 7.* Fernandus Diaz, *regula, 523.* Socinus *regula, 347* & alij plures congesti per ipsum Gratianum *dictar regula, 238 num.* Barbosa, *in l. 3 ff soluto matrimonio, 4 parte*, & Cenedus *in collectan 1. parte, collectanea 49* vbi an per professionem religionis remittatur ingratitudo, post Couar. *in cap. Raynutius num. 20.* & alios ab eo relatos.

Filio agenti de inofficioso sumptus litis ministrantur, Menochius *casu 169 num. 13.*

De fratre (turpi persona instituta) excluso cum clausula codicillari, Fachinæus, *lib 4. controuersiarum, cap. 91.* vbi etiam agit an spurius sit turpis persona *in cap. 93.*

Filius non tenetur intentare querelam instantibus creditoribus, Oldaldus, *lib. 23 capite vltimo, lit. C.* & vide latissime Salgadum *in Labirintho. parte, 2. cap 16. per totum.*

Restitutio an concedatur minori si incurrit ingratitudinem ex eo quod non redemit patrem vel alia causa. Et quid si remisit? quærelam? late Caldas, *in sequestratorem, § læsis, num. 10. & sequentibus.*

Quærelam filio competentem pater non remittit eo inuito. Pinellus *de bonis materni l. 1. parte. 1. num. 1.* & eum & alios referens Pichardus, *in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hæreditate cap. 15. num 11.*

Filius iuste ex hæredatus si testamentum per alium rumpatur, succedit abintestato vna cum alijs, Suarez, *allegat. 2. n. 11.* vbi id probat *ex leg. liberis, ff. de dili exceptione*, quam dicit singularem ad hoc, eum vide.

Cętera quæ desiderantur in materia videri poterunt per Doctores relatos *numero, 1.*

AD

AD CAPVT DVODECIMVM

DE

LEGATIS.

SVMMARIVM.

1 Doctores de hac materia agentes referuntur.
2 Legata an sint odiosa vel fauorabilia,
3 Legata & fideicommissa an omnino sint adæquata.
4 Legatum an possit vsu relinqui.
5 Quid sit legatum.
6 Legatum an transeat in donationem si tradatur a testatore.
7 Fructus rei legatæ an & quando tradantur legatario, & de incremento vel diminutione eius,
Quid in fructibus melioratis.
Quid in annuis redditibus.
Quid si legatum reuocetur, an fructus sint restituendi.
Quid in legato quantitatis.
8 Legatum an possit relinqui vniuersitati.
De legato ciuibus relicto, & an extinguatur centum annis
9 Quæ actiones competant pro legato.
Cumulatio harum actionum non admittitur.
Dicta conclusio etiam hodie procedit stante l. 1. tit. 4. lib 5 recopilationis.
Executio locum habet pro legatis.
An legatarius remedium possessorium habeat.
11 Error in re legata an vitiet legatum
12 An possit legatarius capere rem legatam propria authoritate.
13 Legata an debeantur hæreditate non adita.
Quid in legatis pijs.
Falcidia an hodie locum habeat:
De falcidia remissiue.
14 An executor testamenti possit pro legatis conuenirj,
15 Legatum rei alienæ an valeat, & quid in re prohibita alienari, vel cuius non est commercium & alia.
Quid in institutione hæreditatis alienæ.
Quid in legato piæ causæ, amico, vel comunitati relicto.
Quid si legat rem alienam quam possidet
Quid si legat rem in qua pignus seu spem habet & alia.
16 Res hæredis an possit legari.

Quid

CAPVT XII.

Quid si res legata eiuscatur.

17 *Legans rem in qua habet ius vel partem, quid legare videatur.*

18 *Augmentum vel diminutio rei an pertineat ad legatarium.*

Quid in partu.

De diminutione oneris ex diminutione legati.

De interpretatione Tex. in l. mortuo bouc, ff de legatis, 2.

19 *Qualiter hæredes teneantur soluere legata.*

De explicatione Tex in l. si Titio aut Seio, ff de legatis. 2.

20 *Habens plures res eiusdem generis si legat vnam vni, & aliam alteri, qui eligat.*

Si plures eligantur in aliquo actu quis præferatur.

Casus in quibus non attenditur ordo literæ remissiue.

21 *Legatum filio nasciturο, si plures nascãtur quid*

Quid in successione Regni vel maioratus si plures simul nascantur.

22 *Si eadem res legetur pluribus an faciant partes per concursum.*

An censeatur ademptum legatum, & de interpretatione Tex in l. sicut. ff de adimẽdis legatis.

23 *Legatum partis quotitatiuæ qualiter soluatur, & an legatarius possit conueniri a creditoribus?*

24 *Fructus rei legatæ a quo tempore pertineant legatario.*

25 *Dominium rei legatæ quando acquiratur legatario.*

Casus in quibus debentur fructus rei legatæ a tempore moræ & non ante.

Quid legato gregis.

26 *Conditio vel qualitas primi legati an intelligatur repetita in secundo.*

27 *An possit legari res quæ non est in rerum natura.*

28 *Si gratiamen apponitur in legato, legatum, dicitur quod superest, & pura de onere legato ad auctο.*

Ad gabellæ solutionem an deducantur expensæ, & quid in promissis vulgo los prometidos.

29 *An valeat legatum factum a debitore creditori.*

30 *Legatum factum a debitore creditori an videatur animo compensandi relictum.*

De explicatione Tex. in authentica præterea Cod vnde vir & vxor.

Legatum factum a marito vxori an compensetur cum medietate lucrorum sibi pertinentium iure Regni.

Contraria opinio in principali quæstione proponitur, nempe numquam esse locum compẽsationi.

31 *Si fideiussor legat creditori illud quod debet pro alio an valeat legatum*

32 *Legatum pecuniæ quæ potest intelligi diuersi valoris, quomodo intelligatur.*

33 *Si legentur omnes res cum certa qualitate quæ tantum in vna reperitur, an illa tantũ debeatur.*

34 *In materia legatorum debitor respectu speciei perempta specie liberatur.*

An autem post moram debitor speciei liberetur ea perempta.

35 *Legatum in genere an valeat & cuius sit electio Et de electione in dicto casu.*

Vino legato non debentur vasa, & legata taberna an merces contineantur.

De domo in genere legata.

De legato fundi in genere.

36 *An possit legatarius acceptare legatum pro parte.*

Conditio an possit impleri pro parte.

37 *Si testator legat vni fundum qui tantum modo reperitur in hereditate, & alteri quantitatem quis præferatur.*

38 *Si legatarius emat vel acquirat rem legatam an possit petere eius æstimationem.*

39 *Legata relicta ab instituto an, & quando debeantur à substituto*

De legato relicto ab hærede nomine proprio

Legata relicta a proximiori an debeantur a sequente in gradu.

40 *Conditio apposita legatario an transeat ad eius substitutum,*

Conditio apposita institutioni an repetita censeatur in legato.

Legatum an videatur translatum cum onere.

41 *Si eadem res vel quantitas bis eidem legetur, an censeatur multiplicatum legatum.*

42 *Si testator legauit rem propriam alteri pignoratam, qu s luat.*

43 *Habens rem subiectam restitutioni in qua facit sumptus an possit eos repetere.*

Quid in expensis factis in re ma oratus.

44 *Legata domo quæ diruitur an debeatur area, vel ê contra an legata area debeatur domus.*

Quid si domus ædificetur in area quæ remansit domo priori destructa,

Quid si areæ legatæ ædificium super imponatur.

45 *Si testator fecit prælegatum hæredibus, an intelligatur pro hæreditarijs portionibus,*

46 *Si legatarius emat rem legatam ab hærede an sibi præiudicet.*

47 *Si testator aestimet rem in qua soluatur legatum, repereunte, an pereat legatum:*

Quid in contractibus.

An hipotheca ex dicta assignatione inducatur.

Onera remanent penes reliquos ciues etiam si aliqui eximantur.

48 *Legatum in dubio â quo solui debeat.*

Impersonalitas vitiat actum.

49 *Legatum seruo proprio relictũ, an valeat:*

Quid in legato alimentorum.

An valeat relictum fratribus minoribus.

Lex positiua iusta obligat in conscientia.

50 *Legatum an possit conferri in voluntatem alterius.*

Quid in legatis pijs, & de intellecta, l fideicommissaria, ff. de fideicommissarijs libertatibus.

Quid de conditione: Nisi hæres noluerit, *vel cum voluerit.*

51 *Electio personæ legatarij quando possit committi hæredi, vel alteri. & quid si non eligat.*

Legatum pauperibus valet, licet sint incerti.

52 *De legante quidquid habet in tali camera, vel loco.*

53 *De legato frumenti quod habet tali loco.*

54 *Si testator legat quantum hæredes habebunt quid consequatur legatarius.*

Hæres minus grauatus præsumitur.

55 *Legatum sub conditione an possit renuntiari.*

Legatum debiti intelligitur de puro.

56 *Si diuersis testamentis reperiatur legata alicui diuersa quantitas, quæ debeatur.*

57 *Grauari an possit quis p'us quam honoretur.*

An possit grauari hæres legatarij, tutor, vel curator eius:

58 *Legatũ lanæ & lini quid comprehendat.*

59 *Quibus modis reuocetur legatum & an ob hipothecam.*

De legato pro sepultura an censeatur reuocatum rupto testamento

Quot testes sint necessarij ad probationem inimicitiæ ad reuoctionem legati.

An legata reuocẽtur nationate filiorum:

60 *Quibus modis possint relinqui legata.*

61 *Relictum minori in tempus legitimæ ætatis quando debeatur.*

62 *Conditionis definitio.*

63 *Conditionum species.*

Dispositio potius præsumitur pura quam conditionalis.

Ex quibus verbis conditio inducatur.

64 *De conditionum implemento.*

Quid si legato apponatur dies, & conditio.

An conditio retro trahatur in legatis.

65 *De conditione impossibili.*

Quid si conditio impossibilis, possibilis reputabatur à testatore.

66 *Conditiones quo tempore impleri debeant*

Defectus conditionis non obstat, quando verisimiliter testator reliquisset defecta conditione.

67 *Legatum de vno in alium translatum, an videatur sub conditione qua fuit relictum*

68 *Legatum quando dicatur sub modo, & eius natura.*

69 *Legatum submodo an transmitatur:*

70 *Verba in dubio an importent conditionem*

Modus in dubio impulsiuus.

CAPVT XII.

De legato pro dote, latè.
De legato modali remissiue.

71 De legato sub demonstratione.

72 Falsa demonstratio an vitiet legatum quantitatis.
Meliorario assignata in re certa quæ nõ æquiualet tertiò, & quintò, ã suppleri debeat

73 De legato sub causa, & eius natura.

74 Conditio an impleri possit per æquipollens.

75 De conditione non nubendi.
De conditione ingrediendi religionem.

76 De legato sub conditione nubendi certæ personæ.
An pœna apponi possit pro contrahendo matrimonio.

✶ An valeat conditio per quam libertas infringitur, vel habitandi in certo loco.

77 Conditio heredi, vel legatario apposita an transeat ad substitutum.

78 Confessio debiti in testamento an inducat legatum.
Talis confessio non præiudicat filijs in legitima.
Confessio extraiudicialis an probet, & dispositionem inducat.
Quid si quis confiteatur in testamento quod decem sibi debeantur, cum viginti debeantur.
An dicta confessio facta intestamento possit reuocari, vel testatori viuenti præiudicet.
An dicta Confessio præiudicet alijs creditoribus.

79 De legato liberationis.
Legato instrumenti legatur debitum.
Quid pignore legato, & quid comprehendat hoc legatum.

80 Liberatio generalis, & prohibitio dere-

ddendis rationibus quid comprehendat.

81 Legatum vbi, & quo loco possit peti, & cuius expensis, & periculo tradi debeat.

82 De legato redditum fundi.
De legato cum pacto de non reuocando & de eius alienatione consentiente legatario.
De legato domus quam solam habet testator.

83 De iure accrescendi in legatis, & in legato facto seruo plurium dominorum.

84 Legans quidquid Romæ habet, vel in vrbe Roma, quid leget.

85 De præscriptione legati.

86 De vsuris legatorum.

87 Dt legato facto vxori si dotem non petierit.

88 De legato Titio relicto tum sint duo Titij

89 Aliæ difficultates de legatis,

90 Legatum medietatis bonorum mobilium non minuitur ob œs alienum.

91 De conditione non ingrediendi religionem.

92 De legato facto concubinæ, vel adulteræ.

93 Libertate legata, quid si omnia legata solui non possunt.

94 Rupto testamento, ex causa præterentionis An debeatur legatum ipsi filio præterito factum

95 De legato pignoris facto ipsi creditori.

96 Legata si excedunt vires patrimonij debent diminui pro rata, & reduci ad vires patrimonij.

97 Si fideicommissum relictum à legatario deficiat, apud ipsum legatarium vt magis dilectum manet.

98 Vbi heres possit conueniri pro legato.

99 An legatum amittat impugnans testamentum.

DE Legatorum materia præter ordinarios in proprijs locis aguot latissime, menchaca de successionum progressu, *libr.* 3. §. 27. & §. 29. Benedictus *in capit.* Raynutius, verb. *Si absque heris el segundo, ex numer.* 137. & ibi Couarrubias § 10. Craffus *receptarum* §. *legatum*, Petrus Gregorius *in syntagmat. libr.* 42. *capit.* 34. & 35. Donellus *commentariorum iuris ciuilis, lib.* 8. *capi.* 1. cum sequentibus, *vsque ad* 22. & *capit* 28, vsque ad finem libri, *idem ad tit. Codic: de legatis*, Tuschus *lit.* L. *concluſ.* 33. cum

multis sequentibus; Antonius Faber *ad titulum Cod. de legatis, definitione 1. & sequent.* Surdus *de alimentis, titul. 9. quæstione 6. ex numer. 19*, Garcia *de expensis, capite 17.* Caldas *in leg. si curatorem, verb. sine curatore, ex numer. 118.* Mantica *de coniectu. vltimarum voluntatum, libr. 8. per totam, & libr. 9.* etiam per totum, *& libr. 10. titul. 1* & sequentibus *vsque ad 4. & libr. 12 titul. 1. vsq; ad 7.* Menochius *libr. 4. præsumptione 105. vsque ad 165.* Spino *in speculo testamentorum glossa 6. principali, & sequent. vsque ad 15.* Antonius Gabriel *in communibus, in titul. de legatis*, Aluarado *de coniectura mentis d. sancti. lib. 4. capit. 1. ex num. 60* Matienzo *in leg. 1 titul. 4. glossa 14 & glossa 16 lib. 5 Recopilationis*, Molina *de iustitia. tom. 1. disputatione 193. & sequentibus, vsque ad 210.* Pichardus *in titulo*, instituta *de legatis* per totum. *& in repetitione eius tituli in digestis*, Fusarius *de fideicommissis, quæstione 242. 296. 308. 343. 521. & 652.* & alijs pluribus per discursum dicti tractatus, & alij fere infiniti, quos in vnum congerit D. Joannes del Castillo *libr. 4. controuers. ca. 1. numer 8.* Barbosa *in collectaneis ad leg: nulli licere, Codic. de Episcopis & Clericis*, vbi plura de legatis pijs, & idem Barbosa *de iure Ecclesiastico libr. 3. capit. 27*, & iterum in collectaneis ad decretales, *libr. 3. tit: 26. capit 4. 14 & 15 & cap 19 num. 5.* Voi quod legatum ad satisfaciendum creditoribus dicitur pium, Andræas Fachinæus, *libr. 5 controuersiarum, cap. 37 & sequentibus, vsque ad 68.* Cancer. *variarum, 3. parte, cap 20.* latè.

2 Legata an sint fauorabilia, vel odiosa, videre poteris per Menochiam *de successionum progressu, libr. 3. §. 27. num 26.* Manticam *de coniectu. is vltimarum voluntatum lib. 7. titul. 1* & latissimè Castillo *in tractatu de vsufructu, cap 30 num 41. & sequent. & libr. 4. controuersiarum, cap. 32. ex numer. 12.* vbi plures refert Fusarius *de fideicommissis, quæstione 321 num 101.* Tuschus *lit L. conclusione 57.*

3 Ad numer. 1. ibi: *Dico quod de iure antiquo, &c.*

Et ibi. *Hoc die tamen, &c.*

Differentiam inter legata, & fideicommissa etiam hodie durare in modo & forma, non tamen in effectu, resoluit hic noster Gomezius & ita docent Benedictus *in capit Raynutius*, verbo: *Si absque liberis el segundo. numer. 137.* & alij adducti à Parladoro *libr. 3. quotidianarum, differentia 17 numer 1* de quo & de explicatione textus *in leg. 1. ff de legatis 1.* videndi sunt Fachinæus *libr. 5. controuersiarum cap 30* Molina *de iustitia, disputatione 193 num 1.* Oualdus ad Donellum *libr 8. capit 2 & cap. 26. innoratis litera* G Amaya *libr 2. observationum. capit. 3* per totum, vbi erudite materiam prosequitur Couarrubias *capit. Raynutius, §. 10. numer. 3* Quarenus *in leg. mris gentium, § & ideo. ff de pactis & libr. 2. disputationum, capit. 9.* Cujacius *observationum, libr 8. capit. 4* Rebuffus *libr. 3. variarum, capit 4.* Pacius *antinomiarum, centuria 6. quæstione 2.* Spino *in speculo testamentorum, glossa 2 v. principali, ex numer. 45*, & Pichardus *in §. sed non vsque numer. 1. & 3. in titura de legatis, & in principio* institutæ *de fideicommissarijs hæreditatibus, ex numer. 21.* & latissimè *in repetitione tituli ff. de legatis, capit. 3. ex numer 12* vbi rem aliter explicat, & triginta differentias inter legata, & fideicommissa cumulat, quæ erant tempore Ulpiani Authoris *dictæ leg. 1* quam ibi exponit, & tandem numer. 91 cum alijs ait mentem Justiniani *in leg 2, Codic. communia legatis, & fideicommissis*, fuisse, submouere differentias inter verba directa, & obliqua, & addit quod quoties legatum iure legati valere nequit, ita fideicommisso exequatur, vt nulla maneat differentia, cum autem vtrumque per se valere potest, omnes differentiæ maneant, nec vtriusque natura, & essentia confundatur, cum vide, dicto c. 3 & sequent. quia diffusissimè materiam prose-

quiritur, ita vt alium allegare otiosum videbatur, vide eum ibi, & cap 5.

4 Ad num. 2 ibi: *Et adde quod nutu, &c.*

Legatum nutu posse relinqui eo modo quo hic explicat noster Gomezius docent idem Gomezius *in l. 3. Tauri ex num. 111.* latè Menochius *de præsumptionibus, libr. 4 præsumptione 105. numer. 9. & præsumptione 76. numer. 62.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib. 3. capit 2. §. 2.* vbi optime materiam huius numeri explicat, & quid si alijs quibuslibet signis puta sono tubæ, vel voce confusa, vel astringendo humeros voluntas declaretur, Peralta *in rubrica, ff. de legatis 2. num 6.* Couarrubias *in capit. cum tibi de testamentis, num. 3.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 8. titul. 1. nnmer 19.* Olualdus ad Donellum *lib 6 capit. 5. in annotationibus, liter R* Caldas *in leg. si curatorem, §. cum non, numer 69.* versiculo: Ego ne quod in hac re sentio, & nouissimè D. Ioannes del Castillo *libr. 4 controuersiarum capit 27. ex numero 32.* vbi latissime explicat, & plurimos Doctores nouo suo refert, & signa omnia confessus exprimit, & numero 41. ampliat decisionem textus *in leg. nutu ff. de legatis tertio* ad fideicommissa vniuersalia, & vlterius *numer. 47.* & sequentibus, quatuor casus distinguit, quibus valet vel non legatum nutu relictum, primus, cum testator â natura impeditur loqui, vt omnino mutus, & surdus; secundus, quando testator qui legauit nutu, iam amisserat intellectum: & his duobus casibus non valet legatum nutu relictum; tertius casus est, cum quis ex accidenti impeditur loqui, laxæ tamen mentis est: quartus, quando testator, qui nutu legauit, potuisset loqui libere, & expeditè. Et vtroque casu valere legatum probat, licet in quarto contradicant Salicetus, & Iason, & denique numero 51. docet hæc locum habere etiam de casu Regio, vide eum, & Pichardum *in repetitione ad ff. de legatis, capit. 3. numer.* 11. & 12. & Castillo *in leg. 31. Tauri*, verbo *Especialmente, & leg. 37.* in principio, Tuschus *litera L. conclusione 34.* per totam Molinam *de iustitia, disputatione 127. numer. 6.*

Ad num. 3. ibi *Et breuiter dico, &c.* 5

Legatum esse donationem à testatore relictam ab hærede præstandam, vt hic definit noster Gomezius, docent Crassus § *legatum, quæstione 3.* Donellus *libr. 8 commentariorum, capit. 1.* Menchaca *de successionum progressu, §. 29 libr. 3 numer. 2.* Menochius *de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 105. numer. 17* & eam defendit latè Pichardus *in § legatum*, instituta *de legatis*, & alij relati abeodem Pichardo *in relectione ad titulum, ff. de legatis capit. 2. numer. 5* vbi *num. 6.* & sequentibus aliam definitionem adducit, & probat: *Nempe legatum esse donationem testamento relictam* eum vide, & Oualdum ad Donellum *libr 8. capit. 1. liter. G* & Cujacium in recitationibus *ad leg 1. ff hoc titulo.*

Ad num. 4. ibi: *In quo articulo resolutiuè* 6
dico, &c

Legatum transire in donationem inter viuos, si testator rem legatam tradidit in vita simpliciter, si tamen traditio fiat cum declaratione, quod illam tradit ex præcedentis legati causa, suam propriam naturam retinere: docet hic noster Gomezius, vt vides, & est receptissima sententia ex relatis, & sequutis per Gutierrez *in leg. nemo potest ff legatis primo, ex nu. 257.* vbi laudat resolutionem nostri Gomezij, et per Tellum Fernandez *in leg. 17. Tauri, ex numer. 83. vbi numer. 86.* illam legem extendit iuxta terminos huius conclusionis, de quo vide nostrum Gomezium *in eadem leg. 17.* Matienzo *leg. 1. titul. 6. glossa 4 numer. 25.* Molinam *de primogenijs, lib. 4. capit. 2. ex numero 19.* Gutierrez *lib 3. practicarum, quæstione 64, numer 2. & sequentibus*, Azeuedum *in dicta leg. 1 tit. 6. lib 5. n. 28.* Dictamque principalem resolutio-

lutionem sequitur Morquecho *de diuisione bonorum, libr. 3. capit. 5. ex numer. 21. & capit. 6. ex numero 64.* quem videas, & Gracianum *tom. 5 disceptationum, capit. 910.* Molina *de iustitia, tomo 1 disputatione 193. numero 3.* & Cancerius 3 *parte. capit 20. numer. 55. & sequentibus* Mantica *de coniecturis lib. 8. titul. 1. ex numer. 35.* vbi de legato facto præsenti, de quo Caldas *in l. si curatorem, §. Ipse curatore, numer. 19.* Pichardus *in relectione ad hunc titulum ff. de legatis, capit. 2. numer. 24.* vbi eam defendit ab impugnatione Salmanticensium, *& in §. legatum,* instituta *hoc titulo, numer. 21.* vbi quod ad rationem legis falcidiæ legatum reputabitur, & alia, Molina, Azeuedus, & Gutierrez vbi supra, Spino *in speculo testamentorum, glossa 14. numer 36* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 3. §. 1 num. 13* & iterum *in lib. 3. cap. 2. num. 35.* vbi tenet cum Peralta, quod si fiat donatio alicuius rei sine traditione, & postea illa res alteri legetur, & per testatorem tradatur legatario, prima donatio reuocabitur, vide eum ibi, *& num. 42.* vbi late distinguit, & explicat dictam resolutionem intelligendam quando ex interuallo res legata traditur, vide etiam Tuschum *litera L. conclusione 134* per totam, & Molinam *de iustitia tomo 1. disputatione 193. numero 3.* & Sarmiento *libr. 8. selectarum in leg. Lucius, numero 6.* Quid dicendum de fructibus quando legatum traditum reuocatur, vide numero sequenti.

7 Ad numer. 5. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Fructus perceptos pertinere ad legatarium post mortem testatoris, siue post aditionem hæreditatis, siue ante eam, vt hic resolutur, tenent quam plures relati à Menesis *in leg. eam quæ. Codic. de fideicommissis,* & à Gutierrez *in leg. nemo potest, ff. legatis primo, numero 367. & libr. 2. practicarum. quæstione 33.* & per Matienzum *in leg 1. titul. 4. lib. 5. Recopilationis, glossa 14. num. 22 & sequentibus,* vbi latissime hanc quæstionem disputat considerans quatuor tempora, Fachinæus, *libr. 12 controuersiarum, cap. 68.* Mantica *de coniecturis, lib. 7. tit. 10. numer. 24.* Azeuedus *l. 4 titul 6 lib 5. numer. 9.* & sequent. Petrus Gregorius *in singul. mat. lib. 21. capit. 14. numer. 12.* nec non alij plures quos refert Gratianus *in regula 221.* ipsi tamen Gutierrez, Matienzo, & Gratianus, & Tuschus *litera L. conclusione 154.* & Barbosa *in leg. 8 ff. soluto matrimonio, numer. 82.* & alij abeis relati contrariam sententiam defendunt, imo solum deberi fructus legatario, ab edita hæreditate, & adducunt pro hac parte *leg 37 titul. 9. partita 6.* fatentur tamen quod hodie *ex dicta leg. 1. titul. 4. libr 5. Recopilationis,* a morte testatoris debentur fructus legatario, quibus adde Azeuedum *in eandem leg. 1. numer. 122.* & sequentibus, *& in leg. 4. titul. 6. numer 9.* vbi late declarat Aluarado *de coniecturata mente defuncti, libr. 4. capit. 1. numer 43* & Morquecho de diuisione bonorum *libr. 3. capit. 5. numer. 24.* Barbosa *in leg. dotalem, ff. soluto matrimonio, numer. 11. & 12,* vbi quod non est naturale dominium quod acquiritur legatario à morte testatoris, Noguerol *allegatione 27. numer. 70* vbi de legato quantitatis, quod non debeantur vsuræ, & Zeballos *quæstione 79* & optimè Thomas Sanchez *in consiliis moralibus, libr. 4. cap. 2. dubio 16.* per totum: vbi *numer. 1* docet quod stando in iure communi dominium fictum transit in legatarium à die mortis testatoris verum autem dominium tantum pertinere à die aditæ hæreditatis, vel quando hæres est in mora adeundi, ex Couarruuias *in capit. Raynaldus, §. 1. num. 1.* Bapt. Fagos de Paz *in leg. 3. Tauri ex num 9 6* & alijs, stando autem in iure huius Regni, dominium rei legatæ à die mortis testatoris pertinere ad legatarium, & ex tunc ad eum pertinere fructus *& ibi numer. 4. & sequent.* declarat, quid dicendum,

quando testator legat quantitatem tritici, vini, &c. vel rem alienam, vel seruum, qui aliquid acquisiuit post mortem ipsius testatoris, eum vide, & reliquos supra citatos, vide etiam Molinam *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 194. vbi latissimè de dominij acquisitione in re legata, & de fructibus eius, & incrementis, vel diminutione. & numero 8. quid si in fundo plantet testator vineam, vel in area ædificet domum, &c. Et vide ante omnes Castillo *de vsufructu, capit.* 9. vbi optimè explicat difficultatem, & quid in vsufructu, vide etiam infra *numero* 24 & Tuschum *litera* F. *conclusione* 496.

Quid verò dicendum sit de fructibus meliorationis tertij, & quinti à quo tempore debeantur? tradit Matienço *in leg.* 4 *tit.* 6. *glossa* 3. *num.* 5 *lib.* 5. *Recopilationis.*

An autem legato nomine debitoris, seu forte principali, vsuras seu redditus viuo testatore decursos legare videatur, vide Aluaradum *de coniecturata mente, libr.* 2 *capit.* 4 *numero* 15. & melius distinguentem Gasparem Rodericum *in tractatu de annuis redditibus, libr.* 3. *quæstione* 6, *vbi numer.* 5 distinguit, quod aut pensiones cesserunt viuo testatore, & pertinent ad hæredem, quia habentur pro exactis, aut cesserunt post mortem testatoris, & debetur legatario tanquam accessio sortis legatæ.

Quid verò si legatum post rem legatam traditam cum commemoratione legati reuocetur, an etiam fructus rei legatæ restituantur per legatarium? Tellus Fernandez *in leg.* 17 *Tauri, numer.* 83. cum sequentibus, & Gutierrez *in leg. nemo potest ff de legatis* 1. *numer.* 258. & noster Gomezius numero antecedenti, tenent legatarium eos acquirere, sed Anguio *de melioration. l.* 1 *glossa* 12. *ex numer.* 12. *vsque ad* 17. contrarium tenet cum alijs, & eos sequitur Morquecho *in tractatu de diuisione bonorum, libr.* 3. *capit.* 5. *ex numer.* 13. quem videas, quia latissimè difficultatem prosequitur, tàm in melioratione, quàm in donatione causa mortis, & legato, quando eorum reuocatio fit.

De legato verò quantitatis quando eius dominium transeat ad legatarium, & de eius fructibus, & interesse, vide Stephanum Gratianum *disceptationum, tom.* 2. *cap* 400 late.

Ad numer. 6. ibi; *Et breuiter dico quod sic, &c.* 8

Legatum potest relinqui vniuersitari, ciuitati, *vel* municipio, vt hic resoluitur, & ipsi ciuitati, reipublicæ, vel rectoribus eius competere actionem personalem, & realem pro legato consequendo, notum est, licet enim antiquitus non valeret, vt ex Plinio refert Menochius *libr.* 4. *præsumptione* 111. *numer.* 2. *&* 3. hodie tamen secus est, vt docet Menochius, *& numero* 26 *&* 27. Molina de Iustitia, *tomo* 1 *disputatione* 195 Lara *de communibus libr.* 1 *capit.* 10 *ex numero* 73. cum multis sequentibus, vbi probat quod licet aliàs incertitudo reddat actus inefficaces legatum tamen pro alimentis pauperum talis ciuitatis vel pro virginibus maritandis, vel in redemptionem captiuorum, vel pro hospitali, vel monasterio construendo, valet, & conseruatur, siue incertitudo versetur circa personas, res, vel quantitatem, de quo etiam ipse Menochius *præsump.* 125. *lib* 4 *n.* 5 *& de arbitrar. casu* 60. *n.* 12 Osualdus *lib.* 8 *cap* 6.

Et adde quod relictum ciuibus censetur ciuitati relictum, vt probat Lara supra *capit.* 18. *numer.* 4. & latissimè Menochius *de præsumptionibus, libr.* 4. *dicta præsumptione* 111. per totam vbi declarat.

Item adde quod licet legatum vsusfructus relictum ciuitati finiatur centum annis, secus tamen est in legato annuo,

annuo, quod perpetuo vel ſimplicer relinquitur ciuitati, hoc enim minime extinguitur prædicto tempore, probat Couarr. *lib. 3. variarum, cap. 9. num* 10. Cujacius, *ad l* 8 *& 9. ff. de vſufructu legato*, & alios referens Cattillo, *in tractatu de vſufructu cap. 61. n. 20.* quamuis Cardinalis Tuſchus, *lit. L. concluſione*, 86. vbi late difficultatem proſequitur, contrarium defendat.

9 Ad numerum 7. ibi: *Et breuiter & reſolutiue dico, &c*

Rei vindicationem competere legatario pro recepta legata & etiam actionem perſonalem, & hipothecariam. prolegato autem in genere, vel quantitate ſolam perſonalem & hipothecariã vt hic reſoluit noſter Gomezius docẽt & explicant Benedictus *in c. Raynuntius*, verbo: *Si abſq. liberis ei ſegundo num.* 149 Gregorius, *in l. 26 tit. 13. partita*, 5 Couarrubias *in cap. Raynuntius §. 10. num* 2 Matienzo *in l. 1. tit* 4. *lib* 5. *recop. gloſſa* 14 *num.* 11. 12. 16 *& ſequentibus*, Villalobos, *in ærario communium*, verbo: *Legatario num* 6. apud quos plures limitationes & ampliationes videri poterunt; Antonius Faber, *6 coniecturarum cap.* 1. *per totum*, Donellus *lib.* 8. *commentarior. cap.* 36. Cujacius *in recitationibus ſolemnibus ad l.* 1 *ff hoc tit. de legatis*, Pichardus *in relectione ad hunc tit. ff de legatis*, *cap* 5. *& in §. noſtra autem Inſtituta eodem*, vbi etiam explicat Gratianus *diſceptation. forenſium, tomo*, 1 *cap.* 62. *ex num.* 27. vbi *nu.* 41. addit dari legatario ſaluianum interdictum, *& num.* 45. ponit nouum modum agendi ex Bartolo *in l. ſi ſic, ff. legatis* 1 *num.* 3. *&* 4. Bernardus Diaz, *regula* 13 vbi Salcedo Duennas, *regula*, 15. Carleualius *de iudicijs, tomo* 2. *tit* 2. *diſputatione*, 1. *num.* 26. vbi quod taciræ hipothecæ pro legato præfertur creditor defuncti etiam chirographarius: Cancerius, 1. *parte, cap* 2 *num.* 104. vbi de hipothecaria, *&* 3. *parte cap.* 20. *num.* 230 vbi quod nomine legato poteſt agere ſine ceſſione, Scaccia *de iudicijs lib.* 2. *ca.* 2 *num.* 295, vbi de rei vindicatione, & plures alij relati a Ceuallos, *quæſtione* 103 vbi late diſputat, & duas communes cõtrarias opiniones adducit in illa quæſtione an hæc actio hipotecaria competat pro ipſa relegata & in ipſa relegata quod benè diſputat, vt ait noſter Gomezius, in verſiculo *Item adde*, hoc numero, *& quæſtione* 33. vbi quid ſi hæreditas repudietur? & Pichardus *in dicto §. noſtra autem num.* 11. vbi non admittit actionem eam hipothecariam in ipſa relegata, quod etiam docet Gratianus, *diſceptationum forenſium, tomo* 1. *cap.* 62. *num.* 28. & ſpecialiter de actione hipothecaria, Noguerol *allegatione* 1. *ex num.* 72. vbi probat hipothecariam non comprehendere bona heredis niſi omiſerit inuentarium, vel teſtator ſpecificè obliget aliquã rem heredis, & ſimiliter non comprehendere bona quæ poſt mortem teſtatoris hereditatis fuerint acquiſita, nec competere pro fructibus rei legatæ debitis ex mora heredis vide etiam Carleualium *de iudicijs tomo* 2. *diſputatione*, 30. *num* 37. Item circa has actiones quæ competunt legatario vide Tuſchum, *lit L. concluſione*, 147 Molinam *de iuſtitia, tomo* 1. *diſputatione*, 194. *num.* 15. iterum Gratianus *diſceptationum forens, tomo* 2. *cap.* 294. *num* 8 *&* 9. vbi an hipothecaria poſsit prohiberi per teſtatorem? Mantica *de coniecturis bus, lib.* 11. *tit* 13. *num.* 64. vbi an prolegato, quod ſuſtinetur contra voluntatẽ teſtatoris competat hipotheca? & reſoluit non competere, & ibi *num.* 71. an hæc hipothecaria competat inſolidũ contra quem libet poſſeſſorem rerum teſtatoris. Oſualdum *lib.* 8 *cap.* 36 *lit.* D. Fachineum *lib.* 12. *controuerſiar cap.* 32. Barboſam *in rubrica ff. ſoluto matrimonio*, 4. *parte, num.* 20. vbi quomodo petatur legatum actione perſonali? de quo etiã Menochius de adipiſcenda, *remedio* 4. *num.* 31.

Et adde quod non admittitur cumulatio harum actionum, ſed vnam eligere

re debet legatarius, vt late probat Pichardus *in dicta relectione ad tit. ff. de legatis, cap. 5. ex num 7* contra alios.

Ibi: *Quod extende etiam stante hodie lege Regia, &c.*

Hipothecariam actionem cõpetere pro legatis etiam si hereditas non adeatur, iuxta dispositionem *l. 1. tit. 4. lib. 5 recop* vt hic docet noster Gomezius, resoluunt Gregorius *in dicta l. 26. tit. 13. partita 5 glossa 8.* Matienzo, *in dicta l. 1: glossa 14. num. 17.* & alij relati a Ceuallos *dicta quæstione 103. ex num. 5.* apud quem videbis late disputatum Ad hoc autem vt directis & in eã rẽ propositis actionibus peti possint *legata*, additio erit necessaria vel adminus succurrendum legatarijs curatore bonis dato cũ quo experiri possint, vt optime docet Pichardus *in relectione ad tit. ff. de acquirẽda hæreditate, cap. 30 num. 15.*

Item adde quod pro legatis locum etiam habebit executio, vt docent Auiles *cap 16. prætorum*, verbo: *Execucion n. 8.* Azeued. *l 1. lib. 4 recop tit 21. ex num. 20.* Barladorus. *lib 2 quotidianarum, cap finali 1. parte, § 9. ex num. 2* & alij relati a Ceuallos, *dicta quæstione 103. ex num. 39* Cretianus *disceptationum forensium. tomo. 1 cap 62. ex num. 16.* Pichardus *in manuductionibus ad praxim 2 parte, præcepto 5 num. 14* vbi ait quod legatarius debet petere à iudice vt hæredi præcipiat intra certum diem soluere legatum, in quo si iustam proposuerit exceptionem via ordinaria audietur, sin minus executiue procedendum erit, vide etiam Fachinæum *lib 5 controuersiarum, cap. 31.*

An autem legatarius possit remedium possessorium intentare pro relagata, disputat Menochius de adipiscenda, remedio 2. *num 82 & sequentibus & remedio. 3. num. 32.* vbi resolut quod officio iudicis implorato poterit mitti in possessionem rei legatæ & Ceuallos. *quæstione 103. num. 39.* vide etiam Valdesium *in additionibus ad Suarez, in l. quia non in prioribus in declaratione l. Reg. ni, quæstione 7. num. 19.* & nouissime Postium *de manutenendo obseruatione 47* & Scacciam *de iudicijs lib 1. cap. 62. num 9.*

Ad numerum 8. *vide infra num 14*

Ad numerum 9. ibi; *Et breuiter & resolutiue dico, &c.*

Errorem in nomine proprio non viciare legatum si constat de corpore secus vero in nomine appellatiuo, quia tunc vitiatur nisi res sit in præsentia, & demonstretur ad oculum, vt concluditur hic probatur etiam in *l. 28 tit 9. partita 6.* vbi Gregorius *glossa 3.* adducit quinq; limitationes ad iecundam partẽ huius resolutionis, Pinellus *de rescindenda in rubrica 2. parte cap 1 num. 12.* Donellus, *lib 8. commentariorum, cap. 4.* & ibi Osualdus *in notatis lit. B. & D vbi lit. A*, cum Duareno & Fabro ait, tropos & figuras admitti posse, vt si quis obsignatiem seruum vocans asinum dicat. *asino meo do libertatem, &c.* vide etiam Socinũ, *in regula 119. & 120.* vbi bene declarat & limitat.

Ad numerum 10. ibi. *In quo articulo magistraliter, & resolutiue duco, &c.* 12

Legatarium occupatem rem propria authoritate cadere iure suo, præterquam si ad sit mens & voluntas præsumpta defuncti resoluitur hic, vt vides, quod etiam explicant late Couarrubias. *lib. 3 variarum cap. 16.* versiculo. *His præterea*, vbi quod vsu communi hæc pœna abolita est, Spino *in speculo testamentorum glossa 8. ex num. 9.* vbi limitat, Ceuallos. *quæstione 103. num. 39.* Azeuedus, *in l. 1. tit. 4. lib 5. recop. num. 183* vbi alios refert, & explicat. & etiam *in l. 3. tit. de los despojados, lib 4. num 35. & seq.* & eleganter Quesada *diuersarum quæstionum iuris, cap 14 num. 4.* vbi etiam quod non adita hæreditate citra iudicis permissum ingredi poterit legatarius rem sibi legatam, nec in alio multatur, quam quod ratione falcidiæ imminente, interdicto possessorio ad restituendum compellitur, Bernardus Diaz, *in regula 407.* & ibi Salcedo latissimẽ, Matienzo

in l.1.tit 17 gloſſa 3 num.2. Pichardus, *in §. legatum inſcripta de legatis num.29 & 21* Gutierrez *in l nemo poteſt ff de legati.1.ex num.345.& num 371* Sarmiento *lib 8. ſelectar. in l. omnia §. fund. & in l. Titia §. Lucius ex nu.3.* Valdeſius ad Suarez, *in l quoniam in prioribus, in declacione l.* Regni, verſicul 97, *quæritur*, Gratianus, *in regula* 49. latiſsime amplias & limitans, Alua ra lo, *de conjectur mentæ defuncti. lib 2. cap.* 2 §.1 *ex num.*86. Menochius *de adipiſcenda remedio*, 2. *ex num* 9. *& de recuperanda, remedio* 5. *ex num* 30. *& remedio* 9. *num* 21) Farinac, *de furtis, quæſt*, 175. *ex n* 317. *& in fragmenti, it. A n* 262. Cancerius *variar*, 3 *parte cap.* 20, *num.*240 & latiſsime plures referens more ſuo). Ioann del Caſtillo, *de uſufructu cap.* 6. *ex num* 18 *vbi num* 24. probat diſpoſitionem Tex. *in l. in dubium* de qua nunc agimus : non eſſe correctam per *l* 1. *tit* 4. *lib.*5. *recop.* & *num.*22. verius credit, dictam relolutionem etiam procedere, licet hereditas ſit iacens, & non adita per heredē vide eum, & Stephanum Gratianum *diſceptationum forens, lib.* 1 *cap.*47. *ex num.*12. & Pinellum, *in* l.1. *Cod. de bonis maternis* 2. *parte num* 79. Tuſchum *lit.*L. *concluſione* 151 *&* 152 & Salgadum de protectione *parte* 3. *cap*: 1. *num* 62. vbi quod ſi eſt periculum in mora legatarius poteſt capere propria authoritate, & ſcacciam *de iudicijs, lib.*2 *cap* 9. *ex num.*1237. late, & Carpio de executoribus, *lib* 3. *ca* 3. *ex n.* 20.

13 Ad num 11 ibi: *& magiſtraliter & reſolutiue dico, &c.*

*Ante l.*1. *tit.*4. *lib* 5 *recopil*, legata non debebantur hereditate non adita, hodie vero *ex dicta l.*1. quod nulla aditio requiratur ad prædictum effectum, vt hic reſoluit noſter Gomezius, docent & explicant latiſsime Tellus Fernandez *in l.*3. *Tau num.*11. & ibi Burgos de Paz, *num.*880 Matienzo *in dicta l* 1 *gloſſa* 1, *ex num.*8. Gratianus *in regula* 218. vbi alios refert, Gutierrez, *lib* 2. *practicarum, quæſtione* 31 contra Couarrub, *in ca.* Raynaldus, §.3. *num.*8 *&* 11. Azeuedum *in dicta l* 1. *num* 136. & Ceuallos, *quæſtione* 103. *ex num.*14. qui & abeis relati contrariam partem tuentur, ſed verior cōmuniorq. eſt noſtri Gomezij opinio, & licet plures exſupra allegetis requirant ad minus quod hereditas adeatur per venientes abinteſtato, nihil omnīnus contrarium eſt dicendum, imo nō requiri talem aditionem, vt optime explicant Pichardus *in ſelectione ad tit. ff de acquirenda hæredit cap:* 30. *ex num.* 8. *vbi num.*15 *ſic rem* temperandam eſſe aſſerit, nempe quod ad hoc vt directis & in eam rem propoſitis actionibus ; etipoſsint legata, aditio erit neceſſaria, ſaltem veniendum abinteſt alias curatorem dari quem cōuenire debeant legatarij neceſſarium erit ſi tamem de alore legatorum agamus ſine tali aditione ea valere dicendum erit, vide etiam Molinam *de iuſtitia, tomo*, 1. *diſputatione* 213 *num* 3. & Thomas Sanchez de *matrimonio lib* 6. *diſputatione*, 4. *num* 8. & Salgadum *de protect.* 3 *p. cap.*1. *num.*61. vbi ait cum Menochio *de adipiſc. remedio* 2 *num.*62. quod legatum quod non admittit dilationem debetur ante aditionem, quod iuxta ſupradicta intelligendum eſt.

Sed interminis contrariæ opinionis dubitari ſolet an ſaltim legata pia debeātur hæreditate non adita: de quo videndus eſt Fachinæus *lib* 6 *controuerſiar, cap* 82. & duas communes contrarias opiniones adducit Ceuallos, *quæſtione* 117.

Ibi *Exqua lege Regia in feres &c.*

Hodie falcidia ceſſare ex diſpoſitione *dictæ legis primæ, tit.*4. *lib.* 5. *recop.* docet hic noſter Gomezius & idem tenent Spino *in ſpeculo teſtamentorum gloſſa* 8. *num.*89. Ceuallos *quæſtione* 757. *nu.* 19. *& quæſtione* 665. *num* 12. *&* 13. ſed contrarium probabilius & verius reputant Molina *de primogen lib* 1 *cap.*17. *n.* 10. Matienzo *in dicta l* 1 *gloſſa* 19. *num.* 11. *&* 18. Pichardus in *in principio inſtitu-*

ta.

ta de lege falcidia, ex num. 33. vbi late disputat & respondet contrarijs, & ibi. nu. 42. & 69. quod in legatis pijs non habet locum falcidia nec in testamento militis, de quo etiam Ceuallos, quæstione 155. Anastatius Germonius de immunitate, cap. 7. § 1. versiculo. Ad secundum, Molina de iustitia, tomo, 1. disputatione, 213. num. 3. vbi materiam falcidiæ bene explicat, quod etiam facit Pichardus, supra, & Mantica de coniecturis vltimarum voluntat, lib. 1. tit. 13. vbi de Donationibus causa mortis, & lib. 4. tit 5. articulo 10, & 19 & lib 12. tit 9. vbi an hodie possit prohiberi? & lib. 7. tit. 2 & 11. & lib. 9 tit. 14. Cancerius variar, 1. parte, cap 2. late Tuchus lit. F. conclusione 36 & sequentibus, Fachinæus lib. 5. controuersiarum cap. 11 cum sequentibus, & lib. 13 cap. 58. vbi an legatarij contribuant in detractione eius, Ceuallos quæstione 26. & sequentibus. Castillo de vsufructu, cap. 60. qui fere infinitos refert ibi, & in lib 4. controuersiarum, cap. 1. num 7. & bene probat etiam hodie habere locum dictam falcidiam etiam in legato vsus fructus omnium bonorum, & num. 12 improbat nostrum Gomezium in præsenti quatenus constituit differentiam inter falcidiam & trebellianicam, vt scilicet ea illa non habeat locum hodie de iure regni, hęc vero secus, prout etiam eum improbant Molina de primogenijs, lib. 1. cap 17 num. 9. & 10. & Lara, in l. si quis alibi, § verum ff de lib. is agnoscendis num. 18 Parladorus lib. 1. quotidianarum, cap. 11. & lib 3. differentia 20. talis enim differentia non bene constituitur, & sic vtraq; locum habebit etiam hodie de iure Regni, vide etiam Aluaradum de coniecturatamente defuncti, lib. 4. cap 1. num 22.

14 Ad numerum 12. ibi; *Et breuiter dico &c.*

Legatarium posse conuenire executorem testamenti vt percipiat ex hereditate, & soluat ei legatum propria authoritate, si testator hoc ei permiserit, requisito tamen prius hærede, eo modo quo hic explicatur, tradunt late Matienin l. 14 tit. 4 lib. 5 recop. glossa, 1. n. 32 vbi ait quod hodie de iure Regni indistincte poterunt executores a creditoribus conueniri, cum possint etiam non adita hereditate bona, hereditaria vendere & testamentum exequi, (de quo Thomas Sanchez infra citatus.) Molina de iustitia, tomo 1. disputatione 250 num. 5 Spino in speculo testamentorum, glossa. 28. num. 30. & seq. Parladorus, lib. 2. quotidianarum, cap fin. 4 parte. § 2. num 3. & tomo 3. differentia 130. §. 6. & loquens in legato alimentorum & pio, Surdus in tractatu de alimentis, tit. 8. priuilegio 32. late Carpio in tractatu de executoribus, & commissarijs testamentorum lib. 3. cap. 8 quæ si per totum, vbi distinguit inter executorem vniuersalem & particularem, Couarrubias in cap. Ioannes de testamentis, Gratianus disceptationum cap. 329. Gutierez, lib. 1 quæstione 44. Azeuedus aliquãtulum discedens a nostro Gomezio in l. 6. tit. 4 lib 5. recopil. num. 3. & seq. Thomas Sanchez, in consilijs Moralibus, lib. 4. cap. 1 dubio 46. & 47. vbi optime hanc materiam declarat per conclusiones, Bouadilla in politica, lib. 2. cap 17. num. 194 Petrus Cenedus in quæstione 14. maxime num. 8. vbi late discutit, an iudex ecclesiasticus sit competens ad compellendum executorem soluere legata non pia, & an ad hæc soluenda teatur executor de quo etiam D. Ioseph Vela dissertatione 14. num. 46. vbi plurimos refert Pichardus in manuductionibus ad praxim 2 parte, præcepto 2. num 36. qui videtur se restringere ad legata pia, inquibus habere locum executionem contra executorem testamentarium asserit, & in executore vniuersali Barbosa in collectanea ad l. 28 Cod. de Episcopis, & clericis & nouissime Carleuallius de iudicijs. lib. 1. disputatione 2. num. 335. vbi quod iudex Ecclesiasticus non potest compellere executorem laicum soluere legata non pia.

Ad

Ad numerum 13. ibi. *In quo articulo magistraliter & resolutiue dico, &c.*

Legatum rei alienæ ignoranter factum non valere, nec quo ad æstimationem, secus si scienter vt hic resolui tur ex notissimis iuris principijs, docent & explicant Bernardus Diaz *in regula* 30 *&* 416. & ibi Salcedo Couarrubias, *in cap. filius noster de testamentis*, vbi quid de iure canonico, Facinneus *lib.* 5. *controuersiarum, cap* 37. *&* 38. Pichardus vbi infra citabitur *num* 36 Mantica *de coniecturis vltimar, volunt. lib.* 9. *tit.* 10. *&* 11 *&* 12. *& lib* 9 *tit.* 6. *ex num.* 8. vbi de legato rei subiectæ fidei commisso, Menochius, *de præsumptionibus, lib.* 4. *præsumptione* 116. *&* 119. amplians & limitans Tuschus, *lit.* L. *conclusione* 63. *&* 65. vbi de re prohibita alienari legata, Aluarado *de coniectur ztamente, lib* 2. *cap.* 4. *num.* 7 Spino *in speculo glossa* 8. *ex num* 55. Suarez, *tit. de arris num* 71. *& in* l. *quoniam in prioribus, ampliatione* 7. *num.* 3. Matienzo, *in dialogo*, 3. *parte. cap.* 16 *num.* 1: vbi de legato facto amico, Castanæus *in consuetudinibus Burgund. rubrica* 7. §. 4 *glossa* 1. *nu* 3. vbi quid si res aliena sit pignorata Osualdus ad Donel. *lib.* 8. *cap.* 11. *notatis lit.* V. Montaluus, *in* l. 2. *glossa quepar tan, post medium, tit.* 4 *lib.* 3. *fori & in* l. 3. *tit.* 5. *glossa* 2. Farinacius *decisione*, 337. Quesada *diuersarum quæstionum, cap.* 24. *n* 10. vbi inquit idem esse in melioratione, secus tamen si res legata esset prohibita alienari, quia non esset in hominum commercio suapte natura, quia tunc nec æstimatio debetur, & ibi multa adducit exempla, deq 10 etiam Menochius supra *præsumptione* 119. *lib.* 4. Pichardus latissime *in* § *non solum institu ta delegatis*, vbi reb is Ecclesiæ vel maioratus legatis, & ibi *num.* 13. declarat quando dicatur res esse in commercio optime Barbosa *in collectan ad cap.* 5. *de testamentis*, & Castillo, *lib* 4. *controuersiarum, cap* 33 *ex num.* 5. vbi quod si tempore mortis testatoris reperiatur res esse testatoris vel hæredis, valebit legatum rei alienæ ignoranter factum, vide etiã Molinam *de iustitia, tomo* 1. *disputa tione* 196 *num.* 11. Cancerium *variar*, 3. *parte*, *cap.* 20. *num.* 289. *& sequentibus*.

Ibi *aduertendum tamen, &c.* institutionem in aliena hereditate non valere in distincte, vt hic dicitur, docet Mẽchaca, *lib.* 2 *de successionum creatione* §. 17 *num* 79. *qui num.* 80. hoc limitat, nisi quis testaretur instituens hæredem in rebus alienis de consensu domini, Matienzo *in l.* 1. *tit*, 4. *lib.* 5 *recop. glossa* 16. *num.* 23. Joannes Gratianus *in regula*, 28 *num.* 4.

Item addendum est quod in prædicto casu scientia rei alienæ debet probari per legatarium, nisi sit relictum legatũ propinquo vel amico, tunc enim in distincte valet legatum rei alienæ, ex supra allegatis maxime ex Gratiano, *dicta regula* 28. & Stephano Gratiano, *tomo* 4. *disceptationum ca* 611. vbi de re censui suppositа legata, & de re aliena legata amico, cõsanguineo, Ecclesię vel piæ causæ, quod omnino valere probat, & locum habere asserit, quamuis hæres esset etiam sanguine coniunctus, maxime quando non multum minuitur hereditas *& num.* 21. *&* 22 probat cum multis dictam resolutionem etiam procedere de iure Canonico, vide eum, *tomo.* 5. *cap.* 988. & Cancerium, *variar*, 3 *parte cap.* 20 *num.* 290

Limitant tamen dictam resolutionem Mantica *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 4. Morquecho *de diuisione bonorum lib.* 1. *cap.* 8 *num.* 20, Guzman, *de euictionibus quæstione*, 27. *num.* 22. præter quà si testator rem legatam possidebat ignorans esse alienam, tunc enim & si fuerit legata coniunctę personæ non deberi æstimationem, aiunt, nam solum videtur testatorem legasse ius possessionis & quod habebat, in quo contrarius est Aiora *in tractatu de partitionibus*, 3 *parte, quæstione* 9 *num.* 22. *&* 23 *&* 4. cui ad hęreo.

Item adde si quod legat testator rẽ alie

alienam inqua tantum ius pignoris habeat, non rem ipsam sed iuspignoris legasse videtur, vt cum Couar. *in cap. filius de testamentis*, resoluit Morquecho. *dicto cap. 8. lib. 1. de diuisione bonorum, num.* 21. vbi idem dicendum ait, quando legat rem inqua ius solum in spe habet, quia non rem, sed ipsam spem legasse præsumitur, & idem asserit *num.* 22 & 23. quãdo testator coniunctæ personæ rem alienam legauit, putans ex aliqua causa ad eum pertinere, quæ causa nulla erat, vt quia suam esse existimabat, ex venditione facta per pupillum, vel quia suam esse putabat ex aliqua causa, quæ re vera morte finiebatur, nisi scienter testator talem rem legasset, idem Couarrubias *dicto cap. si filius, num* 4. Reliqua vide per sup citatos maxime Menochium *dicta præsumptione* 116. & Manticam, *dicto tit.* 10. *vbi num.* 13. disputat an fratres minores possint acquirere æstimationem rei immobilis sibi legatæ & alia, de quo Menochius supra *præsumptione*, 120.

16 Ad numerum 74. ibi *Et breuiter & resolutiue dico, &c.*

Rem heredis posse legari & valere legatum, siue scienter siue ignoranter factum, cum explicationibus, & declarationibus nostri Gomezij, docent fere omnes allegati numero, precedenti maxime Couarrubias *in cap. filius nostr. num* 3. Menochius *lib. 4. præsumptione* 117. vbi *num.* 5. probat etiam hoc procedere de iure Canonico, & quamuis testator in ea aliquod ius haberet, ad huc enim totam rem legasse præsumitur, & similiter quando testator legauit rem, quam ex fideicommisso maiorum tenebatur restituere ipsi hæredi, vide eum per totam præsumptionem, vbi etiam quatuor declarationes seu limitationes adducit, Tuschus, *lit. L. conclusione* 63. *ex n.* 18. vbi etiam quid si res sit testatoris & heredis communis Molina *de iustitia, tom.* 3. *disputatione* 196. per totam, vbi bene explicat, quid si plures sint hæredes, & res vnius legetur, Morquecho *de diuision bonorum, cap.* 8. *lib.* 1 *num.* 26. vbi cum Gregorio *in l.* 10. *tit.* 9 *partita* 6. tenet quod potest testator de rebus heredis maioriam facere, Mantica *de coniecturis vltimar. volunt. lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 8. vbi aduertit, quod si heres sit filius, & tantummodo sit institutus in legitima non valebit legatum, cum in legitima non possit grauari, Richardus, *in dicto* §. *non solum*, instituta *de legatis ex num* 66 Castillo, *lib* 4. *controuersiarum, cap.* 33. *nu.* 5. vide etiam Gomezium infra, *in suo nu* 15. *in fine.*

Ibi: *Circa quod potest esse notabile dubium &c.*

Si testator emerit rem alienam bona fide & eam legauerit, si post ea euincatur an legatarius habeat remedium euictionis? vide bene disputãtem Morquechũ *de diuisione bonorum, lib.* 1. *dicto cap.* 8. *ex num.* 18. vbi & numeris antecedentibus agit quid in prælegato seu melioratione, & quid in diuisione bonorum facta per patrem? Castillo, *lib.* 4 *controuersiar cap* 59 *num.* 22. Menchaca, *in l. scimus anteaCod. de inofficioso testamento. & de successionum. creatione, lib.* 3 §. 22 Menochius, *lib* 4. *præsumptione* 118. vbi ecto casus distinguit, & optime materiã explicat, Tuchus, *lit* E *conclusione* 366. *ex num.* 24. *& lit L. conclusione* 140. Crassus, § *legatum, quæstione* 72. Castillo, *lib.* 4. *controuersiarum. num.* 20. *& sequentibus, cap.* 59 Ayora *de partitionib* 3. *parte, num* 20. *& sequent. quæstione* 9 Amaya *obseruationum, lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 21 & omnium latissime Alphonsus Guzmam *in suo tractatu de euictionibus, quæstione* 27. *per totam* vbi bene explicat Bartolus, *in l. si domus* §. *de euictione, ff. de legatis* 1. *num.* 32 *&* 33. duos singulares casus adducit, in quibus habet locum euictio pro legato, non obstante ignorantia testatoris, primum, si testator legauit rem alienã ignoranter animo compensandi cum debito naturali tantum secundum, quando testator legauit liberate cui ser-

uo

uo alieno: vide Parladorum *tom.3.differētia 17.§ vnico,n.2.* vbi quod legatarius nō agit de euictione contra venditorē rei, nili cædat actiones hæres.

17 Ad numerum 15 ibi: *Et resolutiuè dico,&c*

Quod testator tātum videatur legare ius, vel partem quam habet in re, cū amplitionibus & declarationibus nostri Gomezij hic docent, & explicant Couarrub. *in cap filius noster de testamentis, numer. 2.* Menchaca *de successionum progressu, libr. 3.§ 21 numer. finali*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr 9. titul. 1. ex numer. 7.* vbi quid intelligitur relictum chirographo legato *n. 9.* Barbosa *in collectanea, ca. 7. de donationibus, num. 4.* Menochius *de præsumptionibus, libr. 4 præsumptione 118. ex numer. 20.* Azeuedus *in l. 3. titul. 6 lib. 5 numer. 4. & pluribus sequentibus* vbi declarat resolutionem præsentem præterquam si testator credebat rē esse suam, quia tunc (inquit) tota res vel æstimatio debetur, & allegat glossam magnam *in l. 10. tit 9 partita 6. in fine*, quæ melius loquitur Fachin. *lib. 6. cōtrouersiar, cap 63.* verticul. *Si quis autem & lib 5 cap. 37.* Oualdus ad Donellum *lib, 8. c. 19. lit* O Lara *de anniuersarijs, c. 19 ex n. 14* Garcia *de expensis, cap, 17. n 4.* vbi de legante prædium quod habet conductū ab alio, Merlinus *de legitima, lib. 3. titu, 2. quæstione 19. num 9.* Crassus §. *legatum. quæstio 14. num. 9. & 12* & plures referens D. Ioannes del Castillo *libr 4. controuersiarum capite. 33 numer. 4. & in tractatu. de vsu fructu, capite 61. ex num, 16 qui n. 18.* improbat Pichardum *in §. non solum*, instituta *hoc tit vbi ex n. 28.* tener contra communē legatum rei in qua testator solū habet vsumfructum, vtile esse, cum vsusfructus morte finiatur, & illud ius tantummodo legasse præsumatur, Stephanus Gratianus *discceptationum forensium, tomo 4. capit. 611. numer 24.* vbi dictam principalem resolutionem extendit, etiam si legatum fuisse relictum coniunctæ personæ, Socinus *in regula legans rem communem cum alio, &c.* Molina *de iustitia, tom 1. disputatione 196. ex n 9 vbi n 10:* ait quod si testator rem hæredis in qua ipse partem dominij, aut dominiū directum habet, alicui simpliciter legauit, cēsetur totam rem legare præsumptiuè quā si diceret lego talem rem meam, dicendo nam q; *meam*, id solū videtur legare quod suū est, non quod pertinet ad hæredē, sic Couarrub. *in cap. filius de testam n-3* vide etiā Ioannem Brechæum *in l. 91 ff. de verborum significatione, ex numer, 11.* & Garciam *in tractatu de expensis, & meliorationibus, capit. 22. numer, 31. & sequent.* vbi de marito legante fundum acquisitum constante matrimonio, Cancerium *variar: 3 parte, capite 20. num. 293.* Item vide quæ diximus supra in additione ad numerum 13. verticulo. *Item adde quod si legat testator.*

Ad numerum 16 ibi: *Et resolutiuè dico,* 18 *&c.*

Augmētum, vel diminutionē rei propriæ testatoris legatæ pertinere legatario, secus verò in augmento rei alienæ scienter legatæ, vt hic declarat, & resoluit noster Gomez docent, & explicant Couarrub. *in practicis, quæstionibus. c 2. n 2.* vbi quid si testator in legando vsus fuerit pro nomine *meum* & plures text. declarat, latissimè Menoch. omnino videndus *in præsumpt. 127. & 171 lib. 4.* Fachin *libr 2. controuersiarum, cap. 10.* vbi de diminutione pecuniæ legatæ. Sarmiento *libr. 8. selectarum, in l. cum ita legatur, numer 3. ff. de legatis secundo.* Spino *in speculo testamentorum. glossa 8. n 36* vbi alia adducit, & limitat, Azeuedus *in l. 3 tit 6 lib 5. Recopilation. n 36. & sequentibus*, Pichard. *in §. idem iuris*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, vbi aliter declarat, tex, *in l. si chorus, § area, ff. de legatis 3.* adductū per nostrum Gomezium

Et de augmento, & diminutione in legato vniuersali hæreditatis, peculij, gregis, dotis, & cæteris huiusmodi videas Pich *in § si rex*, instit *de legatis* Connan. *commentariorum iuris, lib 4 cap 2. vbi*

num. 5. air quod his quæ certa sunt numero, & designata, vt tale caput, talis equus, talis bos, augmentum extrinsecum, verbi gratia nati pulli non legatario debentur sed hæredi ante moram, de quo Amaya *lib.* 3. *observationum capite* 1. §. 1. & Carrança *de partu, capite* 3. §. 2. quasi per totum, & noster Gomezius *tom.* 2. *cap.* 2 *numer* 14. quod etiam bene explicat D Ioan del Castil *in tract. de vsu fructu c.* 27 vbi late agit de legato vsusfructus gregis, vel armenti, id est vniuersitatis, vel singulorum capitum quid contineat, & an augmentum, vel diminutio pertineat legatario, & vide etiam aliqua supra hoc cap. in additione ad numerum 5. vide quoq; Tellum Fernand *in l* 19. *Taur. n.* 10. Gironda *in tract de gabel is.* 8. *parte n.* 10. & Parlador, *quotidianarum*, 3. *parte, differentia* 17 §. *vnico, numer* 9. *vbi numer.* 7. probat, quod si legatum relictum cum onere non valeat in totum, vel pro parte diminuatur, onus quoq; minui debet pro rata, quod latissime explicat Lara *in tract. de annuersarijs, lib.* 1 *cap.* 15. Gratianus *to.* 5, *cap.* 916. Guzman *de euictionibus, quæst* 30 *ex num* 8. *vsque ad finem*, Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, capite* 54 *maximè ex num.* 25. Rodriguez *in tractatu de redditibus, lib.* 3. *quæstione* 6. *numer. final.* Surdus *de alimentis, titul.* 4. *quæstione* 26. Amaya *Codic de collatione donatorum, libr* 10 *ex numer* 9. qui omnes latissimè agunt quo modo augendum, vel diminuendum sit onus legato impositum, aucto vel diminuto legato, quibus adde Dianam *in suis resolutionibus, 2. parte, tractatu* 14 *resolutione* 17. vbi quid si centum auri relinquantur pro centum missis, & augeatur stipendium Sacerdotum? Surdus *decisione* 38. *num* 8.

Et circa principalem resolutionem huius numeri vide *l.* 37. *tit* 9. *partita* 6. & ibi Gregorium, & Amayam *supra num.* 39. Garciam *de expensis, cap.* 22. *n.* 34. Gratianum late *regula* 50. Satmiento *lib.* 8. *selectarum, in leg. cum fundus, nu.* 2. *ff. legatis* 2. Morlam *in emporio, titul.* 1. *quæstione* 11. *numero* 23. Osualdum *libr.* 8. *capit.* 17. *notatis litera* H. & Molinam *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 194.

ibi: *Nec obstat etiam text. in l. mortuo bo-* 19
ue &c.

De interpretatione text. *in leg. mortuo boue. ff. de legatis* 2. videndi sunt Sarmiento *in proprio loco* Lasarte *de gabellis, capit* 12 *numer.* 16. Morla *in emporio, titul.* 1. *quæstione* 11. *numer.* 20 Ioannes Pareja *in otio quadrimesti*, 2. *parte, numer.* 45.

Ad numer. 17. ibi: *In quo articulo resolutiue dico. &c.*

Quod quilibet hæres teneatur ad solutionem legatorum pro parte hæreditaria, sicut ad alia debita, v. hic resoluit extendit, & limitat noster Gomez. docent, & explicant Castillo *in l.* 21. *Taur.* verb *Por rata*, Tusch. *lit* H. *concl.* 72. qui in aliquibus dissentit à nostro Gom. *&* *n.* 17, cum Negusan *in tract. de pignor.* 4. *membro*, octauæ partis aduertit quod licet aliàs qui conueniuntur hipothecaria possint conueniri in solidũ hoc tamẽ nõ procedere dicit in legatario qui & si haberet hipothecariam, eam tamen exercere debet ad instar personalis pro virili ex tex. *in l.* 1. *C cõmunia de legatis*, Sarmient. *lib.* 8 *selectar in l* Legatorum petitio. *ff. de legatis* 2 quem vide ibi, *&* *l. si Titio, aut* Seio *ff. de legatis* 2. Roderig *in tract. de redditibus, lib.* 1 *quæst* 4 *nu.* 34. vbi de redditu qui super aliqua re legatur, vel cõstituitur. Et quia fundamentũ huius resolutionis cõsistit in regula iuris, qua docemur hæredes teneri pro hereditarijs portionibus ad legata, & debita soluenda, *ex leg. pro hæreditarijs, Codic de hæreditarijs actionibus*, videndi sunt ad eam Prladorus, *lib.* 2. *quotidianarum* 4 *parte* §. 1 *num.* 13. Morla *in emporio*, 1. *parte, titul* 11. *quæstione* 8 *numer* 6. Suarez *in leg. quoniam in prioribus, ampliatione* 7 *numer* 8. & Valdesius in additione, ibi. *&* *in l. post rem iudicatam, ex rensione* 1. vbi ampliat *dictam* leg. pro hæredi-

ditarijs,etiam si debitor diceret,quod quilibet hæres teneatur insolidum, Paz *in praxi. tom* 1. 4. *parte, cap.*1. *numer.*37. Osualdus ad Donellum *lib* 7.*cap.*11. Gratianus *regula* 352 *&* 355. Franchis *decisione* 283. Stephanus Gratianus *disceptationum.lib.* 1.*cap.* 16.*&* 36. Surdus *decisione* 90. Hermosilla l.5.*titul* 2.*glossa.*1.*partita* 5.*&glossa* 3 *nu.*7.*&in l* 5 *tit.*3 *n* 1.7. *&* 8.*glossa* 1.*&* 3 *&* 5.*&in l.*1.*tit.*4.*glossa* 6 *num.*45. vbi an hæredes teneantur in solidum ad alimenta ad quæ testator tenebatur. & Pichardus *in suis manuductionibus ad praxim*, 2. *parte, præcepto* 2 *numer* 3. vbi etiam quod in hipothecaria omnes conueniuntur insolidum, de quo etiam Salgado *in labirintho*,2.*p. capite* 12.*num* 64.

Ibi: *Quod iterum intellige &c.*

De explicatione text. *in l. si Titio, aut Seio ff. de legatis* 2. de quo noster Gomezius hic videndi sunt Sarmiento super illum textum *libr.* 8. *selectarum, & in leg. si quis Titio,* § *si hæres, numer.*3 *&* 4.*&in leg cum quidam, ibidem num.*33. optimè Pichardus *in* §. *si eadem res,* instituta *de legatis, n* 35.

20 Ad numer. 18. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quod primus legatarius nominatus eligat legato relicto vni de vnare, & alteri de alia eiusdem generis absque speciali afsignatione, vt hic resoluitur, docent communiter Doctores regulam ex ordine literæ constituentes, nempe quod primo nominatus magis dilectus præsumi tur,& præfertur, vt videri latissime potest per Aluarum Valascum *consultatione* 121, *ex numer.* 3. Euerardum *in topicis, loco ab ordine literæ*, Manticam *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 6.*titul.*13.*numer* 11. Menochium *de præsumptionibus, libr.*1. *præsumptione* 28, Tiraquelum *de primogenijs, quæstione* 19. *per totam* Aluaradum *de coniecturata mente defuncti, lib.*4.*capit.*2.*ex numer* 12. Tuschus *literO conclusione* 196. Mascardum *de probationibus, conclusione* 1417. *ex numero* 28 Pacianum *eodem tractatu, tom.* 2 *c.*25. optimè Peralta *in l si quis in principio testamenti ff de legatis* 2 Zeuallos *quæstion.* 904 *ex nu* 87. late. Quæ regula dubitationem non habet, & plane procedit quando ius alterius non tollitur, sed suspēditur,& differtur, vt optime explicat Muñoz de Escobar *in suis computat computatione* 10.*num.*12. & Burgos de Paz *consilio* 27 *num* 21.& sic in casu huius resolutionis cum nec tollatur nec suspendatur ius alterius, sed tantum agamus de percipiendo rem legatam primo loco, nulla dubitatio relinquitur, & ita in specie tenet Molina *tom.* 1. *disputatione* 198.

Imo in fortioribus terminis videmus quod quando plures eliguntur in quolibet casu, in quo vnus solus potest possidere, primo nominatus præfertur docet Petrus Peralta *in l cum ita,* § *in fideicommisso.numer.* 5.*ff de legatis* 2 Caldas Pereira *de iure emphiteutico*,3. *parte, de potestate eligendi, capit.*31.*numer.* 41 Castillo *libr.* 2. *controuersiarum, capit.*26. *numer.*66,

Plures tamen casus reperiuntur in quibus ordo literę non attenditur, de quibus latissimè sermonem faciunt allegati Doctores supra, & alij plures in vnum congesti à Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, cap.*51. vbi optimè materiam explicant.

Ad num. 19. ibi. *Et resolutiuè dico &c.* 21

Legatum filio nascituro si plures nascantur, quod omnibus debetur pro parte, præterquam si testator vsus fuerit verbo distributiuo, vt hic resolui tur, docent in fortioribus terminis Parisius *consilio* 49.*tomo* 2. Soccinus Senior *in l virum in principio n.*4.*ff. de rebus dubijs*, quia non est inducenda legatorum multiplicatio, vt latè probant Menochius *libr.*4.*præsumptione* 128.per totam,*&* præsumptione 106.*nu* 32. Tuschus *literaL. conclusione* 78.*n.*6& sic in specie docer Spino *in speculo, glossa* 10.*nu.*19. vide distinguē

tem Cancerium *variarum*, 3. *p. capit.* 20 *ex num.* 283.

Quid verò dicendum sit in successione Regni, vel maioratus, si duo vel plures simul nascantur, videndi sunt Menochius *de præsumptionibus, libr.* 6. *præsumptione* 51. Molina *de primogenijs, libr.* 3. *capit.* 1. & late D. Joseph Velz *dissertatione* 4. & nouissime Carança *de partu legitimo capit.* 6 *ex numer.* 19. *& capit.* 18. *ex numer.* 30. *&* capit. 19. qui alios plures referunt.

22 Ad numer. 20 ibi: *Item adde quod si testator legauit vni, &c.*

Legatarios quibus eadem res simpliciter, & in solidum separatim fuit legata, facere partes per concursum, vt hic resoluitur, docent, & explicant Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat, lib.* 9. *tit.* 9. *num.* 4. Menochius *lib.* 4 *præsumptione* 173 *num.* 2. *& 8 sequent*, vbi octo casus distinguit, quos omnino videre debes, pro integra resolutione huius quæstionis Crassus receptarum, §. *legatum, quæstione* 80. Couarrubias *in rubrica de testamentis*, 2 *parte. c.* 21 Menchaca *de successionum progressu, libr* 3 §. 23 *n.* 96. & late & optime Pichard, *in* § *si eadem res*, instit. *de legatis, quasi per totum, maximè ex n.* 48. apud quos latissime disputatum inuenies quando inducatur ademptio legati ex eo quod alteri legatur quod prius legatum fuerat, de quo latissime inter alios Menochius, & Pichardus in dictis locis, vbi etiam explicant text. *in* l. *sicut, ff. de adimendis legatis*, Fachinæus *lib.* 6. *controuersiarum, cap.* 38. vbi late disputat an hæres legatum defuncto relictum repudiare possit, & explicat text *in leg. si mihi & tibi, ff. de legatis* 1. vide etiam Gregorium *in leg.* 26. *titul.* 9 *partita* 6 *& in leg.* 33 *eodem titulo*, vbi etiam agit de iure accrescendi in prædicto casu, & Molinam *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 199. vbi late de re eadem pluribus legata, & Tuschus *litera L. conclusione* 79. *&* 80. & Surdum *decisione* 161. *maxime ex num.* 22. vbi etiam agit quid è contra si à duobus eadem res alteri legetur, & num. 4. explicat dictam resolutionem nostri Gomezij procedere non solum quando species legata fuit, sed etiam si quanticas, quando quantitas relinquitur, vt species, verbi gratia; Quando testator dixit: *Illa quingenta ducata*, &c. Vel *eadem quingenta ducata*, &c. Tunc enim diuiditur legatum inter plures legatarios, iterum idem Surdus *decisione* 38. *num.* 23.

Ad numrum. 21. ibi; *Et resolutiue, dico &c.* 23

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

In electione hæredis esse soluere legatum quotæ bonorũ in ipsis rebus hæredetarijs, vel eius æstimationẽ in pecunia de iure cõmuni, sed non de iure Regio ex cuius dispositione præcisse in rebus hæreditarijs soluendum est, vt hic resoluitur, docent, & explicant Castillo *in* l. 20 *Tau* verb. *A otra persona*, & ibi reliqui Tauristæ exillius text decisione Matienzo *in* l. 4. *tit.* 6. *lib* 5. *Recop glossa* 1. *n.* 3 & ibi Anguh *glos. etiam* 1. *n* 2. & latissime probans Gutier. *libr.* 2 *quæst.* 57. *per totam*, Zeuallos, *q* 904 *n.* 85 *tom* 4 Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione* 204. *per totam maxime num.* 16. Suarez *in leg. quoniam in prioribus* versiculo *Secundo quæro*, vbi Valdesius, Bernardus Diaz *regula* 318. & ibi Salcedo, & eum, & alios referens Gratianus *in regula* 279. *nu.* 2. quamuis contrarium in extraneis hæredibus teneat cum Tello Fernandez Azeuedus *in d. l.* 4. *n.* 8. Et quod attinet ad dispositionem iuris communis, videre poteris Manticam *libr.* 9. *titul.* 9 *num* 3. & late Aluarum Valasceum *consultatione* 110 per totam vbi etiam addit quid iure Regio, & numero 14 docet quid in praxi, cum omnia testamenta fiant sermone vulgari, nullum discremen est considerandum inter legatum quotæ bonorum & quotæ hæreditatis, & quod vtroq; casu legatarij poterunt conueniri à creditoribus, de quo etiam Parlador. *different.*

146. & Gutierrez *lib.* 2. *quæstione* 58. *numer.* 10. Molina *de primogenijs libr.* 1, *cap* 10 *ex numer.* 11. Olanus *in concordia iuris*, verbo *Melioratus*, *num.* 24. Azeuedus *in l.* 5. *tit.* 6. *libr.* 5. *Recopilationis*, & Maticuzo *ibidem glossa* 2. quos vide & maxime Molinam qui optimè loquitur

24 Ad num. 22. ibi: *In quo articulo sit vera doctrina, & resolutio, &c.*

Diximus iam supra in additione ad numerum 5. fructus pertinere legatario à morte testatoris, vbi etiam plures Doctores ad propositum commemorauimus, quibus addere poteris Zeuallos *quæstione* 758. 793. Osualdum *lib.* 8. *capit.* 36. *litera* C. & Gratianum *in regula*

25 23 * Vbi adducit casus in quibus non transfertur statim in legatarium dominium, ex quo fructuum acquisitio dependet; quod etiam latissimè pertractant quam plures doctores in vnum congesti per D. Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu, capit.* 9 *numer.* 26. & præcipue commẽdo, Dueñas *reg.* 210. per totam, Sarmientum *in l. omnia. ff. de legatis* 2 Larrea *decisione Granat. enj.* 62. *numer* 34. Gratianum *disceptationum forensium*, *capit.* 136. Salgado *in labyrintho parte* 2 *capit.* 14 *num.* 21. *& sequentibus*, vbi optimè declarat, & cum Thoma Sanchez *libr.* 6 *de matrimonio, disputatione* 4 *numer.* 8. *& in summa libr.* 2. *capit.* 14. *ex numer* 59. & cum Osualdo, & alijs docet, quod illa acquisitio dominij est imperfecta, commutabilis, ac sub conditione: *Nisi legatarius repudiauerit*, quod potest facere inuitis creditoribus, vbi etiam de legatario ignorante, quod acquirat dominium Laram *in l. si quis à libert. ff. de liber. agnoscend* §. *verũ ex n.* 45. Spino *in spec. glos.* 8. *principali. ex n.* 16 & Zeuallos. *dicta quæstione* 758. & Cancerium *variar.* 3 *part cap* 20. *n* 17. addeetiam Burgos de Paz *in l.* 3. *Tauri.* 1. *parte, ex num* 936. & de legato in diem, quod eius dominium non transeat antediem, Gironda *de gabel.* 4 *part* §. 2. *numer.* 7.

Ibi. *Si verò consistit in re generica, &c.*

Cum cæteris verficulis 5 *Vsq. ad finem numeri. &c.*

Si legatum consistat in re generica, vel aliena, vel in parte, & quota bonorum fructus non pertinere ad legatarium ante moram hæredis, vt hic resoluitur, docent Doctores relati in additione ad num. 5 & hoc num maximè Matienzo *in dicta l.* 1, *titul* 4. *lib.* 5. *Recopil. glossa.* 14 *ex numer.* 31 Burgos de Paz *dicto numer.* 936. & multis sequentibus Pichardus *in relectione titul ff. de legatis. capt.* 5. *numer.* 20 Gancerius supra, vbi latè materiam explicat, Thomas Sanch. *libr.* 4 *consiliorum. capit* 2. *dubio* 16. quamuis Azeuedus *in dicta l.* 1 *titul.* 4 *lib.* 5 *numer* 126. dicat indistincte fructus pertinere ad legatarium à morte testatoris reiecta distinctione nostri Gomezij hic & aliorum

In legato autem quod consistit in vniuersitate, vt in grege fructus ad legatarium pertinent à tempore testamenti, vt hic probatur, docent Thomas Sanchez supra *numer* 5 referens, & sequens in totum nostrum Gomezium, Pichardus *in* §. *si grex*, instituta *hoc titul.* Castillo *in tractatu de vsufructu, capit* 27. *nu.* 5. *& per totum*, Connanus *commentar. iuris. lib.* 4 *c.* 2. *ex num.* 5. Molina *tom.* 1. *de iustitia, disputat.* 194. *nu* 3. 4 *&* 5. Tusch. *lit.* L. *conclus* 59.

Ad num. 23. ibi: *Item adde, &c.* 26

Quod qualitas vel conditio primi legati censeatur repetita in secundo, apposita dictione repetitiua, eo modo quo hic resoluitur, docent, & explicant Tuschus *liter.* D. *conclusione* 256 *&* *conclusione* 286 *numer.* 1, *&* 2. *&* *liter.* L, *conclusione* 71. & optimè Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr.* 10. *titul.* 6. *numer.* 12. & per totum, Menochius *lib* 4. *præsumptione* 180. vbi optimè materiam prosequitur, varios casus distinguens, & in præsumptione 181. quem omnino videas, Fusarius *in tractatu de fideicommissis*

quæstione 450. vbi loquitur in substitutionibus Azeuedus, *in l. 2. titul. 4. libr* 8, *Recopilat ex num. 4. vbi num.* 10. intelligit prædictam resolutionem, præterquam si in legato primo inerat conditio ex natura ipsius, quia tunc in secundo nõ intelligitur repetita, vide eum: Gutierrez *consilio* 18. *ex num.* 14. Cujacius *lib.* 5. *respons. Papiniani in l. auia, ff. de conditionibus, & demonstrationibus*, Barbosa *in tractatu de dictionibus vsufruquentibus*, *dictione* 135. vbi alios refert, & latius *in dictione* 185. verbo: *Item*, vbi plures limitationes adducit, quæ per eum videri poterunt: alter Barbosa *in leg. quia tale, ff. soluto matrimonio, numer.* 38. Cenedus *in singulari* 31. & 59. *numer.* 7 Pichardus *in repetione leg. gallus in præludijs, capit.* 3. *num.* 201. & *sequentibus* Limitant supra dicti Doctores multipliciter, maximè si ex repetitione conditionis vitiaretur dispositio in sequentibus, tunc enim non intelligitur repetita.

27 Ad numer. 24 ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c*,

Quod res quæ non est in rerum natura, sed esse speratur possit legari, tale q; legatum non esse cõditionale quoad impediendam transmissionem fructus aliàs, vt hic resolutur, docẽt Petrus Gregorius *in syntagmat. lib.* 42 *caput.* 32 *numer.* 15, optimè Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 4. *quæstione* 17. *ex num.* 22. vbi declarat, quod si fiat legatum frumenti, vini, olei, vel alterius fructus in genere, nõ designato fundo, ex quo sunt percipiendi, tunc nõ est expectandum quod tales fructus nascantur, nec est legatũ conditionale sed purum, & statim debetur, ita etiam docet Stephanus Gratianus *disceptationum forensium*, *tom* 1 *capit.* 62. *ex numer* 7. Pichardus *in* §. *ea quoque res. instituta de legatis, vbi numer.* 4. explicat dictum legatum intelligendum esse de fructibus fundi designati primo anno nascituris, vnde si non nascantur legatum non debebitur ex decessione testatoris *leg. bones.* §. *hac sermone, ff. de verborum significatione*, quod iterum subintelligit Stephanus Gratianus, *dicto capit* 62. *numer* 8, cum Simone de Prætis *de interpretatione vltimarum voluntatum*, *lib.* 5 *dubio vltimo*, *numer.* 29 & 30. quando fructus sunt positi taxatiuè vnica oratione, secus si demonstratiuè Et in legato annuo quod suppletio fiat, satisfaciendo de sequentibus annis, si vno anno non nascantur, de quo videndus est Surdus *in dicto tractatu de alimentis quæstione* 26. *titul.* 4 *ex numer.* 11 & *per totam*. Et circa resolutionem principalem huius numeri, vide Molinam *de iustitia, tom* 1. *disputatione* 200. *ex numer* 1.

Ad num. 25 ibi: *Et breuiter dico, quod* 28 *sic &c.*

Grauamine apposito in legato, quod illud dicatur legatum, quod supereſt de ducto grauamine, certumest, vt docet Tiraquellus, *de retractatu linagier*, §. 15 *glossa* 1. *numer.* 7 & latissime Tuschus *litter. L. conclusione* 69. & *conclusione* 70. vbi etiam agit an acceptans legatum cui onus est annexum ex certa scientia, teneatur ad onus extra valorem legati? (de quo Barbosa *in collectaneis capit.* 14. *de testamentis*) & *conclusione* 71. vbi an onus primo legato intunctum censeatur repetitum in secundo, vel e contra? Lasarte *in tractatu de gabel. capit.* 16. *ex numer.* 1. & per totum, *vbi ex numer.* 19. disputat, an ad defalcandum legatum onus ei impositum sit deducendum? & interpretatur text. *in l. ad veterani*, §. *sicui ff. ad l. falcidiam*, & *leg.* 1. §. *si quis creditori*, & *leg. si fundus legatus eodem titul.* Suarez *in leg. quoniam, ampliatione* 7 *numer.* 4. & ibi Valdes, vbi de non imponendo grauamine vltra commodum, Segura *in leg. si ex legati causa ff. de verborum obligationibus*, Molina *de iustitia tom.* 1. *disputatione* 200. *num.* 4. Gutierrez *in tractatu de tutelis* 3. *parte, cap.* 34 *num* 7.

Ibi: *Confirmatur ista sententia, &c.*

Li-

Licet quæstio an scilicet ad gabellæ solutionem deducatur prius expensæ valde controuersa fuerit, vt constat ex Parladoro *lib. 1. quotidianarum, cap. 3. § 7. num. 46.* Lassarte *in tract. de decima venditionis, cap. 16. num. 1. & sequentibus* Giron da *de gabellis in præludijs num. 33. & 34.* Gutierrez *dicto tractatu de tutelis, 3. parte cap. 37. num. 22. & in tractatu de gabellis. quæstione 52.* Azeuedo *in l. 1. tit. 17. lib. 9. recop. ex num. 152.* ex iure tamen Regio *in dicta l. 1.* certum est ex toto pretio solu endam esse gabellam, vt probant supra dicti Doctores, qui etiam resoluunt quid dicendum sit de promissis vulgo *prometidos*, in quibus contrariam opinionem imo prius esse de ducenda & de residuo soluendam gabellam contra Lassarte, tenent Parladorus, Gutierres, & alij, vt per eos videri poterit, & iterum per ipsum Gutierrez *in tractatu de tutelis. 3 parte, cap. 37. num. 22.*

Ad numerum 26 ibi *in quo articulo breuiter & resolutiue, &c.*

Quod legatum factum à debitore creditori valeat, si aliqua vtilitas possit in eo cõsiderari, vt hic explicatur, docent Socinus *in regula 220.* verbo, *legatum a debitore creditori factum, &c* vbi adducit fere omnes fallentias a nostro Gomezio congestas, Costa, *in cap. si pater:* verbo *legauit, num. 24.* Cancerius *variar 3. parte cap. 20. num 387.* Donellus, *lib. 8. cap. 11. commentariorum,* & ibi Osualdus *notatis* lit. P. Tuschus *lit L. conclusione 141. ex num. 2* Richardus, *in § ex contrario* init. tuta *de legatis,* vbi etiam adducit illationes nostri Gomezij, *& num. 5* ait quod propter commoda repræsentata, poterit creditor legatarius gratiari per testatorem, & falcidia locum habebit, *& in repetitione tit. ff de legatis, cap. 2. num. 19.* vbi de vtilitate affectionis, Molina *de iustitia. tomo 1. disputatione 200 non final* Sarmiento *in l. peculium ff. de legatis 2.*

Ad numerum 27. ibi, *Et breuiter & resolutiue dico, &c.*

Legatum factum a debitore creditori non videri animo compensandi relictam si debitum ad initio fuit voluntarium secus si necessarium, vt resoluit noster Gamezius, tenent Couarrubias *in cap. officij num 2. de testamentis,* Tuschus *lit. L. conclusione 141. & conclusione 142.* vbi etiam probat, quod si post agnitum legatum per creditorem pereat res legata in parte, extinguitur debitum, Costa *in cap. si pater,* verbo *legauit, ex num 17.* Cujacius, *lib. 3. obseruationum, cap. 15.* Mantica *de coniecturis vltimar. voluntatum, lib. 10. tit 2. ex num. 2.* late Menochius *lib. 4. præsumptione 109 & 110.* quem omnino videas, quia latissime explicat & distinguit, Barbosa *in l. sicut dotem, § si pater ff. soluto matrimonio,* Spino *in speculo, glossa 8. num. 71.* Alurrado *de coniecturata, lib 4 cap 1. ex num. 8* Molina *de iustitia, tomo 1. disputatione 200. ex num. 15.* & alij plures doctores congesti per D. Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 46 num. 6.* & per totum, vbi ipse Castillo late de materia agit, & an legatum compensetur cum arris a marito promissis vxori vel cum donatione propter nuptias? & quando ex coniecturis sit recedendum a prædicta regula tradita initio huius numeri? & Surdus *decisione 244. num. 8.* vbi quod legatum in certam causam factum non compensatur cum debito in aliam causam, *& in decisione 119. num. 6.* vbi quod legatum marito compensatur cum portione dotis, quam debet lucrari ex forma statuti, & ibi *num. 9 & 10* agit, an compensetur cum debito cuius dies non dum venerat? & alia, *& in decisione 142 num. 18.* vbi quod non habet locum dicta compensatio quando testator dixit quod legabat de bonis suis *& in decisione 169. num 2.* vbi quod compensatur cum debito necessario, Cancerius *variar, 1 part. cap 9. num 74. & parte 3. cap 20. ex num 399.* late Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib. 3 cap. 19 ex num. 28.* iterum ipse Barbosa *in cap. 8. de sepulturis,*

vris iterum Barbosa *in collectanea ad cap. 14. de testamentis, num. 6.* de quo vide vnã limitationem per alterum Barbosam *in l. 8. § ob donationes, ff. soluto matrimonio, num. 9.* Merlinus *de legitima, lib. 2. tit. 2. quæstione 8. ex num. 3.* Thomas Sanchez *lib. 4. consiliorum, cap. 2. dubio 15.* vbi dictã quæstionem, & resolutionem nostri Comezij optime explicat cum Matien *20 in l. 7. tit. 9. lib. 5 Recop glo. 1. & alijs, & n. 12* aduertit, quod si vir recepit in dotẽ aliquas possessiones æstimatas æstimatione quæ facit emptionẽ si postea legat eaidem res vel vnam ex illis vxori, etiam si legat sub commemoratione dotis, non censetur legare animo compensandi, quia non erat debitor illarũ possessionum, sed æstimationis, & illa verba à testatore posita; *Lego vxori tales possessiones quas recepi in dotem*, adiecta videtur causa demonstrationis. Gratianus *in regula, 285.* vbi notat aliud esse si non recepit eas æstimaras, Zeuallos *quæstione 595. tomo 2.* vbi quod legatum pignoris factum creditori, si ipse creditor iag noscat sibi præiudicat in residuo, si cõstat de mente testatoris, quod legauerit animo compensandi, vide etiam Gutierrez *in tractatu de tutelis, 3. parte, cap 5. per totum*

Ibi. *Vel si maritus legat vxori, &c.*

De legato vxori facto & an compẽ fetur cum quarta sibi pertinente ex text. in authentica præterea Cod. vinde vir & vxor, & de intellectu illius text. videndi sunt Gregorius *in l 7. tit. 13. partita 6.* Castillo *in l. 32. Tauri*, verbo: *Lo que de pertenecer.* Azeuedus *in l. 6 tit. 4 lib. 5 recop num 33.* Quesada *in ca. 25 duce sarum quæstionum iuris, nu. 8.* iterum Castillo *in l. 6 Tau, & in l. 9. in l. 40.* verbo: *Del hijo maior* Valdes, ad Suar, *titulo de las ganancias, num. 40. & tit de arris, num. 36.* Olualdus ad Donellum, *lib. 9. cap 1. notatis lit. L.* Fachinæus *lib. 10. c. 72.* Sousa *in l. feminæ. ff. de regulis iuris, 1. parte. ex num 167.* Latissime, & quid si maritus bona alienauit an comperat vxori reuocatoria? Costa *in § & quid si tantum, 2. parte, num. 148* & quid in vxore luxuriosa, Aultes *in capitibus prætorii in proœmio nu. 44.* & quid si vxor ex operibus possit viuere? Barbosa *in l. mariti ff soluto matrimonio num. 10* & quid si habet patrem diuitem ibidem *num 99.* & plura ad hunc text. Farinacius, *tomo 1. tit. 3 quæstione 25. ex num 123.* Tuschus *lit. C. conclusione 401.* Surdus *decisione 61. per totam*, Gratianus *disceptationum tomo 1. cap. 120.* late vbi *num. 17* quod hic text. habet etiam locum in viro, & alia Cancerius *variar. 1 parte cap. 1. num 130. & 2. parte cap. 11. num. 96.* vbi quid si vxor post mortem mariti fiat dives? Tellus Fernandez *in l. 9. Tauri ex num. 31.* Surdus *in tractatu de alimentis, tit 9. quæstione 29* & melius *quæstione 35. & 37* Et quid si vir & vxor sint separati per diuortium vel alio modo, Valascus *in praxi partitionum. cap 6. nu. 54* Bayo *in collectaneis*, verbo: *Quarta*, iterum Surdus, *de exsione 8. & 61.* Thomas Sanchez *in cõsilijs lib. 4. cap. 1. dubio 28.* Castillo *in tractatu de visfructu cap. 45 ex num. 25.* vbi alios refert, & iterum Thomas Sanchez, *in summa cap. 17. num 11.* apud quos dictam materiam latissime explicatam videbis: Noguerol *allegatione 26. ex num 208.* vbi quod diuortio facto oblæuitiam viri, vxor non amittit hoc beneficium, Merlinus *de legitima lib. 2. tit. 1. quæstione 23.* vbi late de hac quarta, & nouissime Salgado *in labirintho, parte 3. cap 4. num 30.* vbi quod si postea vxor efficiatur dives, quarta non est ei auferenda.

Ibi, *Sed teneo quod nullo modo, &c.*

Legatum factum à marito vxori nõ computari in medietate lucrorum acquisitorum constante matrimonio, vt hic resolutur, probat Couarrub *in cap. officij de testamentis, num. 5.* Caldas *in l. fi cuiatorem*, verbo *sua facultate, num 8.* & indubitatum est in hoc Regno si aduer tas bona constante matrimonio quæ sita ipso iure acquiri ipsi vxori in medie-

dietate, quod dominium, & possessionem, vt ex Segura *in tract. de bonis lucrat. num.* 65. Couarrubias, *lib* 3. *variarum cap.* 19. *num.* 2. & alijs, probat Matienzo *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *recop. glossa* 3. per totá & sic res propria ipsi legari non potest nec cum ea legatum compensari.

Sed quamuis dicta resolutio nostri Gomezij initio huius numeri proposita ita sit communi Doctorum consensu recepta, de ea dubitant Duarenus *in Comment. ad l. si eam dotem, §. si pater ff. soluto matrimonio* Corrasius, *lib* 3 *miscellaneorum, cap.* 1. & cum eis Andræas Fachinæus *lib.* 5. *controuersiarum iuris, cap.* 33. vbi in dicit incte dicit vtrumq. deberi & non esse locum compensationi *& in cap.* 34. agit quid dicendum si legatum consistat in specie & debitum in quantitate, *& in cap* 35. disputat, quid si testator dixit *lego de bonis meis* & alia, & quidem si in hac quæstione meum iudicium inter ponere licet non sufficit, quod debitum sit necessarium ad hoc vt compensatio admittatur, sed voluntas testatoris coniecturata concurrere debet vt ex legibus in contrarium consideratis coniici oportet,

Ad numerum 28. ibi.

Legatum factum per fideiussorem creditori non valere respectu creditoris cum non sit in eius emolumentum, etiam hodie post Authenticam *præsente* dummodo ei sit renuntiatum, vel debitor sit absens, vel non soluendo, secus vero respectu debitoris, cuius intuitu valet tale legatum, eomodo quo explicat noster Gomezius, comprobari potest ex eo quod in præd. casta specie legatum magis videtur factum ipsi debitori principali, ex Tex. *in l. fideicommissa* 11. *§. interdum ff. de legatis* 3. vt docet Petr Barbosa *in l. Lucius Titius* 39 *ff. soluto matrimonio, num* 15. & sic modo ante dicto valere debet legatum nec poterit repetere quantitatem solutam heres fideiussoris ita legantis argumento Tex. *in l. tribus. ff. de vsufructu earum rerum quæ vsu consumuntur*, de cuius explicatione videndi sunt Surdus *decisione* 109. Pinelus, *de bonis maternis l.* 1 2. *parte, num* 76. Tuschus *lit. F. conclusione* 314. *num.* 13.

Ad numerum 29. ibi *& breuiter & resolutiue dico, &c.*

Ex cõiecturis hic enumeratis a nostro Gomezio, declarari mẽtem defuncti in legato pecuniæ, quæ potest intelligi maioris vel minoris valoris, docent etiam & exornant Mantica *de coniecturis vltimar. voluntatum lib.* 3. *tit* 8. *& 9. & lib* 12. *tit.* 17. *num.* 26. Menochius *de præsumptionibus, lib* 1 *quæstione* 28 *& quæstione* 14. *& sequentibus*, vbi latissimè & per ordinem materiam huius resolutionis prosequitur, Gratianus *regula* 425. *num.* 5. Fachinæus *lib* 6. *cap.* 26. Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 198. & alij plures in vnum congesti per D. Joannem del Castillo *lib.* 4. *controuersiarũ, cap.* 24. *ex num.* 6. *vbi numer.* 7. resoluit non debere precisse, & formaliter obseruari ordinem Tex. *in l si seruus pluribus, § finali. ff. de legatis*, 1. hic allegati, vt prima coniectura præferatur secundæ, & sic de cæteris, cũ ex circũstãtijs alijs, atq. rerum, & causarum specialibus aliquibus qualitatibus sæpe ab eo ordine recedi possit, & debeat.

Aduertendum tamẽ est, quod regulariter testatoris dispositio ita accipienda & interpretanda est, vt quanto minus possibile sit hæres grauetur, nisi ex dictis, & alijs coniecturis ab hac regula recedendum sit, vt ex multis explicat latissime Castillo dicto *lib* 4 *ca.* 32 *&* 33. & nuncupatim, Menochius *dicta quæstione* 28. *num.* 3. & Surdus *in tract. de alimentis, tit* 8, *priuilegio* 25. *ex num.* 1. vbi limitat latissime, & Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib* 9 *tit.* 1. *num.* 5. optime, & Matienzo *in dialogo*, 3. *parte, cap* 17 *nu.* 10. vbi quod ratione amicitiæ maior summa intelligitur legata, & late, & optime Menochius, *lib.* 4. *præsumptione* 106.

33 Ad numerum 30. ibi: *Resolutiuè respondeo &c.*

Omnes res videri legatas, & non solum illas quæ habent qualitatem a testatore expressam in legato relicto per verbum valuerfale, præter quam si restrictiue seu limitatiue relinquatur, vt docet, & expficat noster Gomezius hic, tenent Cardinalis Tuschus, *lit.* C. *conclusione* 258. *num* 14. vbi ait quod dictio *cum* de qua fit mentio *in l. si cui la segunda, ff. de legatis* 1. & in exemplis hic adductis, cum ponitur inter personas honoratas coniungit, & copulat sicut dictio copulatiua, & auget ac magis copulat quam dictio, *&* vt ex multis docent Menochius *libr.* 4. *præsumptione* 70 *num* 10 *&* 32. Surdus *in dicto tractatu de alimentis, tit.* 2. *quæstione* 7. *ex num.* 5. & alij plures relati à Barbosa *in tractatu de dictionibus, dictione* 75. *numer.* 7. & Petrus Cenedus *singulari* 9. ex quo procedit, quod cum dictio prædicta, *cum*, fit in ductiua, augmenti, vt docent relati Doctores, non poterit producere diminutionem, & sic omnes res habeantes, vel non habentes qualitates a testatore expressas comprehendentur, præterquam si restrictiue fuerit factum legatū, vt in exemplo nostri Gomezij idem tenet Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione* 199. *num* 8.

34 Ad numerum 31. ibi: *& breuiter, & resolutiue, &c.*

Quantitas si debeatur respectu speciei, quod specie perempta debitor liberetur, vt in exemplis hic positis per Gomezium, docent & expicant Bartolus *in l. quod te mihi ff. de rebus creditis, num.* 4. & ibi Jaso, Socin, Alexand. Decius & reliqui scribentes, Dueñas, *in regula* 179. *limitat.* 2. Segura *in leg. si ex legatis causa, num.* 149 *de verborum obligationibus*, Pichardus *in* §. *si res legata* instituta *de legatis*. vbi laud. t nostrum Gomezium hoc loco, Barbos *in l.* 8. §. *ob donation. ff. soluto matrimonio, num* 19 versiculo. *Vnde inferes* Gregorius Lopez *in l.* 18. *tit.* 11. *partit.* 5. *& in l.* 41. *tit* 9. *partita* 6. per totam, maxime *glossa* 4 Menochius *de arbitrarijs casu* 49. *num.* 2. vbi de re quæ culpa hæredis etiam leui perijt, & generaliter de dicta quæstione quando debitor quantitatis respectu certæ speciei ea perempta liberetur? Tuschus *lit.* M. *conclusione*, 381. Socinus *in regula debitor speciei*, Morla *in emporio tit* 8 *quæstione* 11. per totam late vbi adducit omnes textus & difficultates a nostro Gomezio consideratas hic, Molina *de iustitia tomo*, 1. *disputatione* 199 *num* 2. Tuschus *lit.* L. *conclusione* 83. Larrea *decisione granat* 18. *num.* 2. 11. *&* 19. *& seq.* Cancerius 3 *parte*, *cap.* 1. *num* 183.

Post moram autem quod debitor speciei ea perempta non liberetur, probant Couarrubias *in regula peccatum*, 2. *parte*, §. 6. optime Decius, & reliqui *in dicta l quod te mihi ff. de rebus creditis* Fachinæus *lib* 2. *controuers. cap.* 72. & sequẽtibus Gregorius *in l. fin tit.* 28. *partita*, 5. Ceuallos *quæstione* 473 *tomo* 2. Morla, *dicto tit.* 8 *num.* 35. *vsq;* 57. Osualdus *lib.* 16. *cap.* 1. late Gratianus *in regula* 117. item Gregorius *in l* 20 *tit.* 2. *partita* 3. item Fachinæus *lib* 8 *cap.* 100. *& seq. & lib.* 11. *cap.* 40. *& sequent.* Barbosa *in l* 5 *ff. soluto matrimonio, ex num* 42. *& in l.* 8 §. *fin num* 63. *& seq. & in l. si mora post prædia, num.* 1. *& sequenib.* Menochius *lib.* 3. *præsumptione* 138. Mantica *de conuentionibus, lib.* 10. *tit.* 9 *num.* 4 Hermosilla in additionibus ad Gregorium l 8. *tit.* 1. *partita*, 5 *glossa* 3. *& in l.* 9 *tit.* 2 *partita* 5. *glossa* 6 ante omnes *& in l.* 56 *tit.* 5. *eadem partita glossa* 1. *num.* 115. *& sequentibus*, Scob r *de ratiocinijs, cap.* 17. *num.* 34. Garcia *de expensis, cap* 23. *num.* 48. Brito *de locato & conducto in rubrica.* 2. *parte* §. 2. *num.* 33. *& sequent* alter Barbosa *in collectanea, l* 1. *Cod. de his quæ vi metus vè* Matienzo Iunior *in repetitione l, contractus, ff. de regulis iuris. ex num*, 123. Pichardus *in tractatu de mora, ex num.* 45. apud quos materiam diffusissimè agitatam inuenies, & sic si res ipsa legata post moram

here

heredis perierit, hæres non excusabitur sub distinctione tradita à supradictis Doctoribus, nempe an res eodem modo peritura esset vel non.

35 Ad numerum 32. ibi: *Inquo articulo resolutiue dico, &c.*

Legatum in genere inferiori quod habet certos fines à natura determinatos vt seruus, equus, &c. valere, secus si in genere generalissimo vel subalterno, vt hic resolutur, docent & explicat Menochius *de presumptionibus, lib. 4 præsumptione 129 num. 6.* Mantica *de coniectur, vltimarum volumtat, lib. 9. tit. 2. ex n.* 4 Donellus, *lib. 8 coromentariorum cap.* 19 & ibi Osuadus *in notatis, lit. H,* Misingerius Balduinus, & reliqui *in §. si generaliter, instituta de legatis,* Gregorius Lopez *in l. 23 tit 9. partita 6.* vbi comprehendit omnes casus hic adductos per Gomezium, Pichardus *in dicto §. si generaliter,* vbi de gradibus Generis remissiue agit, & quot sint genera. Molina *de iustitia, tomo 1. disputatione 198. per totam,* Gratianus *regula 287.* Amaya *lib. 2. obseruationum, cap 63 num. 18.*

Circa electionem autem cui competat in prædicto casu, videndi sunt Gregorius Lopez *in dicta l. 23. tit 9 partita 6.* Sarmiento *in l. Lucio ff. de legatis 2. ex num 8.* Couarrubias *in cap. indicante de testamentis num. 3.* Spino *in speculo testamentorum glossa 8. num. 33. & 34.* Morla *in emporio 1. parte, tit. 8 quæstione 3. num. 14* Gratianus, *disceptationum tomo 1. cap. 170. ex num. 9.* & alij plures in vnum congesti a Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 9. num. 33. & seq. vbi num. 34.* plures Tex. interse pugnantes distinctionis fœdere componit hoc modo quod in legato damnationis, & quando verba testamenti diriguntur ad hæredem, eius sit electio: in legato vero vindicationis, & quando verba dirigunrur ad legatarium, ei competat: & ibi etiã quod hæc distinctio habet locum hodie non obstante quod differentiæ legatorum sint sublatæ, & tandem hanc materiam electionis prosequitur vsq; ad finem capitis, nec dissentit Pichardus, *in dicto §. si generaliter* instituta *de legatis num 2.* & Osualdus, ad Donel. *lib. 8. capite 19. notatis lit. K.* vide eos, & Joannem Gratianũ *in regula 161, num. 2 & in regula 162* vbi late hanc difficultatem per tractat, & Molinam *de iustitia, tomo 1. disputatione, 198.* quasi per totam, Larrea *decisione Granat. 31. ex num. 47.*

Ibi *item vino legato &c.*

Quod vino legato non debentur vasa, vide late Menochium *lib. 4. præsumptione 152. ex num. 22.* Osualdum supra *dicto cap. 19. lit. C.* & vide etiam Gregoriũ, *in l. 5 tit. 33 partita 7.* & legato domus quod comprehendantur dolia tærre affixa Larrea *decisione, 81.* & an legata taberna merces contineantur? Parladorus, *differentia 133 num. 6.*

Ibi *si vero nullam reliquit, &c.*

Vide circa legatum domus in genere & explicationem tex *in l. si domus hic allegata* Gregoriũ *in l 23 tit. 9. partita 6.* Sarmiento, *lib. 8 selectarum in l. Lucio num. 12* Donellum *lib. 8 comentariorum dicto cap. 19.* & ibi Osualdum *lit. L.* Ceuallos, *tomo 3. quæstione 792. & quæstione 218.*

Ibi *Si vero non habet fines determinatos a natura, &c.*

Quod in distincte non valeat legatum fundi in genere tenet noster Gomezius, hic, vt vides. sed de hoc vidẽdi sunt Mantica *de coniecturis vltimar, voluntarum lib. 9. tit. 2. ex num. 4.* Sarmiento, *in dicta l. Lucio nu. 12.* Osualdus etiam *dicto lib. 8. cap. 19. lit. L.* Crasus § *legatum quæstione 61. num. 6.* Menchaca *de successionum progressiu lib 3. § 27. nu 35.* Fachinæus *lib. 12. controuersiarum cap. 27.* vbi omnes opiniones refert, & Ceuallos *in dicta quæstione 792.* vbi plures Doctores pro vtraq; parte adducit, & tandem remanet contrarius nostro Gomezio asseritq; eãdem resolutionem haberelocum in domo & in fundo, nempe quod si testator fundos reliquit hæres eligat, si vero non reliquit, legatum sit irritum.

Item

Item de legato frumenti, vini, olei, &c.

Vide Menochium *lib* 4. *præsumptione* 151 *& sequentibus.*

35 Ad numerum 33 ibi. *& breuiter dico quod non &c.*

legatarium non posse repudiare legatum propartę, & acceptare propartę, vt declarat noster Gomezius, docēt & explicant Stephanus Gratianus *disceptationum*, *tomo* 2. *cap.* 248. *per totum*, vbi optime distinguit, *& num.* 41 probat, quod in legato plurium rerum sub nomine vniuersali vel collectiuo, verbi gratia *gregis*, nō datur agnitio vnius & repudiatio alterius, secus si plures res legentur distincte & non sub nomine collectiuo, vide eum per totum caput, Tuschus *lit.* L. *conclusione* 155. late, & an possit per debitorem repudiari in præiudicium creditorum? idem Gratianus, *cap.* 132. *&* 271. (de quo etiam Salgado *in labyrinth. creditorum cap* 14. 2 *parte* late) ad illo *in l.* 27. *Tauri* verbo *alguno* Azeuedus *in l.* 10. *tit* 11. *lib* 5. *recop. lationis num.* 9. Gregorius Lopez *in l.* 38. *tit* 9. *partita* 6. glossa 1. 2. *&* 3 Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 199. *ex num* 4 Duarenus *lib.* 1 *de iure accrescendi, cap.* 3. Cujaccius *lib.* 22. *obseruation, cap* 6. Donel. *lib* 8. *commentar, cap* 18. scindere enim iudicium testatoris non potest legatarius, vt ait Cujacius ad Iulium Paulum *lib.* 3. *sententiarum tit* 6 §. 12 Gaallos *communium cōcra communes, quæstione* 807 *num* 2. dicens quod in tātum hæc sunt vera, vt per agnitionem partis rei legatæ videtur facta agnitio totius *ex l. si cuires ff. de legatis* 2. Pichardus optimè exponens *in relectione ad tit. ff. de acquirenda hæreditate cap* 28. *num* 40. *& sequentibus*, vbi tradit rationes dictæ resolutionis, & quare legatarij heredes scindere legatum possint *& num.* 64. *&* 65. vbi limitat quando vna res legatur diuersis clausulis testamenti partibus distinctis, vt etiam declarat noster Gomezius, idem Pichardus *cap.* 29. ibidem *nu.* 29. vide etiam Sarmientum *in l. nemi. nem & l quotiens ff. de legatis*, 2. & Fachinæum *lib.* 6. *controuersiarum, cap.* 83 vbi de hærede legatarij.

Ibi *item adde quod si legatum relinquatur alicui sub conditione, &c.*

Legato reicto sub conditione dandi certam pecuniam vel rem, quod non sufficiat dare partem pecunię vt consequatur partem legati, cum conditio in totum debeat impleri, & non pro parte per vnum legatarium vel eius heredes, vt hic resoluitur docent Prætis *de interpretatione vltimarum voluntat. folio mihi* 515. *num.* 114. *& sequent*, Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 16. *num.* 118 *& seq.* Menoch *consilio* 35. *ex num* 4. limitatur tamen si in parte sit impossibilis quia tunc sufficit in parte possibili impleri Tuschus *lit.* C. *conclusione* 195. & plures referens ampsians, & limitans Fusarius, *in tractatu de fideicommissis, quæstione* 454. *per totam*, Menochius, *lib.* 4 *præsumptione* 183. *ex num* 17. Castillo *lib.* 4. *controuersiarum cap.* 25.

Ad numerum 34 ibi *imo vera sentētia*, 37 *& resolutio, &c.*

Legatarium in fundo & legatarium in quantitate admitti pro rata ad ipsum fundum quando nihil aliud reperitur in hæreditate vt hic probat noster Gomezius, defendunt Surdus *in tractatu de alimentis, priuilegio* 30. *num.* 1 Tuschus, *lit.* L. *conclusione* 55. *num* 17 Parladorus, *libr.* 1. *quotidianar, cap.* 18. Scobar *de ratiocinijs, computatione* 10 *num.* 11. Gutierrez *in l. nemo potest, ff de legatis* 1. *num.* 96. Molina *de iustitia, tomo* 1 *disputatione*, 199 *num.* 3. Azeuedus *in l.* 13. *tit.* 6 *lib.* 5. *Recop num.* 19. Bolanus. *in Curia* verbo *Prelacion, num.* 63 vbi & alij plures adducti per *D.* Ioannem del Castillo *lib.* 4. *cōtrouersiarum, cap.* 51. vbi optime disputat *ex num.* 26. & adducit contrarias opiniones & earum fundamenta, quibus per ordinem satisfacit, & demum defendit opinionem nostri Gomezij, & sic legatarium quantitatis concurrere cum legatarijs

gatario ſpeciei, non apparente in contrarium teſtatoris voluntate ex verbis teſtamenti vel ex probabilibus, & vrgentibus coniecturis, & præſumptionibus deducta, vide eum & Barboſam *in leg. maritum, ff. ſoluto matrimonio, num.* 22. & Cancerium *variar. 3 part. capit. 20. numer.* 302. & Stephanum Gratianum, qui optimè explicat *tom. 4 diſceptationum, cap. 646 ex numer.* 12. *vbi n.* 15. & 29. probat, quod ſi integraliter facta ſit ſolutio vni per hæredem poſſit alter legatarius agere contra illum cui eſt facta ſolutio ad contributionem, & reſtitutionem ſuæ partis, vt docet noſter Gomezius hic, vide etiam Zeuallos *quæſtione* 103. *ex numer.* 32. *vbi numer.* 38. defendit opinionem principalem contrariam noſtro Gomezio *hoc num.* & ſic in praxi obtinuiſſe aſſerit, videas quoq; Sarmientum *lib. 8 ſelectarum in l. ſpecunia, num.* 2. & *in l. Lucius*, vbi agit de interpretatione, *leg. quærebatur, ff. ad l. falcidiam*, Oſualdum *lib. 8. cap. 19 notatis lit. K.* & Spinum *in ſpeculo, gloſſa 2. num.* 50.

38 Ad numerum 35. ibi: *Et reſolutiuè dico, &c.*

ſi legatarius emat, vel acquirat alio modo rem legatam, an poſsit pretium, vel æſtimationem eius petere? reſoluit ſublonga diſtinctione noſter Gomez, & eam ſequitur & laudat Zeuallos *communium contra communes, quæſtione* 257. *tomo* 1. & in parte Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 9. titul. 10 numer.* 6. vbi aduertit ex Bartol. & Iaſone, quod legatarius vſque ad pretium dum taxat, quod ſibi abeſt agere poteſt, ideoque ſi modico pretio emerit illud ſolum conſequetur, per contrarium verò ſi magno pretio emerit, iuſtum ſibi præſtandum eſt, Pichardus optimè *in § ſi res aliena*, inſtituta *de legatis*, vbi concluſionem illius text. an ſcilicet legatarius acquiſierit rem legatam titulo lucratiuo, vel oneroſo, & an duæ cauſæ lucratiuæ eo acquirere poſsint, latè defendit, & textibus, qui incontrarium conſiderari poſſunt, ſatisfacit, eum videas, & Gregorium *in l. 45. titul. 9. partita 6 gloſſa 2.* vbi etiam de concurſu duplicis cauſæ lucratiuæ Oſualdus ad Donellum *libr. 16 ca. 5.* Barboſa *l. ſi alienam, ff. ſoluto matrimonio, numer.* 114. Molina *de iuſtitia, tomo 1. diſputatione* 201. *ex numer.* 7. vbi noſtrum Gomezium in eorum refert, & ſequitur, & vltimo membro diſtinctionis addit, ſi ſciens legatarius rem ſibi legatam emat, tunc enim videtur legato renuntiare, ex textu *in l. illud, ff. de acquirenda hæreditate*, eum vide, & Fachinæum *libr. 10. controuerſiarum, capit.* 52. per totum.

Ad numer. 36 ibi: *In quo articulo magis* 39 *realiter, &c.*

Legata relicta ab inſtituto videri repetita, & deberi à ſubſtituto, vt hic reſoluitur, & declaratur, docent, & explicant latiſsime Menochius, *libr. 4 præſumptione* 108. per totam, vbi etiam addit, in ſubſtituto exemplari idem eſſe dicendum quod in pupillari, & quid in militari? & latiſsimè declarat omnes illationes, & limitationes adductas à noſtro Gom. & latiſsimè materiam proſequitur, quæ allegare ſufficiebat & vide eum *præſumpt.* 128. Tuſch. *lit. L. concluſ.* 91. & 92. Mant. *de coniectur. lib. 8. tit. 2.* Pichar. *in rubrica*, inſtituta *de vulgari ſubſtitutione, numer.* 32. & *ſequentibus, vbi n.* 35. & 40. explicat text. *in l. licet Imperator, ff. de legatis* 1. in quo fundatur dicta reſolutio, Oſualdus ad Donel. *libr. 8. cap. 8 notatis, litera B.* idem Donel. *capit. 29. eodem libr. 8.* Gregorius Lopez *in leg. 34. titul. 9 partita. 6. gloſſa 6.* & *in leg. 6. titul. 11. eadem partita, gloſſa 4. quæſtione* 24. Didacus Perez *in leg. 1. titul. 2 lib. 5. ordinamenti, gloſſa 3.* Coſta *in cap. ſi pater, 1 parte*, verbo, *Legauit, numer* 15. Azeuedus *conſilio 28. numer. 90.* Maſcardus *de probationibus, concluſione* 1171. *numer. 40.*

Ibi. *Item etiã quando nomine proprio, &c.*

Vide Menochium & reliquos supra & Sarmiento *libr.* 8. *selectarum in leg. Celsus, § quod alicui, numer* 7. *ff legatis* 2. & latissime Fachinæum *libr.* 5. *controuersiarum, capit.* 39 vbi contra nostrum Gomezium tenet.

Ibi: *Quid autem si testator legauit Titio decem, &c.*

Vide Tuschum *lit. L. d. concluſ.* 92.

Item circa materiam huius numeri videndus est Fusſarius *de substitutionibus, quæstione* 242. *num.* 58. vbi an à substituto pupillari censeatur repetitum legatum, & *quæstione* 21 & *quæstione* 70. vbi de fideicommissario substituto, & an ab eo debeatur legatum ab instituto relictum.

An legata relicta à proximiori consanguineo, eo non adeunte præstentur à sequenti in gradu, vide, *l.* 1. §. *finali. ff. de legatis* 3 *leg.* 5 *titul.* 9 *partita* 6. Soulam *in repetitione leg. fœminæ ff de regulis iuris* 1. *parte, numer.* 62.

40 Ad numer. 37, ibi *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Conditionem appositam hæredi non transire ad substitutum indistincte, in legatis autem conditionem potestatiuam, vel mixtam ad substitutum transire quia continet onus, & grauamẽ, nõ vero casualem, hic resoluitur, vt vides, sed nimis subtilitèr, & breuiter: quantũ enim attinet ad hæredẽ, & eius substitutum perceleris, & gregia est disputatio de qua latissimè fermonẽ facit Menochius *lib.* 4 *præsumptione* 178 *per totam*, & ante eum Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 10. *titul* 6 *num.* 2 & 3. vbi ampliat dictam resolutionem etiam si conditio respiciat piam causam, Donellus *libr.* 8 *capit* 29. & ibi Osualdus *annotatis lit* D. Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 16, Prætis *de interpretatione vltimarum voluntatum, folio mihi* 169. *ex numer.* 130 Mascardus *de probationibus, conclusione* 1265. Zeuallos *quæstione* 905. *num.* 32. Cancerius *variarum*, 3. *parte, capit.* 20. *numer.* 132.

Quoad legata verò, an conditio apposita primo legatario censeatur repetita substituto, vel coniuncto, videndi sunt idem Mantica *de coniecturis dicto titulo* 6. *ex numer.* 9. late distinguens Gregorius *in leg.* 35. *titul.* 9. *partita* 6 *glossa* 2. Sarmiento *lib.* 4 *selectarum, in leg* 3 § *si ita, numer.* 4. *ff. de liberis, & postumis, & in leg. Celsus pater*, §. 1. *numer.* 10 *ff de legatis* 2. Surdus *decisione* 88. *num.* 14. vbi an conditio vni legato adiecta in altero reptita intelligatur, late idem Menochius *dicto libr.* 4. *præsumptione* 180. per totam, & *præsumptione* 181. vbi an conditio apposita in vna clausula referatur ad alias, & *præsumptione* 179. vbi an conditio institutioni adiecta repetita censeatur in prælegato, vel è contra, & *in præsumptione* 176. vbi an conditio apposita in primo testamento repetita intelligatur in secundo, & *præsumptione* 177. vbi an conditio posita in testamento intelligatur repetita in codicillis. Tuschus *litera L. conclusione* 71. Et generaliter de conditione, onere, vel alia qualitate expressa in vna clausula an censeatur repetita in alia late Zeuallos *dicta quæstione* 905. & Cancerius supra.

An etiam cõditio apposita hæredi ex parte instituto repetita censeatur in legato eidẽ relicto? & de interpretatione tex *in l auia* 76 *ff. de condit & demõstrationibus, & in l. filium* 27 *ff. quando dies legati cedat*, videndi sunt Gutierres *consilio* 18. Cujacius *libr* 5 *responsion. Papiniani in dicta leg. auia*, & melius Richardus *in repetitione leg. Gallus in præludijs, capit* 3. §. 5. *ex numer.* 201. vbi illos textus componit dicens *in leg. auia*, repetitam conditionem censeri quia fuit apposita institutioni quæ legatum præcessit at *in leg. filium*, legatum præcessit, & conditio postea fuit hæredi adiecta, & sic veluti clausulæ posteriori apposita, non intelligitur priori repetita.

Et quod legatum videatur transla-

latum cum ſuo onere de vno in aliuem gulariter docent Mantica *libro 10 tit. 6.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap. 2. §. 1. ex n. 13. & ſequentib.* vbi limitat Tuſchus *lit.* L. *concluſione* 68. & vide infra in additione ad nu. 69.

41 Ad num. 38. ibi. *In quo articulo reſolutiuè dico, &c.*

Si eadem quantitas eidem ſepius legetur in eodem teſtamento, quod ſemel tantum debeatur, vt hic probatur, & diſtinguitur, explicant latiſsimè declarantes Menchaca *de ſucceſſionum progreſſu libr 3. titul. de iure accreſcendi, §. 21 numer. 8. & 10.* & ſequentibus, & Bernardus Diaz *regula* 413. Gratianus *regula* 288. Menochius *de præſumptionibus libr 4. præſumptione* 128 per totam, vbi adducit caſus à noſtro Gomezio conſideratos, & idem facit Cardinalis Dominicus Tuſchus *lit.* L. *concluſione* 76. per totam, & idem probatur *in l. 45. tit. 9. partita 6* vbi Gregorius *gloſ. 3* Azeuedus *in leg 1. titul 4 lib. 5. Recopilatorum* 70 Sarmento *in leg. ſi pluribus ff. de legatis 2.* Barboſa *in leg. ſi cum dotem §. ſi parer, ff ſoluto matrimonio, numer.* 36 Farinacius *in fragmentis* verbo: *Identitas, ex numer.* 32 Item Menochius *de arbitrarijs, caſu* 213. per totum, vbi late agit quando ſummæ duplicatæ præſumãtur, tam in contractibus, quam vltimis voluntatibus apud quos materiam totam huius numeri reperies, vide etiam Molinam *tom. 1. diſputatione* 201. *ex numer.* 2. & Scobar *de puritate ſanguinis. 1. parte, quæſtione* 16. *§. 1. ex numer* 23. vbi alios refert.

Ibi *Aut æquolibet inſolidum, &c.*

Vide Sarmientum *in l ſi pluribus, ff. de legatis 2, num. 2.*

Ibi. *Et idem eſt &c.*

Vide Sarmientum *libr 8. ſelectarum in l Mœuius, §. duorum num.* 12 *ff de legatis 2.* Pichardum *in § ſi res aliena, inſtituta hoc titulo, num* 18.

Ibi *Item adde quod idem eſt quando res &c.*

Vide Pichardum *in dicto § ſi res aliena, ex num.* 8.

Ad numer. 39. ibi. *Et breuiter, & reſolu* 42 *tiue, dico, &c.*

Hæredem debere luere rem pignoratam alteri legatam, ſi teſtator hoc ſciebat, ſecus ſi ignorabat, quia tunc luit legatarius, niſi ex coniecturis, vel qualitate perſonæ contrarium debeat iudicari vt hic reſoluitur, exornant latiſsimè Gregorius *in l. 11. titul. 6 partita 6. vbi gloſ.* 3. aſſerit, quod in dubio præſumitur ſcientia hipothecæ, & alia. Didacus Perez *in l. 2. titul. 5. lib. 2 ordinamenti*, Donellus *commentariorum iuris, lib. 8. capit.* 19. Zeuallos *communium contra communes, quæſtione* 747 ſtatim in principio Farinacius *in fragmentis, lit. I numer.* 214. vbi de ignorantia præſũpta, Pichardus *in § ſed ſi rem inſtituta, hoc titulo* vbi etiam adducit limitiones noſtri Gomezij, nemp. ſi legatum fuerit relictum coniunctæ perſonæ, vel admodum dilectæ, vel ad pias cauſas, vel pro libertate, vel ſi æquiualenti pretio res obpignorata erit ita vt ſi legatarius lueret, nullum commodum ei maneret, & addit quod penſiones vel ſeruitutes quæ inſunt rei legatæ ſemper ad legatarium pertinent, Molina *de iuſtitia, tom. 1. diſputatione* 201. *ex numer.* 1. Rodriguez *in tractatu de redditibus lib 2. quæſtione 1. n. 6.* verſicul. *Adde tertium caſum.* vbi ait dari actionem legatorio contra hæredem vt luat, contra laſonem, & ſimiliter addit, dictam reſolutionem in redditu annuo ſuper relegata impoſito tũc procedere procedere, quãdo nec teſtitor, nec hęres tenebantur ad redditum, ſed ſolares legata ad illum erat obligata, referens pro hac doctrina Aluaradum *de coniecturi mente defuncti, lib, 2. cap. 2 §. 1, numer 46.* contra Padillam, & Salazar. Et in ſuper aduertit cum Aluarado ſupra quod ſi redditus ſit perpetuus, & non redimibilis, hæres non tenetur luere, vide etiam Cancerium *variarum. 3. parte, cap. 20. ex num 1.*

Ibi: *Quod tamen limita, & intellige, &c.*

Superiorem resolutionem limitat noster Gomezius (vt iam diximus) si pro tãto pretio res fit pignorata, quantum sit valor eius, quia tunc indistincte hæres debet luere, vt probat, Ciuilis *communium opinionum. libr* 2. verbo: *Legatum*, Crassus *receptarum sententiarum*, §. *legatum, quæstione* 15 *numer.* 2. Richardus supra *dicto* §. *sed si rem, numer.* 4. & alij relati, & sequuti à Zeuallos *dicta quæstione* 747 *ex numer.* 3. Gregorius Lopez *in leg* 11. *tit.* 9 *partita* 6. *glossa penultima*, vbi etiam per totam legem plures quæstiones resoluit Aluaradus etiam supra *numer* 44. & sequentibus, vbi alia, & quid in re maioræ legata? Contrariam tamen sententiam tenent alij plures relati, & sequuti à Fachinæo *lib.* 12. *controuersiarum*, *capit.* 34. sed eos improbat Zeuallos supra, *& ibi numer.* 23. probat, legatarium non vero hæredem luere debere rem legatam suppositam censui perpetuo emphiteutico, non vero si redimibilis esset, quia tunc ad hæredem pertinet redemptio, & ibi interr ad casum practicum, eum vide, & Osualdum *libr.* 8. Ad Donellum, *capit* 19. *litera* P Molinam *de primogenijs, libr.* 1 *capit.* 10. *numer* 70 & eleganter Garcias *in tractatu de expensis*, *capit.* 17 *numer* 23. & 24. vbi aliquantulum à nostro Gomezio recedit & reliquis, in quantum docent in legato coniunctæ personæ relicto, luitionem indistincte ad hæredem pertinere, vide etian Cancerium supra, vbi an legatarius teneatur ad alia onera?

43 Ad numer 40 ibi. *Et breuiter, & resolutiue dico quod sic, &c.*

Eum qui habet rem subiectam restitutioni in qua fecit aliquos sumptus, posse eos repetere, nec debere compensare cũ fructibus vt hic resolutur, & distinguitur, docent, & explicant Negusanc. *de pignor* 4 *membro* 5. *part nu.* 16. Boer *de cisione* 44. *n* 15. Vincentius de Franch. *decisione.* 109. *parte.* 1. *numer.* 2. & alij plures relati à Marzario in epitome *de fideicommissis*, 3 *parte, quæstione* 65. Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib.* 2 *capit.* 4. *numer.* 37. Surdus *de alimentis*, *titul.* 6. *quæstione.* 6. *numer* 15 & alij congesti à Fussario *in tractatu de substitutionibus*, *quæstion.* 669. Barbosa *in l. diuorio* 8. § *final. ff soluto matrimonio numer.* 40. & sequentibus, maximè *numer.* 91. 92, *&* 94 vbi cum communi resoluit in casu textus *in leg. domos*, *ff de legatis* 1. (circa quam prælens versatur quæstio) debere fieri æstimationem meliorationum secundum tempus restitutionis, licet minus sit impensum, cuius contrarium docuerunt Menochius *de recuperanda possessione*, *remedio* 15. *ex numer*; 557. & Fachinæus *libr*, 7. *controuersiarum. capit* 93 & Fussarius vbi supra *numer.* 4, cum alijs.

Ibi. *Tertio in ellige*, *vt indistincte*, *&c.*

Circa hanc intelligentiam & explicationem text. *in leg. infundo ff. de rei vindicatione*, vide supra relatos, & maximè Barbosam *in dicta leg. diuortio*, §. *finali*, *ex numer.* 88. *& numer.* 90, & sequentibus, Menochium *dicto remedio* 15 *ex numer.* 500 qui alios quam plurimos referunt, & Gregorium *in leg* 41. *titul* 28 *partita* 3. *& in leg* 7 *titul* 9. *partita* 2 *glossa* 7. *& in leg.* 26 *titul* 12. *partita* 5. *glossa* 3

Ibi. *Ex quibus infero sequentia, &c.*

Illatio ista nempe quod successor maioratus debeat soluere sumptus necessarios vel vtiles in re maioratus factos, hodie cessat *ex leg* 45. *Tauri, quæ est* 6. *titul.* 7. *lib.* 5. *Recopilation.* circa quam videndi sunt Azeuedus, & Matienzo post Tauristas in ea Barbosa *in l.* 8 § *final ff. soluto matrimonio, ex numer.* 112 Brito *de locato*, *capit.* 2. *parte* 3. *ex num* 33. Aluarado *libr* 2 *capit*, 4 *ex numer* 37, & Gutierrez *lib*, 2, *practicarum, quæstione* 81. *& sequent. vsq*, *ad* 85 apud quos & ab eis relatos latissi-

me

me materia disputatur, de quo etiam Hermosilla *in l.7 tit 4 par.5 glossa 2,n 38*

Item adde ad resolutionem principalem huius numeri, & explicationem text. *in leg. domos, ff. de legatis* 1. Gutierrez *libr. 2. practicarum, quæstione* 84. *numer.* 1. Soulam *in repetitione*, § *actionum, capit de locato, ex numer.* 42. Alnaradum *de coniecturata mente defuncti libr 2 capit. 4. numer* 37. Barbosam *dicta leg.* 8. § *finali, ff soluto matrimonio, numer.* 40. *& sequent & numer* 76. *&* 91. Gratianum *disceptationum, tom 1, capit.* 193 Menochium *de præsumptionibus, lib.* 3. *præsumptione* 32 late.

Ad numer. 41. ibi *Et breuiter, & resolutiuè dico, &* 44

Legata domo quæ postea dituitur deberi aream quæ superest, vt hic resoluitur, explicant Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 9 titul. 2. numer.* 35. Donellus *commentariorum iuris, libr. 8. capit.* 17. & ibi Osuadus, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 194. *numer. 9. &* 10. *&* 11. iterum Osualdus ad Donellum *lib* 8 *capit.* 17. *notatis literis* vbi de domo ædificata in area quæ remansit destructa domo legata, de quo etiam Garcia *in tractatu de expensis, & meliorationibus, cap* 22. *num.* 34 versicul. *Ego tamen existimo.*

Ibi: *Nec obstat text. & eius notabilis decisio.*

De intrepretatione text. *in leg. mortuo boue*, vide supra in additione ad numerum 16.

Ibi; *Vlterius prosequendo articulum &c.*

Domo legata destructa si in area sit superimpositum ædificium quod nec illud nec area debeatur, eo modo quo explicat Gomezius, probant relati supra hoc numero, & Menochius *de præsumptionibus, libr. 4. præsumptione* 171. per totam, vbi optime explicat Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 9. titul. 2. num.* 42. Gregorius *in l. 6 titul.* 11. *partita 6. glossa 4 quæstione* 28. *&* 29. *& in l. 3. titul.* 13 *partita 6. quæstione* 30. Morquecho *de diuisione bonorum lib.* 3. *cap. 4. ex numer.* 10.

Ibi: *Quoad secundum dico &c.*

Areæ legatæ si ædificium superimponatur quod vtrumque debeatur, docent omnes initio huius numeri relati maximè Garc. *in tract. de expen. d c. 22. n.* 34 vbi etiã quid in cõtractu cadẽ specie retenta? Molin. *d. disput.* 194. *n.* 8 vbi quid si testator plantet vineã, aut aliud in solo legato? & late Menoch. *lib. 4. præs.* 127 vbi latè disputat quando solum intelligantur legata ea quæ testator tẽpore cõditi testamenti habebat, & quando in legato veniant, & cõprehendatur accessiones, & vide *l.* 37. *tit. 9. p.* 6 & Cancer. *variar. 3. p. c* 20. *n.* 144 *& seq.*

Ad n. 42. ibi. *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 45

Prælegatũ relictum pluribus hæredibus inæqualiter instituti, æqualiter eis pertinere, si nominibus proprijs sũt vocati, secus si appellatiuis, vt hic resoluitur, comprobatur ex his quæ diximus supra in additione ad num. 20. c. 5.

Ad num. 43. ibi. Vide text.

Et ibi: *Omnino Doctores in l. si fundum per fideicommissum, ff. de legatis* 1. *&c.*

Ad quæstionem hic propositam de legatario qui emit ab ipso hærede rem legatam, & de interpretatione text. *in l si fundum per fideicommissum, ff de legat* 1. vide Palacios Rubios *in rubric. de donationibus.* §. 47. *n.* 16 Padillam *in l. quoties ab omnibus, Cod de fideicommissis, num* 3. & Doctores *in l. plane,* § *quod si rem, ff de legatis* 1. & Gregorium Lopez *in l* 10 *titul* 26. *part.* 4 *glos.* 1 Menochium *consilio* 87. *num.* 55. *lib.* 1. & late Barbosam *in l. quæ dotis* 34 *ff soluto matrimonio, ex num.* 144. Sarmientum, *lib* 8. *selectarum, in l. Titia,* §. *Lucia, nu.* 1. Gratianum *in regula* 315. *n* 3.

Ad num. 44 ibi: Vide text. *in l. quidam* 49 *testamento, &c*

Si res destinata solutioni legati pereat Doctores distiguũt cõmuniter, an in vna, & eadẽ oratione hat legatũ & destipatio, & tũc perire legatũ affirmãt, an

in diuersis orationibus, & tunc secus esse aiunt, vt videre est per Cardinalem Dominicum Tuschũ *lit. V. cõclus. 148. per totam* Stephanum Gratianum *disceptat: forensium, tom. 1. cap. 62. ex n. 6 & tom. 2. c. 256. & tom. 5. cap. 988.* Trullenchum. *in præcepta decalogi to. 2. lib. 7. ca. 18. dub. 12. n. 11* Barbos. *de iure ecclesiastico, libr. 3. cap. 19. n. 83.* Tiraquel. *de priuileg. piæ causæ, priuilegio 63* Quesada *diuersar. quæstionum iuris, cap 23. num. 6.* Lara *in tractatu de anniuersarijs lib. 1 cap. 15.* & alij plures relatiã D. Ioanne del Castillo *libr 4. controuersiarum cap. 54 ex numer. 17.* & quasi per totum, vbi latissime disputat, *& n. 18.* aliam resolutionem adducit ex Joanne Gatcia *in tractat de expensis, & meliorationibus, cap. 4. ex num. 34* nempe prædictã distinctionẽ vnius vel duplicis orationis non esse veram, sed solum attendendũ esse an post legatum perfectè factum addatur locus vnde solutio sit facienda executioni, vel non? primo enim casu, assignatio personæ, vel loci vnde facienda est solutio, demonstrationem inducit, in secundo vero limitationem taxationem, vel conditionem, siue in vnica, vel duplici oratione legatũ fuerit relictum. Et ibi num. 19. addit ipse Castillo supra dictam resolutionem etiam procedere in contractibus cum vide, & Valascum *de iure emphiteutico, quæstione 32. n. 7.* Rodriguez *in tractatu de redditibus, libr 3. quæstione 6. num. finali,* & Pinellum *de rescindenda venditione, 3 parte, capit. 2. numer. 15.* & Tuschum verbo: *Demonstratio, conclusione 191.* Manticam *de tacitis conuentionibus, libr 3 titul. 13. ex numer, 62.* & Guzman *de euictionibus quæstione 27. numer. 26. & quæstione 30. per totam.*

An autem in prædicto casu hipotheca inducatur in reous assignatis ad solutionem ex vi ipsius assignationis? videndi sunt Couarrubias *in capit. Raynaldus de testamentis §. 10. numer 8. & lib. 3. variarum capit 7. numer. 3.* Auendanus *de censibus, cap. 24. n. 11. & c. 25 numer. 3.* Tiraquel. *de retractu, lib. 1. §. 4. glossa 5. num. 7.* Valascus *de iure emphiteutico, quæstione 32. ex num. 17.* Donellus *lib. 9 commentariorum. cap. 21* Sousa *in repetitione, §. actionum, capit. de pignoratitia ex numer. 17.* Gratianus *disceptationum, tom 3. capit. 546. numer. 30 & tom. 4. cap. 683. & tom. 5 cap 848. ex numer 19. & cap 853. ex num. 86.* iterum Auendan *responso 23. num 3.* late Garcia *de expensis, cap. 4. ex numer. 30* Felicianus *de censibus, numer 18 in proœmio,* Surdus *de alimentis, titul. 8. priuilegio 51.* Brito *in tractatu de locato, capit. 2. parte 3. numer. 25. & capit, propter sterilitatem numer. 40, & in capit. potuit, §. 2. numer. 2* & nouissimè D. Franciscus de Amaya *in leg. 2. Codic. de annonis, & tributis, libr. 10. numer. 20.* vbi cum communi resoluit quod si dicatur super tali fundo hipotheca inducatur si autem ex tali fundo, vel de tali fundo, secus tunc enim talis fundus assignatus intelligitur ad solutionem eius quanticatis non vero affectus aliquo onere reali, quod limitant quando vel fauore Reipublicæ, vel ad alimenta paupcrum vel defunctorum anniuersaria, reditus ex aliquo fundo præstandi assignantur, quia tunc obligatio ita fundo adhæret, vt quilibet possessor in quem fundus transierit rectè possit conueniri, vt ex Lara *in tractatu de anniuersarijs, lib 1. capit. 2, ex numer 2.* Flores de Mena *lib. 1 quæstione 17.* & alijs, resoluit ipse Amaya supra *numer. 21.* vide nouissimè Salgadum *in labirintho, 1. parte, capit. 10.* vbi latè de hac materia eam optime declarantem,

Ibi: *Ex quo infertur, secundum eos &c.*

Onera imposita ciuitati remanent penes reliquos ciues licet aliqui eximãtur ex priuilegio ipsius domini, docet in præsenti noster Gomez. & idem probant aliquĩ relati per Stephan. Gratian. *disceptation, libr. 1. c. 59. n 3.* quos ipse nõ sequitur, imo contrariũ docet cũ alijs *n. 5. et 6* & idem tenet cũ Alexand.

cons.

Consilio 178 *lib.*2 Cardinalis Tuschus: *lit.* P *conclusione* 730. *num.* 7. Valascus, *cõsultatione* 12 *num* 4. Bouadilla, *in politica, lib.*5 *cap* 5. *num.*34. vbi hãc opinionem magis piam appellat, vide Molinam *de iustitia, tomo* 3. *disputatione* 673. Egidiũ Trullench *in de calogum, lib.*7 *c.*12. *dubio* 5. *ex num.*3 & Flores de Mena, *lib.*2. *quæstione fin. num.* 269. vbi laudat nostrum Gomezium, & alios refert.

Ad numerum 45. ibi; *Et breuiter, &*
48 *resolutiue dico, &c.*

Legatum, & onus in dubio debere solui ab hærede, sicut è contra honor & commodum per impersonalia verba relictum debet bæredi præstari, vt hic resoluitur, comprobant Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 4 *&* 12. *num.*2. Mãtica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.*8 *tit.*2. *num.*2 & quasi pertotum *& tit* 4 *num* 16. Menochius *de præsumptionibus, lib.*4. *præsumptione* 131 *ex num* 4 Mascardus *de probationibus, conclusione* 1137. vbi plures ampliationes adducit, D. Ioannes del Castillo, *lib* 4. *controuersiarum cap* 33 *num* 6 *&* 7: & bene amplians & limitans Fusarius *in tractatu de fideicommissis quæst* 521: pertotam, & an fideicõmissarius, teneatur ad onera, & legata? Cãcer. *variar.*3. *part. c.*20 *n.*65. post Castellum *de vsufructu c* 58 vbi an vsufructuarius debeat soluere legat?

Ibi; *Ex quo notabiliter infertur &c.*

Quod impersonalitas & incertitudo in verbo dispositiuo ex parte debitoris vitiet actum, vt hic resoluitur, docent Gratianus *disceptationum, cap.*579. *tomo* 3. *num.*26. *& tomo* 4 *cap.* 675. *num.* 20 *& tomo* 5. *cap* 941. *nu.*17. vbi etiam quod hoc non procedat in vltimis voluntatibus, vt ait noster Gomezius, & latissime Mantica *de tacitis conuentionibus, lib* 14. *tit.*29. *ex num* 45. quem videas & Qualdum ad Donel, *lib.*14. *cap.*36. *lit* Q. vbi de interpretatione Tex. *in authentica si quando, Cod de constituta pecunia.*

Ad numerum 46. ibi, *Et breuiter & re-*
49 *solutiue dico, &c.*

Legatum seruo proprio relictum fine libertate nullius essa momenti, vt docet Gomezius, explicant Gregorius *in l.*8. *tit.*9. *partita* 6. *glossa* 1. Surdus *de alimentis, tit.*8. *priuilegio* 7. Gratianus, *regula* 424. vbi ampliat & limitat, Pichardus, *in §. an seruo* instituta *de legatis*, vbi idem statuitur in legato facto seruo hæredis quod etiam non conualescit quamuis tempore aditæ hæreditatis, seruus liber reperiatur vel in aliam sit translatus, vide etiam Thomam Sanchez *in consilijs Moralibus, tomo* 1 *cap.*1. *dubio* 1.

Ibi; *Quod intelligo præterquam, &c.*

De legato alimentorum proprio seruo relicto quod valeat in terminis prædictæ resolutionis, vt hic traditur comprobat late Surdus supra, *dicto priuilegio* 7. vbi etiam *num.* 4. ait quod valet legatum alimentorum relictum fratribus ordinis Sancti Francisci, de quo Gomezius hic, & pro eo consequendo habebunt officium iudicis, quod latius disputat Thomas Sanchez *in summa, lib.* 7. *cap.*26. *ex num.*9. vbi optimè explicat quando valeat legatum relictum dictis fratribus? & resoluit, quod legatum rei immobilis illis relictum non valet, nec quo ad estimationem, si illis relinquatur vt abeis excolatur vel retineatur, secus vero si simpliciter illis legetur res immobilis, tunc enim estimatio debetur, si autem modo licito eis relinquatur, vt si exprimatur quod talis res vendatur, & in vsumfructum conuertatur in distincte valet legatum, vide eum, & Surdum supra *tit* 9 *quæstione* 33. *num.*9. *&seq* vbi iterum de legato seruo relicto.

Ibi: *Item etiam quia quando lex humana, &c.*

Quod lex positiua iusta obligat in conscientia sub reatu mortalis peccati, docent Doct res in cap 1. de constitutionibus, *& in cap. quæ in Ecclesiarum, eodem tit* Sotus *lib* 1 *de iustitia, & iure quæstione* 6, *articulo* 5. Couarrubias *in re-*

gula

gula peccatum, 2. parte § 5. num. 3. Menchaca illustrium, cap. 29. num. 1. optime Sayrus in claui Regia lib. 3 cap 7. Grego. de Valentia tomo 2. disputatione 7 quæstione 5. puncto 6. & plurimos referens Morla in emporio, tit. 1. quæstione 7. pertotâ vbi bene explicat, Diana resolutionum Moralium 1. parte, tractatu 10. resolutione 20. & multis sequentibus, vbi de pluribus legibus pœnalibus, an, & quomodo obligent in conscientia.

50 Ad numerum 47. ibi: *in quo articulo breuiter & resolutiue, &c.*

Ja voluntatem hæredis vel alterius tertij non posse conferri legatum, secus in arbitrium eorum, vel etiam in voluntatem legatarij, vt hic resoluitur, docent & explicant Couarrubias *in cap. cum tibi de testamentis, num. 8. & 9.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 3 parte, num. 41, & seq & l. 2. § fin. num 1. ibidē* Donellus optime declarans, *lib 8. commentariorum cap, 15.* vbi Osualdus subtiliter disputat, plures referens, & refellens, vbi etiam ait valere dictum legatum fauore libertatis. Castillo *in l. 31. Tauri*, verbo: *De el tercio*. Fachinæus *lib. 5. controuersiarum, cap. 58. & 59. latissime disputans*: Gregorius Lopez *in l. 29 tit. 9. partita 6.* Costa *lib 1 selectarum cap. 21. num. 12. & cap 22. & 23. & 25.* Suarez *de captatoria, nu 6.* & ibi Valdesius, & plures referens Fusarius *in tractatu de substitutionibus, quæstione 503. ex num. 62. vsq; ad finem*, vbi latissime declarat Matienzo. *in l. 5. tit. 4. glossa 1. num. 3. lib 5. recopilationis*, Thomas Sanchez *de matrimonio, lib. 5. disputatione 1. num 7.* Jacobus Canerius *variarum, cap. 20. de legatis ex num. 82. cum multis sequentibus*, vbi etiam de declaratione & arbitrio commisso, & de captatoria volūtate, Molin. *de iustit. tomo 1. disputat. 157. vbi num 5.* quod si relinquatur in voluntatem hæredis, eo semel volente valet legatum, & omnium latissime D. Ioannes del Castillo *lib. 2 controuersiarum, cap. 6.* quasi per totum, & nouissimè Carpio *in tractatu de executoribus & commissarijs, lib 2. cap. 11. & sequentibus.*

Sed est controuersia, vtrum hæc mutata sint de iure Regio. & quidem ipse Castillo, *dicto cap 6. tomo 2. controuersiarum* cum Padilla *in l 1. de legatis 2 n.* 53. Matienzo *in l. 5. tit. 4. glossa 1. num. 4. lib 5 nouæ recopilationis* & alijs mutata esse atq; innouata afferit, & idem repetit *in lib. 4 controuersiarum cap 36 ex num 2* prout eum explicat Carpio *dicto cap. 11 lib. 2.* n'hilominus tamen ipse Carpio ibidem *ex num. 21.* contrariam sententiam bene defendit, imo l. 31 *Tauri, quæ est l. 5 tit. 4. lib 5. recop.* non probare substantiam dispositionis in alterius voluntatem posse conferri, quamuis declaratio & electio possit, eos vide, & in specie eundem Carpium, qui *cap. 14.* disputat, an solutio legati in voluntatem alterius conijci possit? *& cap 16* an possit quantitas legati alterius voluntati committi? & per totum librum latissime materiam explicat.

Ibi quod tamen fallit in legato libertatis, &c.

Predictam resolutionem cessare in legatis pijs, & libertatis, resolut in præsenti Gomezius, & tenet plerique. ex supra relatis, quos etiam videre poteris pro explicatione Tex. *in l. fideicommissaria, ff de fideicommissarijs libertatibus*, de quo Costa *in lib. 1 selectar, cap. 22. per totum*, Spino *de testamentis, glossa 5. num. 59.* versiculo *sed probabilior*, Osualdus ad Donellum *lib 8. cap 15 ad finem*, Pichardus *in tractatu de fideicommissarijs hæreditatibus, in principio num. 15* Fachinæus, *lib 5. controuersiarum cap. 59* Gregorius *l. 11. tit 3 partita 6. glossa 2.* Sarmiento *lib. 2. selectarum, cap 6. num. 7.* Carpio de executoribus & commissarijs, *dicto lib. 2. cap. 13.* Barbosa plures referens, *in tractatu de iure Ecclesiastico lib. 3. cap. 27. num 71.*

Et de illa conditione: *Nisi hæres meus noluerit vel cū voluerit*, preter iam relatos videndi sunt Sarmiento *lib. 2 selectarum 6 num. 18. & sequentibus*, Costa, *dicto lib.*

1. *selectarum cap.* 24 Barbosa *in l.* 2 § *fina. ff. soluto matrimonio, num.* 1. Mor. *in empto* 1. *parte tit.* 9. *quæstione* 9. *num.* 13. Gregorius, *in l.* 30 *tit.* 9. *partita* 6. Cancerius 3. *parte. cap.* 20 *ex num.* 82 & 92 & *seq.*

51 Ad numerum 48 ibi *in quo articulo re solutiue dico, &c.*

In legatis electionem de incertis personis non posse committi, secus de certis, vt in exemplis positis per nostrum Gomezium, & posse eligi vnum vel plures, & nullo electo, omnes admitti, docent & explicant ex notissimis iuris principijs, Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 33 *ex num.* 52. Pelaez *de maioratibus* 1. *parte, quæstione* 48. *num.* 3 Iacobus Cancerius, *cap.* 20. *de legatis, in suis varijs, ex num* 94. Richardus *in* §. *incertis, instituta de legatis*, Suarez *de capellaniis, num.* 6 & ibi Ouiedo, Molina *de primogenijs, lib.* 2 *cap* 4 *num.* 3 & sequentibus, & *cap* 5 vbi latissime de electione indigni & non benemeriti ipsi testatori: Zeballos *communium contra communes, quæstione* 265. *num.* 7. & 8 Sarmiento *lib.* 8. *selectarum. in l. cum quidam ff. de legatis* 2. & *in l. vnum ex familia eodem tit* Gonçalus *lib* 8 *commentariorum, cap.* 15. & 28 vbi Otoaldus late, iterum noster Gomezius *in l.* 33. *Tauri, num.* 4. Gutierrez *practicarum quæstione* 42. *lib.* 2. *num* 2. Matiẽzo *in dicta l* 5 *tit.* 4. *lib.* 5. *glossa* 2 *num.* 3. & ibi Azeuedus, *num* 11 & sequentibus, Aluarado *de conecturatamente defuncti, lib* 2. *cap.* 2 *ex num* 16 quem omnino videas, quia late explicat & declarat, & latius Puffarius *in tractatu de substitutionibus quæstione* 503. *ex num.* 50. vbi comprobat declarationes nostri Gomecij, & alias adducit *in quæst. seq. vsq ad quæstionem* 511 & *quæstione* 380. vbi agit de electione vnius vel plurium de qua hic fit mentio per nostrum Gomezium, & maxime *ex num.* 8. vbi aliquas declarationes adducit, & D Ioannes del Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, cap.* 36. vbi de facultate meliorandi concessa per testatorem & *num* 61 ex Menochio, *consilio* 158. *n.* 8 *lib.* 2. Cabedo *decisione* 134 *per totam, 1 parte*, resoluit, quod ex subiecta materia perpetuitatis in maioratibus, electio primo vocato concessa ad vlteriores extenditur, D. Larrea *decisione Granat, 40. num* 30 vbi quod si is qui nominare potuit, nominationem non fecerit, ille succedet, qui alias de iure ad successionem admittitur, de quo Molina *de primogen lib.* 2 *cap* 4. *num.* 41 & plures referens Castillo, *lib.* 2 *controuersiar. cap.* 6. *num* 56. & *lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 12. vide etiam latissime materiam illam explicantem Carpium *in dicto tractatu de executoribus & commissarijs, lib.* 2. *dicto cap* 11 13. 15. & multis sequentibus. Et quod legatum non virietur ob incertitudinem si amicis relinquatur, Matienzo, *in dialogo, 3. parte cap* 17. *num* 1

Ibi *infertur quod si testator reliquit pauperibus talis loci, &c.*

Quod legatum pauperibus relictum non infirmetur ex eo quod incertis personis relinquatur, & quod hæres vel commissarius eliget secundum voluntatem testatoris, & eo non eligente, admittentur omnes, docent Mantica *de conecturis vltimarum voluntatum lib.* 8. *tit.* 4. *num*, 3. & *sequentibus*, Barbosa *in collectanea, cap.* 4. *de testamentis*, vbi quod relictum Ecclesiæ intelligitur de pauperiori, Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privilegio*, 17. *num* 5 noster Gomezius *in l.* 30. *Taur. num.* 49. Aules *in capitibus prætorum cap.* 2. verbo *ninguno num*, 3. vbi quod vni potest conferri, Barbosa *l.* 1. 3 *parte ff. soluto matrimonio num.* 45. & 51 Costa *in cap si pater*, verbo *pauperes ex num.* 12. vbi quod relictum Ecclesiæ intelligitur de Parrochiali & alia Carpio *in tracta tu de executoribus & commissarijs, lib.* 1. *cap*, 16 *num*, 42, & *lib*, 2, *cap*, 19. *num.* 66 & *sequentibus vbi num*, 67, ait vndecim requisita esse considerandain elemosinæ largitione, & quomodo distributio sit facienda, & alia, & *cap.* 16 *lib*, 1, *eiusdem tractatus* explicat qualiter contingere potest incertitudo circa personas, res

&

& quantitatis, Thomas Sanchez latissimè *in consilijs, lib 4 cap. 1. dubio 57. & seq* vbi latissime de hac materia & plures referens Barbosa *in collectanea ad l. id quod pauperibus, Cod. de Episcopis & Clericis, num* 2 & vide etiam Menochium, *lib 4. præsumptione* 125. vbi de quibus pauperibus intelligatur legatum.

52 Ad numerum 49 ibi. *inquo breuiter dico.*

Et ibi: *nec obstat, &c.*

Non solum quæ erant in loco assignato, tempore conditi testamenti, sed etiam quæ postea posita fuerunt de voluntate testatoris deberi legatario, cui legatum fuit quid quid habet in tali camera, hic resolvitur, vt vides, & traditur interpretatio ad Tex. *in l. sita ff. de auro & argento legato*, sed circa præsentem quæstionem, & explicationem dictæ legis ingens versatur controuersia inter Doctores qui constituunt regulã generalem, scilicet tempus præteritum spectandum esse in legatis, ad iudicandum quæ res comprehendantur in legatis, quam late declarant, & limitant Couarrubias, *in cap. 2 practicarum, ex n.* 2. per vndecim conclusiones, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 3. tit. 11.* per totum, vbi *num. 9.* probat ex multis, quod si domus fuerit legata cũ omnibus ibi existentibus, non cedunt legato, quæ postea fuerint illata etiam ab ipso testatore, *& lib. 9. tit. 3 ex num.* 13. Menochius *lib. 4. præsumptione* 126. *&* 127 per totam, Richardus *in repetitione tit de legatis, cap. 19. nu.* 11. Fachineus *lib. 12 controuersiarum, cap.* 76. vbi etiam tradit, an dicta regula habeat locum in relictis coniunctæ personæ, de quo etiam Castillo *in tractatu de vsufructu, ca* 44. *num* 11. *&* 12. vbi & per totum caput disputat præsentem quæstionem, vt etiam facit, *in lib. 4. controuersiarum, ca.* 49. vbi latissime controuertit *& num.* 5. *&* 6 fere infinitos Doctores refert, *& num* 9 ait, quod legatum factum de omnibus bonis quę Perusiæ reperiri possunt, solum intelligitur de his quæ tempore testamenti in ea ciuitate reperiebantur, *& n.* 11. *& sequentib.* probat ex coniecturis a prædicta regula esse recedendum, Molina *de iustitia & iure, tomo* 1. *disputatione* 202. *ex num* 13. *vbi ex num.* 3 an iura & actiones inter mobilia legata computentur? *& num* 6 probat legatum eorum omnium quæ certo loco continentur non comprehendere iura & actiones, esto instrumenta ibi contineantur, de quo etiam Menochius supra Et *num.* 15. agit quid comprehendat legatum apothecę pannorum & aliæ? Pinellus *in rubrica Cod. de bonis maternis, 1. parte. num.* 10. *& seq.* Morla *in emporio tit* 8. *num.* 9. vide etiam Sarmientum *lib* 8. *selectarum, in l cum ita legatur ff. de legatis* 2 Barbosam *in rubrica, ff. soluto matrim. 3 parte, num.* 8. Garciam *de expensis, cap* 22. *num.* 33 qui late explicat textum *in l sita ff de auro & argento legato.* de quo agitur hoc num, & Cancerius *variarum, 3. parte, cap, 20. num.* 131.

Ad numerum 50. ibi: *& breuiter dicendum est quod sic, &c.* 53

Testatore legante frumẽtum quod habet in certo loco, si illud consumat ipse & aliud ibi reponat, illud debetur vt hic resolvitur, & docent plures ex relatis numero antecedenti, maxime Mantica *de coniecturis vltimar voluntatum dicto lib. 3. tit. 11. num* 16. Menochius *dicta præsumptione* 127. *num.* 30. *& consilio* 330 *circa finem, lib* 4. D. Joannes de Castillo *lib. 4 controuersiarum, cap.* 37 *num* 37. vbi nostrum Gomezium laudat, & Cancerius *variar, 3 parte, cap. 20. num.* 258 *&* 268.

Ad numerum 51 ibi, *Quod Titius lega* 54
tarius habebit dimidiam, &c.

Testatore legante Petro quantum hæredes habebunt, Petrus habebit dimidiam partem hereditatis, & dimidiã heredes, & idem si dicat quantum heres habebit, ita resolvit Gomezius hic & comprobant Couarrubias *lib. 1 variarum resolutionum, cap. 13. num. 9:* versicu

Sex-

ſexto ſubinferetur, Sarmiento *lib.* 8. *ſelectarum, in l. Lucius, num.* 13. *& in l. ſi ita relictum & in l. ſi pluribus ff. de legatis* 2. quia indefinita æquipollet vniuerſali vt ait Gomezius, de quo latiſsime Caſtillo, *lib* 4 *controuerſiarum, cap.* 44.

Jbi: *Si vero legauit Titio tantum, &c.*

Si legatur Petro tantum quantum vnus hæres habebit, intelligitur legata minor pars in qua vnus hæredum fuit inſtitutus, quod confirmatur euidenter ex illa vulgari regula, nempe quod hæredes intelliguntur minus grauati, quantum poſsibile eſt, de qua Clarus, *in* §. *teſtamentum, quæſt.* 76. *regula* 4. Menochius *lib* 4 *præſumptione* 106. *num* 18. *& ſequentibus*, & alij fere infiniti congeſti per D. Ioannem del Caſtillo, *in tractatu de vſufructu, cap.* 30. *num.* 38. *& ſequentibus, & in lib.* 4. *controuerſiarum, cap.* 33. vbi latiſsimè exornat, de quo etiam diximus ſupra in additione ad numerum 29. verſiculo *aduertendum tamen eſt.*

Item *adde quod ſi teſtator ſimpliciter, &c.*

Grauaris heredibus ſimpliciter dare Titio decem, quod omnes teneantur tantum dare decem, comprobari poteſt ex dictis num. antecedenti, & tradit Sarmiento *lib* 8 *ſelectarum in l. ſi pluribus ff. de legatis* 2 quem vide, & Gregorium, *in l.* 6 *tit.* 11. *partita* 6 *gloſſa* 1. *& in l.* 22. *tit* 1. *partita* 7. *gloſſa* 6.

55 Ad numerum 52. ibi. *non poteſt ſimpliciter renunciari. &c*

Simpliciter non poſſe renuntiari legatum factum ſubconditione vel in diē ſecus per viam pacti vel conuentionis cum hærede, vt hic reſoluitur, docent Cujacius *in l. & hæredi* § *finali ff. de pactis*, Duarenus *ad titulum ff de acquirenda hæreditate, folio mihi* 1081. Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap.* 25. *ex num* 1 vbi quid ſi iuramento confirmetur, Gregorius *in l.* 19 *tit.* 6 *partita* 6 *gloſſa finali*, & explicat optime Pichardus *in* §. *omnis*, inſtituta *de verborum obligationibus. num.* 13. 22. *& ſequentibus vſq. ad* 25. apud quos videri poteſt intellectus ad Tex. *in l ſi ita* 45. § *ſi ſubconditione ff de leg.* 2. in quo fundatur præſens quæſtio cui aliam interpretationem dederunt Laſſarte in tractatu de Gabellis, *cap.* 6. *num.* 11 & Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſa* 14 *num* 32 quos vide. & Coſtam, *lib* 1. *ſelectarum, cap.* 20. & Sarmiento *lib.* 8 *ſelectarum, in dicto* §. *ſi ſub conditione.*

Jbi; *Et eodem modo, &c.*

Legans teſtator quod ſibi debetur intelligitur pure, non vero de debito ſubconditione vel in diem, vt hic reſoluitur, tradit Sarmiento *lib* 8 *ſelectarum in l. ſi ita ſcripſiſſet, ff. de legatis* 2. quia debitor in diem vel ſub conditione non dicitur proprie debitor, vt docet Tuſchus *lit. D concluſione* 34. *&* 35. Barboſa *in tractatu de nominibus appellatiuis*, verbo *debitor.*

Ad numerum 53 ibi: *Item adde, quod ſi* 56 *appareant duo teſtamenta, &c.*

Si duo teſtamenta appareant eiuſdem ſolemnitatis & temporis, in quibus reperiatur diuerſa quantitas legata, minor debetur, vt hic reſoluit noſter Gomezius, comprobatur ex ijs quæ diximus, in additione ad numerum 51. ſupra in verſiculo: *Si vero legauit Titio*, & ita docent Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 9. *tit* 1. *num.* 5. Parladorus, *tomo* 3 *quotidianarum, differentia* 17. §. *vnico, num.* 5. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 4 *lib* 5. *recop. num.* 69 in quo aduertendum eſt quæſtionem noſtri Gomezij verſari in caſu quo vnicum teſtamentum eſt, duo tamen ſunt exẽpla iſtius æque principalia, tunc enim minor ſumma debetur, ſi autẽ vnum eſt originale ſeu protocolum aliud autem tranſſumptum ex eo, tunc originale attenditur, ſi autem duo teſtamenta appareant æque principalia, nec conſtet, quod ſit primum vel ſecundum, tunc neutrum valebit, de quo videndi ſunt Menochius *de arbitrarijs, caſu* 213. *num* 15, Sarmiento *lib.* 8. *ſelectarum in l. Sempronius* 47. hic allegata, *ff. de legatis* 2. & noſter Gomezius

zius *in l.* 45. *Tauri, num.* 142. Clarus §. *testamentum quæstione vltima*, Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio. 2. parte, num.* 16. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 8. *tit.* 20 *in l.* 8. *tit.* 4. *glossa* 1. *&* 2. *lib.* 5. *recopilationis* Rota apud Farinacium *decisione* 269. *&* 232 *in decisionibus criminalibus, lib.* 2. *post librum* 2 *consiliorum*, Castillo *in l.* 17 *Tauri filio mihi*, 87. Menochius iterum *casu* 48. Tiraquellus *de pia causa. priuilegio* 126. vbi quid si in vno reperiatur scriptum legatum pium? Gratianus *regula* 182 Garrafco *ad leges recopilationis, cap.* 11 *num* 182 Fachinæus. *lib* 10. *controuersiar. cap.* 33 vbi quid si fiscus concurrat? de quo Farinacius *in fragmẽtis*, verbo: *Fiscus, num* 195. *& sequentibus*. Amaya *in l.* 1. Cod. *de iure fisci, lib.* 10. *ex n.* 39. Mantica *de coniecturis tacitis, lib.* 11 *tit* 22. *ex num.* 11. iterum Farinacius verbo *identitas*, vbi quando præsumantur instrumenta esse eadem vel non? Barbosa *in collectanea, cap. in nostra de restibus, nu.* 17. *& in cap. imputari de fide instrumentorum, num.* 2.

57 Ad numerum 54 ibi: *in quo articulo resolutiue dico, &c.*

Non honoratum onerari non posse, vt distinguitur, & declaratur hic per nostrum Gomezium, docent &, explicant Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 1 *num* 10 *& seq.* Duarenus *ad l.* 12. *ff. de legatis* 1 Tuschus, *practicarum*, *lit* G. *conclusione* 76 & vt in vno plures referã de hac materia videndos est Fusarius *in tractatu de substitutionibus quæstione* 293 & pluribus sequentibus vbi latissimè eam prosequitur, & bene disputat, an a venientibus abintestato, vel à substitutis, vel à legitimis hæredibus pupillorum possit relinqui legatum vel fidei commissum? de quo etiam videndus est Richardus, vbi infra citabitur & sunt optimi Tex. omnino videndi, & in eis Gregorius *l.* 3. 4. 6 *&* 7. *tit.* 9. *partita*, 5. & Donellus commentariorũ iuris *lib.* 8 *cap.* 7. *& sequentibus*, vbi Ossualdus, Pinellus, *in l.* 1. *Cod. debonis matern. l.* 1. *part. num.* 5. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 8. *tit.* 1 *num.* 33. Molina *de primogenijs, lib.* 1. *cap* 1. *num.* 8 *& lib.* 2. *cap.* 4. *num* 15; *cum sequentibus* Surdus *de alimentis tit* 8. *priuilegio*, 14. *num* 1.

Ibi *Quod limita. & intellige &c.*

Heredem vel patrẽ hæredis vel legatarij vel tutorem vel curatorem eorũ grauari posse, vt hic resoluitur, docent Peregrinus *de fideicommissis articulo* 1. *nu.* 18. *& articulo* 12. *num.* 5. Crassus *in* §. legatum, *quæstione* 13. *num* 3. *&* 4. *& in* §. *fideicommissum, quæstione* 6. *num.* 2. & alij plures adducti a Fossario *in tractatu de substitutionibus quæstione* 303. & Valdesius in additionibus ad Suarez *in l. quomã in prioribus, limitatione* 1. verficulo: *Sextus casus ejus*, Costa *in c. si pater*, 1. *p.* verb: *Eidẽ filio, num.* 6. *&* 2 *parte*, verbo; *Debitæ, nu.* 18 & Richardus *latissime. in repetitione, tit. de legatis, cap* 7. *per totum*, & de patre vel Domino hæredis quomodo grauẽtur *& de explicatione l.* 11. *ff. de legatis* 1. videndi sunt Sousa *in repetitio.* §. *actionũ* instituta *de actionibus, in cap. de pignoratitia, num.* 37. Fachineus *lib.* 5 *controuersiar cap.* 56. late Ossuadus ad Donel. *l.* 8. *ca.* 10. Costa *in* §. *& quid si tantum* 5 *parte, n.* 86 & latissime disputans Richardus *in dicta relectione de legatis cap.* 6. *per totum. & cap.* 7. 8 *&* 10 *& sequentibus*, *& in* §. *præterea* instituta *de fideicommissarijs hereditatibus* quem allegare sufficiebat, quia latissime materiam prosequitur, *in dicto cap.* 6 *& sequentibus.*

Ad numerum 55. ibi. *& resolutiue dico, &c.* 58

In legato lanæ cãm comprehendi quomodo cumq; sit, dummodo non sit facta tela vel tincta, in legato vero lini indistincte illud comprehendi, vt hic resoluitur & latius distinguitur 1, *in l. si catiana, ff. de legatis*, 3 docent & explicãt Couarrubias *lib.* 1. *variar, resolutionum, c.* 13 *num.* 9. verficulo *decimo*, Ossualdus, & alij ab eo citati, in annotationibus ad Donellum *lib* 8. *cap.* 19. *lit* C. qui componunt decisionem predicti Tex. *in l.*

si:

simillimam, cum leg. 32. §. 6 ff. de auro & argento legato, inter quos contrarietas videtur repetiri Gregorius Lopez *in leg. 42. tit. 9. part. 6.* quæ idem probat, Menochius *de præsumptionibus, lib. 4. præsumptione 151, numer. 6.* item Ioannes a Parexa *in rito quadrimestri, 2. parte, numer. 43.* Molina *de iustitia, tom. 1. disputatione 202. numer. 16.* vbi ait se credere decisionem dicti tex. *in l. si in hac* lancitam tũc fuisse iuxta loquendi morem eam tempestate idiomate latino. hodie verò in vna quaque regione consuetudini loquendi esse stãdum, præsumptæque testatoris voluntati, in dubio autem adhærendũ esse dispositioni dictæ legis.

59 Ad numer. 56. vbi *Et magis aliter, & resolutiuè dico &c.*

Duobus modis, tacitè scilicet, & expresse, reuocari legata, vt hic eleganter resoluitur per nostrum Gomezium, exornant latissime Couarrubias *in rubrica de testamentis, 3. parte, num. 19.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib. 12. tit. 2.* & quatuor sequentibus, Menoch. *lib. 4. præsumptione 169.* & etiam quatuor sequentibus Barbosa *in l. si ab hostibus 11. §. finali ff. solut. matrimonio, ex num 8.* Suarez *in leg. quoniam in prioribus, in declaratione legis Regni*, verficul. *Nono quæritur*, vbi Vald. Ius, Spino *in speculo testamentorum glossa 18. ex numer. 45.* Menchaca *de succession. creatione, lib. 2. §. 10. ex numer. 621.* Lara *de communibus, cap. 20. numer. 20. & 32.* vbi quod censetur ademptum legatum ex hipotheca pro eo quod valet res legata, & ibi alia, & an valeat legatum rei hipothecatæ? Molina *de primogen. lib. 1. capite 9. ex n. 38.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, libr. 2, capite 2. n. 35. & lib. 3. c. 2. nu. 29. & sequentibus*, & alij plures in vnum congesti per Dloan. del Castillo *lib. 4. controuersiarum cap. 37. ex nu 11. vsque ad 38.* vbi plures coniecturas mutatæ voluntatis adducit, & item *nu. 59. ad 80.* Cancerius *variis, 3. p. c. 20. n. 353.* & seq. vbi de legato conditionali, & pro, vel pro dote, nec non Pichard. & alij ab eo relati *in princip. instit. de adempt. legatorum, n. 40.* & per tot. *& in §. si rem suam instit. de legatis, & in § si eadem res nu 51.* apud quos latissime materia præsens explicatur, et eam prosequitur Donellus *commentarior. iuris, lib. 8. cap 17.* et ibi Oualdus *in notatis*, et Petrus Gregorius *in syntagmat. lib. 42. capite 33 ex num 28.* Salgado *in labyrintho, part. 2. cap 19. vbi num. 19* quod non reuocatur legatum ob hipothecam, sed heres debet luere, et tradere legatario vide etiã Cancer. *3. par 20 n. 257. & seq* vbi quid si permutauerit, hipothecauerit, vel vendiderit cum pacto de retro vendendo vel si alienauerit, alio modo etiam inutili, *& n. 275*, vbi an alienatio præsumatur necessaria? Molina *de iustitia. tom 1 disputatione 212.* per totam, *vbi numer. 3.* addit quod cum reuocatio legati ob inimicitiam, in præsumpta voluntate fundetur, non habebit locum in foro conscientiæ si de contraria testatoris voluntate constet, imo nec in exteriori foro, si hoc sufficienter probetur Farina ius *in praxi criminali, tomo 4. quæstione 120. num. 102.* vbi de vxore quæ non curauit virum in infirmitate, an auferatur ab ea legatum tanquam ab indigna? *& quæstione 128. numer. 68* vbi an legatum relictum Ecclesiæ pro lepra cura, debeatur etiam, si testamentum rumpatur? Fachinæus *libr. 4. controuersiarum, capit. 13.* vbi quod legatum reuocatum ob inimicitias non conualescit, licet postea testor fecerit codicillos, & non reuocauerit illud cum potuerit, quod etiam docet Thomas Sanchez *in consiliis, lib. 4. c. 1. dubio 25. n. 11. & in dubio 38.* latissime explicat materiam huius resolutionis, & an vxor amittat legatum ob adulterium commissum viuo, vel mortuo marito Costa *in c. si pater*, verb. *Legauit ex n. 17* & Mantica *in lib. 6. coniecturarum tit. 12. num. 6.* vbi quod si testator voluntarie rem legatam alienauerit, eique aliam subrogauerit, idem nomen illi imponens valet legatum, Gratianus

regula 239. vbi de reuocatione legati ob inimicitias, & *n.* 8. probat cum multis resolutionem procedere etiam si inimicitiæ culpa testatoris oriretur de quo etiam Lara *de anniuers. lib.* 1 *c.* 11 *n.* 37. & *in regula* 458. vbi latissimè de reuocatione tacita legati, ex alienatione voluntaria rei legatæ, vbi plures ampliationes, & viginti limitationes congerit, late Cardinalis Tuschus *lit.* L. *conclusione* 138. vbi de omni reuocatione fusissimè agit Salgado *in labirintho, parte* 2. *capit* 19. *num.* 15.

Quot autem testes sint necessarij ad probandas inimicitias, vel aliam causam ex qua tacita reuocatio inducitur, sunt diuersæ opiniones, & magis placuit duos testes sufficere, vt videre est per Couarruu. *in rubrica de testamentis*, 1. *parte num.* 21. & alios relatos a Gratiano *dicta regula* 239 *n.* 7. & Mascardum *de probationibus, conclusione* 406. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 12 *tit.* 16. *num.* 9 quod ita intelligendum est nempe quia in hoc casu agitur de declaratione voluntatis probanda, non de noua dispositione inducenda, vt ex Petro Surdo *in consilio* 129. *lib.* 1. probat Castillo *lib* 4. *controuersiarum, cap* 19. *numer* 16 & per totum, vbi latissime agit, quando duo testes sufficiant, & quando plures requirantur?

Controuertitur etiam, an legata censeantur reuocata ex eo quod postea liberi nascantur? in quo crebior resolutio est, quod si legata sint ita magna, quod testator verisimiliter ea non reliquisset, si de liberis cogitasset reuocentur, secus de paruis, quæ etiam si de eis cogitasset, fecisset, sic multos referens Tiraquel. *in leg. si vnquam*, verbo. *Omnia, vel partem. numer.* 15. Mantica *de coniecturis, lib.* 12. *titul.* 2. *numer.* 30. Benedictus *in capit.* Raynutius §. *eo tem testamento relinquens, el primero, numer.* 233. & cum eis Thomas Sanchez *in consilijs libr.* 4. *capit.* 1 *dubio* 25 *numer* 6. *vbi num* 7. declarat quale debeat esse arbitrium in hoc, & per totum dubium bene explicat, & Gregorius *in l.* 8. *tit.* 4 *partita* 5. *glossa* 3.

Ad numer. 57. ibi: *Et magistraliter, & resolutiue dico, &c.* 60

Sex modis posse relinqui legata, pure, in die, sub conditione, sub modo, subdemonstratione, vel sub aliqua causa, hic resoluitur, & de duobus quos hic prosequiturnoster Gomezius hoc numer, nempe de relictis pure, vel in diem certum, videndi sunt Spino, & ab eo relati, *in suo speculo testamentorum, glossa* 8. *principali, numer.* 1. & per totam, vbi de legato pure relicto latissimè agit, & *in glossa* 14. *ex numer.* 30. vbi de legato in diem certum, Donellus *lib.* 8. *commentariorum capit.* 30. & ibi Osualdus, Petrus Gregorius *in syntagmate libr.* 42 *capit.* 32. *numer* 36 48. & *sequentibus*, Zeuallos *quæstione* 790 *ex numer.* 25. & per totam quæstionem, vbi late disputat, an legatum relictum post mortem alterius sit conditionale, vel in diem? Tuschus *litera* L. *conclusione* 35. & 36 vbi quando dicatur legatum purum, & plures casus adducit, Castillo *in leg.* 27. *Tauri*, verb. *Grauamen el segundo, numer.* 41. iterumque noster Gomezius *in leg* 17 *Tauri, numer.* 6. late Padilla *in leg. post mortem. Codic. de fideicommissis*, Gratianus *disceptationum forensium, capit.* 136. *ex nume.* 25. *vsque ad* 45. vbi de transmissione legati, quando dies certa, vel incerta est adiecta solutioni, seu executioni, vel substantiæ, & dispositioni legati, Menochius *lib.* 4. *præsumptione* 175. vbi declarat quando legatum dicatur purum, vel in diem, vel modale Richardus *in* §. *omnis stipulatio, instituta de verborum obligationibus, numer.* 8, & 22. & sequentibus, vbi reprobat Spinum vbi supra dicentem nullum esse discrimen inter legatum purum, et præsenti die relictum, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 205. vbi de legato in diem certum, et quod in eo non transfertur dominium ante diem nisi tra-

da-

datur, Ioannes Gratianus *in regula 286.* vbi latè declarat, an legatum in diem certum relictum possit statim restitui? & numero 1. probat cum Padilla supra quod talis restitutio conferatur donatio, & an executor testamenti possit hanc restitutionem facere? de quo Matienzo *in leg. 14. titul. 4. glossa 1. numer. 37 & 38. lib. 5 Recopilationis. & numer. 3* addit ipse Gratianus, quæstionem controversam in Pinciana Cancellaria, an si facta hac restitutione ante diem filij nascantur hæredi ante quam dies legati cedat, possit talis restitutio reclamari? *ex leg. si vnquam Codic. de reuocandis donationibus*, & tandem distinguit ita, quod si hæres sit filius, vel descendēs, reuocabitur talis restitutio, tanquam donatio, *ex leg. cum auus, ff. de conditionibus, & demonstrationibus, & ex alia leg. si vnquam*, si autem hæres esset extraneus, iterum distinguit, an dies cito cedat, & non reuocetur, aut non cedat cito, & tunc reuocetur cum sit donatio.

61 Ad num 1. 58 ibi: *Et resolutiuè respondeo &c.*

Relictum in tempus legitimæ ætatis intelligi quando percenset ad tempus viginti quinq; annorum, & non ante, etiam si veniam ætatis impetrauerit, docent etiam Caldas Pereira *in leg. si curatorem*, verbo: *infra legitimum tempus, numer. 22.* Tusch. *litera V. conclusione 91 numer. 6 & conclusione 102. numer. 4.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr. 3 titul. 4. numer 15. & libr. 5. tit. 12. nu 26.* Colla *in §. & quidsi tantum 5. parte, n 46. & sequentib.* & plurib. relati à Barbosa *in tract. de nominibus appellatiuis appellatione 10.*

62 Ad numer. 59. ibi. *Pro cuius perfecta resolutione dico &c.*

Quinq; definitiones conditionis adducit hic noster Gomezius, de quibus videndi sunt Mantica *de coniecturis vltimar. voluntatum, lib 10. tit. 5 n. 2 §. primo in speculo testamentorum. gl. ffa 14 n. 4.* Zuall. *communium contra communes, quæstione 79. numer. 9.* & alij relati à Castillo *lib. 4. controuersiarum, cap. 55 nu 26 & 27.* Donellus *lib. 8. commentariorum, cap. 30.* & ibi Osualdus *notatis litera B.* Duarenus *in titul. de conditionibus institutionum, capit. 2.* Carpio *in tractatu de executoribus, libr. 2. capit. 12. numer 15.* Richardus *in relectione titul. ff. de acquirenda hæreditate capit. 19. numer 6.*

Ad num 60. ibi *Ibi item adde &c* 63

Conditionum alias esse casuales, alias potestatiuas, alias mixtas, vt hic resoluitur in principio, docent, & explicant latissime Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib 11. titul 16 nu 14,* Menochius *lib. 4 præsumptione 183. per totam* Mieres *de maioratibus, 2. parte, quæstione 50.* Peregrinus *de fideicommissis articulo 16 ex numer 115.* Tusch. *conclus. 578.* & tribus sequentibus *litera C.* Molina *de primogen lib. 2. cap 13.* & cum eis Castillo *libr. 4. controuersiarum, cap. 25. ex num 68 cum multis sequentibus*, vbi etiam alios refert, & optimè declarat harum conditionum naturam, & effectus, Spino *in speculo testamentorum, glossa 14 ex num. 11.* Cujacius *obseruationum lib 14 obseruatione 2.* Duarenus *de conditionibus institutionum, capit. 5.* Sarmiento *libro 2 selectarum cap. 1. num 10. &* sequentibus, Menochaca *controuersiarum illustrium lib 3 ca 93.* Osualdus ad Donellum *lib. 8. cap. 34* Parladorus *differentia 1. 47.*

In dubio autem dispositio potius præsumitur pura quam conditionalis, nisi ex aliquibus verbis, & circumstantijs testatoris coniecturata contrarium colligatur, vt docent Menochius *libr. 4 præsumptione 175 num. 7.* Mieres *de maioratu 2 part. quæstione 4. illatione 8. numer 17.* & alij adducti à Castillo *libr. 4. controuersiarum, capit. 55. numer. 23* provt etiam ex iisdem coniecturis, & si verba secundum suam propriā significationem conditionem inducent, ex coniecturata tamen mente testatoris non significant conditionem, sed diem aut temporis dila-

tionem, ex eodem Menochio *consilio* 594 *num.* 22 *lib.* 5. & alijs concludit idē Castillo supra *nu.* 26.

Item ex quibus verbis conditio inducatur, videndi sunt Bart. & cæteri *in l.* 1 *ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* Tusch. *lit.* C. *conclusione* 583. & 584. Pelaez *de maioratu,* 2. *parte, quæstione* 4. *illatione* 8. *nu.* 16. Hermosilla leg 27. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 1. Crassus § *legatum, quæstione* 58. Menochius *libr.* 4. *præsumptione* 175. *numer* 17. Silvester verb. *Conditio, quæstione* 2. & Castillo *lib* 4. *controversiarum, cap* 55 *numer.* 26. vbi alios refert Covarrub. *lib.* 2. *variarum, capit.* 4. *num.* 3. vbi quod verbum *si,* non inducit conditionem cum sequitur absonus intellectus,

Ad numer. 61. & sequentes vsq; ad
64 numer. 66. inclusiuè.

Conditiones quando, & quomodo debeant impleri, item quę dicantur contingibiles, quæ necessariæ, & quæ tacitæ, quæ expressæ, & alia his numeris à nostro Gomezio magistraliter resoluta, explicant optime præter ordinarios Doctores nu. præced. relatos, Osualdus ad Donel. *lib.* 8 *cap.* 30. *& seq. vsque ad cap.* 34. vbi latissime materiam prosequitur, *& lib.* 15 *cap* 12. Gutierrez *consil.* 17 late vbi agit intra quod tempus impleri debeat conditio? Tiraquellus *in l bones* §. *hoc sermone, n.* 101. vbi quod intelligatur implementum de prima vice, Lessius *de iust lib.* 2 *cap* 18 *dubitat.* 15 Carpio *de executoribus, & commissarijs, lib* 2, *ca* 22 vbi quod hæc conditio *Si capitolium ascenderit,* si adijciatur legatario, erit potestativa, si vero adiungatur alteri tertio erit casualis ex Costa *in l. cum tale,* §. *si arbitratu, amplia tione vltima, numer.* 7. & sic quando apponitur dicta conditio, vel alia similis ipsi legatario, impleri debet quā primū possit, secus si apponatur alteri tertio, quia cū sit casualis quandocūq; impleri poterit, Costa *lib* 2, *selectar. cap.* 4. *nu.* 1. quem videas lib. 1. *selectarum,* vbi latissimè de legato conditionali, Connan. *lib.* 10. *commentariorum, cap.* 6. *vbi n.* 3. ait quod legatum hæredi iniunctum sub conditione: *Si aliquid fecerit,* vitiatur, vbi rationem reddit, scilicet quia potest si vult nō obligari, Donell. *lib.* 8. *c.* 15. licet contrarium teneat Cujacius *lib.* 2. *observationum, ca.* 2. *ad finem,* cui satisfacit Osualdus ad Donellum *dicto cap* 15. lit. L. Hermosilla *l.* 5. *tit,* 4. *partita* 5. *glossa* 1. Alvarado *de coniecturata mēte defuncti, lib.* 2. *cap.* 2 §. 1 *n.* 85, vbi quod legatum sub conditione: *Si hæreditas adeatur,* non debetur, si conditio deficiat. Et late de implemento conditionum, & earum defectu, Menchac. *illustrium, capit.* 93. 94. 95. Valascus *consultatio.* 120 *n.* 18. *& seq.* vbi ait sufficere quod semel deficiat conditio, & vt in vno plures referam, vide Castillo *libr.* 4. *controversiarum, ca.* 25, *maximè ex num.* 70 vbi quando conditio habeatur pro impleta, quando pro defecta, Pichard. *in repetitionit. de legatis, cap* 9 *n.* 79. vbi probat quod conditio dandi hæredi, non impletur dando hæredi hæredis, contra alios: Gratianus *disceptationum. tom.* 2, *cap.* 301. *ex n* 8. vbi quod conditio dādi fideiussores impleri debet ad effectum consequendum absque interpellatione, & requisitione Mant *de conuention tacitis, lib* 14. *titul* 42. *& sequentibus* Surdus *in tractatu de alimentis, titul,* 8. *privilegio* 24. Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 454 *&* 455 vbi an si plures cōditiones apponātur, omnes debeant impleri, Otero *de iure pascendi,* vbi late de conditione habitandi in certo loco, Gratianus *regul.* 231. vbi an sufficiat momentaneum implementum? D. Ioseph Vela *dissertat.* 21 *num* 63. vbi notat discrimen conditionum quod scilicet potestativa non retrotrahatur, secus casualis, vel mixta Marquecho *de divisione bonorum, libr.* 4 *capit.* 11. *numer.* 65, *& 71 & sequentibus,* vbi de conditione habitandi in certa domo quod non obliget quando est causa sufficiens ad non habitandum ibi. Tiraquel. *de retractu conventionali,* §. 1. *glossa* 2. *numer.* 15. vbi an facultas implendi conditionem transeat

ad

ad hæredes, de quo Gutierrez *consilio* 12, *numer.* 13. Castillo *lib. 4. controuersiarum. capit* 15. vbi quando detur progressus de casu ad casum in conditionibus, vel possint impleri per æquipollens, & latissimè de implemento conditionis, & quã do habeatur pro impleta, idem Castillo ibidem *cap.* 24. & 25. quem omnino videas & Tuschum *lit.* C. *conclusione* 564 & multis sequent & Molinam *de iustitia, tom.* 1. *disputation* 206 vide *in* 2. *tom. cap* 11. late.

Quid autem si insit nul apponatur legato conditio, & dies, an sufficiat conditionem extitisse vide Fachinæum *lib.* 10 *controuersiarum, capit.* 48. Manticam *de coniecturis vltimarum voluntatum; lib.* 3. *titul.* 19. *numer.* 19. & Gonzezium nostrum infra *tomo* 2 *capit. de qualitatibus contractuum, numer.* 34. & Castillo *in tractatu de vsufructu, capit.* 62. *nu.* 7. qui alios refert.

An autẽ conditio impleta retrotrahatur in legatis? vide Bernardum Diaz *in regula* 118. Matienzum *in leg.* 7. *tit* 11. *glossa* 6 *num.* 35. *lib* 5. *Recop.* & latissimè Gratianum *in regula* 284. per totam, vbi de discrimine inter legata, & contractus in hoc, de quo etiam optimè Spino *in speculo, glossa* 14 *principali n* 33.

65 Ad numerum 67. ibi: *Et ipsæ ipso iure tollu tur de medio, &c.*

Quæ sint impossibles conditiones, & eas tolli ipso iure in vltimis voluntatibus, secus in contractibus qui vitiantur, explicant latè Mantica *de coniecturis vltimarum voluntarum lib* 3 *titul.* 10. *num.* 7. & *lib.* 1. *tit.* 1. *nu.* 18. Oldaldus ad Donellum *lib* 6 *cap.* 18. *lit.* H. & *lib.* 8. *capit* 32. & *liter* E & F. & *sequentibus*, Gregorius Lopez *in l.* 3. *tit.* 4. *partita* 6 *glossa* 4. Couarrub. *in* 4. *parte* 2. *capit.* 3 *in fine*, Menchaca *de successionum creatione*, § 10 *ex numer* 168. Sarmiento *libr.* 2. *selectarum, cap.* 1. & *sequentibus*, Costa *lib* 1 *selectarum, cap.* 8. & *sequent.* Spino *in speculo glossa* 14. *ex numer.* 134 Socinus *regula* 7. *Conditio impossibilis*, Thomas Sanch. *de matrimonio, lib.* 5 *disputatione* 3. & 4. vbi latissimè de conditione impossibili adiecta in contractu matrimonij Gratianus *reg* 232. vbi agit quid de conditione impossibili adiecta donationi causa mortis vel maioratui, vel matrimonio? & tandem resolvit, quod si adijciatur contractui, eũ vitiat, in vltimis autẽ voluntatibus legatis, & donationibus causa mortis si fiat conditio impossibilis de iure, vel natu, ipsa conditio rejicitur, & dispositio valet, si vero sit cõditio impossibilis de facto, vitiat vltimam voluntatẽ, in contractu vero matrimonij (inquit) si conditio adijcitur substãtiæ ipsius contractus, vitiatur ex defectu cõsensus si vero non substãtiæ, sed alio modo, cõditio rejicitur, & matrimonium validũ manet. & hãc resolutionẽ in impossibi affirmatiua locũ habere asserit in negatiua verò, verbi gratia si digito cælum nõ attigeris, implẽti ũ necessariom esse in omni casu, ideo dispositionem vel contractum non vitiare. Sed aduertendũ, quod quatenus Gratianus constituit discrimen in cõditione impossibili de facto quod scilicet hæc vitiet legatũ contrarium video teneri cõmuniter, imo taliẽ conditionem rejici ex vltimis voluntatibus, vt præcitatis doctoribus videri potest, & per Molinam *de iustitia, tomo* 1 *disputatione* 206 *numer.* 8. & Castillo *lib* 4. *controuersiarum, c.* 25. *nu* 41 vbi quod conditio quæ præfinito tẽpore impleri, non potest propter angustiã temporis quasi impossibilis non vitiat legatum, D. Franciscus de Amaya *libr.* 2. *selectarum, capit* 11. *numer.* 13. & per totum, vbi latissimè agit de conditione impossibili, & eius speciebus distinguit, & plures textus explicat, quod etiam prosequitur in cap. 12: sequenti, quem omnino videas, & Tuschum *lit.* C. *conclusione* 591. & Pichardum *in* § *impossibilis* instituta *de hæredibus instituendis* per totum,

Quid autẽ si conditio quæ vere impossibilis erat, possibilis reputabatur à testatore an ea pro nõ scripta habeatur, vel

potius vitiet ipsam dispositionem vidē disunt Sarmiento *lib* 2. *selectarum, cap* 1 *n* 2 Couarrub *in* 4. 2. *parte, cap* 3 §. 2. *n* 5. Caldas *in l. si curatorem.* § *fine curatore, nu.* 73. Benedictus Pinellus *lib.* 1 *selectarum, cap.* 15. *n.* 9. Thomas Sanchez *lib.* 5. *de matrimonio, disputatione* 3 *nu.* 8 & post eos D. Franciscus de Amaya *dicto libr.* 2. *selectarum, capit.* 12. *per totum*, vbi reducens quæstionē ad conditiones impossibiles ex suppositione, vel euentu, eas pro nō scriptis habendas ait, & interpretatur optime textus *in l. multa*, §. *si seruos, ff. de conditionibus*, & *demonstrationibus*, quem videas, & Pichardum, *in* §. *impossibilis*, instituta *de hæredibus instituendis*, *numer* 22. vbi contra communem tenet.

Ibi *Nec prædictis obstat text in quo plures literati, &c.*

Leg. 17. *titul.* 11 *partita* 5. de qua hic fit mentio per nostrum Gomec. hodie habet verbum: *Non*, & sic transit sine difficultate.

Ratio autem differentiæ cur contractus vitientur ex appositione conditionis impossibilis, non autem vltimæ voluntates? in controuersia est vt constat ex relatis supra hoc numero, & Duareno *ad titulum de conditionibus institutionum*, *capite.* 4. Menchaca *de successionum progressu*, § 3. *numer* 43 Oualdo ad Donellum *libro* 6. *capit.* 18 *notatis* 1. & Pichardo *in* §. *impossibiles*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, vbi aliam rationem addit, & non improbat traditam à nostro Gomecio.

66 Ad numerum 68. ibi, *In quo articulo notabiliter, &c.*

Conditionem casualem, vel mixtam posse impleri tam in vita testatoris, quàm post eius mortem, potestatiuam vero post mortem tantum, cum declarationibus nostri Gomecij in præsenti, docent relati supra in additione ad numerum 60 *&* 61. eos vide, & maxime Spinum *in speculo glossa* 14 *num.* 13. *& sequentibus*, vbi improbat rationem nostri Gomezij, quare potestatiua post mortem debeat adimpleri, & explicat textum *in l. quæ sub conditione*, §. *quoties, ff. de conditionibus institutionum*, de quo vide Gregorium *in l.* 14. *tit.* 4. *partita* 6. *glossa* 1. vbi limitat tex. *in dict.* §. *quoties*, nisi hæres fuerit in mora manumittendi seruū ante mortem, Sarmiento *lib.* 2. *selectarum cap.* 2. *n* 2. *& 9. & cap.* 6. *n*, 31. *& lib* 8. *cap.* 2. *nu*, 2 Osualdus ad Donellum *lib.* 8. *cap.* 33 *&* 34. Amaya *lib.* 2 *obseruationum, cap.* 12. *numer.* 15 *&* 16. item Gregorius *in leg* 32. *tit.* 9 *partita* 6. *glossa* 3. *quæstione* 16. Costa *in* § *si arbitratu ampliatione* 12. *numer.* 23. *sequentibus & lib.* 2. *selectarum, capit.* 12. Item Spino *in speculo glossarum, brocæ* 1. *parte, numer.* 44 Tuschus *litera C. conclusione* 581. *& conclusione* 594. vbi quod debet impleri per veritatem, & non perfectionem, *& conclusione* 195 vbi quod debet impleri in totum, & in forma specifica, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 206. *numer.* 13 & sequentibus, *vbi nu*, 14. docet quod legatarius teneatur conditionem potestatiuam implere, quam primum commode potuerit post mortem testatoris alioquin expiret legatum, & quid in hærede? reliqua vide per doctores citatos supra in addit. one ad numerum 61 & Castillo *libr.* 4. *controuersiarum, cap.* 55. *num.* 51.

Aduertere tamen debes, quod defectus conditionis cuiuslibet etiam casualis non impedit deberi legatum, quando verisimiliter testator esset relicturus, etiam conditione defecta, ita Molina *de primogenijs, libr.* 2. *capit.* 13. *sub numer* 26 Peregrinus *de fideicommissis. articulo* 16. *numer.* 122 Menochius *libr.* 4. *præsumptione* 183 *nu.* 13. *& sequen*, & hos, & alios referens Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, cap* 25 *ex num* 33.

Ad numer 69 ibi: *Item adde, &c.* 67

Conditionem appositam primo legatario censeri repetitam in secundo adquē fuit trāslatū legatū, nisi personæ cohæreat vt hic docetur, explicant latissime

Man-

Mantica *de conjecturis vltimarum voluntat lib* 12. *tit*. 3. *num*. 3, Menochius *lib*. 4 *præsumptione* 174 *per totam*, vbi plures alias declarationes adducit Gregorius *in* l. 35. *tit*. 9. *partita* 6. *glossa* 2. Iaffarte *in tractatu de gabellis, in additionibus ad præfationem num* 10 Cancerius *variar*. 3. *parte. cap*. 20. *num*. 132.

Ibi *item intellige, &c.*

Vide Suar. 2 *in* l. *quoniam in prioribus in declaratione* l. *Regni, quæstione* 8, *num*. 9 *& Consilio* 9 *ex num*. 43. & vide supra in additione ad numerum 37 in fine.

68 Ad numerum 70 in principio ibi *dixi quod legatum sit sub modo, &c.*

De legato sub modo relicto agit hic noster Gomezius, & eius definitionē approbant communiter Doctores, vt videri potest per Parladorum, *tomo* 3 *differentia* 147 *num* 8. & per Menochium *Consilio* 79. *num*. 16. *lib*. 1 *& præsumptione* 146 *& sequentibus, lib*. 4. & alios relatos a Castillo. *lib*. 4 *controuersiar. cap* 55. *num*. 30. & licet apponatur verbum *sub. hac conditione, &c* non definet esse modus, vt ait Gomezius, cum potius mēs testatoris attendi debeat, maxime si verba non requirant implementum præcedere perceptionem legati, vt bene explicat Cardinalis Tuschus *lit*. C. *conclusione* 586. *& lit*. M. *conclusione* 298 *&* 299. vbi ampliat & limitat. Menochius, *lib* 4. *præsumptione* 175. *ex. num* 15. & quasi per totam, Fachinæus *lib*. 12. *c*. 36. vbi de legato facto Monasterio vt aliquem recipiat in monachum Mantica de conjecturis vltimarum voluntatū *lib*. 10. *tit*. 5. *num*. 12. *& seq* vbi optimè probat potius præsumi modum quam conditionem, optime Parladorus *tomo* 3. *differentia* 147. *num*. 3 & melius Castillo supra *ex num*. 29. Surdus *decisione* 38. Thomas Sanchez *de matrimonio. lib*. 3. *disputatione*, 33 *num* 2. Gratianus *discceptationum, tomo* 1. *cap*. 44. *num* 17. *& cap*. 136. *num* 14. *& in cap*. 400 *num*. 19. vbi quod actio non competit pro legato nisi prius obtata cautione de modo implendo Molina *de iustitia, tomo*, 1 *disputatione*, 208. *ex num*. 3. *vbi num*. 9. quando non est necessaria cautio, explicat

Ad numerum 71 ibi *item adde quod legatum sub, modo relictum, &c.* 69

Legatum sub modo relictum transmitti ad hæredes etiam ante cautionē præstitam, vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit*. L. *conclusione* 40. Couarrubias *in cap*. 3. *de testamentis*, Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 208. *num*. 8. Parladorus, *dicta differentia* 147. *num*. 12. Gratianus *in regula* 121 *num*. 4 Castillo *lib*. 4 *cap*. 55. controuersiarum, *num*. 45.

Ad numerum 72. ibi *item adde, &c.* 70

Diximus iam supra cum Mantica, Menochio, Molina, Castillo & alijs, verba in dubio potius præsumi inducere modum quam conditionem de quo vide quos retulimus in additione ad numerum 70.

Ibi *item adde quod in dubio modus censetur impulsuus & non finalis, &c.*

Modum in dubio præsumi impulsiuum & non finalem, quando respicit commodū legatarij, vt hic resolutur, docent Mantica *de conjecturis vltimarum voluntat lib* 12 *tit*. 2. *num* 31. Molina *de iustitia tomo*. 1. *disputatione* 208 *num* 9. *&* 12. & reliqui supra citati *& in dicto num* 9. adducit ipse Molina casum in quo licet modus sit appositus in solius legatarij vtilitatem, nihil omnius cautionem de modo implendo præstare debeat, eum vide per totam disputationem, quia optimè materiam declarat, quando autem modus est causa finalis illo non seruato potest dispositio reuocari, vt docet Parladorus, *dicta differentia* 147. *num*. 16. Tuschus *lit*. C. *conclusione* 141. *num*. 9. *& conclusione* 142 *num*. 1. Colta *lib*. 2. *selectarum cap*. 22. *num*. 7. & Spino *in speculo glossa* 14. *principali num*. 39.

An autem legatum dotis seu pro dote vel causa dotis, siue pro maritandis virginibus vel pro aliqua certa fœmina maritanda seu vt aliqua nubat aut, nubet

bere possit vel cum nupserit, sit purum, vel modale, seu conditionale? videndi sunt Menochius *lib. 4. præsumptio* 148. per totam, Couarrubias *in cap. nos quidem de testamentis*, Ceuallos, *quæstione* 138. vbi etiam de legato relicto ad maritandam Mariam quæ iam erat nupta inscio testatore, *& quæstione* 241 *& quæstione* 900. *ex num.* 156. *& quæstione*, 332. Gutierrez *consilio* 26. vbi de legato relicto pro cõsanguineis pauperibus dotandis Tiraquellus *in l. boues*, §. *hoc Sermone num* 111 vbi an legatum pro dotandis fœminis intelligatur de primis nuptijs? Lara *de anniuersarijs lib* 1. *cap* 21 *num* 27. vbi an legatum pro virginibus maritandis debeatur ingredientibus religionem? de quo etiã Thomas Sanchez, *lib.* 1 *de matrimonio disput.* 33. *nu.* 32 Mant. *lib.* 8. *tit* 5. *ex n.* 21 *& lib.* 11. *tit* 21. *&* 23 *num.* 5 Fachineus *lib.* 5 *controuersiarum, cap.* 48 *&* 55 Costa *lib.* 2 *selectarum, cap.* 22. Gratianus *cap.* 254. *num* 34. *in disceptationib, & cap.* 301. *num* 27. *& cap.* 542. Barbosa *in l. sicũ dotem* § *si pater, num* 25. iterum Thomas Sanchez *lib* 7 *de matrimonio, disputatione* 91. *num.* 62. vbi de fœmina quæ non est ætate nubili, & de promissione dotis facta virgini non nubili Pichardus *in* § *omnes, num.* 10. *instituta de verborum obligationibus* noster Gomezius *in l.* 50 *Tauri num* 29. Aiora *de partitionibus* 2 *parte, quæstione* 7 iterum Barbosa *in l. sicũ dotem* § *si pater, num* 42 *ff. soluto matrimonio* Bacça, *de dote, cap* 20. *num.* 24. Auarado *de coniecturata mente defuncti, lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 31. Sarmiento *lib.* 8. *selectarum in l. cum quidam, num.* 12. & an legatum pro maritandis debeatur viduæ quę vult secundas contrahere nuptias? Castillo, *in l.* 26. *Tauri in fine*, & de hac materia plures refert is alter Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, cap.* 55. *num.* 54 omnino videndus, *& cap.* 56. *& cap* 48. *num.* 11 vbi de legato puellæ relicto, vt possit nubere quando sit purum vel conditionale? Tuschus *lit. L conclusione* 97. *& sequentibus*, vbi late, Gomez Bayo *in collectaneis, lit. R num* 35. & in verbo *dos. num.* 11 *& in quæstione* 153. vbi late agit de dicto legato, & vide ante omnes Hermosillam *in l* 6, *tit* 4. *partita* 5. *glossa* 1 vbi latissimè an sit modale vel conditionale prædictum legatum? & de eius transmissione, & an debeatur naturalibus, vel spurijs, vel viduis vel iam nuptis, vel impuberibus, vel tertiarijs, seu beatis, vulgè *tercerias obeatas*, vide etiam Egidiũ Trullench *in decalogum lib.* 7. *cap.* 18. *dubio* 12. *portiũ* & Dianam 3 *parte, tractatu* 6. *resolutione* 29. *in fine*, vbi de iam nuptis, an illis debeatur dictum legatum? & optimè Molinam *de iustitia, tomo* 1 *disputatione* 208 & post eos Cancerium *variar.* 3. *parte, cap.* 20 *num* 175. *& seq. ad* 197. latissimè, *& cap.* 21. *num* 335. *& seq.*

Et Generaliter de legato modali, præter relatos supra in additione ad numerum 70. Maximè Castillo *lib* 4 *controuersiar cap* 55 *per totum*, vbi fere in finitos refert, videndi sunt Jaso, *in l. si Tirio ff de legatis* 1 vbi de modo non impetrabili, & de eo qui ex facto honorati & alterius tertij ante si deficiat, faciat deficere legatũ, Gratianus *disceptationum cap.* 797. *num.* 6. Barbosa *in collectanea, cap* 4. *de conditionibus appositis lib* 4. *decretalium num.* 3. vbi quod modus ad ictus legato facto Ecclesiæ iudicatur causa impulsiua vel finalis prout magis vtile fuerit ipsi Ecclesiæ, Surdus *decisione* 136. Gregorius Lopez *in l.* 21. *tit.* 9. *partita* 6. *glossa* 1 *in legado* vbi quando modus respiciat causã finalem vel non? Padilla *in l. donationes, Cod de transactionibus num.* 8 vbi quod modus impossibilis habetur pro nõ adiecto etiam in contractibus, Pichardus bene explicans, §. *sub conditione ex num.* 9. *instituta de verborum obligationibus*, Gratianus *in regula* 121. vbi quando modus legatum restringit vel non? Hermosilla *in l.* 6. *tit.* 4. *partita* 5. *glossa* 1. *&* 2. Petrus Gregorius *in syntagm lib.* 42 *cap.* 32. *num* 51. Offualdus ad Donellum, *lib* 8 *cap* 14 *& cap.* 17 *&* 34. vbi quomodo differat

a conditione, de quoetiam Parladorus *dicta differentia* 147. late Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 9 *quæstione* 16. *num* 56. *& quæstione* 4. *ibidem & tit.* 1. *quæstione* 48 *num.* 70. *& tit.* 2. *quæstione* 1. *num.* 29. *&* 35 vbi an modus restringat legatum, *& tit.* 5. *quæstione* 3. vbi quod modus impletur post quæsitum emolumentum, *& tit* 8 *primlegio* 24 vbi quod modus mixtus deficiens per casum non extinguit legatum, *& quæstione* 16. *eodem tit.* vbi de cautione de modo implendo, & quis possit agere & petere vt modus implea tur & alia, & D. Larrea *decisione* 59. *n.* 10. *& allegatione Fiscali*, 80. *num.* 5. vbi quod legatum relictum religiosis vt faciant capellam intra annum, aliàs amittant legatum, non currit tempus nisi post legatum traditum, & Cancer. *variarum* 3 *parte. cap.* 20. *ex num* 155

Ad numerum 73. ibi: *Legatum fit sub demonstratione. &c.*

71 Delegato facto sub demõstratione, & quod falsa demonstratio illud non vitiet, vide Crassum §. *legatum quæstione* 59 Surdum *decisione* 161. *num.* 5. *& sequẽtibus* & Spinum *in speculo testamentorum glossa* 14. *principali num.* 88. vbi addocit differentiam inter conditionem, & demonstrationem, quod etiam facit Parladorus *tomo* 3. *differentia* 147. *num.* 15, & ambo explicant Tex. *in l. quoties mutuis. ff. de auro & argento legato*, Tuschus *lit. D. conclusione* 191. Petrus Gregorius *in suntagm. lib.* 42. *cap.* 32. *num.* 53. vbi etiam de differentia conditionis, & demonstrationis, Stephanum gratianum *disceptationum, tomo* 5. *cap.* 988. *num.* 2 & 21. vbi quod falsa demonstratio viriat legatum, si non constat de certo corpore expresso nomine singulari, quãuis aliàs nõ vitiaret, *& in c.* 957 *n.* 7. *& in c.* 916. *&* 950. *&* 986. vbi quãdo verba sint demonstratiue, seu limitatiuè de quo etiam agit *in cap.* 657. *n.* 31, *&* 32. Cancerius *variarum* 3. *parte*, *cap.* 20. *num.* 154 vbi laudat Gomezium, doctissimus Barbosa *in tractatu de dictionibus* dictione *ipse*, & dictione *iuxta*, & dictione *vid licet*, & dictione *tunc* & dictione *cum* vbi late explicat quando hęc dictiones sint demonstratiuæ vel non, Osualdus ad Donellum *lib.* 8. *cap* 14. *& cap.* 19. *& lib.* 15. *cap.* 11. vbi quod demõstratio in futurum concepta inducit conditionem Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 5. *disputatione* 19. *num.* 1. *&* 2. vbi an demonstratio apposita matrimonio illud vitiet, quando aduersatur eius substantiæ? *& ibi num.* 3. quid si apponatur per modum conditionis? & omnia latissimè Castillo, *lib* 4. *controuersiarum, cap.* 54. *per totum, vbi num* 3. adducit definitionem demonstrationis traditam hic per nostrum Gomezium, *& num.* 6. ex multis probat, verba in dubio intelligenda apposita demonstratiue aut declaratiue, non restrictiue seu limitatiue & per totum caput optime materiam explicat, cum omnino videas & Molinam *de iustitia, tomo*, 1. *disputatione* 21 1. vbi tradit demonstrationis definitionem, & an quãdo est falsa vitiet dispositionẽ? Pichardus *in* §. *huic proxima* 30. *num* 1. *per totum, instituta de legatis, vbi num.* 3. docet quod demonstratio falsa quando alias de corpore non constat legatum vitiat, & similiter vitiat contractum, si est circa substantialia, Hermosilla *in l.* 10. *tit.* 5 *partita* 5 *glossa* 2. *num.* 1.

Ad numerum 74. ibi: *Verum etiam quando fit in pecunia vel quantitate legata, &c.* 72

Legatum quantitatis, quando quãtitas cõsideratur vt species verbi gratia si testator dicat lego centum quæ sunt in tali loco, vel quæ mihi debet Petrus, vitiatur si talis quantitas non reperitur in tali loco vel eam non debeat Petrus, secus vero si quantitas legetur sine tali assignatione & vt genus: vt hic docet noster Gomezius, tradũt & explicant Afflictis *decisione*, 399. *nu.* 7 Pichardus *in* §. *sed si vxori institutæ de legatis*, Prætis *de interpretatione vltimarum* vo-

luntat.

lantar lib.4.dubitat.4 num.11 & seq. Ludouicus Calanere *consilio 56.num.54. & alij* plures relati, & sequitur Castillo, *dicto cap.54.lib.4.controuersiar., num.26.& seq.* vbi optime probat, & declarat, *& ibi num.33.& seq.* optime disputat illam quæstionem, an scilicet melioratione tertij & quinti assignata in re vel in rebus certis non æquipollenti bui certo & quoto, illud quod deest supplendum sit ex cæteris bonis, & primo refert opinionem negatiuam nostri Gomezij *in l.Taurina, num.14.* & tandem cum Angulo *in titulo de meliorationibus, l.3.glossa 2.num.1.& 2. & glossa 6. num.1.* distinguit, quod aut melioratio fuit tertij & quinti, & in eo consistit substantia legati & tunc res intelligitur adiecta ad executionem, quæ si non sufficit reliquum supplere debet, aut res ipsa fuit relicta in rationem tertij & quinti, & supplere non debet, cum substantia dispositionis consistat in electa.

73 Ad numerum 75 *ibi sexto notabiliter & singulariter dixi quod aliquando, &c.*

Falsitatem causæ sub qua fuit factum legatum illa non vitiare, præterquam si probetur quod testator aliàs non esset relicturus vt resoluit noster Gomezius, docent, & explicant Gregorius Lopez, *in l.19.& 20.tit.9 partita 6.* Marica *de coniecturis vltimarum voluntarum lib.6.tit.14.num.5* vbi probat quod causa in dubio non præsumitur finalis sed impulsiua & numeris antecedentibus docet, quod causa de futuro deficiente deficit legatum, præterquam si fit in fauorem legatarij apposita, quod etiam docuerunt Surdus *in tractatu de alimentis, tit.2 quæstione 1. ex num.29* Stephanus Gratianus *disceptationum, cap.138.* Cancerius *variar.3 parte, cap.20 num.154.& sequent.* & alij plures congesti a Castillo, *lib.4.controuersiarum, cap.25 num.45.& cap.56.num.7.& cap.60 num.19.* Menochius *lib.4.præsumptione 172.num.1.* vbi quod causa impulsiua cessante non deficit legatum, & vide omnino Tuschum *lit.C.conclusione 62. maximen.4.* vbi dicit communem quod falsa causa de præterito non vitiat legatū, Spino *in speculo testamentorum, glossa 30 principali, num.27.* vbi etiam agit de interpretatione Tex. *in l. demonstratio falsa, § quod autem, ff. de conditionibus & demonstrationibus,* & vide etiam Molinam *de iustitia, tomo 1.disputatione 209.per totam,* vbi optimè explicat materiam, & tradit definitionem causę, & Pichardum *in § lō ge magis instituta de legatis* Donellum *commentariorum iuris, lib 8.cap.14. ad finem* Petrum Gregorium. *in syntagmate lib.42.c. 32.num.52 & 54.* vbi distinguit causā finalem & impulsiuam, & vide Cancerium *supra vsq ad numerum 190.*

Ad numerum 76 *ibi. & resolutiue dico, &c.* 74

Conditionem in specifica forma regulariter impleri debere, & non per æquipollens vt hic tradit noster Gomezius, pro regula constituunt Iason *in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liberis, & posthumis* Medicis *in regula 5* vbi quod vitiatur si minimum omittatur, Bernardus Diaz *in regula 113.* Cottam *in §. & quid si tantum, in 5.parte ex num.37.* Tuschus, *lit.C. conclusione 594 & 595.* & optime Menochius *lib.4.præsumptione 185.* per totam, distinguens conditionem necessariam & voluntariam & inquibet plures declarationes & casus, Marica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.11 tit. 17. ex num.11* vbi adducit allationes nostri Gomezij hic, Sarmiento *lib.2 selectarum cap.1 num.12.* & plurimos referens, vt solet, Castillo *lib.4.controuersiarum, cap.15.* per totum, vbi latissimè explicat quando in conditione voluntaria vel necessaria detur progressus de casu ad casum, Gratianus *disceptationum cap.586.num.17.& in cap.603. ex num.19* vbi quod non datur extensio de casu ad casum etiam fauore præ causæ in conditionibus, Petrus Gregorius *in syntagm. lib.42.cap.32.num.41.* Pichardus *in vbi.*

ca-

ta *inſtituta de vulgari num.* 14. Joannes Gratianus *in regula* 82. vbi plures refert ampliat & limitat *& nu.* 3. probat quod ita debet conditio impleri in ſpecifica forma, & ſic ſtricte, & præciſſe, vt non admittatur purgatio moræ, Conſillus *commentariorum lib.* 8. *cap.* 33. & ibi Oſtualdus, *lit.* L *& lib.* 15. *cap.* 12. vbi etiam Oſtualdus declarat & late & optimè, vt ſolet, Fuſſarius *in tractatu de ſubſtitut. quæſtione* 454. *&* 463. vbi declarat.

75 Ad numerum 77. & 78. ibi, *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Et ibi: *Item adde quod idem eſt. & c.*

Conditio in ducens viduitatem ſiue in maſculo ſiue in fœmina, ſiue ſit corrupta vel non, dummodo alias non contraxerit nuptias, reijcitur, & legatum debetur etiam ſi conditio non impleatur, vt hic reſoluitur, docent Ioannes Gratianus, *in regula* 83. vbi alios plures refert, & ſeptem ampliationes & ſex limitationes adducit, Molina *de hiſpanorum primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *&* 13. & alter Molina *de iuſtitia tomo* 1. *diſputatione*, 207. Mantica *de coniecturis, lib.* 11. *tit.* 18. *num.* 2. *& ſeq.* qui omnes probant quod conditio nubendi certæ perſonæ intelligitur ſi honeſte impleri poteſt, aliàs rejicitur & omnium latiſsime materiam proſequens Thomas Sanchez *de matrimonio, lib* 1. *diſputatione* 34. *per multas concluſiones, & ibi, num* 2. probat quod conditio non nubendi appoſita in contractu illum vitiat tanquam impoſsibilis de iure, *& diſputatione* 33. *antecedenti*, late agit de conditione nubẽdi certæ perſonæ, velcertæ familiæ, ſeu perſonæ nobili, &c. & latiſsimè etiam Caſtillo, *lib* 4. *controuerſiarum, cap.* 25. *quaſi per totum*, maximè *ex num.* 48. vbi etiam *ex num* 73. agit quando conditio nubendi certæ perſonæ impleri non potuit culpa ſeu facto ipſius, & rectè diſputat quid ſi conditio nubendi perſonæ determinatæ impleri non potuit, exeo quod pater impediuit precipiens, vt alteri nubat vel quod non nubat intra terminum ſtatutum, & alia, eum vide, & Thomam Sanchez *vbi ſupra*, & Richardum omnino *in §. ſed ſi vxori, inſtituta de legatis.*

Ibi *item expræditis dubitatur, &c.*

Conditionem ingrediendi religionem aliqui reijciunt tanquam impeditiuam matrimonij, ſed probabilius eſt eam validam eſſe vt ait noſter Gomezius, & probant Molina *de iuſtitia, tomo* 1. *diſputatione* 207. vbi quod etiam valet conditio *ſi Sacerdos fiat* non autem valet *ſi cælebs vel continenter viuat*, quia eſt impeditiua matrimonij, valebit autem hæc, *ſi caſte & honeſte vixerit*, quia ducẽs vxorem dicitur caſte, & honeſte viuere, prout hec omnia docet, & cumulat Thomas Sanchez *lib.* 1. *dicta diſputatione* 34 *num.* 15. quem omnino videas, & Richardum *in dicto §. ſed ſi vxori num.* 49. vbi de conditione *ſi caſte vixerit, & in §.* 3. *inſtituta de iuſtitia & iure num* 27. Ceuallos, *quæſtione* 151.

Ad numerum 79. ibi *item adde quod ſi* 76 legatum relictum alicui, *&c.*

Conditionem nubẽdi certæ perſonæ validam eſſe docent relati ſupra in additione ad numerum precedentem, maximè Thomas Sanchez, *dicta diſputatione* 33. *lib* 1. *de matrimonio, &* Caſtillo, *lib* 4. *dicto cap.* 25. qui alios plurimos referunt.

Ibi; *Sed ſiquis promittat pecuniam ſi nõ duxerit, &c.*

Pœnam apponi non poſſe pro contrahendo matrimonio, vt docet Gomezius, notum eſt in iure, vt latiſsimè probat Thomas Sanchez *lib* 1. *de matrimonio diſputatione* 30. *per totam*, vbi *num* 11. ampliat etiam ſi pœna ſit modica attenta contrahentium dignitate, cum Gregorio Lopez, *in l.* 39 *tit* 11. *partita* 5. verbo: *La pena*, Couarrubias *in* 4. 2 *parte, cap.* 3. §. 7. *num* 5. Matienzo Azeuedo, & alijs contra Cinum, Ioannem Andreæ & alios & tandem *num.* 14. *&* 15. probat valere pœnam, quatenus includit damnum emergens, vt ſi alter ſponſus

ratus

ratione ſponſalium expenſas fecerat, vel aliud ſimile hęc enim peti poſſunt, *& in diſputatione* 31. diſputat an recipiens pœnã in prędicto caſu teneatur reſtituere & concludit non teneri donec fuerit condemnatus. *Et in diſputatione* 32. *exnum.* 20. agit, an hæc promiſſio pœnalis firmetur iuramento? *& n.* 21. ait partem negatiuam eum videri: *Item adde quid conditio, &c.*

Conditionem vel modum appoſitum in legato per quę libertas infringitur, non valere, vt hic reſoluitur, probant Bernardus Diaz *in regula* 800. & ibi Salcedo, Azeuedus, *in lib.* 1. *tit.* 6. *lib.* 5. *recop. num.* 21. & 22. & alij relati à Thomã Sanchez *de matrimonio, lib.* 7. *diſputatione* 40. ex quo inferunt dictam conditionem inhabitandi in certo loco à ſponſalibus reijciendam, ſed ipſe Thomas Sanchez certius putat, id pactum, & conditionem validam eſſe in matrimonio, vtpote fauorabilem ipſi matrimonio, & alteri coniugi, & explicat tex. *in l. Titio centum, §. Titio centum* intelligendum eſſe cum dicta conditio vana eſt, in nullius fauorem cedens, *& num.* 7. ait valere conditionem appoſitã in primogenijs, vt ſucceſſor ſub pœna amiſſionis maioratus teneatur in certo loco habitare, quia intereſt defuncti ad honorem, & memoriam vt ſucceſſor habitet in loco, vbi domus, & familia fuit, aliò enim migrante ſucceſſore efficitur memoria inſtitutoris peritura, vide eum, & Laram, *in tract. de anniuerſarijs*, & Capellanijs, *lib.* 2. *cap.* 7. *exnum.* 66. vbi idem probat in conditione habitandi, & reſidendi certo loco appoſita Capellaniæ fundationi quam valere aſſerit, explicans itidem *textum in dicto §. Titio centum*, tunc procedere quando conditio habitandi certo loco nullius perſonæ vtilitatem reſpicit. Donellus *lib.* 14. *commentariorum cap.* 37. *lit. C.* eius enucleator Oſſualdus, Quamuis autem ſint iſtam ſuprà dicti doctores fuerint interpretati, verius autem dicendum arbitror cũ D. Francisco de Amaya, *lib.* 1 *obſeruationum, cap.* 6 *num.* 31 poſſe quem libet pacto, & conuentione ſe aſtringere ad habitandum in certo loco ſua propria voluntate, ſecus autem quando hęc conditio ab alio imponitur, veluti à teſtatore legatario, quem ſpe lucri præter eius voluntatem allicere vult ad talẽ grauamen, & ſic eſſe explicandam hãc difficultatem, & tex. *in §. Titio centum ff. de conditionibus & demonſtrationibus*, tunc enim vere libertas infringitur.

77 Ad numerum 80. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Conditionem hæredi appoſitam ad ſubſtitutum non tranſire, legatario autem appoſitam, ſi eſt potestiua vel mixta ad ſubſtitutum vel coniunctum tranſire, ſecus ſi ſit caſualis vel cohærentiæ perſonæ; hic reſoluitur vt vides, ſed quatenus Gomezius inde ſtatim docet conditionem inſtituto appoſitam ad ſubſtitutum non tranſire longiori indiget explicatione, de quo videndi ſunt omnino Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 10. *tit.* 6. *exnum.* 2. Peregrinus *de fideicommiſſis, articulo* 16. *exnum.* 50. & late Menochius *lib.* 4. *præſumptione* 178. vbi octo caſus diſtinguit, qui omnino videndi ſunt: & nouiſſime etiam ſeptem caſus diſtinguens Fuſarius *in tract. de ſubſtitutionibus quæſtione* 449. per totam, qui *num.* 15. refert de hac materia repetitionis conditionis modi, ſeu qualitatis, Menochium *ſupra præſumptione* 176. *vſq. ad* 181. Maſcardum *de probationibus concluſione* 1265. Caſtillo, *lib.* 2. *controuerſiarum, cap.* 4. quæ ſi per totum, & præter eos videndus eſt Sarmiento *lib.* 4. *ſelectarum §. ſitra num.* 3. *& lib.* 8. *in Celſus pater, §. quod altius, num.* 10. qui explicat *Tex. in l. vinicia §. pro ſecundo, Cod. de caducis tollendis*, vbi de onere vel cõditione legati, an tranſeat ad ſubſtitutum? & etiam videnda ſunt quæ diximus ſupra *in additione ad numerum* 69. *hoc capite*, & Cancerius *variarum*,

3 par-

3 *part. cap.* 20, *num.* 132. vbi explicat late.

78 Ad nu mer. 81. ibi: *Et magistraliter, & verè solutiuè dico, &c.*

Confessionem debiti in testamento factam resolui in legatum, & fideicommissum, vt docet n. ster Gomezius, docebant etiam Peladorus *libr.* 2. *capit.* 14. *per totum*, Gutierrez *de iuramento*, 1. *parte capit.* 6 *ex numer.* 21. Castillo *libr.* 5. *controuersiarum, capit.* 111. *ex numer.* 12. & cum eis Salgado *in labirinth. parte* 3 *cap.* 13. *num.* 20. versic. *hinc patet*, Surdus *decisione* 28. *per totam, vbi num finali*, perpendens vim dictionis ampliatiuæ cuiuslibet ait, quod si testator alicui reliquit aliquam quantitatem, & adiecit se plus relicturum, si pater legatarij sibi soluisset quod debebat, tunc si legatarius patri defuncto succederet, liberationem debiti intelligi relictam, *& in decisione* 250. *vbi numer.* 6. ait etiam quod confessio incidenter facta, & ad alium finem non probat debitum, nec potest ille ad cuius fauorem facta fuit agere ad quantitatem confessatam, de quo iterum ipse Surdus *decisione* 309. & Farinacius *decisione* 95. *libr.* 2. *decisionum criminalium*, & Barbosa *in tractatu de iure Ecclesiastico*, *libr.* 3. *capit.* 11. *numer.* 18. Valdesius ad Suarez *in leg. post rem iudicatam, notabili* 3. *in additione liter.* A. & de principali resolutione huius numeri optime Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio*, 2. *parte cap.* 6. *num.* 5. vbi probat quod ex dicti confessione facta in testamento non poterit testator in vita conueniri, cum tantum habeat vim legati, nisi dicta confessio fuit iurata, vel facta per viam contractus in præsentia partis illam acceptantis, *& in quæstione* 96. *tomo* 3, *ex numer.*; Benedictus *in capit. Raynutius*, verbo: *In extremis positus numer.* 14. Auendañus latè *in cap.* 29 *præterea*, 2. *parte, ex numer.* 9. Stephanus Gratianus *discept. forensium, tomo* 1. *cap.* 116. *quasi per totum, maximè, ex numer.* 45. *vbi num.* 2. ait, quod si reuocetur testamentum censetur reuocata confessio *& num.* 50. quod non potest reuocari si fuerit iurata, vide Cancerium 3. *parte, cap.* 3. *ex numer.* 227.

Ibi. *Ex quo singulariter infertur, &c.*

Quod talis confessio facta à patre non præiudicet filijs in legitima, sicut nec si pater vendidit bona, vel partem eorum, & confiteatur pretium recepisse, hic resoluitur, vt vides, quia talis confessio videtur facta in fraudem legis, quod optimè probat & explicant Gutier. *de iuram. confirmator.* 1 *part. cap.* 5. *num.* 19. *& quæst.* 96. *tom.* 3. *num.* 5. vbi de confessione iurata, & Peladorus *libr.* 2 *quotidianar. cap.* 14. Salgado *in labirintho* 3 *parte, cap.* 13. per totum omnino videndus, vbi quod dicta confessio non nocet creditoribus, latissimè comprobat plurimos referens Merlinus *de legitima libr.* 2. *tit.* 1. *quæstione* 10. *ex num.* 5. 14 *&* 17. vbi quod si testator confiteatur male ablata, & pro eis relinquat legatum, hoc legatum deducitur ante legitimam, dumtamen de ipsis male ablatis plene constet, Castillo *in leg.* 9. *Tauri.* late Suarez *titul. de legatariis, ex num.* 26. vbi Valdesius quam plurimos refert. Mantica *de coniecturis, libr.* 10. *titul.* 4. Gregorius *in leg.* 3. *titul.* 14. *partita* 3. Barbosa *in leg.* 1. 6. *parte. numer.* 31. *ff. soluto matrimonio*, optimè Mascardus *de probationibus, liter. C. conclusione* 359. Morla *in emporio*, 1 *parte, titul.* 8. *quæstione* 1 *numer.* 14. qui alios plurimos referant, & Mantienzo *in leg.* 9. *tit.* 3. *libr.* 5. *Recopilat. glossa* 2 *nu.* 3. *& l. 6. tit.* 8. *glossa* 7 *num.* 5.

Ibi. *Ex quo notabiliter infertur, &c.*

Confessio extrajudicialis licet non plene probet, probata tamen duobus testibus, sufficienter indicit probationem, Oroscius *in l. Itale pactum, in principio, numer* 20 *ff. de pactis*, Couarrubias *in capit. quamuis pactum*, 2 *parte*, §. 4. *numer.* 1. & si fuerit facta parte præsente plenam probationem facit *ex l.* 7. *tit.* 13. *partit.* 3. vt ex pluribus probat Gutier

in tract. de iuramento confirmatorio, 1. part. c. 54. *per totū*, vbi plures limitationes adducit & casus in quibus hæc cōfessio extra iudicialis duobus testibus probata plenam probationem facit, & Morla *in emporio, tit.* 8 *quæst.* 17. *nu* 4. vbi agens de libro rationum, qui contra scribentem probat, si producatur in iudicio parte præsente, videtur confessio præsente parte facta, quia scriptura semper loquitur & sic plenè probat, Tiraquellus *de priuilegijs præcausæ, priuilegio* 116. & 117. Gregorius *in l.* 2. *tit.* 13. *par* 3. vbi de confessione promissoria, de quo etiam nostrē Gomezius *tom.* 2 *cap.* 11. *nu.* 6. Mascardus *de probationibus, conclusione* 345 & 349 Gratianus *disceptationum, capit.* 142. *numer* 8. iterum Gutierrez *in practicis, libr.* 3, *quæstione* 12. *numer.* 2. vbi quod non sufficit fieri parte præsente nisi fuerit acceptata, Farinacius *in praxi, quæstione* 82 *numer.* 13 vbi quid in criminalibus? & plurimos referens Barbosa *in collectanea ad capit. ex parte de confessis, numer.* 9 & 10 quem omnino videas, & Tuschus *liter* C. *conclusione* 637. & 638 & Cancerium *variarum*, 3 *parte, cap.* 7 *ex numer* 333.

Et circa confessiones quę fiunt in testamentis habes vnam decisionem notabilem *in l. finali, titul* 18 *partita* 3. versicul. *Otro si dezimos*, vbi disponitur quod si quis in suo testamento declaret quod Petrus, verbi Gratia, debet sibi decem cum viginti debeat, talis confessio non nocet hæredibus volentibus probare, quod dicta viginti debētur nisi constet quod excessum voluerit donare, aut iurauerit plus sibi non deberi vbi Gregorius dat pro cōcordanti, tex. *in authent. quod obtinet, Cod. de probationibus* & de confessione facta in testamento, quod alius sibi nihil debet, vide Auendañum supra *dicto capit.* 29 *prætorum*, 2. *parte, num.* 12.

An autem prædicta confessio facta in testamento possit reuocari? videndi sunt Parladorus *lib.* 2. *quotidianar. cap. fin.* §. 4. *num.* 18 Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. Recopilat. *nu.* 16 Caldeira *de erroribus pragmaticorum, lib.* 3, *cap.* 1. & 2. Gratian. *disceptationum, tom* 1. *c.* 116. *nu* 55. Farinac. *in praxi criminali, tom.* 3, *quæst.* 82 *num.* 15. Costa *in tit de non numerata pecunia fallentia* 12. Gratianus *in regula* 126. *numer* 22. Gutierrez *libr.* 3. *practicarum, quæstione* 97. Auendañus *libr.* 2 *dicto capit.* 29. *prætorum ex numer* 10. Caldas *in leg. si curatorem*, §. *fine curatore. numer.* 19. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 9. *titul.* 8. *ex numer.* 10. Hermosilla *in leg.* 9 *titul.* 1 *partita* 5 *glossa* 7 *ex nu.* 40. Ioannes Gratianus *regula* 126 *ex num* 17 Menochius *lib.* 3. *præsumpt.* 35. *n.* 32. Tuschus *lit.* C *conclusione* 639. & *lit* T. *conclusione* 103 Surdus *decis.* 250. Gomez Bayo *in collectaneis*, verb. *Confessio*, apud quos latissimè disputatur, an confessio facta in testamento testatori viuenti præiudicet, vel reuocato testamento?

Et an confessio testatoris dicētis sedebere Petro cētū præiudicet alijs creditoribus? vide quod sic si cū confessione cōcurrat vnicus testis, Hermos. *in l.* 9. *tit.* 1. *partita* 5. *glossa* 5. *ex nu.* 40 de quo vide Noguerol. *allegat* 7 *ex n.* 24. & *allegatione* 36. *ex n.* 36 & Salgado *in labirintho* 3. *part. cap* 13 *num* 14.

Ad num 82. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.* 79

Legatum liberationis valet, & prodest etiam fideiussori, & tantum comprehēdit debitū purū, nō in diē, vel cōditionale, nec res, vel bona quæ debentur actione reali, ita resoluit Gomezius hoc numero, & comprobatur late a Cardinali Tuscho *liter. L. conclusione* 326. quasi per totam, maxime *ex numer.* 32. & 46 Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr* 9. *titul* 8. per totum Cuiacio *libr.* 33. *ff. in l* 10 & *lib.* 36. *l.* 11. *ff. de liberatione legata* Anton Fabro *libr* 17. *coniecturarum, capit.* 9. & *sequent.* Menochio *libr.* 4. *præsumptione* 164 *per totam* Baeza *de decima tutoris, capit.* 2. *num* 163. & 164 vbi quod liberatio generalis non libe-

rat à reddenda ratione, si constet priorem computationem aut fuisse erroneam aut non plenam, nec aliquid operatur prædicta liberatio, quoad ea quæ dolo sunt occultata, vel ignorata, idem tenet Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 3. *parte, cap.* 14 *numer.* 4. & 9. vbi quod dolus futurus nõ remittitur, nec potest remitti, & *n.* 13. vbi quod ex liberatione legata non censetur remittere testator res illas pro quibus testator posset agere rei vindicatione, quod limitat cum Padilla, quando huiusmodi liberatio fit patri, cui etiam actiones reales remissæ videntur Baeza *de debitore, capit.* 10. *n.* 4. & 8. Cancerius *variar.* 3 *parte. cap.* 20 *numer* 355. vbi de debito conditionali, vel in diem, & alia, & an remissio, seu liberatio generalis comprehendat ea quæ ex reliquatione debentur, idem Gutierrez *ibidem numer* 14 & *capit.* 1. *eadem parte* 3. *numer.* 45, & *cap.* 3. 1. *parte, num.* 52. vide etiam Oldaldum ad Donellum *lib.* 16 *cap.* 22, *lit.* D. & Scobar *de ratiociniis, cap.* 5.

Ibi: *Si vero scripturam, seu chirographum legat &c.*

Quod si testator legauerit apodissam, vel scripturam, vel si legat liberum rationum, videatur legare debita, & credita in eis contenta, docet Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, lib.* 9. *titul* 1. *numer.* 9. Oldaldus ad Donellum *libr* 8. *capit* 19. *later.* B. Antonius Faber *lib.* 17 *coniectarum, capit.* 10 late Morla *in emporio titul* 1 *quæst.* 8. vbi etiam latè agit, an si reddatur instrumentum debiti inducatur ex hoc tacitũ pactũ remissionis ipsius debiti, de quo etiam Menoc. *lib.* 3 *præsumptione* 100. late declarans, & omnes supra relati, Castillo *tom.* 2. *controuers. cap.* 23. vbi plurimos refert, & nouissime Salgado *in labirintho* 1. *parte, cap.* 29 *ex num.* 9. omnino videndus.

Diuersum verò statuitur quando creditor legat pignus, vel hipothecam suo debitori, tũc enim tus pignoris nõ ipsum debitum legasse præsumitur nisi aliam fuisse voluntatem testatoris probetur: vt constat ex relatis doctoribus, Petro Gregorio *in syntagm lib.* 21. *cap.* 6. *numer.* 3 Mantica *libr* 9. *titul.* 8 *num.* 5. Couarruuias *libr.* 5. *commentariorum cap.* 4. *n.* 2. & alij circa rationem autem diuersitatis plura scripserunt interpretes, contra quos insurgit Antonius Faber *dict. lib.* 17. *cap.* 10. contendens etiam in casu legati pignoris ipsum debitum remissum videri, cuius argumentis optime satisfacit D. Franciscus Amyca *lib* 2. *obseruation. cap* 14. *per totum, vbi num* 7. & 11 & *sequentibus*, optime defendit ab impugnationibus ipsius Fabri, text *in l.* 1 § 1, *ff. de liberatione legata.*, & vide etiam post hæc scripta nouissime Salgadum *in labirintho* 1. *parte, cap.* 29, *ex num.* 3, vbi late explicat.

Ad numerum 83, ibi: *Et breuiter, & re-* 80
solutiue respondeo, &c.

Liberatio à reddendis rationibus si per testatorem concedatur, tantum tenebitur gestor ad res, vel bona quæ possider, & ad debita, & actiones, quæ ex administratione prouenerunt, non tamen ad res, & bona deperdita, vel consumpta ex negligentia, vel culpa leui, secus si dolo, vel malitia eius, ita resoluit noster Gomez. in præsenti, præterquam si dolus etiã remittatur prout potest præteritus nõ futurus, & ita docẽt Cardinalis Tusch. *lit.* L, *conclusione* 326, Late Boerius *decisione* 124, *n* 8, Baeza *in tractatu de decima tutoris, cap.* 2. *num.* 150, vbi cum communi resoluit, tutorem, vel alium gestorẽ teneri reddere rationem etiam si ei legata fit liberatio reddẽdæ rationẽ, nam his verbis solum videtur subtracta scrupulosa inquisitio, non autẽ quominus cõueniri possit ratione doli, vel reliquorum quę apud eum sunt, & iterum *cap.* 4, *nu.* 44. Gutierrez *in tract. de tutelis*, 1. *parte, ca.* 8 *in.* 52, Couarr. *lib.* 2 *variar, ca.* 14. iterum ipse Gutierrez *in dict. tractatu* 3 *parte, cap.* 1. *ex n.* 31. omnino videndus Menochius *libr.* 4 *præsumpt.* 164 Scobar *in tractatu de ratiociniis, cap.* 5. per totum,

vbi bene materiam explicat, & conciliat l. *Aurel*, §. *mœuia. ff. de liberat. legat. cũ l. creditor* §. *Titia, eod. tit.* & nouissime Farin. *in fragm.* verb. *Iuramentũ, n.* 1091, *& seq.* vbi explicat quãdo valeat, & possit fieri remissio doli, siue inomittẽdo, siue in cõmittendo cõmissi, *et n.* 1106 agit, quid si ad ministrator nihil lucratus fuit in administratione, an contra eũ iure turinli tem propter dolum? Carpio *in tract. de executor. lib.* 4. *c.* 2. *n.* 10. Augustin. Barb. *de vniuers. iure eccles. lib.* 3. *c.* 27. *n.* 42.

81 Ad numer. 84 ibi: *Et breuiter, & resoluti ue dico, &c.*

Explicat hic noster Gom. vbi, & quo loco, peti possit legatũ, vel soluri? (de quo etiã infra *n.* 98) & cuius expensis res legata portari debeat, de quo videndi sunt Sarm. *lib.* 8 *select. in l. si quis seruũ*, Menoch. *de arbitr. cas.* 468. Greg. *in l.* 12. *tit.* 9 *p.* 6 *glos.* 2. *& in l. fin. eod. tit.* Osuald. ad Donel. *lib.* 17. *commentar. cap.* 15. Surdus *in tractatu de alimentis, tit.* 4. *quæst.* 16. vbi de legato alimentorũ quo loco soluendum sit, de quo etiã latissime Cast. *li.* 4 *cõtrouer. capit.* 60. quasi per totum, iterum Donell. *commentariorum iuris, lib.* 8 *cap.* 35. & ibi Osualdus, Cujacius, *lib.* 5. *ad Africanum, ad l.* 108 *ff. de legatis* 1. qui omnes, & supra relata agũt de seruo fugitiuo legato, qui si viuo testatore fugit, expensa et periculo legatarij quærẽdus est, si vero post eius mortẽ, totum hoc ad hæredẽ pertinet, *ex l.* 8. *ff. de leg.* 2. de quo etiã sermonẽ facit Garc. *in tract. de expens. c.* 17. *ex n.* 18. vide etiam bene explicantẽ hãc quæstionem, Molin. *de iust. tom.* 1, *disputatione* 195 *num.* 9. *& 10*, Gratianum *disceptation. forensium, tomo* 1. *cap.* 62. vbi probat quod legatum relictũ in subsidium studij præstari debet in loco, vbi legatarius studio incumbit, *& nu.* 12. docet spectate ad legatarium periculum deferendi pecuniã & fructus legatos, quando debentur ex certo & determinato prædio, quia debentur vt species.

82 Item adde an in legato reddituum, fundi hæres possit retinere fructus talis fundi, & soluere æstimationẽ in pecunia? quod late disputat Barb. *in l.* 7 *ff. soluto matrim. ex n.* 30.

Item de legato cum pacto de non revocando, vide eũdem Barbos. *in l. quæ doris, ff. soluto matrim. n.* 113. *& seqq.* vbi etiam *ex n.* 145. 163. *& seq.* latissimẽ agit de alienatione rei legatæ cõsentiente legatario, & ibi per discursum plura nõ contemnenda de hac materia reperies.

Item adde, quid si testator legat domũ quam solã habet, si ea indigeãt filij, an valeat legatũ? vide Greg. Lopez *in l.* 23. *tit.* 9. *partit.* 6. verb. *Como el*, & Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib.* 2 *cap.* 2. § 1. *nu.* 34. *& 35.* apud quem ibidem *& in lib.* 4. *c.* 1. plura non contemnenda inuenies in materia legatorum.

Si legatum fiat seruo plurium domino- 83
rũ, si aliter eorũ omiserit legatum, eius pars remanet penes hæredẽ, licet aliud sit in hæreditate, probat Pichar. *in* § *seruus autẽ, n.* 4, *instit. de hæred. instit.* & alia de hoc iure accrescendi vide per Castellum *in l.* 9. *Tauri & in leg.* 38. vbi probat quod si legatum fiat quibus executoribus testamenti, & alter nolit exequi, totum habebit socius.

Item de hoc legato. *Quidquid Romæ* 84
vel in patria, vel in vrbe Roma, quid comprehendat, & an comprehendantur credita quæ continentur in Kalendario ibi existente, vide D. Francisc. de Amaya *lib.* 1 *selectarum, cap.* 16 *per totum.*

De præscriptione contra legatarium 85
late Rodriguez *in tractatu de redditib. lib.* 1. *quæstione* 17 *nu.* 103; Gutierrez *canonicarum, lib.* 2. *cap.* 26. *per totum*, Augustinus Barbosa *in collectanea ad caput finale, de præscriptionibus, numer.* 43, Costa *in* § *cum in bello*, verbo: *Vindicaret, numer.* 8. Cancerius *variarum*, 3. *parte, cap.* 20. *n.* 64, *&* 324. Gratianus *disceptat. forensium, tomo* 1. *cap.* 118. *ex n.* 16. Caldas *in l. si curatorẽ*, §. *sua facilitate, n.* 35. Osaldus *lib.* 8. *c.* 36. Scaccia *de commerciis*, §. 7 *glosa* 7.

Legatum decentũ soluẽdis intra certũ 86
tẽpus, & quod si nõ soluantur præstẽtur

sex

sex pro centũ, an sit vsurarium Farinac *in decis.* 85. *lib.* 1. & an in legatis propter morã debeãtur vsuræ, Rodrig. *in d. tract. de reddit. lib.* 3 *quæst.* 7 *n.* 115. Fachin *lib.* 6. *controuers. c.* 72. Gratianus *in regul.* 221. Zuallos. *quæst.* 904.

87 De legato vsufructus facto vxori si dotẽ non pecierit, an finito vsufructu dos exigi possit, et quid si sponte ei soluatur? Fachin. *lib.* 12 *controuers. c.* 64, & 65.

88 Item adde quod si fiat legatũ Titio nec cõstet cui, cũ sint duo Titij, neutri debebitur, etiã si alter alteri renuntiet, ita cum Bart. & Alex. docet Gratian. *discept. forens. lib.* 1 *cap.* 30. *n.* 9. & ibi quid si nõ renuntiet, sed ius suum cædat alteri

89 De veste legata quã dicit valere quadraginta, cũ valeat centum, & de centũ quę dicit contineri tali instrumẽto, cũ ducẽta contineãtur, & de fundo legato cuius vsusfructus alienus erat, & alia Aluar. *de coniect. men. defun. lib.* 4 *c.* 1. *ex n.* 58.

90 Si testator legat dimidiũ bonorũ mobilium legatum soluendũ esse absq; eo quod prius satisfiat creditoribus, duumodo hæreditas sit solubilis fuit resolutũ apud Farina. *decis.* 446. *in.* 8 *p. suor. oper.*

91 Conditio nõ ingrediẽdi religionẽ an reiiciatur in legatis? Cost. *in* § *arbitratu ampliat.* 11. Zeuall. *quæst.* 241 vbi de legato decentũ si nubat, & de quinquaginta si ingrediatur religionem. & vide sup.

92 Legatum factũ concubinæ an valeat, vide late Farinac. *in fragm.* verb. *Cõcubina, ex n.* 542 *vsq; ad n.* 608 vbi etiam de legato facto adulterę, et aliis, cum limitationibus, & declarationibus, & de illis hæredibus instituendis.

93 Si legata omnia solui nõ possunt legitimæ filiorũ, Tho. Sãc. *in consil. moralibus, lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 11. *n.* 9. cum Greg. Lop *in l.* 1 *tit.* 11. *part.* 6. & ibi per totum dubium agit quid faciendum si integra legata solui non possunt.

94 Rupto testamẽto ex causa præteritionis, vtrũ debeatur legatũ relictũ ipso filio præterito? vide Zeuall. *q.* 503. & de aliis legatis etiam pijs, vide Canc. *variar. 1. part. cap.* 4 *ex n.* 48

95 Legato pignore creditori per debitorẽ vtrum cẽseatur in totũ facta compensatio cum debito vide Zeuall *quæst.* 595

96 Itẽ adde quod si legata excedunt vires patrimonij diminui debent pro rata, et reduci ad eas, ita Parad. *quotid. lib.* 1. *c.* 18. Franch. *decis.* 336. Scob. *de ratioc. comput.* 10 Pereir. *de nominat. emphit. q.* 10. *ex nu* 45. Tiraquel. *de pia causa. priuil.* 26. Surd. *de alimentis tit.* 8. *priuileg.* 30 Gom. Bay. *in praxi, quæst.* 83. & *quæst.* 152. *n.* 45 Thom. Sanchez *in cons. moral. lib.* 4. *cap.* 2. *dub.* 11. Castil. *lib.* 4. *controuer. cap.* 51. *per totum*, & nouissime Salgado *in in labirint. part.* 2. *c.* 4. *n.* 2 *vbi nu.* 3. ex Cald. vbi supra aduertit, quod si aliquis ex legatarijs partẽ integrã fuit consequutus, tenetur alijs restituere excessũ, quod etiã in legatis pijs procedit vt ipsi doctores tenẽt. Sed contrariũ in legatis pijs maxime ad celebrationẽ missarum pro anima defuncti tenuerunt alij, vt constat ex D. Larrea *decis.* 51. *n.* 44 & 45.

97 Itẽ adde quod si fideicõmissũ à legatario relictũ declaretur, nõ cedit cõmodo hedis, sed ad ipsum legatariũ pertinet de quo vide Larream *decis. gran.* 67. *ex n.* 19. vbi bene declarat

98 Itẽ adde circa l. 48, *tit.* 9 *p.* 6. vbi cauetur hæredẽ pro legato posse conueniri in loco domicilij, vel vbi fuerit maior pars bonorũ hæreditatis, aut vbi res legata est sita omnino videndum Carle. *de iudic. li* 1, *disput.* 2 *ex n.* 353. vbi latissimè explicat post Greg. *in l.* 1. *tit.* 6 *p.* 6 & Mol. *de primog. lib.* 3. *c.* 13 *n.* 73. & Barb. *in l. hæres absens, in princ. ex nu.* 37 & Menoch. *lib.* 4. *præsumpt.* 200.

99 Itẽ adde quod testamentũ impugnans tanquã falsum, vel inofficiosũ amittit legatum, secus qui dicit testamentum nullũ aliquo nullitatis defectu, quia tunc nõ impugnat testatoris iudicũ, sed tantũ, allegatur eius error, Canc. *var* 1 *p. c.* 6 *n.* 21. *et* 22. *et* 3 *p. c.* 15. *n.* 288, & 289.

FINIS.

Tomus Secundus

ADDITIONES
AD TOMVM
SECVNDVM DE
CONTRACTIBVS.

CAPVT PRIMVM
DE
PERSONIS, QVÆ POSSVNT CONTRAHERE VEL NON.

SVMMARIVM.

1 Doctores materiam explicantes refruntur
2 Princeps cum subditis an possit contrahere
An princeps obligetur civiliter?
Princeps an possit tollere contractus?
3 Filius familias an possit contrahere?
An filius fam. possit existere in iudicio?
Ratio differentiæ inter contractum, & testamentum filij familias.
4 Servus an possit contrahere?
5 An Religiosus contrahere possit?
6 Advocatus an possit contrahere cum cliente
7 Iudices an possint contrahere?
8 De minorum contractibus.
De muto.
De prodigo & phrenetico.
9 De muliere coniugata.
De confessione coniugatæ.
Quid facto divortio?
Quid soluto matrimonio an valeat contractus eius antea factus?
Quid si nondum receperit benedictiones nuptiales?
10 Prohibitus contrahere an sit prohibitus pignus accipere?
11 Deportatus an possit contrahere?
Damnatus ad mortem an possit contrahere?
12 Inhabilis ad contrahendum an obligetur

ex

CAPVT

ex causa dotis?

13 *Excommunicatus an possit contrahere?*

14 *Cæcus an possit, & quomodo contrahere?*

1 DE materia contractuum agunt latissimè in genere Mozius & Contradus *in suis tractatibus* Cardinalis Dominicus Tuschus, *litter* C *conclusione* 979. *& sequentibus vsq ad* 1004 Mantica *de tacitis conventionibus tomo* 1. *lib.* 1. 2 *&* 3 vbi de cõtractibus in genere Donellus *lib.* 12 *cõmentar, cap* 6. *& seq.* vbi Offualeus explicat, quomodo accipiatur hoc verbum, *contractus*, & latius esse verbum *conuentio* dicit cum Gregorio Lopez *animaduersionum cap.* 8. *num* 12. Petrus Gregorius, *syntagm. lib.* 21. *cap.* 1 *& seq.* Cujacius *in l.* 1. § 3 *ff. de pactis & lib* 2. *obseruation*, latissimè Thomas Sanchez *de matrimonio tomo* 1. *per totum* vbi generaliter materiã contractuum pertractat siue pure, siue sub conditione, siue per vim sit celebrati: Scaccia *de commerciis, maximè* §. 1. *quæstione*, 7 *parte*, 3. *limitatione*, 17 *ex num.* 1. *& ampliatione* 19. *parte* 2. Reginaldus *in praxi, lib* 25. *cap* 9. *late*, Molina *de iustitia tomo* 2 quasi per totum Lelsius item *de iustitia, cap.* 17 Bonacina *de contractibus & restitutione disputat*, 3. per totam, Filiucius *in summa tomo* 2. *tractatu*, 33. *ca.* 3. per totum Pinelus de bonis maternis l. 1. *parte* 1. *ex num* 17. Pichardus *in Instituta de obligationibus in* § *sequens, & in* §. *hi qui in Instituta de obligationibus ex delicto.*

2 Ad numerum 1. ibi. *Quod princeps imperator, dux, comes, &c.*

Principem, imperator in vel quem libet ducem, & Comitem posse contrahere cum subditis suis, vt hic resoluitur, probant Petrus Gregorius *de Republica lib.* 8. *cap.* 8. Farinacius *in fragmentis* verbo *metus num* 82. *& seq.* vbi de metu reuerentiali in hoc casu, Gratianus *disceptation, cap.* 310. *num.* 9. Paulus Parisius *consilio* 2. *tomo* 4. *ex num.* 128 Souta *in repetitione* § *actionum cap vltimo, num* 3. *& 4. & in repetitione, tit ff. de pactis quæstione* 3. vbi late, & ibi quod successor in regno tenetur ad contractus *Regis* mortui, quia regnum (inquit) defertur tanquam hereditas, de quo videndi sunt Molina *de iustitia disputatione* 541. *&* 542 *tomo* 2. Petrus Gregor. *supra lib* 7. *cap.* 20 *ex num.* 38, Gutierrez, *Canonicarum lib.* 1. *cap.* 36 *ex num* 3. Bouadilla *in politica lib* 2. *cap.* 16. *num.* 193. quem videas, & alij relatia Narbona *in* 3. *partem nouæ recopilation, lib.* 7 *tit.* 5. *l* 11 *glossa*, 3 vbi ita explicat, nempe quod si princeps non proprio suo nomine sed dignitatis prætextu contraxit pro bono publico, & in totius Reipublicæ vtilitatem, ex tali contractu præcisse successores obligantur, aliàs secus, Barbosa *in collectanea ad capit.* 1. *de solutionibus num* 9. vbi per totum caput agit quid in successore maioratus, beneficij, vel Episcopatus? Garcia *de expensis cap.* 16. bi de successore in Regno, vel maiorato, & nouissimè Amaya *in l.* 23. C. *de decurionibus lib.* 10. *ex num.* 12 vbi alios plures refert, Carleualius *de iudicijs tomo* 2. *disputatione* 1. *ex num.* 22 vbi de hypotheca quæ competit in bonis contrahentis cum fisco, Cancerius *variar* 3. *parte cap.* 1. *ex num* 142 late Caldas *in* §. *Iesis ex num* 106 vbi de donatione *Principis*, iecrum Barbosa *in collectanea, cap.* 1 de probationibus per totum vbi etiam *num.* 9. agit quando princeps possit reuocare priuilegia, seu concessiones, quæ transierunt in naturam contractus, & an successor teneatur stare cõtractui prædecessoris? Matien. *in l.* 7 *tit.* 7 *glos.* 7. *nu.* 3 *&* 5. *lib* 5 *recop. & in l.* 6 *tit* 10 *glossa* 2. *num.* 10. *& ibi num* 28. quando possit priuilegium reuocare, Noguerol *allegatione* 18. *ex n.* 83 vbi quod contractus cum subdito est meticulosus *& allegatione* 14 *ex num* 3. vbi quod ex contractu principis sine apprehensione transfertur dominium,

&

& *allegatione* 5. *quasi per totam* vbi alia, Bonacina *de contractibus*, & *restitutione disputatione* 3 *puncto* 5, *num.* 4. & Salgado *in labirintho* 1. *parte cap.* 38. *num.* 17.

Ibi. *Sed pulchrum, & subtile dubium, &c.*

Tam ciuilitet quã naturaliter obligari principem ex contractu (vt Docet Gomezius) probant Menchaca *contro uersiarum illustrium cap.* 3. vbi id, eleganter concludit Surdus *decisione*, 1. *num.* 5. Molina *de iustitia tomo*, 2. *disputatione* 261 *num. finali* Tuschus *lit.* R. *conclusione*, 335. vbi de Rege carcerato contrahẽte Barbosa *in collectan. dicto*, *cap.* 1 *de probationibus num.* 6. quia princeps in contrahendo intelligitur velle vti iure communi, vt ex Pichardo *in* §. *actionum* instituta *de actionibus quæstione*, 3. *nu.* 6 & 7 docet eruditè D. Franciscus *de Amaya in l.* 2. *Cõd. ne fiscus rem quam vendidit, &c. lib.* 10. *num.* 13 & 14. & *in l. finali Cod. de annonis & tributis num* 2. & 3. quinimo firmius arcti vsq eum obligari conuenit qui mutuæ fidei vindex est, vt cum alijs tradit Ossualdus ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 22 *lit.* Z. & nouissime Salgado *in labirintho* 1. *parte*, *cap* 38. *vbi num.* 17 cum alijs pluribus & cum Barbosa *in tractatu de clausulis clausula* 41. *ex num.* 26. docet non posse principem reuocare contractum initũ cum subdito etiam de plenitudine potestatis & D. Larrea *allegat. Fiscali* 3. & 4. per totam, quem omnino videas, quia optimè explicat obligationem Principis in contractibus suis, & in alleg. 23. *ex num.* 3. & *allegatione* 31. *ex num* 18. vbi quod ex causa publica potest cõtractus innouare, & *alleg.* 40. *n.* 34. & *allegat* 119. *num* 8. vbi quod nec de plenitudine potestatis potest suum contractum reuocare.

Et adde quod princeps non potest sine iusta causa tollere contractus, vt ex Matienzo *in l.* 7 *tit.* 7. *glossa* 7. *num.* 3. & 5. *lib* 5. recopilation, & alijs docet Gratianus in regula 378. *num.* 7 & nouissimè Salgado in labirintho *parte* 1. *cap.* 38. *ex num* 16. õmnino videndus.

Ad num. 2. ibi: *Vt procedat, & habeat locum, &c.*

3 Quod filius familias possit contrahere vt hic docet noster Gomezius, comprobant Donelus *commentarior. lib.* 12 *cap* 24. vbi Ossualdus l Cujacius *lib.* 21, *observation cap.* 23. Petrus faber *lib.* 1. *semestrium cap* 12. & 13. Pichardus *in* §. 12. *num.* 13. instituta *de obligationibus quæ ex delicto*, & *in* §. 8. instituta *de inutilibus stipulation*, Cancerius *variar.* 2. *parte cap.* 1. *num.* 4. 37. 58. 69. & *seq.* & 1. *parte cap.* 10 *num.* 19. eum vide ibi, & maxime *dicto dicto cap.* 1. quasi per totum vbi omnia resoluit & *num.* 204. quid in foro conscientiæ? & *cap.* 6 *parte* 2. *num.* 38. vbi quod eĩ recte soluitur Bolanus *in Curia* 2. *parte* §. *paga num.* 5. & Scacia *de cõmerciis* §. 2. *glossa* 5. *num.* 31. & alios refert D. Franciscus de Amaya *lib.* 2. *observationũ cap.* 17. *num.* 11. *vbi num.* 12. concludit, quod si cum filio postea facto sui iuris contraxerunt aliqui horum ratio habenda est, non antiquorum, atq. ita separationem faciendam inter creditores Castrenses, & Paganos de quo etiam Ossualdus a Donel. *lib.* 27. *cap.* 9 *lit.* L. Caldas Pereira *in l. si curatorem* § *lesis nu.* 89. Gregor. *in l.* 7. *tit.* 2 *parte* 3 *glossa* 1 Paz *in praxi* 1. *tomo* 1. *parte* 2. *tempore num.* 16. & *seqq.* Mendez de Castro *in l. cum oportet Cod. de bonis qua liberis* 2. *parte num.* 133. & *seqq.* Gutier. *de iuramento confirmatorio* 1. *parte cap.* 5. *ex num.* 6. Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 1 *nu.* 2. Suarez *in l post rem iudicatam in declaratione*, l. Regni versiculo: *quæro an filius familias*, & *ibi* Valdesius Salgado *de protectione* 4. *parte*, *cap* 8. *ex n.* 234. iterum ipse Salgado *in labirintho* 1. *parte cap.* 27. *ex num* 84. vbi quod recte fit solutio filiofam. deeo quod debetur ex contractu cum illo celebrato, & ibi late de auctoritate patris tam ad contractus filij quam ad iudicia Carleual, *tomo* 2, *disputatione* 20, *num.* 6 Reginaldus *in praxi lib* 25. *ex num.* 153. Ceuallos *quæstione* 163. vbi an inter patrem, & filium

cad

cadat ciuilis obligatio iterum Pichardus *in §. si filius fam. num.* 11 *instituta de obligationibus quæ quasi ex maleficio*, Osualdus ad Donel *lib.* 17. *ca.* 26. *lit.* A. *& seq.* Vatius *de nullitate ex inhabilitate seu defectu mandati ex num.* 39. Tuschus *lit. F. concl. ssione* 363. Menochius *de recuper. remedio*, 15 *num.* 298 *& seq.* Cattillo *de vsufructu cap.* 3. *ex num.* 13. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 5 *partita* 3. Barbosa *in l.* 2. §. *quod si in patris num.* 19. *& seq. ff. soluto matrimonio & in l.* 3. ibidem *ex num.* 3 Gratianus disceptatiõ. *tomo* 4 *cap.* 799. *per totum*, qui omnes latissimè agunt de contractibus filij fam. & quando in iudicio esse possit, de quo etiam infra *cap.* 5 *num.* 12. Cancerius *supra num.* 91. Bonacina *de contractibus disputatione* 3 *quæstione* 1. *puncto* 5 *num.* 13. Thomas Sanchez *in Consilijs Moralibus lib.* 1. *cap.* 7. *dubio* 1. vbi de filiofamil. cuente ad creditum, Molina *de iustitia tomo* 2. *disp.* 261. *ex n.* 3. Baiça *de non meliorando, dotis ratione filiæ, cap.* 12. *num.* 8. *&* 9. Farinacius *in fragmentis* verbo: *Metus num.* 118 & seq. vbi de contractu inter patrẽ & filium vtrum in eo metus reuerentialis præsumatur. Hermosilla *in l.* 2. *tit.* 5. *part.* 5. Salgado *in labirinthis* 2. *parte cap.* 33 *num.* 10. vbi quod quando in contractu filij requiritur quod interueniat consensus patris non sufficit, si interueniat post mortem filij, *&* 2. *parte cap.* 9. *num.* 40 vbi quod si filius familias reputabatur pater famil. valent ab eo gesta, quamuis ab alio quam a patre familias fieri non possint, vide etiam Nurbon. *de ætate anno* 25. *q.* 10 vbi de conductore vectigalium filio fam.

Jbi. *Sed pro perfecta declaratione quærenda est ratio, &c.*

Improbat hic Soarez rationem differentiæ nostri Gomezij, cur filius fã. de iure communi posset contrahere, non vero testari, eam tamen laudat Osualdus ad Donel. *lib.* 12 *cap.* 24 *notatis lit.* A. vide etiam Spinum *in speculo glossa rubricæ* 4. *parte*, & Ceuallos *quæst.* 794. & Pichard. *in principio* instituta *quibus non est permissum facere testamentum ex num* 61.

Ad numerum 3 ibi. *Item etiam seruus* 4 *potest contrahere &c.*

Seruum obligari naturaliter contrahendo non vero ciuiliter, vt docet noster Gomezius probant Donel, *lib* 12. *commentarior, cap* 22. vbi Osualdus *lit.* A. *notatis* plura cumulat Pichardus *in* §. 8. *instituta de mutuis stipulation. num.* 19 *& in rubrica* instituta *de obligationibus nu.* 17. Barbosa *in l. si vnus de rem.* §. *eam transgrediamur, ff. soluto matrimonio num.* 1. & pluribus sequentibus Molina *de iustitia tomo* 1. *disputatione* 38. *in fine, & tomo* 2. *disputatione*, 26. *num.* 6 vbi de pactis, quæ fiũt inter seruos, & Dominos super libertate, & manumissione quod valeant, Petrus Gregor. *in sintagm. lib.* 21. *cap.* 5. *num.* 10 Thomas Sanchez *tomo* 1. *consil. cap.* 1. *lib.* 1. *dubio* 2. & ibi: *Dubio* 1. late cõgerie casus in quibus seruus potest habere proprium, Gregor *in l.* 5. *tit.* 12. *partita* 5. Diana *resolution. Moral tomo* 7. *tractatu* 7. *resolutione* 24. vbi post quam constituit Regulam Generalem quod seruus ex contractu non obligatur ciuiliter, excipit nisi seruus promisit pecuniã pro libertate *ex l. promisse Cod. an seruus pro suo facto, &c.* vel si fuit pactum inter seruum, & Dominum, vt eum manumitteret data pecunia, tunc enim pecunia soluta habet actionem contra Dominum vt eum manumittat ex Tex. *in l.* 1. §. *seruos ff. de officio Præfecti vrbis, l. vix ff. de inde ict.* & demq. addit, quod seruus de iure naturali actuam, & passiuam obligationem contrahere potest, & per totũ tractatum plura de seruis cumulat, cum vide, & Scacciam *de cõmerciis* §. 1 *quæstio.* 1. *num.* 533. *& quæst.* 7. *parte* 2 *ampliatione* 19 *num.* 95. Reginaldus *in praxi lib.* 25. *ex num.* 161. Cancerius *variar.* 2. *parte cap.* 6. *num.* 38. vbi quod seruo recte soluitur ex contractu cum eo celebrato, Scaccia *sup.* §. 2 *glossa* 5. *num.* 31. Tusch. *lit.* S. *concl.* 233. vbi quod seruus est capax legati alimentorum & alia de quo etiam

etiam Surdus *in tractatu de alimentis tit. 9 quæst.* 33 *num.* 10. Salgado *in labirintho creditor, 1. parte, cap* 27. *ex num.* 84. vbi etiam quod recte soluitur seruo quod debetur ex contractu cum eo celebrato

Item adde an Religiosus possit contrahere? in quo Hostiensis, Abbas, Felinus, Iaso, Cagnolus, Faber, & alij relati a Ceuallos *quæstione* 446. *num.* 13. tenent quod nec ciuiliter nec naturaliter obligari potest, quia nec habet velle, nec nolle, Antonius Cucus *lib* 3. *instication, mai. tit.* 3. *num.* 37. vbi ait hoc procedere, quamuis contractus iure iurando firmatus sit Monaldus *consil.* 30. *volun* 2 *ex num* 1 *quintum* 14. asserit, non satis esse vt prælatus non cõtradicat vt obligatio ex contractu Monachi oriatur, sed opus esse vt contractum Monachi approbet, & Molina *de iustitia tomo* 1. *disputatione* 140. sed probabilius est etiam Monachum naturaliter obligari vt cũ alijs optimè probat Thomas Sanchez *in summa* 3. *parte lib.* 7 *cap.* 31. *num* 37. vbi, & numeris sequentibus declarat, & limitat, *& num.* 35. bene explicat effectus obligationis ciuilis, & naturalis & addit quod si lex contractui resistit, nec naturalis obligatio oritur, eum videas, & Salgadum supra, vbi quod recte soluitur Monacho, quod debetur ex cõtractu cum eo celebrato, vide etiam Scaccia *de commercijs*, § 1 *quæstione* 7. *parte* 3. *limitatione* 17. *n.* 23. *& parte* 2 *ampliatione* 19. *num.* 96. vbi an promittens Monacho incapaci acceptionis, teneatur promissionem implere? *&* § 2 *glossa*, 5. *num* 32 *&* 35. *Regin. in praxi lib.* 25. *n* 159 Cancerium, 2. *parte cap.* 6 *num.* 38. vbi etiam quod recte soluitur Monacho,

Aduertendum tamen est quod si cõtractus Religiosi tendat in vtilitatem Monasterij, tunc alidus, & nõ irritus erit, ita vt Monasterium possit illum ratum habere, vel reprobare, vt contingit in Ecclesia, pupillo, aut minori, vt ex Molina *tomo* 1. *de iustitia disputatione.* 140. *& tomo* 2. *disputatione* 164. Alciato, Innocentio, Abate, Siluestro Nauarro & alijs cõcludit idem Thomas Sãchez *dicto cap.* 31. *num* 28 vbi per totum caput late, & optimè prosequitur materiam & quid dicendum sit de contractibus ante professionem initis, *& in lib.* 6 *an recedenti* iam dixerat *in cap.* 14. an Religiosus pro de posito possit conueniri, vel vt fideiussor obligari? quod etiam late exornat Barbosa *in collectan. cap.* 4. *de fideiussoribus*, & vide Noguerol *allegatione* 6. *ex num* 25. vbi de cõtractu Monasterij.

Et generaliter quod contrahere prohibiti possint illud, facere in sibi vtilibus, comprobat late Stephanus Gratiã *disceptationum lib.* 1. *cap.* 27.

Item an aduocatus cum cliente pendente lite possit contrahere? videndi sunt Ossualdus ad Donel, *lib.* 18. *cap* 3. *lit.* CCC. & Doctores *in l quisquis Cod. de postulando* vbi etiam de Medico cum infirmo de quo etiam *cap.* 14. *infra num* 34 verficulo, *deniq; de prohibitione*, Gutierrez *de iuram, confirm. cap.* 57. Villadiego *in politica cap.* 5. §. 35. *nu.* 27. Farinacius *in praxi tomo* 3. *quæstione* 106. Paz *in praxi in annotatione de aduocato* Carralco *ad leges Recopilatio, cap.* 10, Scaccia *de commercij.* § 1 *quæst.* 1. *num.* 557. *& quæst.* 7. *parte*, 2. *ampliatione* 19 *num.* 24.

De iudice etiam quod non liceat ei emere intra territorij suæ iurisdictionis vide Gregorium *in l*, 5. *tit.* 5. *partita* 5. & Regnicolas *in l.* 2. *tit.* 6, *lib* 3. *Recopilation*, & Doctores *in l, vnica Cod. de contractibus* iudicum Fachineum *lib.* 2. *controuersiarum, cap.* 78. *&* 79. *&* 88. & hęc prohibitio ad omnes contractus extenditur Auendanus *in cap.* 2. *de exequendis mandatis num* 22. Auiles *in tem in cap.* 2. prætor, verbo. *Mercaderia num*, 1 *&* 6. Azeuedus *in dicta, l* 2 *num.* 12. Matienzo *in Dialogo* 3. *parte cap.* 27. *num.* 1. ita vt nec perviam negotiationis vel mercantiæ vel aliomodo possint contrahere, nec emere, præterquam ad victum necessaria vt probatur ex Tex *in dicta* l 5. *partita* 5.

m 5 *tit.* 5 & circa hanc materiam contractuum iudicum videndi sunt Menochius *de arbitrarijs casu* 459 Osualdus ad Donel, *lib.* 12. *cap.* 23. *lit.* D. Caldas *in l. si quis rationem*, § *sua facilitate num* 4. *& seq.* Fachineus *lib.* 2. *controuersiarum*, *cap* 79. *& 80.* Sousa *in repetitione tit. ff. de pactis quæstione* 1. *num.* . Barbosa *in collectanea, ad dictam, l. unicam Cod de contractibus iudicum* Amay *in l.* 1. *Cod. vt nemini liceat ab emptione, &c lib* 10. *num.* 53 Bobadilla *in politica lib* 2. *cap.* 12 late, & omnium latissimè Hermosilla *in dict. l.* 5. *tit.* 5. *partitu* 5. quem omnino videas, & Molinam *de iustitia tomo* 2. *disput.* 342. & vide etiam Scacciam *de cõmercijs*, §. 1 *quæst.* 7 *parte* 3. *limitatione*, 17. *ex num.* 16. Cancerius 3. *parte cap.* 1 *ex num.* 97. & vide infra *cap* 14 *nu* 34. & Matienzo *in dialogo* 3. *parte cap.* 31 *num* 4. vbi quod donatio tempore rationi possessionis fieri iudici, Aules *ca.* 19 verbo, *Donatio, num.* .

De minorum etiam contractibus videndi sunt Caldas *in dicta l. si curatorem per totam* Antonius Sola *in commentarijs ad aurea decisiones* Ducal, *tit. de alienatione minorum* Anchurran Regens, *quæstione, similiar, lib.* 2. *quæstione* 6 *ex num.* 22. Farinacius, *in praxi tit.* 2. *quæstione.* 15. *ex num.* 9. Gutierrez, *in authent. Sacramenta Puberum per totam* Cancer *variar, tomo* 2. *cap.* 1. *ex num.* 265 Scacia *de commercijs* § 1. *quæstione*, 7 *parte* 3. *limitatione*, 17 *ex num.* 4 *& quæstione* 1. *ibidem num* 508. *&* 520. *& sequen, & parte* 2 *ampliatione* 19. *ex num* 68, *dicta quæstione*, 7. Anton Faber *lib* 8. *coniect. cap* 5. Pichardus *in* §. 10. *instituta de inutilibus stipulation ex num* 21. *& per totum* vbi etiam de furioso Osualdus ad Donel *lib.* 12. *cap.* 22 Matienzo Iunior *in repetitione* 1 *ff. de minoribus*, optimè Thomas Sanchez *de matrim. lib* 6 *disputat.* 38. Reginald *in praxi lib.* 25 *num* 44 *& seq* Hermosilla *in l.* 4. *tit* 5. *part.* 5 vbi latissimè de alienatione bonorum minoris, *& in l.* 1. *tit* 4. vbi de donatione facta per minorem, *& in l.* 3. *tit.* 1 *eadem partita* vbi de mutuo facto minori Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 14. *tit.* 14. vbi de minore, infante seruo filiofamul', muto, & alijs impeditis contrahere, Tuschus *lit.* M *conclusione* 247. *& sequen vsq. ad* 264 Bonacina *de contractibus disputatione* 3. *quæstione* 1. *puncto* 5 *num* 5. Molina *de iustitia tomo* 2 *disputatione* 261. *num.* 2. vbi etiã de prodigo, ebrio, dormiente, phrenetico, & alijs, Leisius *de iustitia lib* 2. *cap.* 17 *dubio* 8 *per totum* Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 2 *parte*, *cap* 4 *num* 23. Morla *in emporio tit.* 9 *num*, 69 vbi de furioso, iterum Reginald *in praxi lib.* 25. *num.* 160. Narbona *de ætate anno*, 10 *quæstione*, 11 *nu* 8. *& anno* 14 *quæstion* 8. *& anno* 25 *quæstione*, 8 *vbi de societate, & quæstione* 54. *& quæstionibus sequentibus* vbi de omni contractu per minorem celebrato latissimè disputat, eum omnino videas, cum casus occurrat, *& anno* 7 *quæstione* 24. vbi qua ætate minor possit existere in iudicio, Thomas Sanchez iterum *in cõsilijs Moral lib* 1. *cap* 7. *dubio*. 1. vbi de minoriemente ad creditum ad interpretationem *l.* ex. *in l* 22 *tit* 11 *lib.* 5. *recopilat.* vide etiam *infra cap* 14. *num* 2.

Item de contractibus mulieris coniugatæ videas Anastasium Germonium, *de immunitate Ecclesiar. cap* 7 §. 1. *pagina mihi* 71 *in paruis* Stephanum Gratianopolitanus *discepeation, tomo* 5 *cap* 961 *& cap* 962 *vbi de meretrice*, Scacciam *de iudicijs lib.* 2 *cap.* 2. *nu.* 502. *&* 504. vbi de muliere tutrice contrahente vt talis *& de commercijs* §. 1. *quæstione* 7. *parte* 3. *limitatione*, 17. *ex num.* 7. Mexicha *vsufreuent*, *cap.* 10 *& seq.* *& cap* 12. *num* 16. Suarez *in l. postremo indicatum in declarationem Regni limitatione* 6 vbi quod confessio facta in contractu nullo facto fine licentia mariti valida est de quo Tiraquel *in l.* 16. *connubialis gl.* 3. *vbi ex glossa* 2. de contractibus coniugatæ latissimè ad saturitatem agit, Cancerius *variar*, 1 *parte cap.* 13. *ex num.* 98. Farinac. *decisione.* 771. *&* 46 *lib.* 1. *decisionum*, & Gratian. *discepeation cap* 669. Matienzo *in l.* 2. *tit.* 3 *lib.* 5. *Recopi glossa* 1, *num.* 4. Fachinæus *lib.* 5. *contro-*

tron. cap. 60. vbi de donatione causa mortis Gutier. *lib. 2. præ q. 23 per tot.* vbi cum aliis probat, quod maritus post mortem vxoris non poterit ratificare contractũ ab ea factum absq; ipsius licentia (docent Carleu. *de iudicijs to. 2. tit. 3 disp 23 n. 18.* Salg *in labirint. 1. p. c. 3. n. 9*) de Caleu *disp 19. to. 2.* Reginald *in prax. lib. 25. ex n. 358.* item Suarez *tit de las dendas*, late, vbi etiã agit an ad causas pias possit contrahere sine licentia mariti? vbi Valdes & an in paraphernalibus? Barb. *in l. 1. parte 1. ff soluto matrim. ex nu. 28.* & quod non valeat cõtractus licet iuret se esse solutã, vel repetatur talis docet ex Azeu. sup. idem Salg. *in labirintho parte 2 c. 9. num. 110.* Sanchez *in consil. moralibus lib. 1. c. 6. dubio 3.* & an in contractu, vel donatione facta fauore filii propri? & alia Alnar. *de coniect. mente defuncti, lib. 2. cap. 1. ex nu. 27.* & an facto diuortio requiratur licentia viri? Gutier. *de iuramento confir. 1. par. c. 1. n 52.* Azeu. *in dict. l. 2. tit 3. lib. 5. Recopilat. nu. 8.* & quid si contrahat cum marito? Attendan. *in dictionar.* verbo. *Otorgamiento.* & an mulier quando recipit matrimonium iuretur ex exceptione *dictæ l. 2?* vide Gratian. *disceptat tom. 5. ca. 876. n. 9. & 11.* & an contractus factus ab vxore sine licentia viri, teneat soluto matrimonio? vide Matienz. *in d. l 2. titul. 3. lib. 5. glossa 1. n. 11.* Barbosa *in leg. 1 ff. soluto matrimonio 4. parte num. 95.* & alium Barbo. am *in collectan authenticæ quires, Cod de sacrosanctis Eccles. n. 9.* & quod nõ requiratur prædicta licẽtia si non receperunt benedictiones nuptiales, Gutierrez *de iuramento confirmat. 1. p. c. in. 58. & 71. vbi n. 42.* agit quid in foro conscientiæ, de quo etiam Scacc sup. *quæst. 7. p 2 ampliat. 19. 9. 69.* Canc. *variar. 3 p c. 1. n. 83.* vbi de tacita licentia, & *n. 156.* vbi quid fauore piæ causæ, Azeu. *d. l. 2. tit 3. li. 5. Rec. n. 3. & seq.* apud quos & omnes *in l. 35. Tauri & in d l. 1. tit. 3. lib. 5. Recopil. & in l. 3. eiusdem tit*, materiã fusissime tractatã inuenies & vide Baez. *de inope debit, c. 3 n. 18.* vbi quod mulier se obligat sine marito pro eius redeptione.

Itẽ adde quod prohibitus cõtrahere nõ censetur prohibitus pignus accipere Tiraq. *de le conub. glos. 3.* post dictas leges, verb. *Contracte, n. 111.*

Item an de portatus possit cõtrahere? vide quod sic Peregr. *de iure fisci, lib. 3 tit. 5. n. 10.* & alios relatos à Farinac. *in prax. 3. p. q. 102. n. 163.*

Item an damnatus ad mortem possit contrahere? v. de nostrũ Com. *in l. 4. Taur nu. final.* Matien. *in l. 3. tit. 4 lib. 5. Recopil glos. n. 1.*

Item an personæ inhabiles ad cõtrahendum obligentur in causa dotis vide Barbos. *in l. 1. ff soluto matrim. 1. part nu. 24. & sequent.*

Item an excommunicatus possit contrahere? magna est controuersia, v. videri potest per Villalob. *in suis commun. opin. verb. Excommunicatus n. 122.* Ugol. *in tract. de censuris, tab. 2. c. 20. §. 1.* Sayrum *eod. tract. lib. 2. c. 9. n. 10. & 11.* vbi probat peccare excommunicatum denuntiatum, vel notorium percussorem Clerici, si cõtrahat, contractum tamen valere, tam in fauorem ipsius excommunicati, quam contrahentis cum eo, idem docet Suarez *in eod. tract. disp. 15 sect. 8 ex n. 7. vbi n. 9.* explicat, quod extriplici capite potest esse nullus contractus ex communicati, eum vide.

Item cæcus quomodo contrahere possit vide Burgos de Paz *in leg. 3. Tauri, num. 1323.*

CAPVT SECVNDVM DE EMPTIONE, ET VENDITIONE.

SVMMARIVM.

1 Doctores materiam explicantes referuntur.

2 quid requiratur ad emptionem, & venditionem & an habens mandatũ advendendũ possit pretiũ recipere.

3 Venditio an possit contrahi inter patrem, & filium.
quid si palã, & bonafide contrahãt.

4 Vẽditio valet inter virũ & vxorẽ.
An creditor possit emere bona debitoris in quibus fit executio.

5 Bona præsentia, & futura an quis possit vendere.
Hipotheca generalis comprehendit futura.

6 actiones an transeant in emptorem hereditatis.

Si creditores incipiãt agere cõtra ẽptorẽ, an possint regredi cõtra vẽditorẽ
An hodie emptor hereditatis possit conueniri.
Spes fideicommissi, vel maioratus an possit vendi.

7 Actiones an possint vendi.
An exceptiones quæ possent opponi vẽditori possint emptori opponi.
Compensatio an possit illi opponi.
quid si venditio, vel cessio fiat potentiori,

8 An res quæ non existit in rerum natura possit vendi, & quid de capturæ piscium & censu vitalitio.
quid de fructibus ante collectionẽ.
Explicatio l. 17. tit. 11. lib. 5. Recopilation.
Cabella ex dicta venditione quando debeatur.

9 Rem alienam an quis possit vẽdere vel emere, & de emente rem maioratus bona fide, vel fideicommisso subiectam, vel censui obligatam.
An emens scienter rem alienam euincatur possit pretium repetere.
Vendens rem alienam scienter tenetur furti.

10 An valeat vẽditio sine pretio determinato.
Qua probatio requiratur ad probãdam venditionem.
Quid de venditione facta eo pretio, quo partes postea conuenerint.

11 Si interueniat pretiũ & aliquæ res ex parte emptoris an sit venditio.

21 Fructus recipiẽdi ex adquisitione & de

& de tex. in l. cui habit. C. de action. empti.

quid de pensionibus.

13 *Vendens simpliciter rem quid videatur vendere.*

14 *Domum vendens an videatur vendere ei accessoriam.*

15 *Ancilla vendita an videatur venditus partus.*

quid si pignori detur & alia.

Partus an sit pars matris.

De emptione partus.

Lupam lactantem catulos capiēs vnum tantū premium consequitur.

16 *Vendens equum an videatur vendere sellam & frenum.*

De accessionibus rei venditæ, & de theſauro, & an vendens fundum teneatur præstare viam ad eum.

An ædibus historia competat, si ornamenta non tradantur.

17 *de vēditione ad modū seu mensurā.*

18 *An scriptura requiratur in venditione & alys contractibus.*

An possit quis cōpelli facere scripturā ad insula guarengia post perfectum contractum sine scriptis.

19 *De arra in contractu venditionis.*

Arra an in partem pretij data præsumatur.

20 *An contractus possit conferri in voluntatem vnius ex contrahentibus & an venditor possit pœnitere post licitationem.*

De venditione. Si placuerit, vel Nisi displicuerit.

21 *Re vendita duobus quis præferatur.*

An delictum committat & qua pœna puniatur vendens rem duobus.

De gabella in prædicto casu.

22 *Venditio rescinditur contrario cōsensu & an duplex gabella debeatur qui contractus vnius partis consensu absoluantur.*

An hodie pactum nudum pariat actionē.

quid si in cōtractu intercesserit dolus

Dolum passus potest approbare contractum.

Idem de nullitate.

De gabella soluenda dicto casu.

23 *De remedio l. 2. Cod. de rescindenda venditione.*

Læsio intra dimidium succurritur & dolus interueniat vel sciens suum valorem vendat vel emat & de vēditione facta per procuratorem.

dictum remedium an habeat locum in cæteris contractibus.

quid in transactione.

24 *quid in re vendita in publica subhastatione.*

An hoc remedium possit intentari à creditoribus & an contra eorum.

In locatione simili an locum habeat dictum remedium.

Et ibi de locatione pro pluribus annis quomodo in ea cōsideratur læsio.

25 *Restitutio an debeat fieri cum fructibus in casu dicti l. 2. & an pretiū cum interesse.*

26 *Iurans non petere rescissionem ex l. 2. an possit illam petere.*

Valor & pretiū rei attenditur tempore contractus.

27 *donatio excessus an collata dictum remedium.*

de renunciatione dicti remedij, & quid si læsus sciebat valorem rei.

28 *Per pactum de retrouendendo rescinditur venditio.*

de fructuum acquisitione hoc casu, & de periculo rei venditæ hoc pacto.

Infra quod tempus possit venditor retrahere.

Id in ori an competat restitutio aduersus lapsum temporis.

29 *quid si illum tempus fuit præfixū*

30 *Si emptor vendidit illam, an ab eo possit venditor illam repetere virtute pacti.*

quid si vnus ex pluribus velit retrahere.

An si emptor rem hipothecauerit, resoluatur hipotheca.

31 *An per pactum legis commissoria venditio rescindatur.*

An valeat pactum quod dominium non transferatur non soluto pretio.

Fructus medio tempore percepti ad quē pertineāt in casu legis cōmissoriæ.

Dominiū sine retro traditione trāsfertur in casu legis commissoriæ.

Quid in pacto adiectionis in diem.

Quid de fructibus dicendum in casu adiectionis in diem.

32 *Gabella an debeatur in dictis casib*

Quid in pacto de retro vendendo.

Quid in vēditione cū pacto legis cōmissoriæ, vel additionis in diem.

33 *De periculo, & cōmodo rei venditæ*

Quid in rebus consistentibus ponderē, vel mesura.

De gustatione merciū.

Quid si adfuit culpa venditoris.

Quid si vēditor sciebat ordinationem factā vel faciēdā de diminutione pretij merciū an teneatur.

De solutione facta in pecunia de proximo minuenda.

34 *Euictio habet locum in contractibus oneros is,*

Euictio an habeat locum in diuisione hereditatis.

35 *Quid si adfuit pactum ne haberet locū euictio in diuisione hereditatis*

Quando diuisio fuit facta per testatorem quid?

36 *An in donatione habeat locū euictio.*

quid in donatione remuneratoria.

37 *An in legato habeat locum euictio.*

quid in prælegato seu meliore ratione.

38 *In dote an habeat locum euictio.*

39 *quid in transactione.*

40 *quo tempore habeat locum euictio.*

Fidei iussor an sit præstandus à venditore de euictione.

quid si quis sciens vendidit rem alienam.

Denūtiatio debet præcedere euictionem.

An libellus in ea inferendus.

Mortuo venditore an omnibus hæredibus sit facienda denuntiatio.

Absenti quomodo fiat denuntiatio.

quo tempore denuntiatio facienda.

quid si esset notorius defectus iustitiæ venditoris.

Venditor non tenetur præcisè assumere in se litem.

Venditor potest assumere in se causam in statu, in quo est.

Non auditur volens facere probationem post terminum.

Lis est prosequēda coram eodē iudice

Casus in quib. nō habet locū euictio.

41 *Compromittens litem non agit de euictione.*

Item vō pulsus vēdere per Principē.

42 *Item quādo res eo incipitur iure speciali.*

43 *quid in emēte rem alienam sciēter*

quid si fiat stipulatio de euictione.

44 *Alij quatuor casus in quibus non habet locum euictio.*

45 *Hæreditate venditam non habere locum euictio.*

An euicta vna re, vel parte eius possit emptor à contractu discedere, & quid euicto parte ancillæ.

46 *An proferuisse compensat euictio, & quid si res censui supposita, vel hypothecata vendatur.*

47 *An actio de euictione transeat in singularem successorem.*

actio personalis nō datur cōtra tertiū

48 *Vēditor an teneatur ad sūptus, & expēsas litis in qua emptor victor exstitit & quid in fructibus.*

49 *Venditio rei vitiosæ, vel morbosæ an rescindatur.*

quid dicendum in seruo generaliter legato.

50 *Vis immobilis vendita quomodo declarandum & quid si res perierit.*

Si plures res vendantur, & una sit vitiosa quid.

51 *quæ res non possunt vendi, & ibi de sepultura, & officijs publicis cum iurisdictione, & alijs, & quid de iure patronatus.*

52 *quando quis tegatur vendere, vel emere.*

De

De venditione vasallorum, seu opidorum.

Tempore caristiæ omnes tenentur vendere, etiam Clerici.

Item aliquando tenetur dominus vendere servum.

Ancilla si vegetur ad impudicitiam consequitur libertatem.

Vasalli inviti an possint vendi, & an domi-

nus ob sævitiam cogatur eos vendere?

Frumentum civibus est vendendum potius quam exteris.

Judices inferiores possunt prohibere frumentum exportari, & an valeat prohibitio ne vinum asportetur in civitatem?

Habita fides de pretio quando præsumatur, vel non.

De promissione de vendendo.

DE Emptione, & venditione præterscribentes in locis ordinarijs agunt Connanus *lib.* 7. *comment.* Cuiacius *hoc titul* Donel. *libr.* 13. *commentar. cap.* 1. *& seq.* & ibi Osualdus, Petrus Gregor. *in syntagmat. lib* 25. *capit.* 1 *& sequent.* Caldas *in l. si curet rem*, §. *venundedisti*, *vbi quid comprehendat*, verbum. *Venditio*, Tuschus *litera* U. *conclusione* 42. *& pluribus sequentibus*, *vsque ad* 68. Parladorus *libr.* 1. *quotidianarum*, *capit.* 3. §. 2. *vbi etiam quid comprehendat*, regularum, & communium opinionum confarcinatores hoc verbo. Sarmiento *libr.* 6 *selectarum*, *capit.* 7. vbi an emptionis verbo omnis alienario contineatur, de quo etiam Barbosa *de nominibus appellativis*, verbo, *Venditio*, Amyas *in leg.* 1 *Codic de venditione rerum fiscalium libr.* 10. *ex numer.* 38. Matienzo, Azeneius, & reliqui Regnicolæ *in ritul.* 11. *libr.* 5. *Recopilationis*, per totum Ioannes Gratianus *in regula* 482. vbi late agit quid comprehendat verbum *Venditio*, Summistæ in verbo: *Emptio*, & verbo, *Venditio*, Cancerius variarum 1. *parte*, *capit.* 13 Bonacina *de contractibus*, *disputatione*, 3. *quæstione* 2 Reginaldus *in praxi*, *lib.* 25. *tractatu* 3 late, & copiosissime materiam explicans, & plurimos referens Hermosilla *in annotationibus* ad Gregorium Lopez *titul*, 5. per totum, *partita* 5. Molina *de justitia tomo* 2. *disputatione* 336 *& multis sequentibus*, *vsque ad* 380, Lessius item *de justitia libr.* 2. *cap* 21 per totum, Sousa *in repetition.* §. *actionum*, *capit. de empto*, *& vendito*, Pichardus institutæ *de obligationibus ex consensu*, *& in titul. de emptione*, *& venditione*, Morla *in emporio* 1 *parte*, *titul.* 9 Filliucius *in summa tomo* 2 *tractatu* 35 *cap.* 1. *& sequentibus*.

Ad numerum 1. ibi: *In quo requiruntur*, *&c.*

Rem, pretium & consensum requiri ad existentiam emptionis, & venditionis, vt hic resolvit noster Gomezius docent, & explicant Donellus *libr* 13. *capit.* 1. & ibi Osualdus *notatis*, *litera* E. Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæstione* 1. *numer.* 209 *quæstione* 5. *numer.* 20, Petrus Gregorius *in syntagmat. libr.* 25. *capit* 2. *ex numer* 4. vbi explicat quatenus attinet ad rem sufficere, quod existat, vel existere speretur de futuro, Castillo *lege* 24. *Tauri*, vbi an debeat concurrere consensus vtriusque partis Pichardus institutæ *de emptione*, *& venditione in principio*, *numero* 2. *& 13* *& in rubrica eodem titulo*, & alij superius allegati Gratianus *disceptation. capit* 509. *numer.* 15. *& capit* 411. *numer.* 15. Morla *in emporio*, 1. *parte titul.* 9. *in principio*, *num* 13. Reginaldus *in praxi*, *libr.* 25. *capit.* 26. & plures referens Hermosilla *in annotationibus ad legem.* 1. *titul.* 5. *glossa* 1. *numer.* 4. *& 5. partita* 5. vbi ait rem, pretium, & consensum

esse substantialia in venditione Zeualios *quæstione 536. numer 44*, & optime D. Larrea *decisione Granaten. 11. ex num. 9* vbi probat traditionem rei, & pretij numerationem non ad substantiam venditionis, sed ad executionem pertinere, & idem in rebus venditis ad pondus, vel mensuram, *& num. 52 & 53* quod gabela debetur gabellario qui erat tempore contractus, quod infert ex dicta conclusione, & Cancerius *1. p. c. 13 n. 1.*

Et adde quod ita pretij constitutio requiritur ad existentiam venditionis & est illi annexa quod dubitauerint doctores, an qui habet mandatum ad vendendum censeatur illud habere ad recipiendum pretium? in quo Bart. *in l. filiæ, ff. de solut.* & Stracha *de mercatura, tit. dem. dato, n. 23* & cum eis Fachin. *lib. 2. controuers. ca. 94.* affirmatiuam tenent contra Roman. *cons. 461*, cuius argumentis satisfacit Fachin, ibi quem videas.

3 Ad numer 2. ibi. *Quod talis contractus valeat, & teneat inter patrem & filium, &c.*

Hunc contractum inter patrem, & filium posse celebrari in castrensibus, vel quasi & quando patri non quæritur vsusfructus vt docet Gomezius, cõprobant communiter doctores, quia quãdo pater acquirit vsumfructum efficitur à lege administrator bonorum filij, Tiraquel *de legibus connub glossa 5. n. 4.* Pinelus *in l. 1. Cod. de bonis matern. 2. parte, nu. 63.* Mendez de Castro *in l. cum oportet, Cod de bonis, quæ liberis, 2. parte, nu. 121* noster Gomezius *in l. 48. Taur. n. 14.* & optimè Barbosa *in leg. 3 ff. soluto matrimonio*, itaque cum filius non habeat administrationem, contractum super eis inire non potest, ita Molina *de institia, tom 2. disp. 343. n. 8.* & vide Matienzum *in dialogo 3. parte cap 20 n 16.*

Ibi. *Quod tamen est verum, & procedit, &c.*

An prædictus contractus inter patrem, & filium palam, & bona fide in præsentia iudicis, vel propinquorũ possit celebrari? videndi sunt Duenas *in reg. 31. Greg Lop. in l. 4 tit 5. p. 5 glos. de aquel.* vbi Hermosilla late *in annotationibus ad gloss. 9.* Pradilla *de leg. pœnali, parte 2 c. 27. in fine*, & vide supra *cap. 1. nu. 3*, Gutierr. *in tractatu de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 40, nu. 2. & in tractatu de tutelis, 2. parte, cap, 25.* quos omnino videas, & maxime Hermosillam *in dicta glossa 9 vbi num. 10.* cum Matienzo *in dialogo relator 3. part. cap. 20. nu. 16. & in leg 23. tit, 11, lib. 5. Recop. glossa 2. num. 3, & 4* Gutierrez vbi supra, Spino *in speculo glossa 29. num, 59.* & alijs tenet *per dictam leg. 23, tit. 11, lib. 5.* non corrigi decisionem, *d l, 4*, quæ permittit administratoribus emere res, quas administrant palã, & bona fide contra nostrũ Gomezium, *& n, 11, & sequent*, declarat quomodo intelligatur emere palam, & bona fide administrator?

Ad num 3. ibi, *Item etiam valet iste contractus inter virum & vxorem, &c.* 4

Hunc contractum valere inter virum & vxorem, nisi in fraudem donationis factus fuerit, vt hic resoluitur docent omnes scribentes *in l sponsus*, versic. *Circa venditionem, ff. de donationibus inter virum & vxorem* Gratianus *regul, 101*, Thom. Sanch. *de matrimonio lib 6, disputation 1 nu. 11*, vbi adu rtit quod ita demum valet vẽditio si animo vendendi re vera facta fuit, & quod si celebretur minori pretio, eius defectus suppleri debet. si autem animo donandi venditio fuerit celebrata tunc nullius est momenti, quomodo autem probetur simulatio, & quod animo donãdi facta fuerit? videndi sunt, Mantica *de tacitis conuentionibus, lib, 4, tit. 23, n. 31, & lib. 8 tit 17. & tom, 2. libr 13, titul, 35.* & latissime Cepola *in tractatu de simulatione contractuum ex num, 85*, Menochius *de præsumptionibus. libr, 3, præsumptione 122. & 124. num 3.* Mascardus *de probation, lib 1, conclusion. 438, ex num 7*, Tuschus verb *Simulatio, conclus, 260, & conclus, 263* & fere infinitos referens Farinacius *in praxi criminali, quæstione 162. ex num. 94.*

Item adde an creditor possit emere bona sui debitoribus in quibus facta fuit executio? de quo videndi sunt optime ex pli-

plicantes negusantius *de pignor* 1. *membro* 6 *parte num.* 13 Parlador, *lib.* 2, *quotidia cap.* fin. § 13 *num.* 13. & §. 16 *parte* 5. Felicianus *de censibus tomo* 1, *lib.* 1. *cap* 3. *num* 10. & *tomo* 2 *lib* 1. *cap.* 3. *num.* 5, Ceuallos *quæstione* 633, *num.* 6. & *quæstione* 763 *num.* 46. Scobar *de ratiociniis computatione* 14 *num.* 1. Guzman *de euictionibus quæstione*, 22. *ex num* 49. Valenzuela *consilio* 189 *ex num.* 62. & *consil.* 156 *ex num* 13. & 75. Amatis *decisione*, 67 *num.* 12. Hermosilla *l.* 52, *tit* 5. *parte.* 5 *glossa* 7. *nu.* 8. 11. & 16. & quasi per totam Carrasco *ad leg. Recop. cap* 11. *ex nu.* 84. & nouissime Salgado *in labirintho parte* 1. *cap.* 10, *num* 16. Carleual, *de iudicijs tomo.* 2. *disputat.* 1. *tit.* 3. *num.* 7. exquibus maxime Valenzuela Salgado & Hermosilla colligitur, quod creditor rem quæ in iudicio venditur per executorem Potest per se vel per alium interpositam per sonam emere pretio iusto, secus si res pignori data creditori vendatur per ipsum post terminum præfixum solutioni, tunc enim per se nec per alium poterit emere quia hoc casu censetur constitutus Procurator ad vendendum ab ipso debitore ex pignore conuentionali.

5 Ad numerum 4 ibi: *Potest quis vendere &c.*

Bona præsentia, & futura posse vendi docet in præsenti noster Gomezius, & ita etiam resoluunt Mozius *de contractibus in cap. de rebus quæ emi aut vendi possunt num.* 5. Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 21 & *seq.* vbi quod in generali bonorum venditione non veniunt ea, quæ sunt prohibita alienari ve uti bona feudalia, nec etiam ea quę specialem exigunt concessionem nec etiam ea quæ quis verisimiliter in specie non esset venditurus, nec etiam comprehenditur pretium ipsius venditionis, alias enim intestabilis venditor efficeretur; Molina *de iustitia tomo* 2. *de pact.* 340 *num.* vbi in totum sequitur nostrum Gomezium, Castillo *in l.* 69. *Tauri* verbo, Donacion Suarez *tit. de los emplazamientos*, versiculo. *Sed attende num* 10. vbi quod venderevolenti, omnia bona potest prohiberi a creditoribus si est suspectus de fuga, Hermosilla *in l.* 11 *tit.* 5. *partita* 5 *glossa* 1 *num.* 5. Gutierrez, *de iuram. confirm* 1 *parte, cap.* 11 *num.* 6 vbi refert Bart. ampliantem etiam si venditor esset deceptus vltra dimidiam iusti pretij, Petrus Gregorius, *in syntag. lib.* 41 *cap.* 5 *num.* 10.

Ibi: *Nec obstat Tex. cum materia in l. fin Cod quæ res pignori, &c.*

Hipotheca Generalis simpliciter concepta quod comprehendat bona futura, et quę alia includat? videlatissime disputatum a Mantica *de tacitis conuentionibus lib* 11 *tit* 4 per totum, Thuscho *lit. H conclusione* 112. *num.* 15, Negusant *in tractatu de pignoribus* 2, *membr*, 2. *partis* in principio, & alij communiter & Petro Gregor. *supra dicto num.* 10. 6

Ad num. 5. ibi: *Potest quis vendere, &c.*

Hereditatem vniuersalem delatam ex testamento vel ab intestato posse vēdi vt hic resoluitur, notum est in iure & docent latissime Mantica de tacitis conuention *lib.* 4 *tit*, 10, vbi bene declarat hanc venditionem, & quid in ea comprehēsum intelligatur? & in tit 11 agit an ius accrescendi transeat ad emptorem hereditatis? *& in tit.* 12. an ius patronatus Ecclesiæ in tali emptorem transferatur? eum vide, & Gratian, *discep, cap,* 203, *ex num,* 33 vbi quod si venditor erat creditor potest exigere debitum non obstante confusione actionum, & Tuschus *lit, H, conclusione* 26. & *lit, P. conclusione,* 13, 14, Mozius *de contractibus tit, de emptione, cap, de rebus quæ emi aut vendi possunt num* 5, Guzman *de euictionibus quæstione* 45. *ex num* 1, vbi de euictione in hoc casu Cancerius, 3. *parte cap* 1. *num,* 161, & *seq,* Petrus Gregorius *in syntagmate lib.* 41. *cap.* 2. & 3. Fachineus *lib.* 10: *controuersiarum, cap.* 69. Gregor. Lopez, *in l.* 64. *tit.* 18 *parte.* 3. Barbosa *in l. si æstimatis ff. soluto matrimonio num, in.*

&

& ſeq. Molina *de iuſtitia tom. 2. diſputatione 340* Parlador *lib. 2. quotidian. cap. 3. num. 25.* verſiculo. *illud quoq; & in cap. finali 3. parte, § 4. ex num. 9.* Rodriguez *in tractatu de readitibus lib. 2 quæſt 21 num. 10.* optimè Salgado, plures referens *in labyrintho 1. parte cap. 13 §. 2. ex num 22.* Hermoſilla *in l. 13 tit 5. part. 5. gloſſa 1. ex num. num 1.* vbi quod venditio hereditatis viuentis non valet, etiam ſi vendens ſit ſubſtitutus pupillaris, & vendat ius vel ſpem ſuæ ſubſtitutionis non dum delatæ. de quo omnino videndus eſt Morla *in emporio tit 3 num. 49 & 50.* & etiam ſi iuramento confirmetur venditio, vtex Couarubias Gutierrez, Fachineo, & alijs contra Seraphinum reſoluit Hermoſilla ibidem, Ceuallos *queſt. 536. ex num. 37* vbi o, timè declarat, iterum & latius Hermoſilla ſupra gloſſa 5. per totam.

Ibi. *Actiones vero paſſiuæ &c.*

Actiones vtiles actiuas per venditionem hereditatis tranſire in emptorem ſine ceſſione non vero actiones paſſiuas reſoluit, vt vides Gomezius, de quo videndi ſunt Parladorus, & reliqui ſupra Gratianus *diſceptationum cap. 532 ex num. 1 & cap. 49 num 8.* Cancer. 3 *parte cap. 7. ex num 267* & Pichard *in manud. actionibus, 2 parte præcepto 1. nu. 9.* vbi quod hereditatis emptor exequi poteſt debitores hereditarios, *& præcepto 2 num. 38* vbi aſſerit non nullos Doctores *in l. 2. Cod de hereditate vendita, & in l. 1. Cod de pactis* docere, quod ſi venditor hereditatis non ſit ſoluendo, tunc emptor prohæreditarijs debitis poſſit conueniri, quod etiam tenet Parlador, *dicto cap. fin 4. parte § 2. num 5.* quod ipſe Pichardus non approbat: vide etiam Mortam *in emporio tit. 3. num. 17.* & Hermoſillam *in l 13. tit 5 part. 5 gloſſa 5 num 10.* Salgado *in labyrintho parte 2 cap. 11. ex num 42.* vbi quomodo heredes teneantur pro rata, *& num 65.* vbi de hipothecaria quod competat inſolidum contra quemlibet.

An autem ſi creditor agere incipiat cõtra emptorem hereditatis, ſi ea lege emerit vt creditoribus ſatisfaciat, poſſit poſtea repeti contra venditorem? Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 1. tit. 5. num 12.* docet quod non: ex eo quod tunc hæres venditor poteſt defendi exceptione taciti pacti, cum videatur creditor tacite conueniſſe, ne poſſit conuenire heredem, conueniendo emptorem.

An etiam hodie, ſi emptor ea lege emerit vt creditoribus ſatisfaciat poſſit directo conueniri *poſt l 2. tit. 16. lib. 5. recopilationis* in controuerſia eſt, in quo Parlador, *lib 2. quotidian, cap. 3. num. 25.* abſolute docet poſſe conueniri, & ita tenent Azeuedus *in dicta l. 2 num. 39* & Hermoſilla *in dicta l. 13 tit 5. part. 5. gloſſa 5. num 10.* verſicul. *hodie de iure noſtro* vbi de iure communi idem reſoluentes, (vt circuitus euitetur) refert Boerium *deciſione 204. num. 43.* Circa quod videndum ad interpretationem *dictæ l. 2. tit. 16. lib. 5 recop.* Matienzo ibi, & Gutierrez *tomo 4. quæſt. 68 num. 4.* Lara *de communi, cap. 2 ex num. 8.* ibi, de eo ente domum, in qua venditor promiſerat non aperire feneſtram, anteneatur eadem obligatione? & reſoluit non teneri niſi ſecutus fuerit conſtituta cum Cepola de ſeruitutibus *cap. 62. num. 8.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib 1. diſputatione 6. ex num. 18. & diſputatione 7. ex num. 27* vbi nã plurimos refert, quod etiam facit D. Ioannes del Caſtillo, *lib 4. controuerſiarum cap. 37 ex num 38* vbi latiſsime & nouiſsime Salgado *in labyrintho parte 2 cap. 26. ex num. 5.*

Item adde quod ſpes fideicommiſſi vel meliorationis etiam viuente poſſeſſore poteſt vendi vt ex Alexandro, Fuligoſio, & Gratiano *diſceptationum cap. 692.* & Gama *deciſione 246* & ibi Flores de Mena tradit Hermoſilla *in dicta l 13. tit. 5 gloſſa 5 num. 12 & 13.*

Ad nutum eorum. Ibi *an quis poſſit vendere actionem &c.*

Actio

Actiones posse vendi vt hic resoluitur docent latissimè explicãtes Mantica *de tacitis conuentionibus lib* 4. *tit.* 13, *per totum vbi num.* 3, probat quod vẽditio actionis vim cessionis habet, *& num.* 5. ait venditorem hoc casu debere prestare ex sua parte, quod debitor est certus & quod nulla exceptione tueri se potest, & numeris sequentibus docet quod non debet prestare esse locupletẽm, nisi hoc specialiter promisserit, eum vide, quia optimè materiam explicat Scaccia *de commerciis*, § 2, *glossa* 5. *nu.* 283. Stracha *de cocturibus parte*, 5. *num.* 4. Frãchis *decisione* 327. *num.* 4. Surdus *decis.* 326. *num.* 41. Felicianus *de censibus tomo* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 13. Cancerius *var.* 1. *parte cap.* 13. *ex num.* 73. *& cap.* 17. *num.* 41. Barbosa *in l. maritum ff soluto matrimonio num.* 86. vbi. quod priuilegium, & exceptio personalis competens venditori transit ad emptorem quando ei cessę sunt actiones & iura, Faber *in Cod. ic. lib.* 4. *tit. de hereditate vel actione venditæ definitione*, 15. & alios plures referens Hermosilla *in l.* 23. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 2. *ex num.* 5. vbi *nu.* 10. cum alijs plurimis docet quod si debitor, cuius nomen venditur, tempore venditionis non erat soluendo, tunc aduersus venditorem emptori competit actio & per totam glossam bene explicat materiam periculi nominis venditi quem videas & Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 2. *quæstione* 21. *per totam*, vbi etiam agit de euictione, & periculo nominis venditi, *& num.* 22. probat, quod si venditor sciebat inopiam debitoris & vendidit, tenetur: & quod emens nomen debitoris minus idoneum ignoranter, nõ sibi præiudicat, & vide etiam Guzman *de euictionibus quæst.* 35. vbi latissimè materiam prosequitur, & Lessium *de iustitia lib.* 2. *cap.* 21. *dubio* 8. *&* 9. vbi an credita, & librãti ipsa sint minori pretio emi? & Salgadum *in labirintho. 3. parte cap.* 13. § 2. *ex num.* 24.

An autem exceptiones quæ poterant opponi contra vẽditorem actionis, vel eam cedentem possint opponi emptori vel cessionario? videas omnino Gratianum *disceptationum tom.* 2. *cap.* 356. Siluestrum verbo. *Gabella quæstione* 9. Guzman *de euictionibus quæstione* 5. *num.* 37. *& seq.* Surdum *decisione* 191. *num.* 14. Lessium *de iustitia lib.* 2. *cap.* 33. *dubio* 10. Dianam *resolut.* 16. *tractatu* 16. 2. *parte* vbi de compensatione, Cancerium *variar.* 2. *parte cap.* 6. *nu.* 81. *& seq.* & optimè Thomas Sanchez *in consilijs Moral. lib* 2. *cap.* 4. *dubio* 48. vbi etiam de cõpensatione, Amaya *in l.* 1. *Cod. ne fiscus rem quam vendidit lib.* 10. *ex nu.* 6. qui bene probãt quod † compẽsatio quæ potest opponi Principi vel alteri creditori potest etiam opponi eius conductori vel cessionario, de quo vide optimè explicantem Salgadum *in labirintho creditorum* 3. *parte. cap* 6. § *vnico ex num.* 20. *omnino.*

Ibi *quod tamen &c.*

cessionem vel actionis venditionem factam potentiori non valere, vt hic resoluitur, docent, & explicant Menochius *de arbitrar casu* 276. *num.* 6. *& casu* 438. *num.* 11. Gregorium *in l.* 8. *tit.* 5. *parte* 3. *& l.* 16. *tit.* 5. *eadem parte*, Auiles *in cap.* 3. *prætor.* verbo. *Procuradores* Barbosa *in l.* 1. *ff soluto matrimonio* 7. *parte num.* 46. *& seq.* Gratianus *in regula* 339. vbi etiam quod emens rem nomine alterius, vt non subsit oneribus rei impositis eam amittit, alter Gratianus *disceptation cap* 816. vbi an Clericus dicatur potentior? iterum Menochius *lib.* 3. *præsumptione* 129. Farinacius *in praxi quæstio.* 114. *num.* 38. *& seq.* & in fragmentis verbo *Litigiosa ex num.* 297. late, & fere infinitos referens Augustinus Barbosa *in collectanea ad titulum Cod. ne liceat potentioribus &c.*

in rubrica, & per totam Hermosilla *in l. 23. tit. 5. part. 5. glossa 1. num. 24.* & notissimè Salgado *in labirintho. 1. parte cap. 13. §. 2. ex num. 22.* vbi de emendatione animo vexandi aduersarium.

6 Ad numerum 7. ibi *in quo articulo resolutionem dico, &c.*

Rem quæ non extitit, existere tamen sperari posse vendi, resolui hic nostrer Gomezius, & in hac venditione inesse tacitam conditionem uerbi gratia in fructibus *si fuscantur*, &c. quod aliter cõtingere asserit, in alea uel captu piscium cuius uenditionem puram esse docet, sic Surdus *decis. 80. num. 11.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 25. cap. 6.* Ceuallos *quæstione 8.* ubi de uenditione census vitalitij seu *de los juros de por vida* Gratianus *cap. 756. ex num. 15.* Couarrubias *in regula peccatum, parte §. 8. num. 12.* Mozius *de contractibus tit. de emptione & venditione cap. de rebus quæ vendi possunt num. 17. & 18.* Ceuallos *quæstione 38. ex num. 3.* Tiraquel *in l. si vnquam* uerbo. *Emergens num. 150.* Surdus *in tractatu de alimentis tit. 9. quæstione 11. ex num.* Soula, *in §. action. cap. de locatorum 2.* & Molina qui id optime explicat *de iustitia tom. 2. disputatione 340. num. 14.* Carleualius *de iudicijs tomo 2. disputatione 8. sectione 5. num. 55.* D. Larrea *decisione Granatensi 11. num. 6. & de legatione 17. ex num. 5.* Scaccia *de commerciis §. 6. glossa 1. num. 66.* Rodriguez *de reddibus lib. 1. quæstione 11. ex num. 38.* ubi de fructibus naturis Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione 21. ex num. 15.* vbi *num. 17.* probat *legem 2. Cod. de rescindenda vendit.* nõ habere locum in huiusmodi uenditionibus dummodo pretium iustificetur secundum præsentem statum & communem estimationem eius, de quo etiam Cironda *in tractatu de Gabellis 2. parte §. 1. num. 37. & 51.* Scaccia *de commerciis §. 2. glossa 5. num. 10. & §. 1. quæstione 7. parte 2. ampliatione 10. num.* Hermosilla *in l. 11. tit. 5. parte 5. glossa 1. num. 6.* ubi *num. 8.* respõdet obiectioni, quæ fieri potest, ex Tex. *in l. 17. tit. 11. lib. 5. recop.* ubi uidetur probari emptionem fructuum ante eorum collectionem non esse licitam, explicans illum Tex. intelligendum quando fructus immaturi uiliori prætio emuntur, quam tempore maturitatis ualebunt tunc enim emptio improbatur *in dicta l.* secus alias Lassarte *de decima venditionis cap. 5. num. 19. & 20.* Gutierrez *eodem tractatu de Gabellis quæstione 8. num. 1.* ubi quod gabella non debetur donec fructus nati sint & sic tacita conditio impleatur, debebitur tamen illi Gabellario, qui erat tempore contractus, non uero illi qui nunc est tempore collectionis fructuũ uel natiuitatis eorum præterquam si uenditio fructuum anni sequentis præsenti anno fiat in eandem gabellarij qui sequenti anno futurus est & pertotam quæstionem late hãc materiam prosequitur, & iterum *in quæstione 106. vbi num.* limitat dictam resolutionem præterquam si uendatur actus percipiendi fructus, & non fructus futuri, quia tunc non est uenditio conditionalis, *& num. 7. & 8.* explicat præcipuam resolutionem nostri Gomezij in præsenti procedere quando fructus, & partus pecorum sunt omnino futuri, non uero si sint pendentes uel demonstrati, uel si oues sint grauidæ, uel uinea iam demonstrauit fructum, & sic de aliis tunc enim uenditio putatiua iudicabitur & non conditionalis, & Gabella debebitur Gabellario qui fuerit tempore contractus, & non illi qui fuerit tempore collectionis fructuum & de uenditione fructuũ ante quã decima soluatur, uide *l. final. tit. 20. part. 1.*

Ad numerum 8. tibi *In quo articulo dico quod sic, &c.* 7

Rem

Rem alienam posse quem vendere sed teneri de euictione modo hic explicato per nostrum Comezium, tenent communiter Doctores vt videri potest per Tuschum *lit.* V. *conclusione* 53 *per totam* Petrum Gregorium *in sintagmate lib.* 2. *cap.* 10. Rodericum Suarez *consil.* 76 *num.* 14. *& in d. quoniam in prioribus ampliatione* 7. vbiquid si dominus rei succedat venditori an possit venire contra venditionem? Amayam *lib.* 2. *observationum. cap.* 13. *num.* 20. vbi quid debeat prestare venditor? late Donel. & ibi Ossualdum *lib.* 12. *commentariorum cap.* 20 *lit.* M. *notatis*: Molinam *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 327. *num.* 6. vbi de venditione rei alienæ furtiuæ quod sit nulla, si tam venditor quam emptor id sciat, & similiter si solus emptor id sciant, & iterum *in disputatione* 340 *num.* 24. Sousam *in tit. de pactis artic.* 3. *quæstione.* 2. *num.* 7. Tiraquel. *de retractu linag.* §. 1. *glossa* 2. *num.* 19. Scacciam *de commerciis* §. 1. *quæstione* 1. *num.* 556. versiculo: *primus casus: & quæstione* 7. *ampliatione* 19. *ex num.* 82. *parte* 2. vbi etiam an emptor postea iciens tenea tur restituere vero Domino? & alia: Bonacinam *de contractibus disputatione* 3. *quæstione* 2. *puncto.* 2. *ex num* 20. vbi bene explicat, & Barbosa *in l.* 1 *ff soluto matrimonio* 5. *parte num.* 33. *& seq.* vbi quid si super veniat ius venditori? Gratian. *disceptation for. cap.* 730. *num.* 27. vbi quod procedit etiam si contrahentes sciãt rem esse alienam contra alios. Reginaldus *in praxi lib.* 25. *num* 254. *tractatu.* 3. Gutierrez *lib.* 3. *quæst.* 69. vbi de emente rem maioratus vel subiectam restitutioni, quomodo recuperet expẽsas in ea factas bona fide? Pichardus in principio instituta *de fidecommissariis hæreditatibus: num.* 13. vbiquod emens ignoranter rem fideicommissosubiectam efficitur Dominus irrecabiliter & iaceren explicat de quo etiam Castillo *in l.* 27. *Tauri*, *ver bo: Te restituere* vbi de euictione in hoc casu, & Ferrer. *glossa* 3 *num.* 7. *& seq.* l. 19 *tit.* 5 *& glossa*, 1. vbi alios plures refert & qua fucne præcipuã explicat, declarat & limitat, *& num.* 3. 5. *& seq.* limitat præter quam si res sit mobilis & emptor, & venditor sciant esse alienam, tunc enim furtum committunt, & etiam si solus venditor sciat, & ibi per omnes glossas bene prosequitur materiam, & probat quod re aliena vẽdita sciẽter furtum committitur, & si res sit immobilis crimine falsi tenetur venditor, vt ibi docet *glossa* 3. *num.* 16. & similiter *num.* 5. *& sequent.* cum alijs limitat præterquam si pretium sit versum in vtilitatem veri Domini vel emptor emisset rem ab hostibus vel aliàs Dominus eam difficilè esset recuperaturus: inhis enim casibus præ tium emptori restituendum est, Ossualdus ad Donel, *lib.* 4. *cap.* 15. *lit.* D vbi quod Procurator cui omnium bonorum. & negotiorum administratio commissa est, potest vendere res perituras, Gutierrez *in tractatu de Gabellis quæstione* 15. *num.* 2. vbi probat Cabellam deberi ex venditione rei alienæ *& num.* 4. declarat quod hoc procedat, quando venditio rei alienæ est valida, eum vide omnino, & Salgadum *in labirintho parte* 2. *cap.* 9. *num.* 74. vbi de differentia in hoc inter rei alinæ venditionem et hipothecã, & D. Larream *decisione granat.* 12. *num.* 18. *& decisione.* 76. *num.* 25. & pro foro conscię tiæ lesium *de iustitia lib.* 2. *cap.* 2. *dubso.* 18.

Et de eo qui emit rem censui supposita quod non possit inuito venditore a contractu discedere (præter quam si census sit perpetuus) sed venditor tenebitur rem liberare: vide Gutierrez *lib.* 2. *quæstione* 169. Rodrigez

driguez *de redditibus lib. 2. queſtione 22 num. 49.* late Hermoſilla *l. 63. tit. 5. parte. 5. gloſſa. omnino.*

Ibi *ſi vero fuerit ſciens &c.*

Qui ſciens rem alienam emit, ſi euincatur, quod poſsit repetere pretium reſoluit noſter Comezius, ſed communiter improbatur, vt docent Ceuallos *quæſtione. 79.* & plures referens Guzman *in tractatu de euictionibus quæſtione. 46.* quod etiam facit alios plures adducens Hermoſilla *in l. 1. tit. 5. part. 5. gloſſa 3.* per totam *& num 2.* & ſequentibus alios caſus adducit in quibus etiam pretium nõ repetit emptor re euicta *& gloſſa 1. n 5. & ſeq.* vbi de emente ab hoſtibus vel latrunculis, a quibus Dominus difficile recuperaret, vide etiam Farinacium *deciſsione 44. lib. 1.* & ſupra hoc numero.

Ibi: *Adde tamen &c.*

Vendentem rem alienam ſcienter furti teneri docent omnes ſupra relati hoc numero maximè Hermoſilla *dicta gloſſa 1. in l. 1. tit 5 part. 5.* eũ vide, & Gregorium *in l. 4. tit 4. parti. 7.* vbi de filio vendente rem patris.

10 Ad numerum 9. ibi: *Et adde quod licet pretium &c.*

Venditionem valere ſine pretio certo & determinato, ſi referatur ad aliquod, quod poſsit certificari, vt in exemplis hic adductis per Gomezium docent Pinelus *Cod. de reſcindenda venditione in rubrica 2. parte cap. 1. ex num. 3.* Petrus Gregor. in ſintag. *lib. 25. c. 11.* vbi optime declarat certitudinem pretij, quę conſiſtit vel in conuentione contrahentium, vel authoritate legis, vel magiſtratus, Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 4. cap. 19 num. 15.* Menochius *de arbitrar. caſu 43.* Oſſualdus ad Donel. *lib. 13. cap. 1 lit. M. & O.* Connanus *lib. 7. commentar. cap. 6.* Tuſchus *lit. V. concluſione 44. ex num. 4.* Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 338. num. 13.* vbi laudat noſtrum Gomezium Pichardus *in §. pretium inſtituta de emption. & venditione num. 11* Amaya *lib. 3. obſeruationum cap. 1. §. 4. num. 29.* Lachineus *lib. 2. controuerſ. cap. 1.* vbi tres controuerſias adducit omnino videndus, Hermoſilla *in l. 1. tit. 5 part. 5. gloſſa 1. num. 5.* & ſequentibus vbi alios refert *& num. 18.* cum multis probat non eſſe venditionem ſi venditor dicat quod vendit iuſto pretio niſi certa quantitas declaretur *& cum. 19.* & ſequentibus diſputat illam quæſtionem an teſtes vel inſtrumentum in quo menſio fit de emptione certo pretio contracta ſine declaratione eius probet contractum? & tandem cum alijs docet & diſtinguit quod ſi controuerſia ſit inter emptorem vel venditorem cum alio tertio probationem faciet ſecus vero ſi inter emptorem, & venditorẽ vel eius hæredem tunc enim nõ probabit niſi de certo pretio conſtet, cum vide ibi *& in l. 9 per totam eodẽ tit. & in l. 10 gloſſa 1. & 2.* poſt Lachineum *lib 2. controuerſiar. c. 34.* & Pinel, *ſupra num. 7.* & Parladorum *lib. 2. quotidian cap. 2. num. 18.*

Quid ergo erit dicendum ſi venditio contrahatur eo pretio, quo partes poſtea inter ſe conuenerint. & ſane tunc perfecta erit venditio, cum partes de certo pretio conuenerint, nec fiet retrotractio ad tempus primæ conuentionis, & ſic Gabella ſoluenda erit Cabellario illius temporis in quo pretium certum declaratum fuerit. vt optimè docet Mantica *de conuentionibus lib. 4. tit. 19. num. 20* Gutierrez *in tractatu de Gabellis queſt. 102* & ibi etiam de pretio collato in arbitrium tertij, de quo etiam agit *in quæſt. 8.* & Gratianus *diſceptation. cap. 25. num. 4.* & Morla *in emporio tit. 1. quæſt. 9 num. 15.* & nos infra in additione ad numer. 19. &

No-

Noguerol *allegat.* 18. *nu.* 65. *vbi* ait idem esse vendere rem pretio quo Titius æstimauerit & cõcedere illi man datum ad vendendum.

11 Ad num. 10. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico &c.*

Quando emptor ex parte sua dat venditori rẽ aliã & pretium contractum esse quem partes dixerint, si vero nihil dixerint, attendendum esse quod prævalet vt ab eo nominetur contractus, & si alterũ longe excedat tunc semper ab eo denominationẽ sumi, resoluit noster Gomezius, & pro eius resolutione, eum optime explicans plures doctores adducit Pinel *in rubr. C. de rescind. vendit. 2. part. cap 2. ex n. 1. vbi nu.* 5. cum multis probat quod si pretium, & res sunt æqualia contractus innominatus iudicandus erit contra Bart (de quo Mantica *de tacitis conuent. lib. 2. tit. 3. n. 11*) *& n.* 3. docet ipse Pinel. quod si præiudicium tertij possit reluctare in cuius fraudem talis contractus nominatus fuit à partibus, ei non nocebit. & de hiq; per totum caput aliomodo hãc quæstionem resolvit, vt apud eum videri potest, Cratianus *disceptat. tom. 2. cap. 206. num. 22. vbi n.* 24. explicat, quod si res quæ datur cum pretio est æstimata & pretium taxatum, tunc erit venditio licet res æstimata detur in solutum, *& capit.* 273. *numer.* 50. Castillo *in leg.* 70. *Tauri*, Osualdus ad Donellum *lib.* 13. *capit.* 1. *notatis liter. K.* Rodriguez *de rer. dditibus quæstione* 13. *num.* 3. *vbi* quomodo intelligatur, quod pretium sit in pecunia numerata, Fachinæus *libr. 2 cap.* 42. Souza *in repetitione tit. de pactis, articul.* 3. *quæst.* 2. *numer.* 6. Richardus *in* §. *item pretium*, instituta *de emptione, & venditione, num.* 15. *vbi* etiam ait quod in dubio quoties de valore rei per emptorem traditæ non constat, permutatio erit iudicanda, Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 39. *vbi* etiam disputat, ãn contractus in dubio præsumatur nominatus, vel innominatus? *& de retinenda. remedio* 4. *ex numer.* 15 Molina *de iustitia tom.* 1. *disputation.* 336. *num.* 6. *& sequent. vbi* bene explicat resolutionem nostri Gomezij *& numer.* 9. declarat, quando intelligatur contracta emptio, & vẽditio & quando, locatio, & conductio? & alios referens Augustinus Barbosa *in collectanea ad cap. ad quæstiones de rerum permutatione num.* 2. *& in tractat. de axiomatibus, axioma.* 12. *num.* 9. & præter eos vide Manticam *de tacitis conuention. lib.* 25. *cit.* 2. per totum *vbi* latiss. sime, & etiam Gutier. *in tractat. de gabellis quæst.* 30. *per totam*, vbi etiam an vna vel duplex gabella debeatur in hoc casu? & *num.* 13. verius putat, quod quando res data per rem pro rem & pretium sunt æqualia duplex censetur contractus emptio scilicet, & permutatio vide Matienzum *leg.* 7 *titul.* 11. *glossa* 10 *lib.* 5. *Recopilat.* & Felician. *de censibus lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 9. & etiam Parladorum *differentia* 109. §. 4. *n.* 7.

Ad num. 11. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico &c.* 12

Fructus pertinere ad venditorem si erant percepti tempore venditionis, si vero erant pendentes ad emptorem ad quem etiam pertinent indistinctè post moram venditoris & hoc totum nisi aliter fuerit conuentum inter partes, resoluit Comez. hic. & idem tenent Molina *de primogenijs lib.* 3. *ca.* 11. & omnes doctores *in l. curabit, Cod. de actionibus empti* (de qua infra *cap.* 3. *numer.* 22) Barbosa *in l.* 8. §. *interdum ff soluto matrimon. n.* 4. *& seq. vbi* quod vendens fundum reseruatis fructibus, non excusatur à traditione præstita sibi cautione circa eos, Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 4. *tit.* 16. *nu.* 42. *& sequent. vbi* late distinguit, &

tit.19.numer.44. vbi an fructus percepti ante declarationem pretij faciendam ab alio tertio, vel à iudice pertineant ad emptorem? & resoluit ad hucusque contractum esse conditionalem, & si conditio postea exiterit, retrotrahitur, & fructus pertinent emptori, si pretium soluerit, vt declarat ipse Mantica *in tit. 26. dicto libr. 4. ex numer. 10.* de quo etiam vide infra *capit.3.num.22* Marthan *decisione 208. parte 2. nu. 3.* & alios referentem Hermosillam *in leg.9. tit.5. part.5. glossa 4. n.5.* Menochium *casu 220. ex n.22.* vbi quod contractu impleto ex vna parte alter in mora constituitur ad acquisitionem fructuum, & nouissimè Carleual. *de iudicijs, tom. 2. disputation. 8. titul.3 section. 5.* vbi late de interesse soluendo ab emptore ob non solutum pretium, Cancer. *variarum, 1. p cap.13. n.94.* Sccacia *de commercijs, §.1. quæstione 7. parte 2. ampliatione 8. num.33.155. & sequent.* Morla *tit. 10 quæst.3. n.8.* Tiraquel. *de retr. lig. nag. §.1. gloss.7. n.42.* Sousa *in §. action. cap. 1. n 25. & seq:* Gutierr. *lib. 1. canonic. c.32. n.23.* Auiles *in ca.32 præt. ver. Pujar, n.15.* vbi de fructibus ante vltimã licitationẽ. Barb. *in l. de diu. ff sol. mat. n.23. & in l.8. in princ. 2. p. ex n.79. & in l si mora, n.100. eod. tit. vbi nu.201.* agit quid in venditione conditionali? & optime materiã discutit, eũ vide & Molin. *de iustitia, tom. 2. disput. 368. per tot.* & Tusch. *lit. F. conclusione 495. per tot.* & iterum Hermosilla *in 28. tit. 5. part. 5. glos 2. ex n.1.* quasi per tot. vbi quam plurimos refert, & materiã declarat, *& n.70.* quid in vẽditione cõditionali, Osual. ad Donel. *lib.13 c.4.* & vide *infra n.31 vers. Exquo singulariter inferitur.* & Nogueirol *allegat.11.* & Bolan. *in Curia, tom.2. §. naues, n.27.*

Ibi: *Et prædicta procedunt, &c.*

Circa pensiones autem rerum locatarum quo modo diuidantur inter emptorem, & venditorem præter suprarelatos, & maxime Molinam, & Hermosillam videndi sunt Scobar *comptatione 26.* vbi de diuisione fructuum in venditione cum pacto de retrouendendo, & Barbosa *in dicta, leg. diuortio,* vbi latissimè, & loquens in vsufructuario, & proprietario, & in marito, & vxore, & alijs, quomodo diuidant fructus, latissimè Castill. *in tractat. de vsufructu. cap.77. & seq.* Aiora *de partitionibus, 1. parte, cap.9.*

Ad num.12. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.* 15

Uendentem simpliter rem solum videri vendere ius vel partem quã in ea habet, nisi ex quantitate pretij, vel alijs circumstantijs aliud colligatur, & dummodo emptor sciat tantummodo partem esse venditoris quia si ignoret, & pretium correspondeat integræ rei remedium euictionis habebit: Sci resoluit Comecius, & late docent Couarr. *tom. 1. variar. capit.8. num.8.* Alexander Ludouic. *in decisione 225,* Marescotus *variar. resolutionum libr.1. cap.72 n.1. & 2.* Tuschus *liter. V. conclusione 5. per totam,* Morla alios referens *in emporio iuris, 1. parte. tit.9. nu. 85.* de quo etiam Bolanus *in Curia, 2. parte. §. naues, nu.21. & 22.* alij tamen contrariam opinionem tuentur, vt videri potest per Menchacam *de successionũ creatione, §.8. numer.18.* & Peraltam *in l. Mæuius, § fundo ff. de legatis 2, num.9.* vbi late eam defendit, ita vt maxima sit controuersia inter Doctores in hac quæstione, quam optime videri meo, resoluit Hermosilla *in leg.18. titul.5. part.5. glossa 1. ex n.14. versicul. Pro resolutione huius quæstionis,* sic distinguens, quod si ex quantitate pretij constare potest quid actum sit, id sequendum est, & iudicandum, quod quantitati pretij magis

ad-

respondet ex doctrina, Baldi, Pauli, & Iasonis *in leg. 1. Cod. qui testamenta facere possunt*, si verò, ex quãtitate pretij, certum iudicium sumi non potest, tũc distinguendum erit, quod aut emptor sciuit rei qualitatem, & partem duntaxat venditam dicere debemus, aut partem alienam esse ignorauit, & hoc casu totam rem voluisse vendere præsumendum est, & hanc resolutionem tenent, Cancerius *variarum, 1. parte, capit. 8. de donatione numer. 71. & sequent.* & doctissimus Barbosa *in l. diuortio ff. soluto matrim. in principio, 2. parte, num 82. & in § fin. numer. 125. & sequent.* vbi quod res, quæ inueniuntur in domo, vt perpetuo ibi sint, veniunt in venditione, licet non sint affixæ, vide ibi *& in §. quod in anno*, vbi quid si quis vendat rosas viridarij, eas bis-ferentis in anno, an vtræque videantur venditæ? & secundam superiorem distinctionem ex Hermosilla, iudicandum erit, an habeat locum enictio, vel non? vide etiam Gatianum *regula 283. ex numer. 1.* & D. Larream *allegatione fiscali 13. quasi per totam*, vbi optime de resolutione hic tradita à Comez. *& alleg. 14.*

14 Ad numer. 13 ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Si eodem nomine nuncupetur domus, vel fundus principalis, & accessorius, & in eius actibus fruendo, vel habitando promiscuè, & accessorie venditor vtroque vtebatur, venditio vtrumque comprehendit, secus vero aliàs, vt hic resoluitur, & ita docent Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum libr. 9. titul. 2. ex nu. 36.* vbi an vendita domo intelligatur venditus hortus, vel apotheca? Tuschus *liter U. conclusione 62. numer. 7.* vbi alia per totam conclusionem *& litera D. conclusione 227.* Tiraquel. *de pia causa, priuilegio 73. vbi numer. 4.* ait destinatum hortum ad vsum domus cum ea transire, etiam si non sit intra septa ipsius domus, & quamuis inter hortum, & domum esset via publica & bene declarans Cratianus *disceptation. ca. 126. per totũ. vbi n. 6.* probat quod si testator consueuit quandam cameram locare separatim, si tempore testamenti ea vtebatur pro se, & familia, tunc veniet & comprehendetur in legato domus, de quo etiam videndus est Castillo *libr. 5. controuersiarum, capit. 62. numer. 22. 31. & sequent.* & latè explicans materiam Hermosilla *in leg. 29. titul. 5. partita 5. glos. sa vnica per totam, vbi numer. 11.* docet cum alijs, quod si porticus sit in medio duarum domuum, si altera vendatur, debet inter eas diuidi porticus, Augustinus Barbosa *in tractatu de nominibus appellatiuis*, verbo *Pertinentia*, numero 7. Gutierrez *libr. 3. practicarum quæstione 71. num. 15. & sequent.* & alijs ab eis relati, vide etiam Sagadum *de protectione, 4. parte, cap. 10. ex numer. 102.*

Ad num. 14. ibi: *In quo articulo resolutiuè dico, &c.* 15

Vendita ancilla, vacca, oue, &c. quod etiam videatur venditus vitulus, agnus, vel filius, qui est in vtero, vel à matre lactatur, vt hic resoluitur, docent Mantica *de tacitis conuentionibus, libr. 4. titul. 9. numero 17.* Fabianus de Monte *in tractatu de emptione, & venditione, quæstione 6. principali, numer. 27.* Ualdesius ad Suarez *in leg. quoniam in prioribus ampliation. 3. num. 7.* Auiles *in cap. 1. prat. verb. Mandado, nu. 10.* & optimè Narbona plura inferens in cõmentarijs *ad l. 9. tit. 10*

libr. 6. Recopilat. gloſſa 7. per totam, & Hermoſilla *in l. 30. titul. 5. partita 5. gloſſa 1. nu. 7.* Azeuedus *in l. 34. tit. 18. lib. 9. Recopil. num. 19.* Salgado ſupra *num. 103.*

Adde quod hic applicari poteſt illa quæſtio maxime controuerſa an partus ſit pars matris? in quo videtur fundari reſolutio noſtri Gomezij in præſenti, quam latiſsimè diſputant Amaya *lib. 3. obſeruationum, capit. 1. §. 2. per totum*, vbi per diſcurſum optimè explicat, quid dicendum de ancilla depoſita, commodata, pignori data an partus vt pars matris comprehendatur? *& numer. 15.* an ſi partus euincatur poſsit habere locum remedium euictionis? de quo etiam agit Guzman *in tractatu de euictionibus, quæſtione 45. numer. 16.* & Carrança *in tractatu de partu naturali, capit. 2. in initio, numer. 18.* vbi ait quod licet non competat euictio, competit tamen actio ex empto, *& §. 1. eodem capit. 2. ex numer. 30.* agit de prædicta quæſtione an partus ſit, & poſsit nominari pars matris? eos vide, & maximè Amayam omnino quia eruditiſsimè materiam iſtam explicat.

Et ex prædictis inter alia infert Narbona ſupra *dicta leg. 9. titul. 10. lib. 6 gloſſa 7 nu. 8.* ad quæſtionem practicam nempe an ſi præmium concedatur capientibus lupos pro quolibet capite, ſiquis capiat lupam catulos lactantem an pro vno capite præmium conſequatur? & affirmatiuè reſoluit.

16 Ad num. 15. ibi: *In quo articulo reſolutiuè dico &c.*

Si tempore venditionis equs, vel mula oſtenditur cum ſella, fræno, & ornamentis, ita videtur vendi, & ſimiliter ſi nudus oſtenditur, ita cenſetur venditus ſic docent Mantica *de tacitis conuentionibus libr. 4. titul. 9. numer. 16.* Surdus *de ciſsion. 134, numer. 6. & ſequent.* Amaya *libr. 3, obſeruationum, capit. 1. §. 2. num. 37.* Hermoſilla *in l. 30. tit. 5. part 5. gloſſa 1. num. 8.* vbi cum Aretino, Iaſone, & Surdo *dicta deciſsione 134.* ait quod tenetur venditor tradere ea ornamenta, quæ erant in equo per duos dies ante venditionem cauſa vendendi, Rocus Curte *in tractatu de conſuetudine, ſectione 8. numer. 44.* vbi quod ſi ornamentis infixa eſſent inſignia venditoris, tunc non comprehenduntur in venditione, Pichardus *in §. actionum autem 28. inſtitu. de actionibus, quæſtione 6.* Salgado *de protectione 4. parte, capit 10 numer. 104.* Gutierrez *in tractatu de gabellis, quæſtione 77. ex numer. 14.* alios referens, *vbi numer. 16.* docet, quod licet attenta *l. ædiles, la ſegunda, ff. de edelitio edicto*, ſi equs non vendendi cauſa, ſed itineris occaſione ornatus ducitur cum ſella, & fræno, ac deinde venditur, ſolus equs venditus cenſetur ſine ornamentis, ſi nulla ornamentorum fuerit mentio facta, ex noua tamen *leg. Regia*, cum dictis ornamentis venditus intelligitur, & eius beneficio, & gabellæ exemptione gaudere velle, & ſic præſumendum eſt, & licet Azeuedus *in dicta leg. 34. titul. 18. lib. 9. Recopilationis, numero 17. & 18.* ad exemptionem gabellæ ſufficere aſſerat, quod equs venditus demonſtretur cum ſella, & fræno, licet frænum, & ſella non vendatur, & cum eo tranſeat, Hermoſilla *dicta lege 30 gloſſa 1. in fine*, verius tamen eſt requiri ad dictam exemptionem quod etiam ſella, & frænum vendatur, vel cenſeatur venditum, vt docet Gutier-

rez

rez *dicta quæstione 77. nu. 13.* vide Sousam *in dicto §. actionum, capit. 2 ex nu mer. 42.*

Et circa acceſsiones rei venditæ quando in venditione cõprehendãtur? vide Bart. *in l. damni, §. ſi is qui, ff de damno infecto*, Baldum *in l. 1. Codic. de iure emphiteutico* Iaſonem *in l ſi fundum § quid fundum ff de legatis 1. num. 17.* vbi de ſtolonibus procedentibus ex arbore exceſſa vendita & generaliter Manticam *de tacitis conuentionibus lib. 4. titul. 9. & ſequent.* Hermoſillam ſupra. & Bolanum *in Curia 2. parte, §. naues num. 26* vbi an videãtur vendita inſtrumẽta vendita re? Gratianum *diſceptat. forenſ tom. 2. cap. 256. maximè ex nu. 44.* Morlam *in emporio tit 10. quæſt. 3 num. 8.* vbi de fructibus pendentibus an venditi videantur? & D. Franciſcum de Amaya *in l. 2. C. de bonis vacãtib. lib 10.* vbi doctiſsime materiã proſequitur *max. ex n. 5 & ibi n. 13.* agit de donatione ſeu conceſsione principis an comprehẽdat acceſsiones? Farinac *quæſt. 94. nu. 2.* vbi de theſauro in fundo reperto an veniat in venditione? & Tuſchum *liter. U. concluſione 62.* Gregor. *leg. 56. titul. 18. partit. 3. gloſſa 5.* & Gutier. *libr. 3. quæſtione 71 ex n. 15.* latiſsimè D. Larream *deciſ Granat. 81.* vbi quod dolia terræ defixa veniunt in venditione domus Anend *in c. 4. prax. n. 33.* vbi de theſauro an comprehendatur in venditione? de quo etiam Gutier. *lib. 4. quæſt. 6.* & vide etiam Barboſam *in tract. de nominibus appellationis* verb. *Pertinentiæ.*

Item an venditor teneatur præſtare viam emptori ad fundum venditum? vide Parlador *differentia 81.* vbi quod non tenetur niſi dictum fuerit, & de itinere ad fundum an debeat aſsignari, & quomodo? vide Doctores *in l. 9. ff de ſeruitutib. urban. prædior.* Menoch. *de retin. remed. 2.* Tuſchum *liter. U. concluſione 180.* Manticam *de coniectur. vltimar. voluntat. libr. 9. tit. 2. nu. 27. & de tacitis conuentionib. lib. 4. tit. 16. nu. 19. & ſeq.* Garciam *de expenſis cap. 17. num. 15.* Zeuallos *quæſtion. 906. nu. 350.* Auiles *cap. 17 practorum* verb. *Eſten limpias, nu. 17* Barboſam *in l. 2 ff ſoluto matrimonio. 2. parte nu. 39.* Petrum Gregor *in ſintagm. lib. 4. ca. 14.* Ubaldum *de duobus fratribus part. 1. n. 9.* Pichar *in principio inſtituta de interdictis, nu. 170. & ſeq.* Gratian. *diſceptat. cap 559.* & Hermoſillam *in l. 3. tit. 5. partita 5 gloſſa 1. ex n. 20.* & in hoc per ordinationem ciuitatis hiſpalenſis, *tit. de los alarifes cap. 16.* iubetur quod detur via ad fundum per partem in qua minus damnum fiat arbitrio duorum peritorum.

Ad num. 16. ibi: *In quo articulo nu. 17 tabiliter &c.*

Agit hic noſter Goniezius de venditione ad mẽſuram exemplaeius adducens quam latiſsimè explicant Mantica *de tacitis conuentionibus, libr. 4. tit. 17 per totum vbi n. 6.* docet, quod in venditione ad menſuram, ſi fiat vera traditio emptori in eum transfertur dominium, & poſſeſſio, etiam ante menſuram & conſequenter periculum ad eum etiam pertinet, quia vera traditio menſuræ defectum ſupplet, & ibi etiam addit, quod tunc in elligitur venditionem ad menſuram eſſe conditionalem, quando pretium eſt incertum reſpectu totius fundi, & poſt menſuram venit declarandum, ſi verò fundus fuerit venditus intra certos fines, quem dicunt eſſe tot iugerum pro pretio mille aureorum ad rationem decem pro quolibet iugere, tunc ait venditionem eſſe puram & perfectam, & conditionem intelligi adiectam in augmento vel diminutione pretij, & ſic non facere venditionem conditionalẽ vide

Gregorium *in l.* 56. *titul.* 18. *part.* 3. *& l.* 24. *titul.* 5 *part.* 5. *gloſſa* 2. Laſarte, & Gutierr. infra relatos. & Cancerium 1. *parte capit.* 13. *nu.* 71. *&* 72. & Surdum *deciſ.* 64. *&* 257. & latiſsimè Tuſchum *litter.* C. *concluſione* 48. 49 *&* 50. Couarrubiam *practicar. c.* 3. *per totum*, Fabian. *de monte de emptione, & venditione*, 6. *quæſtione principali*, Pereiram *eodem tractatu cap.* 22. Azeuedum *in l.* 3. *titul.* 7. *lib.* 7. *Recopil. nu.* 46. *&* 47. Molinam *de iuſtit. tom.* 2. *diſputatione* 366. *&* 367 *per totam*, Fachinæum *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 27 Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib.* 2. *cap.* 4. *nu.* 86. vbi defundo tantorum iugerum vendito Cratianum *diſceptat. forenſ. cap.* 566. *& capit* 256. *&* 318. & bene explicantem materiam Hermoſillam *leg.* 24. *titul.* 5. *partit.* 5 *gloſſa* 2. *per totam. vbi num.* 40. declarat, quæ menſura attendenda eſt, ſi diuerſæ menſuræ ſint in loco contractus, & in loco vbi res ſita eſt, *& numer.* 44. quomodo hæc menſura facienda eſt, an per terram recto tramite, vel an per vias frequentatas, & an per aerem recto tramite? Pichardum *in §. cum autem*, inſtituta *de emptione, & venditione*, *numer.* 13. Laſarte *in tractatu de decima venditionis, cap.* 5 *ex num.* 24. Azeuedum *in l.* 1. *titul.* 17 *libr.* 9. *Recopilat. ex num.* 140. Gutierrez *in tractatu de gabellis, quæſtione* 76. *vbi num.* 7. ait quod licet quoad translationem dominij, & periculum, & commodum rei venditæ, non dicatur venditio perfecta ante menſuram, vel pondus, tamen quantum ad hoc, vt non poſsint parties pœnitere, etiam ante menſurationem venditio dicitur perfecta. *& num.* 5. docet, quod poſt menſurationem factam gabella debetur gabellario, qui erat tempore contractus, & non illi qui poſtea fuit tempore menſurationis, veluti in venditione conditionali, *& num* 9. reprobat doctrinam Baldi ſequutam à Mantica vbi ſupra eum retulimus initio huius numeri, vide infra, *numer.* 33. & ibi relatos, & Barboſam *in leg. ſi mora in lectura poſt praludia, numero* 13. *ff. ſoluto matrimonio*, vbi quod venditio ad menſuram cenſetur perfecta ad omnes effectus præter periculum peremptionis, vel deteriorationis, vide etiam Parladorum *differentia* 77. *tom.* 3. *quotidianarum*.

Ad num. 17. ibi: *In quo articulo reſolutiué dico &c.* 18

Scripturam non requiri in contractu emptionis, & venditionis, nec in aliquo alio contractu, niſi in caſibus à iure expreſsis, vel quando partes in ipſo contractu, vel ante dixerint quod fiat ſcriptura, vt hic reſoluitur, docet plures relatos a Mantica *in tractatu de tacitis conuentionibus, libr.* 1. *titul.* 10. *numer.* 7. Tuſchus *litera* C, *concluſione* 990. vbi & duabus concluſionibus ſequentibus materiam late pertractat Valaſcus *de iure emphiteut. quæſt.* 7. *per totam* Cancerius *variarum*, 1. *parte. capit.* 13. *n.* 10. *&* 11. Matienzo *in l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recop. gloſ. vltim.* Parladorem *lib.* 2. *quotid. cap.* 3. *ex n.* 47. & etiam plures relatos à Menoc. *lib.* 3. *præſ.* 148. *n.* 5. qui tamen contrariam opinionem ſequitur, nempe quod contractus non dicatur in ſcriptis celebratus ex hoc ſolum quod partes dixerint, quod fiat ſcriptura niſi aliæ coniecturæ concurrant, quas ibi enumerat. Pichardus in principio inſtituta *de emptione, & venditione ex n.* 28. vbi noſtrum Gomez laudat & eius opinionem ſequitur, nempe quod ſufficit dictum fuiſſe à partibus, quod ſcriptura fiat, licet non fuerit additum quod non valeat contractus non cõfecta ſcriptura, & *n.* 43 notat quod quoties in ſcriptis eſt celebrata venditio,

ditio, ita abea licet recedere ante confectionem inſtrumenti, ſi arra data non ſit, ſi enim data fuerit, emptor amittit quod dedit ſi ipſe renuat ſi vero venditor, duplum *& num.* 31. remiſsiue addunt caſus in quibus ex ſua propria natura requiritur ſcriptura Molina *de iuſtitia tomo.* 2. *diſputatione* 254. *num.* 12. *& diſputatione* 448. *num.* 1. *&* 2. vbi probat, quod quando contractus fuit in ſcriptis celebratus, ſi inſtrumentum deperdatur, ſufficit quod per duos teſtes probetur & qualis probatio tunc ſit neceſſaria, & quid debeant dicere teſtes explicat Ceuallos *queſtione* 90. *&* 91. Morla *in emporio* 1. *parte tit.* 11. *quæſt.* 1. *num.* 13. Caſualdus ad Donel *lib.* 13. *cap.* 1. *notatis lit.* Z. *& lib.* 25 *cap.* 8. *lit.* E. Fachin. *lib* 2. *controuerſ cap.* 98. Brito *de locato & conducto in cap potuit* 3. 1. *num.* 13. Rota apud Farinacium *deciſione* 520. *n.* 4. *parte* 3. Suarez *Conſil.* 7. late Maſcardus *de probationibus concluſ.* 425 *lit C.* Greg. *in l.* 32. *tit.* 16. *par.* 3. & alij quam plures relati à Hermoſilla *in l.* 6. *tit.* 5. *partita* 5. *gloſſa* 1. *num.* 2. qui etiam *num.* 3. alios refert pro contraria opinione, quod tunc dicatur contractus in ſcriptis, quando dictum fuerit quod aliàs non valeat, & tandem *num.* 5. ait de iure Regio opinionem noſtri Comezij tenendam, nempe ſufficere quod in contractu vel ante contractum dictum fuerit, quod fiat ſcriptura abſque eo quod addatur, non aliter valiturum contractum cum vide & Caſtillo *lib.* 3. *controuerſiarum cap.* 26. vbi latiſsimè vt ſolet ma eriam proſequitur. & Gutier. *lib.* 2 *practicarum: quæſtione* 95. per totam. *& in tractatu de Gabellis queſt.* 17. *vbi num.* 4. ait, quod traditione rei facta ſcriptura ad probationem tantum requiſita videtur, *& num.* 7 cum noſtro Gomezio & alijs probat Gabellam deberi Gabellario temporis in quo facta fuit ſcriptura, quando ante eam non valuit contractus, & quod tunc partes ante cõfectionem ſcripturæ pœnitere poterunt etiam in præiudicium fiſci, vide Carualium *de iudicijs tomo* 1. *diſputatione* 2 *num.* 281. vbi de foro in hoc contractu in ſcriptis, nempe quod quando contractus in ſcriptis fuit celebratus forus ſortitur in loco ſcripturæ, aliàs in loco conuentionis ſeu contractus & Salgado *in labirintho parte.* 2. *cap.* 17. *num.* 76. vbi quod contractus valet, & probari poteſt teſtibus, quando ſcriptura fuit neceſſitate inter poſita fuit inutilis, *& in cap.* 26. *num.* 63. *&* 1 *parte cap* 35. *nu.* 29. *&* D. Larrea *allegatione fiſcali*, 88. per totam *numer.* 7. vbi opinionem Gomezij comprobat & *num.* 12. cum Caſtillo, *dicto cap.* 26. docet quod ex conjecturis vel conſuetudine contractus intelligitur inſcriptis celebrari.

Ibi in quo caſu adde. & nota &c.

Quem libet poſſe compelli facere ſcripturam poſt perfectum contractum vt hic reſoluitur, tenent cõmuniter Doctores & etiam cum clauſula Guarentigia, vt probant Valaſcus *de iure emphiteutico queſt.* 7 *num* 37. & alios referens Auendanus *in er actatu de cenſibus cap.* 84. *num.* 14. Parlador. *lib.* 2. *quotidianarum cap.* 20. Gutierrez *lib.* 3. *quæſt.* 94. & alij plures congeſti a Hermoſilla *in l.* 6. *titul.* 5. *partita* 5. *numer* 3 *vbi numer.* 4. addit quod ſi non obſtante iuſſu iudicis nolit conficere ſcripturam, per capturam poterit compelli, & ſi ad huc, nolit pro confecta habebitur ſcriptura cum clauſulis conſuetis, vide etiam Cancerium *ſupra dicto cap.* 13. *num.* 11.

Ad num. 18. ibi: *In quo articulare-* 19
ſolutiue dico, &c.

Arram non requiri in hoc contractu de neceſſitate, eũſine ea poſsit ce-

le-

lebrari, sed si interueniat arra, & cõtractus non fuit perfectus arra perditur, si emptor dissentiat, si vero venditor renuat duplicata, si autem contractus sit perfectus, idem dicendum ex veriori opinione resoluit Gomezius, & ita docent Perez in *de emptione & venditione cap.* 18. *ex num* 33. Fachinæus *lib.* 2. *controuersiar. cap.* 28. Petrus Gregor. *in syntagmate lib.* 25. *cap.* 17. *num.* 1. Reginaldus *in praxi, lib.* 25. *tractatu* 3. *ex* 25. *num.* 363. Molina *de iustitia tomo.* 2. *disputatione* 338. *num.* 3. *vbi num.* 4. ait non deberi gabellam, quando cum quibus permittit a contractu discedere amissa arra, contra Lassarte *in tractatu de Gabellis cap.* 3. *num.* 18. contra quem etiam laudantes Molinam tenent Azeuedus *l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Recop. n.* 91. & Gutierrez *in eodem tractatu de Gabellis quæstione* 17. *num.* 22. *vbi ex num.* 19. principalem quæstionem hic propositam discutit, & laudat nostrum Gomezium & alios Pichardus in principio institutæ de emptione & venditione *ex num.* 44. vbi opinionem nostri Gomezij in praxi receptam affirmat, quamuis in puncto iuris contraria verior sit ex rationibus per eum consideratis nempe quod vltra amissionem arrarum interesse peti possit, de quo etiam Gratianus *disceptationum cap.* 748. *num.* 29. Hermosilla *in l.* 7. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa,* 1. *num.* 4. vbi etiam per totam glosã late quæstionem prosequitur plures Doctores pro vtraq; opinione referens & tandem *num.* 9. *& sequentibus* quinq; limitationes adducit in quibus etiam amissis arris non licet a contractu discedere: prima si res iã erat tradita: secũda si arræ datæ sint nomine prætij: tertia si datę fuerint in signum perfectionis contractus: quarta si per partes non stet quominus venditio effectum habeat, quia tunc arra non amittitur: quinta si res vendita pereat antequam ab emptore dictũ sit quod amissis arris vult à contracta discedere, *& nu.* 14. addit quod si vltra arram pæna fuerit apposita vtrumq; debetur, vide etiã Ossualdum ad Donel *lib.* 13. *cap.* 1. *lit.* Z & Parladorum *lib.* 1. *quotidian. cap.* 1. §. 14. *num.* 10.

Arram in partem pretij datam fuisse præsumi, & sic locum non esse pœnitẽtiæ, si arra consistat in pecunia numerata docet cõmuniter interpretes vt videri potest ex Ceuallos *q.* 242. post Cisuen. *in l.* 70. *Taur. n.* 39. & alijs relatis a Hermos. *in d l.* 7. *tit.* 5. *p.* 5. *glos* 2. qui cõtrariũ dicẽdũ asserit ad mentem de iure Regni, imonõ præsumi datam nomine pretij nisi expresse dicatur quamuis absolute doceat Pichar. supra principio instit. *de empt. & venditione num* 42. quod si consistat in pecunia numerata in partem pretij data præsumitur, & Barbosa *in l. si cum dotem* § *fin. ff soluto matrimonio num.* 38.

Ad numerum 19. ibi: *Et resolutiue dico &c.* 20

Contractus emptionis, & venditionis vel aliqua pars substantialis eius, non potest conferri in voluntatem vnius ex contrahentibus: sic resoluit in præsenti noster Gomezius & docent Morla *in emptio,* 1. *parte, tit.* 9. *num.* 6. *& per totam* vbi respondet obiectionibus. & optimè rationem huius resolutionis explicat, Mãtica *de tacitis conuentionibus lib.* 4. *tit.* 4. *vbi num.* 6. versiculo: *Sed quamuis* vnam casum adducit, in quo emptio & venditio ex vnius voluntate perficitur, nempe si quis ex testamẽto damnatus fuerit vendere Titio, & ipse Titius heredi pretium obtulerit, & hæres recusauerit accipere, nã venditio perfecta intelligitur, Barbosa *in l.* 1. *ff soluto matrim.* 3. *parte, ex num.* 35. Pichardus *in* §. *emptio institutæ de emptione, & venditione nu.*

2.

2. & 5 vbi etiam probat quod licet venditio in voluntatem expreſſam vnius ex cõtrahentibus cõferri non poſsit, tamen in velatam poteſt: *veluti ſi capitolium aſcenderis, &c.* late Gratianus diſceptationum, *tomo* 3. *cap.* 534 *vbi num.* 7. probat quod accidentalia contractus conferri poſſunt in voluntatem, vnius ex contrahentibus, & *num.* 14. quod facta traditione ſuſtinetur venditio, & locatio poſita in alterius voluntatem & quod diſpoſitio textus *in l. in venditis Cod. de contrahenda emptione*; nõ procedit de æquitate Canonica, ſecundum quam valet contractus collatus in voluntatem vnius ex contrahentibus, & etiam agit de locatione Roderic. Suarez *in tit. de captatoria num.* 17. vbi Valdeſius *in additionibus* plures refert pro explicatione verbi *volo*. & an ſit velata voluntas comprehenſa in hac conditione *ſi capitolium aſcenderis*? Oſſualdus ad Donel, *lib.* 13 *cap.* 1. *lit.* R. Hermoſilla *in l.* 8 *tit.* 5 *part.* 5 *gloſſa* 1. *vbi num.* 4. probat quod conſenſus ementis, & vendentis debent eſſe ſimultanei, & licet ſint ex interuallo, ſi tamen primus ad huc durat, & permanet dicitur ſimultaneus. Vide etiam Parladorum *differẽtia* 75. *num.* 5. vbi quod licitatione facta non poteſt pœnitere venditor.

Item *etiam intellige, &c.*

Venditionem valere etiam ſi accidentalia committantur in voluntatem alterius, vt ſi dicatur *vendo tibi rem ſi placuerit intra tantum tempus &c.* reſoluit Gomezius, & quod emptor ſi tempus non fuerit determinatum, rem tenetur reſtituere intra ſex aginta dies: ita etiam tenent Menochius *de arbitrarijs lib* 1 *queſtione.* 8 *ex num* 7. Laſſarte *de decima venditionis cap.* 14. *num.* 30. Pichardus *in* §. *emptio* inſtituta *de emptione & venditione num.* 7. vbi plures refert, Hermoſilla *in l.* 8. *tit.* 5. *part.* 5. *gloſa* 1. *num.* 6. Gutierrez *de Gabellis quæſt.* 10 *num.* 14. *& queſt.* 18. *ex num.* 6. Morla *in emporio*, 1. *parte tit.* 9. *queſt.* 9. *num.* 10 qui omnes reſoluunt quod cõditio, *ſi placuerit*, multum differt, abea *ſi diſplicuerit redhibeatur, vel ſit inemptus*, illa enim eſt venditio conditionalis, hæc vero pura, quæ ſubconditione reſoluitur, illa niſi certo præfinito tempore fieri non poteſt, hæc autem nullo præfinito tempore fit, & a lege concedũtur ſexaginta dies, vt declaret diſplicentiam quibus tranſactis amplius diſplicere non poteſt, niſi aliud in conuentione expreſſum fuerit. veluti quod, ſi aliquando diſpliceat redhibeatur, vt declarant ſupra relati maximè Pichardus & Gutierrez *qui in dicto num.* 14. probat quod neutro caſu gabella debetur, ſi effectum non habeat venditio eum vide, & Scacciam *de commercijs.* §. 1. *queſt.* 1. *ex. num.* 475. vbi an valeat pactum quod venditio reſcinda tur adbeneplacitum emptoris?

Ad num. 20. ibi: *Inquo notabili, &* 21 *vtili articulo &c.*

Re duobus vendita eum præferri cui res fuerit tradita ex Tex vulgari *in l. quoties Cod. de rei vindicatione*, reſoluit hic noſter Gomezius, & optimè explicant Barboſa *in rubrica ff ſoluto matrimonio. 2 parte. num.* 82. & 85. vbi etiam quid in ſpiritualibus? *& in l.* 1. *eodem tit.* 1. *parte num.* 4. vbi quod etiam in dote procedit dicta reſolutio: Valaſcus *in tractatu de iure emphiteutico queſt.* 14. late vbi etiam an procedat in emphiteuſi? Fachineus *lib.* 2. *controuerſ. cap.* 33. & *lib.* 7. *cap.* 33. & 34. vbi quid in feudis & *lib.* 11. *cap.* 48. vbi de venditione rei bis facta eidem, Dilectus de arte teſtandi *tit.* 10. *cautela* 2. vbi quod in donatione potior eſt, qui prius poſſeſsionem eſt adeptus, iterum Barboſa

in

in l. 8. dicto tit. ff soluto matrimonio § *fin. num.* 46. Couarrubias *lib. 2. variar. cap. 19. num.* 8. vbi alia, *& an dicta l. quoties* procedat in locatione? & Vrsillus in additionibus ad Afflictū *decisione* 238. Morla *in emporio. 1. parte tit. 9. num.* 48. Castillo *in l. 17. Tauri & in l.* 74. verbo: *Parte en ella* Suarez *consil.* 7. quasi per totum Gregorius *in l. 1. in fine tit.* 11. *parti. a* 1. Nauarrus *in consilio 9. sub titulo de emptione & venditione* Gratianus *in regula* 471. vbi ampliat, & limitat, latissimè Antonius Gabriel *conclusione 2. sub tit. de emptione, & venditione* Reginaldus *in praxi lib. 25. cap. 26. num.* 364. *& seq.* Sanchez *in summa lib. 3. cap.* 17. *num.* 17. vbi quid si interueniat iuramentum? Gratianus *disceptationum. tomo 3. cap. 523. num.* 4. *& sequentibus.* vbi quid si nesciatur cui res fuerit tradita? & quid si fiat traditio reiisne solutione pretij? Narbona *in l.* 11. *tit.* 5. *lib.* 7. *Recopilationis glossa 2. num.* 7. vbi quid in Principe? Clarus §. *falsum num.* 29. Cfualdus ad Donel *lib.* 23. *cap. vltimo notatis lit.* V. Mantica de conuentionibus *lib.* 13. *tit.* 48. *num.* 17. vbi quid in donatione? Tiraquel, *in tractatu de priuileg. pia causa priuil.* 102. vbi an dicta resolutio procedat in pia causa? Ceual os *quæst.* 756. *vbi num* 56. quid in locatione dicendum? Brito *in tractatu delocato, & conducto in rubrica 2. part.* §. 4. late: *& ibi num.* 5. quid si sciebat secundus cui fuit facta traditio quod iam res erat venditæ? & quid si quis vendat rem prius quam sit dominus, & iterum eam vendat acquisito dominio? vide *l. si a Tatio, ff. de exceptione rei venditæ, &c.* Bolanus *in Curia 2. tomo* §. *Naues num.* 11. vbi quod si quis promittat operas duobus, ille præferatur cui prius eas exhibere cepit, & verbo: *Fletamento num.* 6. iterum Tiraquel *in l. si vnquam* verbo: *Reuertatur num.* 397. vbi quid quando dominium Trasfertur ipso iure? Pichardus *in manuductionibus parte 2. §. 2. nu.* 2. D. Ioseph Uela *dissertat. Hispal.* 19. *&* 20. latissimè. vbi etiam quid in conductoribus? Hermosilla *in l.* 50. *&* 51. *tit.* 5. *part.* 5. *per totā* & nouissimè Augustinus Barbosa *in collectan. additam l. quoties* vbi fere infinitos refert, & latissimè exornat omnes declarationes, & limitationes a nostro Gomezio adductas, ita vt alium allegare superfluum posset videri, Farinacius *in praxi crimin. quæst.* 150. *ex num.* 229. vbi disputat latissimè quod delictum committat, & qua pœna puniatur rem duobus vendens, & Tuschus *lit. V. conclusione* 63.

Ibi: *Secundo principaliter limita*, &c.

Præter relatos à Barbosa *in collectanea additam l. quoties num.* 18. adde Pichardum *in* §. *item si quis* instituta *de actionibus num.* 18.

Item circa Gabellam in hoc casu soluendam videndus est Gutierrez *in tractatu de Gabellis qnæst.* 19. *per totam*, vbi resoluit, quod verior opinio in puncto iuris est, quod duplex Gabella debetur, licet benignior, & æquior sit cōtraria, & forsam in praxi recipienda, quam etiam amplecti tur Lassarte *in tractatu de decima venditionis, cap.* 13 *num.* 17. & hanc etiā æquiorem dicit Hermosilla *in dicta l.* 50. *num.* 47.

Ad numerum 21. ibi: *In quo articulo resolutiue dico, &c.* 22

Contrario consensu posse rescindi venditionem, nisi traditio interuenerit tunc enim restitutio est necessaria, vt docet Gomezius, probant, & explicāt Didacus Perez *in l. 1. tit.* 7. *lib.* 5. *ordinam* versiculo: *Dubitatur vlterius* Pereira *de emptione, & venditione cap.* 22. *num.* 8. Molina *de iustitia tomo 2. disputatione* 372. per totam;

per totam. vbi num. 1. hoc procedere probat, etiam si arra, vel fideiussor interuenerit, vel stipulatione fuerit valatus contractus *& num.* 2. *& sequē ti*, an gabella hoc casu debeatur? & an duplex? de quo etiam infra *num.* 32. *& nu.* 5. explicat idē Molina quid si implementum ex altera parte interuenerit, & quod tunc restitutiò præter consensum est necessaria cū nostro Gomezio, *& num.* 7. ait quod si implementum fuerit subsequtum ex vtraq; parte, tunc contrario consensu, & restitutione rei, & pretij non dissoluitur prior venditio, sed noua contrahitur, & duplex gabella debetur, quod etiam optimè probat, & explicat Molinam referens Gutierrez *in tractatu de Gabellis quæstione* 10. vbi plures casus distinguit, & in effectu resoluit, quod si in continenti partes ante quam ad alia procedant, a contractu discedant, nulla est venditiò, nec gabella debetur: si vero ex altera parte secutum fuerit implementum, facta eius restitutione vna tantum Gabella debetur ex prima conuētione, si autem ex vtraq parte fuerit subsequtum implementum duplex Gabella debebitur, vt dictum est, cum vide omnino. & Sousam *in repetitione tit. de pactis articulo* 1. *quæstione* 1. *ex num.* 3 & Hermosillam, qui etiam bene explicat *in l.* 61. *tit.* 5. *part.* 5. vbi eandem resolutionem adducit, & similiter concludit, quod si ex interuallo discedant partes a contractu ante traditionem vnica tantum gabella ex prima conuentione debetur. Donellus *commentariorum lib.* 16. *cap.* 16. 17 18. *&* 19. vbi Osualdus, & nouissimè D. Larrea *decis.* 79. *ex num.* 2. & Thomas Sānchez, *in consilijs, lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 39. vbi bene explicat, vide etiam infra *num.* 32. & D. Ioseph Uela *dissertatione Hispalensi* 17. *ex num.* 33. vbi etiam plures refert pro resolutione Gomezij.

Aduertere tamē debes quod sunt aliqui contractus nominati, qui solo vnius partis consensu dissolui possunt, vt societas quę non fuit contracta ad certum tempus commodatum ad beneplacitum concedentis, seu præcarium, mandatum, depositum & similes: vt docet Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 258. *num.* 11.

Ibi: *Sed aduertendum, &c.*

Hodie quod nudum pactum pariat actionem, vt docet Gomezius, probant communiter Regnicolæ, vt iam supra diximus, & videri potest per Matienzum, & reliquos *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* & Gutierrez *tomo* 4. *quæst.* 68. *num.* 4. & plures alios relatos a Castillo *lib.* 2. *controuers. cap.* 3 *num.* 17. *&* 18. & vide infra *cap.* 9. *num.* 4.

Ibi; *Secundus est. casus quando inter li contractu interuenit dolus, &c.*

Quod si dolus dedit casum contractui sit nullus ipse contractus, secus si incidit, docent, & explicant Cardinalis Tuschus *lit.* D. *conclus.* 583. vbi ampliat etiam si adsit iuramentum, & alias ampliationes, & declarationes adducit Duarenus *in tit. de in litem iurando, ex num.* 15. Corrasius *lib* 1. *miscelan, cap.* 16. Bernardus Diaz *regula* 20. Scaccia *de commercijs* §. 1. *quæst.* 7. *part.* 2. *ampliatione* 10. *num.* 8. Ceuallos *quæst.* 226. Morla *in empor. tit.* 9. *in paamisiis, num.* 92. *& seq* Molinā *de iustitia tomo* 2. *disput.* 352 *per totam* Ioannes Gratianus *regula* 99. Sarmiento *lib.* 6. *selectarum cap.* 6. Pichardus *in* §. *actionum* institutæ *de actionibus quæst.* 9. *num.* 2. *& in disputatione iudicatum solus ex num.* 18. vbi latissimè de hoc Matienzo Iunior *in repetitione l. contractus ff. de regulis iuris num.* 267. Gutierrez *in tractatu de Gabellis quæst.* 9. *num.* 5. & fere infinitos referens Hermosilla *in l.* 57. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 1. 2. *&* 3. vbi

vbi optimè declarat, ampliat, & limitat, *& num. 21. & seq.* probat dictam conclusionem non procedere, si dolus non sit alicuius ex contrahentibus, sed tertij, tunc enim tertius verbi gratia proxeneta vel alius de dolo tenetur, & si ille non sit soluendo, ipse contrahens cuius gratia dolus factus est: & similiter tenetur principalis ipse contrahens quando ille tertius est fere idem cum principali contrahente, vt tutor, curator, procurator, & similis, cum vide omnino & de pacto quod dolo viam præstat D. Larrea *decis. 16. num. 4.*

Ibi: *Adde tamen quod si ille qui passus est dolum, &c.*

Patientem dolum posse approbare contractum vt hic resoluitur, docēt omnes Doctores supra allegati, & Tiraquel *in tractatu lemort, parte 7. declaratione 1. num. 8.* & cum eo Barbosa *in collectan. ad l. transactionem 35 Cod. de transaction num. 5.* Mantica *de tacitis conuention. lib. 4. tit. 20 num. 61.* Gutierrez *in tractatu de Gabellis quæst. 9. num. 7. 8.* optimè Cancerius, *variar 1. parte cap. 13. ex num. 86.* Matienzo *l. 1. tit 11. lib. 5. recop. glossa 1. num. 11.* & alij plures relati a Hermosilla *in l. 56 tit. 5 glossa 7. nu. 17. & 18. & in l. 5. ibid glossa 1. num. 14.* Surdus *de alimentis tit. 8. princ. l. 56, num 8.* & nouissimè D. Ioseph Vela *dissertat: 14. n. 3. 4. & 37.* qui omnes etiam de nullitate agunt, & an a tertio allegari possit? & Surdus *decis. 108.*

De Gabella autem hoc casu soluēda Gutierrez *in tractatu de Gabellis quæst 9. ex num. 7.* resoluit, etiam quādo venditio fuerit nulla, quia dolus venditoris illi causam dederit, & etiam post quam talis venditio declarata est nulla per sentētiā iudicis ad huc Gabellam deberi Gabellario tempore contractus existenti quia ex parte ipsius venditoris decipientis semper valida fuit venditio, quod etiam asserit dicendum in permutatione ex parte dolosi. cum vide ibidem vbi cum Molina reprobat Lassarte contrarium tenentem.

Ad numerum 22. ibi: *Tertius modus est per læsionem vltra dimidiam, &c.* 23

Si emptor vel venditor vltra dimidiā iusti prętij fuerit deceptus quod possit agere ad rescisionem contractus, vt hic resoluitur notissimum est in iure, de quo latissimè agunt interpretes omnes in locis ordinarijs, & vbi cumq; de materia venditionis loquuntur, inter quos maximè commendo doctissimum Pinel. *in suis cōmentarijs ad l. 2. Cod. de rescindenda venditione* Couarrubiam *lib. 2. variar. cap. 3. & 4.* Menochium *casu 194. num. 44.* vbi de rustico læso Ceuallos *quæst. 443. & 508. & 510.* Farinacius *decis. 59. 1. parte* vbi de enormissima *& decis. 79.* Sarmiento *lib. 7. select cap. 12.* Rodriguez *in tractatu de redditibus lib. 1. quæst. 11.* per to. ā Barbosam *in l. 8. § si fundum ff. soluto matrim ex num. 31.* Matienzum *in l. 1. tit. 11. lib. 5. recop.* Ossualdus ad Donel. *lib. 4. cap. 14. notatis lit. C.* vbi de emente fundum, in quo scit esse Thesaurum Ayora *de partitionibus 3. parte quæst 1. ex num. 24.* vbi an hoc remedium habeat locum in diuisione bonorum Parladorum *differentia 114.* (vbi de lesione enormi, & enormissima de quo etiam remissiue Barbosa *in collectanea cap. 3. de emptione, & venditione num. 37.* & vide infra *cap. 14. num. 21.* versiculo: *Tertio infero*) Caldas *in l. si curatorē § infra tempus num. 14.* vbi quod pendente lite super validitate contractus non currit tempus huius remedij *& in §. per quod pristinum ius, nu. 13.* vbi quod recuperantur expensæ & Gabella iam soluta, Fachinæus *lib. 2. controuers. cap. 16.* & pluribus sequen

sequentibus vbi materiam bene explicat, *& capit.* 18. *vbi* an hoc remedium habeat locum re perempta ? vel adueriustertium successorem ? *& libr.* 12. *capit.* 31. *vbi* de actione in hoc casu Auilès *in capit.* 33 *pratorum*, verb. *A menos costa*, *vbi* an artifici in sua arte, vel iurisperito denegetur hoc remedium? Cenedus *in collectanea* 158. *vbi* alios refert Morlam *in emporio*, 1. *parte*, *titul.* 6. *ex numer.* 86. *& quæstione* 8. *vbi* an liceat contrahentibus in pretio emptionis, & locationis naturaliter se circumuenire ? *& quæstione* 18. *& sequentibus vsque ad quæstionem* 24. Barbosa *in rubrica ff. soluto matrimonio*, 4 *parte*, *numer.* 25. *vbi* quod in dote sufficit læsio intra dimidiam Caldas *in leg. si curatorem*, §. *minoribus*, *numer.* 66. *vbi* idem asserit in eo qui vendidit fame, vel alia necessitate oppressus, Tuschum *liter.* L. *conclusione* 292. *& sequentib.* Britum *de locato*, *& conducto in rubrica*, 2 *parte* § 2. *ex numer.* 23. Guzman *de euictionibus quæstione* 11. *ex num.* 28. Girondam *in tractatu de gabellis* 2 *parte*, §. 1. *num.* 51. *vbi* an hoc remedium habeat locum in contractu, qui dependet à viribus fortunæ? Felicianus *de consibus*, *libr.* 2. *capit.* 6. *numer.* 11. *vbi* quod onus gabellæ vel aliud soluendi ab emptore ex statuto non facit crescere pretium ad hoc remedium, Farinacius *in fragmentis*, verbo *Iuramentum numer.* 1382. *& sequentibus*, *vbi* an firmetur iuramento contractus, in quo intercuenit enormis, vel enormissima læsio? idem Farinacius *consilio* 42. *in additione litera* B. *vbi* quod dolus præsumitur ex enormissima læsione: Sarmiento *libro* 8. *selectarum*, *in l. quoties ff. delegatis* 2. *ex num.* 8. *vbi* quid si læsio cõtingat in vna ex pluribus rebus vẽditis de quo infra, *capit.* 15. Pichardus *in* §. *actionem*, instituta *de actionibus quæstion.* 16. *n fin. vbi* etiam quod non attenditur interesse affectionis. De iustificatione autem pretij venditionis videas omnino Bonacinã *de contractibus*, *disputat.* 3. *quæstione* 2 *puncto* 4. & Hermosillam *inl.* 8 *titul.* 1. *partita* 5. *glossa* 2. *&* 3. post Mascardum *de probationibus*, *conclusione* 649. Valaticum *consultatione* 43. & alios ab eo relatos, de quo etiam infra *numer.* 26 iterum Morla *titul.* 5. *num.* 10, *in fine*, *vbi* de Ecclesia coram quo iudice agat in hoc casu, Molinam *de iustitia tom.* 2. *disputatione* 349. *& duabus seq. vbi* etiam de gabella in hoc casu agit, Castillo *libr.* 2. *controuersiarum cap.* 8. *& libr.* 4. *capit.* 52. *ex numer.* 38 *vbi* an geminatio, & repetitio verborum faciat cessare dictum remedium ? & alia, & ferè infinitos referentem Hermosillam *in leg.* 56 *tit.* 5 *partita* 5. *glossa* 4. *& sequent vbi* optime totam materiam complectitur, cum suis ampliationibus, limitationibus, & declarationibus, ita vt alium allegare superfluum videbatur, eum videas pro omnibus declarationibs, & limitationibus, quas hoc numero comprehendit Comezius, & vide etiam Barbosam *in collectanea ad caput cum dilecti de emptione*, *& venditione*, & Amayam *in lege* 3. *Codice de iure fisci*, *ex numer.* 39. *vbi* de origine huius remedij, Noguerol *allegatione* 18. *ex numer.* 62. *vbi* quando sufficiat læsio minor dimidia ? *& numer.* 66. *vbi* de præscriptione huius remedij, *& numero* 67. *& sequentibus*, alia plura, & de venditione iudiciali, Parejam *de instrumentorum editione*, *titulo* 1. *resolutione* 2. §. 2. *numero* 72. *vbi* de læsione enormissima Scacciam *de commerciis*. §. 1. *quæstione* 7. *parte* 2. *ampliat.* 10. omnino vi-

dendum & Dominum Larream *decisione Granatensi 68. per totam*, vbi quod licet læsio debeat considerari tempore contractus, fallit tamen si eius implementum, & executio differtur, Cancerium 2. *parte, ca.* 5. *num.* 155.

Unum tamen non oblivisearis quod si dolus inciderit in contractu venditionis, vel alio, ita vt contractus valeat, vt diximus numero præcedenti, si aliqua læsio interuenerit etiam minor dimidia, nihilominus deceptus poterit agere ad supplementum residui actione ex ipso contractu, si autem dolus non interueniat, sed tantum deceptio in pretio, tunc non datur actio nisi læsio excedat dimidium iusti pretij: ita Pichardus instituta *de exceptionibus in principio numero* 19: Rodriguez *de redditibus, quæstione* 8. *numero* 9. & *quæstione* 11. *numer.* 7. & *sequentibus*, Scaccia *de commercys*, §. 1. *quæstione* 7. *parte* 2. *ampliatione* 10. *ex numer.* 8. & 55. & Hermosilla *in leg.* 57. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 3. *numer.* 2. & *in leg.* 56. *glossa* 9. *num.* 17. & 18. vbi videas, & Noguerol *allegatione* 18. *numer.* 82. & *nume.* 65. vbi de venditione facta per procuratorem, quod in ea sufficiat minor læsio, de quo bene Hermosilla *in l.* 56. *glossa* 4. *numer.* 63. & *seq* post Fachinæum *lib.* 2. *controuers. cap.* 29. & Farinacium *in fragmentis*, verb. *Decipere, nu.* 29. & *seq.* vbi etiam an liceat se decipere intra dimidiam? idem Farinacius *in consilio* 30. *numer.* 221. vbi probat quod ius canonicum licite permittit læsionem intra dimidiam in foro contentioso, Castillo *in l.* 3. *Tauri in fine* vbi an per denuntiationem, euangelicam aliquid consequi possit læsus intra dimidiam? de quo etiam Hermosilla supra *glossa* 9. & Molina *dicta disputatione* 350. *tomo* 2. Genedus *collectanea* 158. *nume.* 6. Quando etiam læsio intra dimidiam succurratur, vide Hermosillam *d. glossa* 9. *per totam*, vbi plures casus congerit, qui per eum videri possunt, & Morla *in emporio titul.* 8. *quæstione.* 20. *numer.* 6. vbi de læsione in dote, & Barbosa *in leg. si mora, ff. soluto matrimonio, in lectura post præludia, numer.* 59 vbi an in venditione facta per fiscum de bonis debitoris requiratur læsio vltra dimidiam? vide etiam Gratianum *regula* 119. vbi etiam an liceat deceptio intra dimidiam? Caldas *in leg. si curatorem*, §. *minoribus, numer.* 66. vbi de eo qui vendit fame, vel necessitate oppressus.

Ibi: *Item adde prosequendo materiam. &c.*

Dictum remedium locum etiam habere in cæteris contractibus præter venditionem dicent etiã relati supra initio huius numeri, & maximè Antonius Gabriel *lib.* 3. *communium opinionum titul. de emptione, et venditione, conclusione* 1. *numer.* 19. Fachinæus *lib.* 8. *controuersarum, c.* 36. vbi de diuisione fortè facta, Pinel. 1. *parte capit.* 1. *num.* 1. *et* 2. *de rescindend. vendit.* Zeuallos *quæst.* 536. *n.* 24. Auendañ *capit.* 13 *prælat.* 2 *parte numer.* 3. vbi de locatione operarum Barbosa *in collectanea, cap.* 3. *de emptione, et vendit n.* 12. & an in locatione reddituum Regal. vide *l.* 14. *tit.* 9. *lib.* 9. *Recopilat.* & ibi Doctores, Molina *de iustitia disputatione* 349. *nu.* 14. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil. glos.* 8. *n.* 1. *et seq.* iterum Zeuallos *quæstion.* 72. vbi de transactione, de qua latè D. Larrea *decisione* 68 *per totam*, & Cancerius *variarum*, 1. *parte capit.* 13. *nu.* 46. Suarez *consilio* 3. *n.* 5. *et* 25. *optimè, et allegatione* 22. Morla *in emporio titul.* 4. *quæst.* 2. Auendañus *capit.* 1. *prætor. nu.* 29. Matienzo *in dialogo*, 3. *parte, cap.* 20. *n.* 10. &

plu

plures referens Hermosilla *dict. leg. 56. titul. 5 partita. 5. glossa 4. num. 12* vbi explicat, & per totam plures casus cogerit Bolañus *in Curia philip. 2. parte, § seguro, numer. 3.* vbi cum Stracha Meneses, & alijs resoluit locum habere dictum remedium in assecuratione, facta aestimatione dubij euentus, & periculi (de quo etiã Hermosilla *in dicta leg 56. glossa 4. numero 59.* Rodriguez *libr. 3. quaestione 5. numer. finali,*) *&* in §. *apuesta*, ipse Bolañus *numer. 14.* cum Santerna. & Stracha *de sponsionibus, 4. parte*, versiculo: *Quam igitur*, ait in sponsionibus locum non habere, remedium, *leg. 2.* praeter quam si laesio enormissima adsit ob dolum praesumptum Gratianus *decisione 40. 1. parte ex numer. 3.* Zeuallos *quaestione 115. numer. 75.* Molina *de iustitia, disputatione 579. numer. 17.* item Molina *de primogenijs, libr. 2. capit. 3. numer. 27.* & eos, & alios referens Thomas Sanchez *in summa, libr. 7. capit. 6. numer. 10.* qui docent non habere locum dictum remedium in renuntiatione facta ab ingrediente religionem ob enormissimam laesionem Parladorus *differentia 44*, vbide transactione, seu aestimatione litis, & an sint species venditionis? Caldas *in leg. si curatorem, § vel aduersarij dola, numer. 13.* vbi quid in diuisione & quid in donatione ob causam? Pinel. *in dict. l. 1. part. 1. cap. 4. n. 4.* D. Larrea. *decis. 66. n. 44.*

24 Ad nu. 2. ibi: *Item adde quod remedium dictae legis &c.*

Remedium *dictae l. 2.* locum etiam habere in rebus venditis in publica subhastatione, vt hic resoluitur, docent Dueñas *in regula 187. numero 19.* Osualdus ad Donellum *libr. 23. capit. 13. notatis in fine*, Pinelus *in dicta lege 2. Codice de rescindenda, parte 2. capit. 2. ex numer. 25.* Matienzo *in dict. l. 1. titul. 11. lib. 5. Recopilationis. glossa 9. per totam* Zeuallos *quaestione 171. ex numer. 172. &* 536. Cancerius *variarum 1. parte cap. 13. numer 26.* Pichardus *in manuductionib. 2. parte, praecepto 16. numero 2.* vbi etiam de adiudicatione, Cenedus *in collectanea 158. numer. 2.* & plures referens Hermosilla vbi supra *ex num. 13. vbi numer. 14.* dictam resolutionem locum habere ait in rebus venditis in publica subhastatione siue voluntaria siue necessaria Gutierrez *libr. 1. quaestione 161. numer. 5. & in tractatu de gabellis, quaestione 147.* & alios referens nouissime D. Franciscus de Amaya *in leg. 1. de fide & cartha fiscalis, numer. 56. & 57. & in leg. 1. Codice de praedijs decurionum, nu. 13. libr. 10.* & D. Larrea *allegatione fiscali 106. numer. 9.* & cum alijs Salgado *in labirintho, 3. parte, capit. 10. numer. 4. & sequentibus*; vbi quod etiam creditores possunt intentare hoc remedium, si aliter ex bonis debitoris non possit eis satisfieri de quo statim.

Creditoribus venditoris, qui laesus fuit vltra dimiam, si eis vino debitore aliter satisfieri nequeat hoc remedium conceditur, ex doctrina Maynardi *decisione Tholosana 70. libr. 3.* & Franchis *decisione 224. numer. 4.* cum quibus transit Hermosilla *dicta leg. 56. titul. 5. partita 5. glossa 4. numer. 170.* & Salgado supra. Et an hoc remedium competat contra tertium? Barbosa *in collectanea, capit. 3. de emptione, & venditione, numer. 7.* & Castillo *in leg. 73. Tauri in fine*, & latè explicans Hermosilla *in dicta leg. 56. titul. 5. partita 5. glossa 7. numer. 39. & sequentibus*, vbi ampliat, & limitat Tuschus *liter. A. conclusio. 99. num. 37.*

Et an finita locatione locum habeat dictum remedium? disputant late Menchaca *vsufrequentium, capit.* 61. Valascus *de iure emphiteutico, quæstione* 28. Brito *de locato, & conducto in rubrica, 2. parte, §. 2. ex numer* 22. Fachinæus *libr. 2 controuersiarum capit.* 22. Zeuallos *dicta quæstione* 536. *n.* 28. & plures referens Hermosilla *in dicta leg.* 56. *titul.* 5. *glossa* 4. *numer.* 9. *& 10. vbi* contra alios magis æquam veriorem, & communiter approbatam dicit opinionem affirmatiuam, eam vide, & Dominum Larream *decisione Granatensi* 69. *num.* 16. *vbi* ex Brito *in dicto tractatu de locato. 2. parte rubrica §. 2. numer.* 25. & alijs pluribus ait, quod in locatione plurium annorum sufficit quod læsio contingat ex temporis tractu, licet ab initio non fuerit, vide etiam Cratianum *disceptationum forensium cap.* 185. Pichardum *in §. adeo autem numer.* 45. vbi quod in locatione Regiarum facultatum non habet locum hoc remedium, & vide etiam D. Larream *allegatione fiscali* 32. *vbi* de dicta locatione pro pluribus annis, & læsione in ea contingente.

25 Ad numerum 24. ibi: *Item adde &c.*

Restitutionem sine fructibus fieri debere in casu *leg.* 2. *Codic. de rescindenda venditione*, verius putat noster Comezius in præsenti & ita tenent plures quos in vnum congerit Zeuallos *quæstione* 536. *&* 763. *ex nume.* 1. Morla *in emporio, 1. parte, titul.* 5. *quæstione* 1. *numer.* 23. *& titul.* 9. *quæstione* 21. *per totam.* Cancerius *variarum, 1 parte cap.* 13. *nu.* 48. Barbosa *in leg.* 8. § *finali, nu.* 45. *vbi* an meliorationes computentur cum illis? Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione* 349. Cenedus *collectanea* 158. *num.* 4. Scaccia *de commerc. §. 1. quæstione* 7. *parte* 2. *ampliatione* 16. *numer.* 39. Gutierrez *lib. 2 quæstione* 134. & alios plures referens Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 8. *n.* 2. *& seq. vbi* declarat, & octo limitationes adducit, quas per eum videre poteris, qui in 1. Doctores contrariæ opinionis refert, quē omnino videas & Barbosam *in collectanea, cap. cum causam de emptione, & venditione nu.* 3. *& capit.* 3. *numer.* 32. & Britum *de locato, & conducto, in rubrica, 2, parte §. . ex numer.* 37. & Noguerol *allegatione* 18 *ex numer.* 109. *vbi* agit de enormissima læsione, Caldas *in leg si curatorem, §. implorare numer.* 13. *vide* etiam Costa *in §. & quid si tantum, 2 parte, num* 73. & Rodriguez *in tractatu de redditibus, lib.* 1. *quæstione* 14. *n.* 62. *& lib.* 3. *quæst* 7. *n.* 114. *vbi* an pretium reddatur cū interesse, eos vide: & maxime Hermosillam qui hanc quæstionem optimè declarat, & resolutionem nostri Gomezij limitat, & D. Larream *allegatione fiscali*, 24. *n.* 11. *& decis. sione Granatens* 68. *num.* 8. vbi quod læsione enormissima in ea intercedente fructus restituuntur etiam consumpti.

Ad num. 25. ibi: *Item adde si quis* 26 *iurauit. &c.*

Iuramentum excludere remedium *ex dicta leg.* 2. vt hic docet Comezius, probant Pinelus *in dicta leg.* 2. *parte* 3. *cap.* 1. *num.* 1. Couarrubias *in cap. quamuis pactum*, 3. *parte*, §. 4. *numer.* 5. *& lib.* 1. *variarum cap.* 4. *num.* 1. Gutierrez *de iuramento confirmat.* 1. *parte, c.* 4. 26. *n.* Caldas *in l. si curatorem*, verbo: *Læsis, numer* 2. versiculo *Et generaliter*, Cenedus *in collect.* 158. *numer.* 3. & plures referens Castillo *libr.* 3. *controuersiarum, capit.* 2. *num.* 35. & cum alijs latissimè Hermosilla *in dicta l.* 56. *glossa* 11. *ex n.* 29 *vsq; ad* 57. *vbi* optimè dictam resolutionē explicat, amplians, & limitās,

& ibi

& ibi num. 21. *& seq.* postquam pro regula constituerat et am renuntiationem dicti remedij sine iuramento valere, limitat, præterquam si renuntiatio esset generalis omnium remediorum, quibus posset venire aduersus contractum, tunc enim talis renuntiatio dictum remedium non excludit nec si facta fuerit eodem instrumento etiam specialis, vt contra alios docet, *numer.* 24. *ibidem*, vbi etiam plures pro vtraque parte refert, vide etiam Noguerol *allegatione* 18. *numer.* 56. vbi etiam de enormissima læsione, de qua etiam Matienzo *in dialogo*, 3. *parte*, *capit.* 20. *num.* 6. vbi quod ea existente non obstat iuramentum.

Ibi: *Item adde quod pretium, & valor, &c.*

Valor, & iustum pretium dicitur, quod res valebat tempore contractus, vt hic resoluitur, pro regula constituunt communiter Doctores, vt apparet ex Pinelo 3. *parte. cap. finali numer.* 15. Antonio Gabriele *titul. de emptione & venditione conclusione* 1. *num.* 47. Gratiano *disceptationum, cap.* 766. *num.* 40. Tuscho *liter.* V. *conclusione* 13 *numer.* 1. *& liter.* L. *conclusione* 295. *per totam*, Zeuallos *quæstione* 664. *numer.* 1. Gutierrez *in tractatu de gabellis quæstione* 147. *ex num.* 8. Cancerio *variar.* 2. *parte*, *cap* 1. *nu.* 274. & plures referens Hermosilla *in dictal.* 56. *titul.* 5 *partita* 5. *glossa* 5. *ex numer.* 1. vbi per totam glossam bene explicat, ampliat, & limitat. eum omnino videas, & Salgadum *de protect.* 3. *part*, *capit.* 1. *nu.* 54. vbi de taxatione pretij mercium, & quod ab ea non admittitur appellatio ad effectum suspensiuum Brito etiam omnino videndus *in tractatu de locato* 2. *parte rubrica*, §. 2. *numer.* 25. vbi hoc declarat in locatione, & cum eo D. Larrea *decis Gran.* 69. *n.* 16. *& per tot.* vbi etiã probat læsionem superueniẽtẽ post contractum considerari debere in venditione cuius executio suspenditur vsque ad mortem venditoris, Osuald. ad Donel. *lib.* 24. *cap.* 16. vbi an iuramentum deferatur in defectũ probationis pretij? & vide etiam *D.* Larream *allegat fiscali.* 32. *per totam* vbi an in locatione celebrata pro pluribus annis læsio debeat considerari ex augmento superueniente post contractum, *& allegatione* 23. *nume.* 3. vbi quod in materia quæ ex ex sua natura habet tractum successiuum attenditur læsio quæ causatur tempore futuro post Matienzum *leg.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. glossa* 4. *n.* 3. & alios.

Ad numerum 26. ibi: *Item ad.* 27 *de, &c.*

Etiam si deceptus diceret, quod donabat excessum iusti pretij, quod nihilominus re&è posset gaudere dicto beneficio, vt noster Gomezius docet, probant plures Doctores citati per Zeuallos, *quæstione* 511. quia dicta clausula nihil operatur, nisi aliunde constet de animo, & voluntate donandi, & de scientia valoris rei, Couarrubias *lib.* 2. *variarum cap.* 4. *numer.* 6. optime Menochius *de arbitrarijs*, *casu* 144. *& casu* 88. *in fine*, vbi de vendente rem pro minimo scienter, Farinacius *in fragmentis* verbo: *Extensio num.* 24. vbi quod licet emptor renuntiet, non propterea videtur renuntiare venditorem Fachinæus *libr.* 2. *controuersiarum*, *cap.* 19. Morla *in emporio*, 1. *parte*, *titul.* 9. *quæstione* 20 *per totam*, vbi duos casus distinguit: Primum, cum verba remissionis simplicia sunt, veluti si inuicem sibi donent contrahentes quod deest iusto pretio, vel excedit, & talis donatio non excludit dictum remedium: Secundus casus est, quando

verba donationis comprehẽdere possunt læsionem ipsam ex eo quod adiectum fuit, donari quod excedit, etiam si sit vltra dimidiam, vel in quacumque quantitate, quo casu si à sciente valorem rei sit facta donatio, valet, Cancerius *variarum* 1. *parte, capit.* 13. *numer.* 32. Castillo *in leg.* 50. *Tauri*, vbi de dicta renuntiatione quando altera pars fuit in dolo, Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica* 10. §. 1. versicul. *Numquid*, Azeuedus *in leg.* 1. *titul.* 11. *libr.* 5. *Recopilationis n.* 20. Gutierr. *in auth sacramenta puberum, num.* 101. late Castillo omnino videndus *lib.* 4 *controuersiarum, cap.* 52. *n.* 38. *& seq.* vbi probat quod eadem facilitate, qua venditor, vel emptor fuit deceptus, cæteras eiusmodi clausulas vulgares apponi passus est, & prædictum remedium nec per quascumque clausulas geminatas excludi docet, quamuis ex parte læsi adsit scientia læsionis cum Pinelo *in dicta leg.* 2. *parte* 1. *capit.* 2. *ex num.* 11. Rodriguez *de redditibus, libr.* 1 *quæstione* 8. *numer.* 10. & Hermosilla plures alios referens *inditta leg.* 56. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 11. *ex numer.* 119. *vbi num.* 121. limitat si pro seruitijs, aut causa remunerationis huiusmodi donatio facta fuerit, & de seruitijs, & animo donandi constiterit, *& numer.* 122. agit quid si pœna in casu contrauentionis fuerit promissa an valeat? & duas opiniones contrarias adducit, cum vide, & D. Larream *decisione Granatensi* 80. quasi per totam maxime *n.* 9.

28 Ad n. 27. ibi: *Quartus modus est per pactum de retrouendendo &c.*

Per pactum de retrouendendo rescindi venditionem, vt hic resoluitur docent, & explicant latè Cardinalis Tuschus *lit.* P. *conclus.* 24. *per totam*, Mantica *de tacitis conuentionibus, lib.* 4. *tit.* 31. 32. *&* 33. latissime Tiraquel *de retract. conuent. vbi in præfatione n.* 3 *&* 4. probat omni iure introductũ hoc ius, Menoch. *lib.* 3. *præsump.* 122. Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 8. *n.* 4. optimè Molina *de iustitia, tomo* 2. *disput.* 374. 375. 376. *&* 377. Zeuallos *quæstione* 224. *&* 299. Rodriguez *de redditibus, lib.* 2. *quæstione* 3. Sarmiento *lib.* 8. *selectarum in l. neminem ff. de legatis* 2. *n.* 7. Cancerius *variar.* 1 *parte, cap.* 13. *n.* 40. vbi quando hoc pactum præsumatur vsurarium? *& c.* 11. *n.* 80. vbi quod emptor reuendens virtute pacti recuperat expensas primæ venditionis, & 3. *parte, cap.* 21. *nu.* 148. vbi de transmissione in hoc casu Gratian. *discept. cap.* 193. *nu.* 8. *& cap.* 600. Farinacius *decis.* 57 *lib* 1. & *decisione* 115. Fachinæus *lib.* 1. *cap.* 99. versic. *Quod verò*, vbi quod si contrahentes de retrouendẽdo pacti sunt licet postea hoc omittatur in instrumento, non nocet, *& lib.* 2. *c.* 6. vbi an augmentum rei in hoc casu ad emptorem perrineat, *& capit.* 11. *eodem libr.* 2. vbi an hoc ius in alium transferri possit? *& capit.* 12. an ex modicitate pretij oriatur præsumptio vsuræ? *et capit.* 15. vbi an ex hoc pacto dominium retrotransferatur ipso iure? *et lib.* 2. *capit.* 42. vbi an & quomodo retrahens debeat pretium deponere? Sousa *in repetitione, titul. de pactis, articulo* 1. *quæstione* 1. *ex num.* 3. vbi de gabella in hoc casu, Morla *in emporio* 1. *part. titul.* 9. *quæstion.* 14. Pichardus *in* §. *actionum*, instituta *de actionibus, quæstion.* 8. *n.* 16. Petrus Gregr. *in syntag. lib.* 26. *c.* 4. Barb. *in l. si constante, ff. soluto matrim. n.* 124. *et seq.* vbi quod pactum de retro vendendo, & similia obligant minorem sine decreto, *et in l. Titia, n.* 48, *ibid.* vbi de iudice competẽte ad cognoscendũ an hoc pactũ sit vsurarium? Farinacius *q.* 47. *num.* 139. vbi an hoc pactũ probetur perfa-

mam?

mam? *& quæſt.* 162. *nu.* 154. vbi quod pactum de retro appoſitum in alio inſtrumento arguit ſimulationem quem etiam videas *quæſt.* 163. vbi late de hac materia Pinel. *in l.* 1. *Cod. de bonis matern.* 3. *part. num.* 53. vbi an hoc pactum obliget minorem vel Eccleſiam? de quo etiam Pachinæus ſupra, *& lib.* 1. *cap.* 3. Parlador *differen.* 53. §. 1. vbi quando hoc pactum ſit vſurarium, *& in* §. *ſeq.* & an qui habet hoc ius poſsit illud alteri cedere? D. Larrea allegatione Fiſca 120. *late* poſt eundē Parlador. *differen.* 109. *num.* 4. *&* §. 2. *num.* 9. vbi de pluribus rebus venditis eodem pretio? Caldas *in l. ſicuratorem* §. *contractum feciſti num.* 43. vbi an minor poſsit facere tale pactum? *& in* §. *ſua facilitate num.* 3. *&* 50. Donel. *comment. lib.* 16. *cap.* 17. & ibi Oſſuald *notatis lit. D.* vbi alios refert, *& in cap.* 18. *notatis lit. B.* vbi de differentia inter hoc pactū & addictionis in diem, & D. Larrea *deciſ granatenſi* 79. vbi quod retractus locum habet, etiam ſi contrahentes a venditione diſceſſerint, *& deciſione* 80. *num.* 9. vbi quod retrahens debet ſoluere iuſtum pretium licet minori quantitate fuerit res vendita, & reſiduifacta donatio Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæſt.* 1. *ex num.* 475. vbi etiam an valeat pactū, quod venditio reſcindatur ad beneplacitum emptoris? & Hermoſilla *in l.* 42. *tit.* 5 *part.* 5. vbi per decem gloſſas optimè materiam proſequitur amplians, declarans, & limitans. *vbi gloſſa* 9. *&* 10. poſt Pachinæum *lib.* 2. *cap.* 14. late agit de acquiſitione fructuum, & quod ad emptorem pertinent, referens Couarrubiā *lib.* 1. *variar. cap.* 15. *num.* 6. Azeuedum *in l.* 4. *tit.* 6. *num.* 14. *lib.* 8. *Recop.* & Barboſam *in l. diuortio* 8. *ff ſoluto matrimonio num.* 75. de quo etiam alter Barboſa *in collectan. cap. noſtram, de empt. & vendit. num.* 7. & D. Larrea *deciſione Granat.* 76. *num.* 15. *&* 35. & Gutierrez *de tutelis* 3. *parte cap.* 27 *num.* 22. vbi an emptor poſsit venari in fundo empto cum pacto de retro vendendo? Rodriguez *de reddit. lib.* 2. *quæſt.* 15. *ex num.* 67. & licet Morla *in emporio tit.* 9. *dicta quæſtione* 14. diſtinguat duos caſus circa dictam acquiſitionem fructuum nempe an pactum fuerit conceptum verbis directis vel obliquis? ipſe tamen Hermoſilla ibidem *dicta gloſſa* 9. *nu.* 4, indiſtincte fructus pertinere ad emptorem aſſerit, & pro tam gloſſam limitat. & declarat & ibi: *Ex num.* 5. explicat quid dicendum de fructibus pendentibus, & quomodo ſunt diuidendi? de quo videas Couarrubiam ſup. *dicta num.* 6. Pachinæum *lib.* 2. *controuerſiar. cap.* 14 & Barboſam iterum *in dicta l.* 8. §. *fin. num.* 45 vbi an fructus compenſentur cum meliorationibus? Cancerium 1. *part. cap.* 13. *num.* 60. *& num.* 49. vbi quod agens ex hoc pacto lucratur fructus ā tempore litis motę, & ſoluit vſuras pretij, & alia: Reginaldum *in praxi ſo ripœnitential. lib.* 25. *tract.* 3. *nu.* 291 & ſequent. Gratian. *diſceptation. cap* 526. *num.* 33. Scobar *de ratiocinijs, computatione vltima ex num.* 7. & alios relatos per eundem Hermoſillam ibi *num.* 6. & Caſtillo *in tractatu de vſufructu cap.* 77. *&* 80. vbi bene agit quomodo ſit facienda dicta diuiſio fructuum, & Cancer. 2. *parte cap.* 1. *num* 187. vbi quod damnum fortuito contingens in re emptori imputatur, de quo etiam Scaccia *de cōmerciis* §. 1. *quæſt.* 1. *num.* 478. ſicut incrementum etiam eſt eius, vt probat Pachin. *lib.* 2. *cap.* 6. *controuerſ.*

Ibi: *Quero tamen pro perfecta declaratione huius articuli, &c.*

Si tempus certum fuerit aſsignatum hoc eſſe obſeruandum ad retractum, & eo præterito non poſſe rem retrahi, vt hic reſoluitur docent Tiraquel.

raquel *de retractu conuentionali* §. 1 *glossa* 2. *ex nu.* 42. Manica *de tacitis conuention. lib.* 4. *tit.* 34. *ex num* 34. Tuschus verbo: *Pactum conclusione.* 30. Fachinæus *lib.* 1 *quæst.* 83. vbi de pacto redimendi intra quinquennium si ad illud tempus rem conduxerit venditor, Cancer. *variar.* 1. *parte, cap.* 13. *num.* 53. vbi limitat nisi ad sit prerijmodicitas Menochius *casu* 217 Gratian *disceptation. cap.* 307. *num* 9. vbi quid si pars pretij tradatur intra terminum nè & alios referẽs Hermosilla *in dicta l.* 42. *glossa* 1. *ex num.* 33 *vbi num.* 34. docet moram nõ posse intra modicum tempus purgari (inquo contrarium tenet Fachinæus *lib.* 2. *controuers. cap.* 4.) nec minori competere restitutionem nisi cum eo negotium gestum fuerit adducens ad hoc Manticam supra *dicto tit.* 31. *lib.* 4. quem videas de quo etiam Richardus *in disputatione de mora, num.* 54. vbi agit *de Tex. in l. Emilius ff. de minoribus*, minori enim non competit restitutio in fact. 5, vel actibus gestis per maiorem cui ipse successit, etiam si damnum suo tempore perfectionem accipiat Afflictis *decisione* 212. *num.* 1. vbi Cæsar Ursilius Garcia *de nobilitate glo sa* 6. §. 1. *ex num.* 17. Caldas *in l. si curatorem* verbo: *Sua facilitate num.* 49. *& seq.* & alij adducti à Flores de Mena variarum *lib.* 1. *quæst.* 5. *num* 15. & hos, & alios referens Barbosa *in collectan. ad l.* 2. *Cod. si ad versus venditionem pignorum, &c. num.* 5. vi de etiam late D. Larream *decisione, Grant.* 70. vbi quod probata læsione cõperit restitutio aduersus omissum retractum.

29. Ad numerum 28. ibi: *Si verò inter partes, & ibi sed his non obstantibus, &c.*

Quando terminus non fuit præfixus, quod perpetuo possit venditor rem retrahere vt hic resoluitur, docent Tiraquel. *de retractu conuentionali* §. 1. *glossa* 1. *num.* 15. *& seq.* Didacus Perez *in l.* 1 *tit.* 2 *lib.* 8 *ordinamẽti* versiculo: *Praterea est dubium* Valascus *de iure emphiteutico quæst.* 11. *num.* 17. Fachinæus *lib.* 2. *cõtrouers. cap.* 13. Osualdus ad Donel *lib* 5. *cap finali lit K* Molina de primogenijs, *lib* 1 *cap.* 5. *num.* 33. alter Molina *de iustitia tomo* 2, *disputat.* 374. versiculo: *Quando &c.* Molla *in emporio tit* 9. *quæst.* 17. *vbi num* 6. explicat, quod quando dictum fuit *quandocumq; in perpetuum* vel *nulla præscriptione obstante* tunc habet locum prædicta opinio si vero solum dictum fuerit *quandocumq;* tunc triginta annorum spatio excluditur retractus, sed in hac quæstione Hermosilla *in dicta l.* 42. *glossa* 1. *num.* 7. quinq; opiniones adducit. & tandem remanet cum opinione Gregor. Lopez *in dicta* l. 42. nempe per lapsum triginta annorũ excludi dictum retractum, etiam si dictum fuerit *quandocumq; non obstante quacumq; præscriptione* vt ibi: Num. 11. *& num.* 6. *ait* quod si terminus nõ fuerit præfixus. 20. annorum spatio præscribitur de iure Regio, cũ vide quia plures Doctores pro hac parte adducit & inter eos Couarrubiam *variar. lib.* 1 *cap.* 9 *ex num.* 1. Parladorum *lib.* 2 *quotidian. cap.* 1. §. 14. *num* 11. Gutierrez *de iuramento. confirmat.* 3. *parte cap.* 1 *num.* 9. *&* 14. Azeuedum *in l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 8 *recop. nu* 42. *& seq. & in l.* 6. *tit.* 15. *lib.* 4. *ex n.* 33. Cancerium *variar.* 1. *parte cap.* 13 *num.* 51. vbi alios refert, & communẽ dicit sed contrariam veriorem, affirmat. & tandem tres ampliationes & octo limitationes ipse Hermosilla adducit quas per eum videre poteris de quo etiam Barbosa *in collectan cap. ad nostram de emptione & venditione num.* 3. *& cap finali de præscriptionibus num.* 9. vide etiam Scaccia *de commerciis* §. 7. *glossa* 7. *num.* 3. vbi

quod

quod hæc præscriptio currit cum ma la fide, & vide etiam Auendanum *cap 30 prætor. 2. parte num.* 13. & Gratian. *discept. cap. 2. & alterum* Gratian *Regula* 333. *num.* 10. Rodriguez *de reddit. lib. 1. quæst.* 17. *nu.* 98. & Surdum *decis* 2. & Ceuallos *quæst.* 207 & Pichardum *in principio instituta de perpet. & temp. action. num* 10.

4° Ad numerum. 9. ibi: *Et breuiter dico quod non. &c.*

Si emptor qui rem emit cum pacto de retro vendendo vendidit eam alteri tertio, quod venditor non habeat actionem contra eum nisi cedatur probant Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 4. tit. 32. ex num.* 45. Couarrubias *variar. lib. 3. cap. 8. num.* 8. Felicianus *decensibus lib. 1. cap. 6. numer.* 16. Salcedum ad Bernardum Diaz *in regula* 208. *limitat.* 3. Molina *de iustitia tomo 2. disput.* 374. *num* 9. Cancer, *variar. 1. parte cap* 13. *num* 103. qui declarat, & alij plures relati a Hermosilla *in l.* 42. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 7. *num.* 2. *vbi num.* 3. contrariã opinionem adducit, & sic, quod soluto pretio a venditore, statim ipso iure absq; noua traditione dominium vtile in eum transfertur, & ita posse a tertio rem vindicare, pro qua etiam alios plures Doctores refert, & in specie Parlador. *tomo 3. differentia* 36. *num* 12. & alios relatos per Giurbam *decis* 93. & Salcedum *in dicta limitatione* 3, & tandem *num.* 4. tertiam opinionem affert distinguentẽ an pactum verbis directis conceptũ fuerit & tunc procedat secunda opinio, an vero per verba obliqua, & tunc locum habeat prima & pro hac tertia opinione refert Menchacam *usu frequentium cap. 69. num.* 8. Caldas *in l. fiscum ratorem* § *sua facilitate num.* 62. Fachineum *lib. 2. controuers. cap.* 15. verficulo: *tertia*, & alios quos videas, & Valdesium ad Suarez *in l. post rem* iudicatã indeclaratione *l. Regni limitatione* 1. *num.* 9. *& num.* 5. *& sequentibus* duas ampliationes adducit ipse Hermosilla, *& num.* 7. ait sententiam contra primum emptorem latam non posse exequi contra tertium possessorem non citatum, *& num.* 8. quod si vnus ex duobus vendi toribus vult redimere partem suam, emptor non tenetur ei retrouendere & an si vnus ex dictis venditoribus velit totam rem redimere, & totum pretium soluere? duas opiniones refert, de quo etiam Fachinæus *lib. 2. controuers. cap. 2.* vide Cancerium *variar. 3. parte cap. 7. ex num.* 247. Gratian. *ca.* 330. *vbi* de heredibus. & similiter *ex num.* 10. disputat ipse Hermosilla, quid si intra tempus retractus emptor hipothecauit rem, an per retractum resoluatur ius hipothecæ? in quo etiam duas opiniones contrarias adducit, & non resolui dictum ius asserit, nisi pactum verbis directis fuerit conceptum aut si interuenerit iuramentum, aut aliæ clausulæ, quę æquiualeant verbis directis eum omnino vide de hac materia, quia omnes difficultates prosequitur, & plures Doctores refert, & an resoluatur hipotheca si emptor restituat rem ex remedio *l. 2. Cod. de rescindenda venditione?* vide Salgadũ *in labirinthopartc 2. cap. 9. num.* 82. vbi plures refert *& cap.* 13. *num.* 11. *& seq. vbi* cum Garcia *in opusculo de hipotheca post contractum, &c.* & alijs docet resolui, Noguerol *allegatione* 14. *ex num.* 104. *& allegatione*, 22. *ex num.* 44. Carleual. *de iudicijs tomo 2. disputatione* 23. *ex num.* 30. late, *& disputat.* 35. *ex num.* 45.

Ad numerum 30. ibi: *Quintus est* 31 *&c.*

Per pactum legis commissoriæ contractum emptionis, & venditionis rescindi, vt hic traditur, docent, & explicant Mantica *de tacitis conuen*

tio-

tionibus lib. 4. cap. 29. per totum *vbi num. 3.* distingit, an dictum fuerit *vendo tibi fundum centum si solueris intra duos menses* an vero ita *vendo tibi fundum centum & si non solueris intra duos menses, fundus sit inemptus*, nam primo casu venditio est conditionalis & interim pendente conditione vsu capio non procedit, posteriori autem venditio est pura, quæ tamen resolutur impleta conditione & ea pendente vsu capio procedit, Couarrubias *lib. 3. variarum cap. 8. num. 1.* Petrus Gregor *in syntag. lib. 25. cap. 17. num. 9.* Soua *in repetit. tit. de pactis articulo 1. quæst. 1. ex num. 3.* Morla *in empório 1. parte tit. 9. quæst. 14. num. 6.* Pereira *in l. si curatorem, verbo sua facilitate num. 40. & 50. & seq.* ad finem Negusantius *de pignor. 4. parte principali in principio* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 178.* Castillo *in l. 68 Tauri*, verbo: *Cierros plaços* Iraquel. *de retractu conuentionali §. 2. glossa 1. ex num. 59.* Cssualdus ad Donel. *lib. 16. cap. 19.* Rodriguez, *in tractatu de redditibus lib. 2. quæst. 2.* Scaccia *de commercijs §. 1. quæst. 7. parte 2. ampliatione 12. num. 4. & §. 2. glossa 5. num. 307.* & iterum *dicto §. 1. quæst. 1. ex num. 503.* vbi etiã de hoc pacto in pignoribus, *& num. 483.* vbi quod concipitur verbis directis vel obliquis, Reginaldus *in praxi fori panitentialis lib. 25. tractatu 3. num. 297. & sequent. & in tractatu 7. cap. 49. ex num. 597.* vbi etiam de hoc pacto in pignore, de quo etiã Fachinæus *lib. 12. cap. 73.* Hermosilla late *in l. 38. tit. 5. part. 5.* Pichardus *in § emptio instituta de emptione & venditione num. 7.* Felicianus *de censibus in proœmio num. 22.* vbi quod commissio non est locus nisi parte aduersa volente *& in lib. 1 cap. 6. num. 28. & 9.* & iterum Morla *dicto tit. 9. quæst. 15. num. 7.* Gratianus *regul. 316 num. 53. & seq.* Baeça *de inope debitore cap. 12. num. 3.* vbi an pro parua quantitate habeat locum commissoria? Barbosa *in l. si mora ff soluto matrimonio in lectura posi præludia ex n. 69. & 74.* iterum Pichardus *in disputatione de Mora num. 200.* vbi an ad contrahendam moram in hoc casu necessaria sit interpellatio? & alij fere infiniti relati per Hermosillam supra *dicta l. 38.* vide etiam D. Larreã *decis. Granat. 16. num. 34. & decis. 42. ex num. 16. & decis. 83. per totam* vbi etiam quod commissoria habet locum in datione in solutum, & alijs, & quid in pignore?

Ibi ex quo singulariter infertur &c.

Venditorem posse pacisci dominiũ non transferri non soluto pretio: docent etiam Gregorius Lopez *in l. 28. tit. 13 partita 5.* Gratianus *discceptationum cap. 523. num. 23.* vbi declarat. Gutierrez *allegatione 5. num. 2.* & alios referens Parladorus *lib. 1. quotidian. cap. 8. num. 2. vbi etiam num. 8* aliam cautelam ad eundem finem adducit, nempe si infundi venditione conuenerit *vt* donec omne pretium soluatur emptor fundum certa mercede conductum habeat, de quo etiã & de interpretatione Tex. *in l. cum manu; saza in fine ff. de contrahenda emptione* videndi sunt Fachinæus *lib. 2 controuers. cap. 30.* Barbosa *in l. si cum dotem § fin. ff soluto matrim. ex num. 31.* Bolanus *in curia Philip. § prælacion num. 6.* & alij plures relata a Salgado *in labirintho 1. part. cap. 25. num. 7. & seq.* D. Larrea *decis. Granatensi 42. ex num. 28.* post Cancerium *variar. 1. parte cap. 13 num. 4.* Scaccia *de commercijs §. 1. quæst. 7 parte 2 num. 104.* Valascus *de iure emphiteut quæst. 19. num. 3.* Gratianus *discept. cap. 206 nu. 9.* vbi quid de fructibus in hoc casu. Pichardus *in principio instituta quibus modis contrahitur obligatio num. 83.* Morla *in empp*

rio

rio tit. 8. num. 21. & tit. 9. num. 24. & Carleualius *de iudicijs tomo 2. disputatione 8. Sectione 5. ex num. 56.* & ſi erum Salgado ſupra *1. parte cap. 21 num. 35.* vbi quod parte pretij ſoluta pars fructuum acquiritur, *& parte 1. cap. 24. ex num. 13.* Sanchez *in conſil. libr. 1. cap. 7. dubio 21.* & vide D. Larream *allegatione Fiſcali 111. num. 25* vbi quod ex dicto pacto ne dominiũ transferatur non ſoluto pretio contractus tranſit in locationem, de quo plures refert *num. 4.*

Ibi *finaliter etiam infertur, &c.* Fructus ex re vendita perceptos per emptorem eſſe reſtituendos venditori in caſu legis Commiſſoriæ, vt hic reſoluitur, docent, & explicant Mantica *dicto tit. 29. lib. 4. num. 27.* Petrus Gregorius *in ſyntag. lib. 25. ca 17. num. 10.* Gutierrez *in tractatu de gabellis quæſt. 10. num. 13.* Scaccia *de commerciis §. 1. quæſt. 1. num. 483.* vbi ampliat etiam ſi pactum fuiſſet concep um verbis obliquis, de quo etiã vide Hermoſillam *in dicta l. 38. gloſſa 1. num. 17.* & Souſam *in §. actionum c. 1. ex num. 9. late.*

Ibi. *Sed his non obſtantibus. &c.* Noſtrum Gomezium in præſenti explicant communiter Doctores aſſerentes quod pactum legis Commiſſoriæ directis verbis conceptum operetur reſolutionem contractus ipſo iure, & translationem Dominij in venditorem, abſq; noua traditione, & ita agi poterit rei vindicatione conditione aduenient e, ſecus vero quando verbis obliquis conceptum fuit prædictum pactum, quia tũc non tranſfertur Dominium ipſo iure, ſed debet agi actione ex vendito vel præſcriptis verbis ad obſeruationẽ contractus: ſic docent Tiraquel. *de retractu conuentionali §. 1. gloſſa 7. n. 3. & 17.* Couarrubias *lib. 3. var. c. 8 num. 1.* Pereira *in dicta l. ſi curatorẽ §. ſua facilitate num. 54.* Morla *in emporio tit. 9. quæſt. 14. num. 6.* Mantica *de conuentionibus lib. 4. tit. 29. num. 25. & ſeq;* Gutierrez *in tractatu de gabellis quæſt. 10. num. 12.* & alij plures apud Hermoſillam *dicta l. 38. gloſſa 1. num. 6. & 7.* & vide D. Larream *de ciſsione 40. numer. 21.* vbi alios refert *& deciſ. 83. per totam* vbi de pacto, legis commiſſoriæ ex interuallo appoſito. Et circa illud quod hic tangitur per noſtrum Gomeziũ de re vendita cum pacto, quod ſi venditor reddat, & reſtituat pretium emptori, intra certum tempus, res ſit in empta an conditione impleta, & pretio reſtituto per venditorem retro trãsferatur dominium in ipſum? vide Hermoſillã ibidem, & quæ ſupra diximus cũ de pacto de retro vendendo agebamus.

Ibi: *Sextus modus eſt per pactum adiectionis in diem, &c.*

Per pactum adiectionis in diem (quod addictionis in diem appellandum cenſent permulti, vt videre eſt per Caldas *in l. ſi curatorem* verbo: *Sua facilitate num. 51. & 52.* Morlam *tit. 9. quæſt. 14.* Oſſualdum ad Donelum *lib. 14. cap. 18.* & alios) verbis directis conceptum, contractum reſolui, & dominium ipſo iure in venditorem transferri abſq; alia traditione, & conditione aduenient e agi poſſe rei vindicatione, docent Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 4. tit. 28. num. 11. et 12.* Couarrubias *lib. 3. variar. c. 8. nu. 1.* Caldas ſupra verſic. *ſua facilitate num. 50.* Fachinæus *lib. 2. controuerſ. cap. 3.* vbi quod minor obligatur hoc pacto, Souſa *in repetitione tit. de pactis, articulo 1. quæſt. 1. ex num. 3.* Felicianus *de cenſibus, lib. 1. cap. 6. num. 2. qui num. 7.* & Menchaca *vſufrequent. lib. 3. cap. 69. num. 5. et 6.* & alij ab eis relati defendunt etiam ſi verbis obliquis hoc pactum concipiatur, dominium ipſo iure in venditorem tranferri eos vide, & Mo-

Molinam quidem bene explicat *in disputat* 378. *per totam* & Hermosillam *in l.* 40 *vbi* etiam declarat, & Pichardum *in rubrica* institutæ *de eo cui libertatis causa bona addicuntur vbi* quid significet verbum *addictio* Parlador. *tomo* 3 *differentia* 75. & D. Franciscum de Amaya *in rubrica Cod. de fide & iure hastæ Fiscalis lib.* 10. *num.* 17. *vbi* etiam de verb: *Addictio* & Barbosam *in l.* 8 *ff soluto matrim. 2 parte num.* 89. *&* 95. *vbi* etiam agit quid dicendum de fructibus de quibus egimus supra citati maximè Hermosilla in dict. *l.* 40. *glossa.* 1. *ex num.* 14. *vbi* duas opiniones cõtrarias adducit & tandem eas adcõcordiam reducit hoc modo, nempe quod si pure contracta fuerit emptio ac sub conditione resolutiua vt si ita dicatur *vendo tibi fundum eo pacto quod si maius pretium vel melior conditio mihi afferatur, hæc venditio non valeat* vel si dictum fuerit *meliore conditione allata res sit inempta* tunc esse contractum perfectum, & fructus ad emptorem pertinere, sive ro conditionalis sic contractus veluti si dicatur. *sit tibi fundus emptus vel vendo tibi fundum nisi alius meliorem conditionem attulerit* tunc locũ habeat contraria opinio, & prohac distinctione refert Menchacam *vsufrequentium lib.* 3 *cap.* 49. quem vide & Castillo *lib.* 3. *controuersiarum ca.* 109 *num.* 3 *&* 4. & D. Larream *decis. Granat.* 42. *ex num.* 16. *&* 83. vbi laudat Couarrubiam supra, & eum explicat, quibus adde Reginaldum *in praxi lib.* 25 *tractatu* 3. *num.* 299. *& seq.* & Sousam *in* §. *actionum cap.* 1. *ex num.* 9.

32 Adnumerum 31. ibi: *In quo magis tralitey & resolutiue dico &c.*

Quod si contractus fiat simpliciter. & absolute, licet postea resoluatur mutuo consensu bene debeatur gabella vt hic resoluitur, docent Tiraquel *de retractu conuention.* §. 6. *glossa* 2. *num.* 10. Pinel. *in l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione* 2. *parte cap.* 3. *num.* 6. Menchaca *de successionum creatione* §. 5. *num.* 5. Parladorum *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 3. §. 4. *num.* 5. *&* 6. Lassarte *de decima vẽditionis c.* 14. *nu.* 7. qui etiam addit gabellam deberi ex venditione a qua partes in continenti re integra discedunt quod vt falsum reprobatur ab omnibus vt patet ex relatis, & infra referendis & ex Garcia *in tractatu de expensis cap.* 18 *num.* 48 Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 373. de quo etiam vide supra *num.* 22.

Itaq; ex pacto de retrouendẽdo an duplex gabellæ debeatur ex vltraq; venditione solet in controuersiam adduci, & obtinuit ex prima venditione deberi non ex secunda vt patet ex Parladoro *lib.* 1. *quotidian cap.* 3. §. 4. *num.* 5. Morla *in emporio tit.* 9. *quæst.* 14. *num.* 12. Gironda *in tractatu de Gabellis* 5. *parte in principio nu.* 30 Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 374. *versiculo; Dubium est* Gutierrez *de Gabellis quæst.* 10. *num.* 22. *&* 23. quamuis dissentiat Pichardus institutæ *de actionibus* §. *actionum autem* 28. *num.* 7. cuius opinio locum habere poterit quando ex intervallo pactum de retro vendendo fuit apposituum quia tunc est noua venditio.

Ibi: *Quod si contractus fiat cum pacto directo legis commissoriæ, &c.*

In venditione cum pacto legis cõmissoriæ vel adiectionis in diẽ quod gabella debeatur, licet postea contractus resoluatur vt docet Comezius tenent Menchaca vsufrequẽt. *cap.* 11. *num.* 21. Morla *in emporio tit.* 9. *quæst.* 14. *num.* 12. sed vt video, verior, & communior est contraria opinio nempe gabellam non deberi; & repetendam si fuerit soluta, vt probant Parlador. *lib.* 1. *ca.* 3. §. 4. *num.* 7.

Mo-

Molina *tom. 2. de iustitia disputatione 378. verſiculo: Tota autem difficultas*, Laſſarte *de decima venditionis capit. 14. ex numer. 20.* Matienzo *in leg. 7 titul. 11. lib. 5. Recopilat. gloſſa 3 n 21.* & Gutierrez *in tractatu de gabellis quæſt. 6 ex nu. 10. vbi nume. 11. & ſequentibus* limitat præterquam ſi pactum legis commiſſoriæ vel ad dictionis indiem ex inter vallo fuerit appoſitum. tunc enim cum ius fuerit acquiſitum fiſco gabella debebitur & etiam quando pactum fuerit concepcum verbis obliquis, & non directis enim vide & Thomam Sanch. *in conſilijs lib. 2. cap. 4. dubio 39. ex num. 8.*

33 Ad n. 32. ibi: *In quo articulo magiſtraliter & reſolutiné dico &c.*

Agit hic noſter Gomezius de periculo & commodo rei venditæ & regulam conſtituit aſſerens, quod poſt perfectam venditionem periculum, & commodum ad emptorem pertinet, quod latiſsimè explicant. & exornant Dueñas *in regula 203.* Mozius *de emptione & venditione capit. de accidentalibus emptionis. numer. 14.* Barbola *in leg. 5. ff ſoluto matrimonio ex numer. 59. vbi* plura Mantica *de tacitis conuentionibus, libr. 4. titul. 13. vbi* de periculo nominis venditi, Souſa *in § actionum capit. de locato & conducto ex nu. 18.* Didacus Perez *in l. 1. tit. 7. libr. 5. ordinamenti* Cancerius *variarum, 2. parte, capit. 1. numer. 187. vbi* idem eſſe ait in re vendita in publica ſubhaſtatione ſi pereat intra nouem dies quibus debitor poteſt eam retrahere, emptoris enim periculo perit. & Caſtillo *in leg 55. Tauri*, verbo: *Novala*, Gratianus *diſceptationibus, capit. 206. & 549.* Faber *2. coniecturarum capit. 4.* Farinacius *quæſtione 167. numer. 27. vbi* quod venditor tenetur de dolo & lata culpa profurto rei venditæ, Morla latiſsime *in emporio, 1. parte, titul. 9. num 103. & ſeq.* vbi tradit rationem huius regulæ, & opponit, & ſoluit contraria Zeuallos *quæſtione 745. vbi* de re ſignata cui pereat, oprime Molina *de iuſtitia, tom. 2. diſputatione 366.* Connanus *libr. 7. commentariorum. capit. 10.* Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæſt. 1 ex numer. 773.* Richardus *in § cum autem* inſtitu. *de emptione & vēditione* Hermoſilla *in leg. 23. titul. 5. partita 5 per totam*, vbi ampliat, & limitat, & agit de venditione nominis debitoris, vel cēſsi, D. Larrea *deciſsione 69. n. 5. & 20.* omnino vbi de venditione cuius effectus differtur. D Franciſcus de Amaya *in repetitione l. 1 Cod. de fundis limotrophis* quam inſeruit poſt *leg. 6. Codic. de annonis, & tributis, libr. 10. num. 21.* vbi ponit caſum quando fundus venditus fuit publicatus poſt traditionē & tunc ad emptorem pertinere periculum ait, ante traditionē, & tunc facta publicatione cū fundus vacuus tradi non poſsit, ad pretium reſtituendum tenebitur, quoniam infortunium venditoris emptori nocere non debet, & ſupra dictam reſolutionem explicat dicens illam procedere quando ex parte venditoris potuit fundus vacuus tradi, non vero quando ea facultas in eo non fuit eius cauſa, & vide Gratianum *diſceptation. capit. 523. numer. 17. & capit. 730. numer. 24. et capit. 772.* vbi de venditione cum pacto reſeruationis dominij, & periculo in ea contingente, Reginaldus *in praxi fori pœnitential. libr. 25. tractatu 3. ex numer. 350.* vbi latè. & Salgado *in labirintho, 1. parte. capit. 35. ex num. 13.* poſt Larream *deciſsione Granatenſi 24. numer. 29.* vbi optimè rationem dictæ reſolutionis adducit.

Ibi: *Secus verò eſt in rebus conſiſtentibus ponderē, &c.*

De venditione ad pondus, vel mẽ suram, & quod ante quam fiat periculum est venditoris, præterquam si per emptorem steterit quominus res ponderetur, vel mensuretur res vendita, vt hic refolui tur, docent latissime Tuschus *litera C. conclusione* 48. 49. & 50. Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 4. *titulo* 17. *per totum* Couarruuias *practi. carum, capit.* 3. *numer.* 6. Mozius *de contractibus, titul. de emptione, & venditione capit. de accidentalibus emptionis, & venditionis numer.* 24. Gutierrez *tomo* 3. *quæstione* 95. *& in tractatu de gabellis quæstione* 79. *per totam*, Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæstione* 7. *parte* 2. *ampliatione* 10. *numer.* 110 vbi quod læsus in mensura sine dolo agit ad supplementum vel rescissionem, Gratianus *disceptationum, capit.* 318. *quasi per totum, & capit* 256. *numer.* 47. Barbosa *in leg si mora ff soluto matrimonio* 2 *parte, numer* 13. Morla *in emporio, titul.* 9. *in præmissis, numer.* 106. Surdus *decisione* 64. *numer.* 13. Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 366. Richardus *in* §. *cum autem*, institutæ *de emptione, & venditione, n* 12. *&* 13. Tenarlos *quæst* 733. vbi an mensuratio fit facienda Mensura loci, vbi res sita est de quo Gratianus *cap.* 365. *n.* 12. idem Gratianus *c.* 566. *n.* 6. vbi quod debetur euictio si quid desit ex iugeribus cõprehensis intra fines Osuald ad Donel. *lib.* 15. *c.* 11. *lit.* G. Hermosilla *in l.* 24. *tit.* 5. *part.* 5. vbi glos. *can.* 4. limitat nisi ante ponderationem mensurationem, vel numerationem res tradatur, nam tunc periculum erit emptoris, *ex leg.* 2. *Codic. periculo, & commodo rei venditæ*, vt bene notant Gutierrez, *libr.* 3. *quæstione* 95. *numer.* 16. vbi sublimitat nisi traditio fuerit facta, nempe ea quæ fit per constitutum, de quo Hermosilla *in dicta leg.* 24. *glossa* 2 *numer* 6 *& glossa* 3 Mantica *de tacitis conuentionibus libr.* 4. *titul.* 17. *numer.* 6. cos vide. & maxime Hermosillam *in dicta leg.* 24. *glossa* 2. *& sequentib.* vbi materiam bene explicat amplians & limitans D. Larream *decisione Granat*, 18. *num.* 11 *& in decisione* 11 *num.* 11. *&* 12. vbi late de hac venditione, *& decisione* 69. *num* 7. vbi de venditione conditionali, in qua ante impletam conditionem periculum est venditoris vide eum *numer.* 23. & vide supra *numer.* 17.

Ibi: *Si vero vendat certas amphoras vini &c.*

De rebus venditis, quæ solent degustari quod post degustationem periculum pertineat ad emptorem quãdo venditio fit ad corpus celebrata sub conditione degustationis, si vero venditio fuerit facta ad mensuram sub eadem degustationis conditione satis est quod res, vel mensuretur, vel ponderetur, vel degustetur, nisi in contractu ipso, vel an ea iam fuerit degustata, nam tunc periculum est vendi oris donec mensuretur, vel ponderetur: ita ex Molina *dicta disputatione* 366. & alijs reloluit Hermosilla *in dicta leg.* 24. *glossa* 2. *numer.* 1. *& sequent.*

Ibi: *Vel licet non asseruerit &c.*

Adde Hermosillam *in dicta leg* 24 *glossa* 3 *num.* 1. & Barbosam *in l.* 5. *ff. soluto matrimonio ex num.* 59. *& in leg si mora numer.* 90 vbi quod ante traditionem tenetur vendi or custodire, Menoch. *de arbitrar. casu* 190 *num.* 14. vbi quid si res perea culpa leui venditoris.

Ibi: *Et idem videtur esse quando vẽditor sciebat &c.*

Sciens æstimationem merciũ esse minuẽdã eo quod audiuit factã esse formationẽ super pretio earũ, & eas ven-

vendens emptori ignoranti tenetur admonere, vt hic resoluitur, ita probant Stracha *de mercatura, titul. de sponsionibus, versic. Item quaro* Couarrubias *in regul. peccatum, 2. part. §. 4.* Menochius *de arbitrarijs, casu 185. nu. 20. & seq.* Gratianus *disceptat. ca. 260. n. 21.* Pinel. *in l. 1. Cod. de rescindend. vendit. part. 3. cap. 2. n. 12.* & alios referens Hermosilla *in l. 2. tit. 3. partita 5. glossa 4. num 66. vbi n. 67* limitat cum alijs in constitutione breui promulganda, secus si longiori tempore, quasi tunc poterit emptor interim distrahere, & sibi cauere, vt ex Hipolito resoluit Pinel. supra, cos vide. & Cuzman *de euictionibus, quæstion. 18. n. 30* & Molina *de iustitia disput. 354.* vbi latissimè de prædicta quæstione & etiam de ea, an sit licita venditio facta ab eo qui sciebat merces eiusdem generis breui in magna abundantia super venturas, propter quod magna diminutio pretij futura intelligebatur? de quo etiam Lesius *de iustitia, lib. 2 cap. 21. dubit. 5* vbi contrarium tenet, vide etiam Noguerol. *allegatione 37. ex num. 87.* & Dom: Larream *decisione Granatensi 11.* late vbi de iustitia, & conuenientia taxationis mercium.

Huic annecti potest alia quæstio an scilicet si quis sciat pecuniam de proximo reprobandam possit in ea soluere? & ad quid teneatur? in quo communis resolutio est cum Bartolo *in l. Paulus ff. de solutionibus*, quod si rumor erat pecuniam minuendam, vel reprobandam, creditor iuste poterit solutionem non recipere, & receptam restituere: sic Menochius *de arbitrarijs, casu 225. numer. 26.* Stracha *de mercatura, titul. de sponsionibus* versic. *Item Vincentius n. 2.* Antonius Gabriel. *tit. de legib. concl. vlt. n. 3. & tit. de solutionib. concl. 2. n. 23. & 24.* Gratian *discept. c. 260. n. 19.* & plures referens Hermosilla *in dicta leg. 2 tit. 3 partita 5. glossa 4. n. 5.* & Cuzman *in tractatu de euictionibus. quæstione 18. n. 0. & quæst. 52. num. 74.* Molina *de iustitia disputat. 354.* alij tamen contrariam opinionem tuentur, vt sunt Sotus, Couarr. Bañez & Lesius supra *n. 45.* & alij adducti à Diana *resolution moral. 1. parte tractatu 8 resolutione 54.* cos vide & Barbosam *in collectanea, cap. quanto de iure iurando.* Omnes tamen conueniunt Principes, & consiliarios contra iustitiam facere, si eorum culpa talis lex mutationis monetæ ad aures subditorum perueniat, vt aduertit Diana ibidem, vide etiam Dominum Larream *in decisione Granatensi 13. & multis sequentibus*, & vide *infra cap. 9. numer. 5.* & Noguerol. *dicta allegatione 37.*

Ad num. 33. ibi: *In quo articulo vti* 34
li. & quotidiano &c.

Quod in contractibus onerosis (vt hic resoluitur) habeat locum euictio docet præter ordinarios, Caualinus *tractatu de euictionibus, §. 5. n. 1. &* 2 Pereira *de emptione, & venditione, capit. 31. numer. 3.* Barbosa *in collectanea, capit finali de emptione, & venditione*, vbi etiam quid in beneficijs, *numer. 9.* Molina *de iustitia, tomo 2. disputatione 340.* Morla *in emporio, 1. parte, titul. 9. ex numer. 36.* vbi etiam plures refert, Pachinæus *libr. 6. capit. 32.* vbi de emptore hærede venditoris, Zeuallos *quæstione 385.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 25. cap. 22. per totum*, & (vt in vno plures referam) Alfonsus de Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione 4. 23. & sequentibus*, Cancerius *capit. 13. ex nume. 109.* Gutierr. *de tutelis, 2. parte, capit. 13.* vbi de administratore, an & quomodo teneatur de euictione? & Hermosilla *in leg. 32. titul. 5. partita 5. glossa 1. n. 13.* qui vltimi materiã euictio-

nis latissimè prosequuntur, ita vt alios referre superfluum videbatur quibus adde Barbosam *in leg. venditor, ff de iudicijs, & in leg. 5. ff. soluto matrimonio, numer. 69.* vbi quid si in limine contractus imminet euictio, & ideo non soluitur pretium, an procedat dispositio text. *in l. curabit* & D. Larream *decisione Granatensi 74. vbi ex num. 14.* quod in euictione venit, & debetur totum interesse.

Ibi: *Sextò infertur, &c.*

In diuisione hæreditatis euictionem habere locum vt hic resoluitur, probant latè Ayora *de partitionibus 3. parte, quæstione 9.* vbi explicat, Morquecho *de diuisione bonorum lib. 1. capit. 8. per totum*, omnino videndus, qui optimas declarationes, & limitationes adducit, de quo etiam late Aluarus Ualascus *in praxi partitionum, capit. 37. per totum* Castillo *libr. 4. controuersiarum, ca. 59. nume. 21.* vbi an euictis rebus hæreditarijs minuantur legata? Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione 33.* & nouissime per ordinem explicans, amplians & limitans Hermosilla *in dicta leg. 32. titul. 5. partit. 5. glossa 1. numer. 104. & seq.* quos omnino videas. & Barbosam *in collectanea l. 14. Cod. famil. erciscunda*, vbi latè.

35 Ad num. 34. ibi: *Tamen in diuisione hæreditatis, &c.*

Quando partes conuenerũt ne haberet locũ euictio in diuisione hæreditatis, tunc nec pretium debebitur, licet aliud contingat in alijs contractibus, ita resoluit hic noster Gomezius, & docent supra citati, maximè Valascus *in praxi partitionum dicto capit. 37. numer. 7.* Morquecho *de diuisione bonorum, libr. 1. capit. 8. numer. 4.* Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione 33. numer. 9.* Socinus *regula 437. fallentia* 2. Hermosilla *in dicta leg. 32. glossa 1. num. 107.* vbi cum Pereira *de emptione, & venditione, dicto capit. 31. numer. 11.* sublimitat nisi is à quo fuit res euicta sit in bona fide, cæteri vero in mala, & ibi numeris sequentibus alias limitationes adducit.

Ibi: *Aduertendum tamen est, &c.*

Item euictionem non habere locũ, si diuisio fuerit facta per testatorem, vt hic resoluitur, docent supra relati, quia talis diuisio habet vim prælegati, Ayora *de partitionibus 3. parte, dicta quæst. 9. n. 21.* Morquech etiam supra *lib. 1. cap. 8 n. 13.* Quesada *diuersarum quæstion. iuris. cap. 10. nume. 7.* Hermosilla *dicta l. 32. glossa 1. num. 108. vbi numer. 110.* explicat hoc procedere nisi constet de voluntate testatoris quod in er hæredes æqualitatem seruari voluerit, & nisi versemur in casu rei non possessæ à testatore, vel si minueretur legitima filij eum vide, & reliquos supra citatos.

Ad numerum 35. ibi: *Ex quo primo* 36
infertur quod in donatione non habet locum euictio &c.

In donatione locum habere euictionem si donatio incipit à promissione, secus si à traditione, vt docet Gomezius, probant Cabalinus *in tractatu de euictionibus §. 4. nu. 2.* Tuschus *liter. E. conclusione 363.* Gratianus *disceptat. c. 657. ex n. 47.* Surdus *in tractatu de alimentis, titul. 7. quæstione 20. num. 25.* Couarrub. *libr. 2. variar. ca. 15. num. 1.* Ualascus *in praxi partition. cap. 37. n. 3.* Mantica *de tacitis conuentionib. tom. 2. libr. 13. titul. 4. de donationibus, ex numer. 18.* quem etiam videas, *tit. 23. ex nu. 10.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputat. 380. num. 9.* Barbosa *in collect. cap 7. de emptione, & venditione n. 5.* Canerius *3. parte, ca. 4. ex n. 20. vbi ex n. 28.* declarat quando donatio dicatur inci-

incipere à traditione & quid si resecindatur ratione hipothecæ, Gregor Lopez *in l. 23. titul. 11. part. 4. glos. 2* & Guzman alios complures referens *in suo tract. de euictionib. quæst. 25. per totam, vbi numer. 6 & sequentibus*, plures declarationes, ampliationes, & limitationes congerit, & eandem resolutionem amplectitur Hermosilla *in dicta leg. 32. tit. 5. partita 5. glossa 1. ex numer. 65.* vbi etiam plures Doctores refert. & plures limitationes, & ampliationes adducit eos omnino videas.

Non. simè verò dictam opinionẽ ita communiter receptam inueterarum errorem appellat Dom. Franciscus de Amaya *in l. 1. Codic. de iure fisci numer. 18.* cum Pancorain. *lib. singularium obseruationum c 30.* dicẽs non debere suæ liberalitatis pœnam pati donatorem, & pro hac parte alios antea retulit ipse Hermosilla *supra nu. 66.*

In donatione remuneratoria eriã si incipiat à traditione euictionem admittunt Doctores, vt constat ex supra dictis & ex Ioan. Garcia *de donatione remuneratoria, n. 24.* Barbosa *in collectanea cap. 7. de emptione & venditione n. 5.* Cancerio *variar. 3. parte capit. 4. num. 21.* & alijs congestis per Guzman *dicta quæstione 33. num. 37. vbi num. 42.* declarat non procedere dictum resolutionem in donatione remuneratoria pro seruitijs quæ ex necessitate officij erant faciendæ, quia vt euictio debeatur in donatione remuneratoria requiritur quod seruitia sint talia quod pro eis actio competat aduersus donantem, Pinel. *in l. 1. Codic. de bonis maternis numer. 62.* versiculo: *Infertur 12.*

37 Ad num. 36. ibi: *Secundò principaliter infertur &c.*

Euictionem in legatis non deberi si legatũ fuerit in specie, secus verò si in genere, vt si testator legauit alicuius seruum, equũ, & c vt hic resoluit Comezius docent Caualinus *in tractatu de euictionibus, §. 4. n. 9. & sequent.* Tuscus *liter. E. conclusione 366. ex n. 28* & late, & optime Menochius *lib. 4. præsump. 118.* plures casus distinguens, Angulo *de meliorationibus in leg. 3. glossa 1. num. 8.* Crassus *in §. legatum quæstione 72.* Castillo *lib. 4. controuersiar. ca. 59 n. 21. &* 22. Morquecho *de diuisione bonorum. lib. 1. capit. 8. ex numer. 17.* Ayora *in tractatu de partition. 3. parte dict. quæst. 9. nu. 22.* Guzman latissimè *in dicto tractatu de euictionibus, quæstione 37 per totam*, vbi quatuor axiomatibus, Bartoli quæstionem explicat, & plures ampliationes, & limitationes congerit, eum omnino videas, & Hermosillam *in dicta leg. 32. titul. 5. glossa 1. numer. 117. & sequentibus*, apud quos reperies omnes casus à nostro Comezio consideratos & alios.

Item an in prælegato, seu melioratione habet locum euictio? videndi sunt Cifuentes *in leg. 18 Tauri num. 7.* Suares *in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni, quæst. 3.* Ualascus *in praxi partitionum, cap 37. ex num. 10.* Quesada *cap. 10. num. 7.* Angulo *de meliorationibus, leg. 3 glossa 1. num. 8. & glossa 2 n. 1.* Guzman *de euictionibus dicta quæst. 27. nu. 24. & leq.* Hermosilla *dicta l. 32. glossa 1. nu. 116. tit. 5. part. 5.*

Ad n. 37. ibi: *Tertiò principaliter infertur, &c.* 38

In dote locum habere euictionẽ si incepit à promissione, secus à si traditione nisi detur æstima a ea æstimatione quæ facit ẽptionẽ, & nisi dolus interuenerit ex parte dãtis, quia tunc indistincte habet locum euictio vt hic resoluitur, docent Tiraquel. *in l. si vnquam, verb. Donatione largitus, Cod. de reuocandis donat. n. 59.*

Couarrubias *lib. 2. variarum, capit. 15. num. 1.* Caualinus *in tracta de euict §. 4. numer. 7.* Barbosa *in l. æstimatis, ff soluto matrimon. num 17. & 18.* Petrus Gregor. *in syntagmat. lib. 25. cap. 22. n. 4.* Surdus *de alimentis. tit. 7. q. 20. n. 25.* & latissimè disputans Guzman *in tract. de euiction. quæst. 26 per totam*, vbi ampliat, limitat, & declarat, *& numer. 4. & sequentibus.* agit an in dote tradita à patre, vel ab alijs quitenentur dotare, habeat locum euictio si à traditione incipiatur? Hermosilla *in dicta leg. 32. titul. 5. partita 5. glossa 1 ex numer. 83.* vbi alios quam plures refert, & plures ampliationes, & limitationes congerit, *& numer. 95.* declarat, quando datio dotis dicatur incipere à traditione, quando à promissione? & quæ sit ratio differentiæ, vide etiam Cancerium 3. *parte, cap. 4. ex nu. 11.*

39 Ad n. 38. ibi *Item adde quod in contractu transactionis, &c.*

Quando quis ex causa transactionis tantum à lite discedit, remq; super qua est controuersia aduersario dimittit, non debetur euictio, si vero ex causa transactionis aliquam rem tradat, tunc de euictione tenetur, ita resoluit Comezius & docent Padilla *in l. si profundo. Codic. de transactionibus, numer. 10.* Morla *in emporio, titul. 4. quæstio. 1. numer 8.* Molina *de iustitia tom. 2. disputatione 380 numer. 3.* Que ada *diuersarum quæstionum, capit. 10. numer. 7.* Faber *in suo Codice, libr. 8. titul. 31. diffinitione 2.* Guzman latissime *in suo tractatu de euictionibus, quæstione 31. per totam totam*, vbi alios quam plures refert, iterum noster Comezius *in leg. 45. Tauri, numer. 71.* versiculo: *Item adde quod in tantum*, & Hermosilla *in leg. 37. titul. 5 ppartita 5. glossa 5. ex numer. 17. vbi numer. 18. & 19.* ampliat, & si ipsamet res, super qua lis ageba. tur tradatur collitiganti, vel etiam si in ipso contractu transactionis pars altera promisserit manutenere, & defendere alterum, nam intelligitur de facto proprio, & suorum hæredum, & successorum, non verò extranei, vide eum, & Guzman supra, qui bene materiam explicat, & Sousam *in titul. de pactis articulo 4. quæstione 1. numer. 7.* vide etiam Parejam *de instrumentorum editione, tomo 2. titul. 7. resolutione 3. ex numer. 92* & Tuschum *litera F. conclusione 16. numero 28.*

Ad num. 39. ibi: *Non potest agi de euictione ante quam &c.* 40

Non posse agi de euictione antequam sententia fuerit pronuntiata, & vere, & realiter soluerit emptor, & rem tradiderit, vt docet Comezius, probant Misingerius *observatione 56. Centuria 1.* Surdus *decisione 165. numer. 7,* Carrot. *de cisione 69. numer. 5.* Trentacinquius *variarum, libr. 3. titul. de emptione, resolutione 4. numer. 15.* Cancerius *variarum, 1. parte, capit. 13. numer. 62.* Mascardus *de probationibus, conclusione 615. ex num. 1.* vbi explicat quæ probari debeant, vt de euictione agi possit, & ita etiam tenent plures alij congesti per Guzmã *in tractatu de euictionibus quæs 15. n. 1. & seq.* vbi ait quod si actor nolit sẽ tentiam ferri, feretur ad petitionem emptoris conuenti, *& numer. 2.* quod si emptori remissum seu donatum sit id quod in sententia dictum est agi de euictione non potest, & a lij etiam relati per Domi. Larream *decisson. Granat. 72. num. 44.* vbi etiam alios pro contraria parte addu cit; contrariam tamen sententiam nempe sufficere sententiam fuisse lata contra emptorem, licet ad realem executionẽ non sit deuentũ defendit

The

Thesaurus *decis.* 102. *ex nu.* 2. & alij addu&ti per Hermosillam *in l.* 32 *tit* 5. *part* 5. *glossa* 1. *num.* 196. post quam *num.* 195. plures alios retulit pro opinione nostri Gomezij, vbi tandē concordiam assignat inter duas opiniones, dicens quod aut quis vult agere actione ex ēpto, & potest agere ante quam res sit ablata, ex Mascardo *dicta conclusione* 615. *num.* 2. aut vt agere ad consequendum duplum stipulatione interposita de euictione & hoc non habebit locum nisi res abemptore fuerit per sententiam euicta, & possessio ab eo ablata & præterea numeris sequētibus plures ampliationes, & limitationes adducit & veram praxim demonstrat, vide etiam D. Ioannem del Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 42. *num.* 89. & *seq.* vbi probat quod licet de euictione agi non possit ante sententiam si tamen res est hipothecata vel aliena poterit emptor (licet nulla ei inferatur molestia) agere contra venditorem vt rem alienam vel alteri obligatam liberet, vel soluat quanti minoris esset empturus aut quanti eius interest rem nō esse obligatam ex Surdo *decis.* 165.

Ibi: *Item etiam extende quod lite mota &c.*

Adde Guzman *in tractatu de euictionibus quæst.* 2. *num.* 10. & 11. vbi limitat præter quam si expresse conuentum est inter partes, vt venditor pro euictione præstet fideiussorem vel quando in limine contractus imminet euictio in, his enim casibus eū præstare debet, eum vide, & Hermosillam *in dicta l.* 32. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 1 *ex num.* 251. & *num.* 261. & *seq* omnino post Cancerium *variarum* 1. *parte cap.* 13. *ex num.* 64.

Ibi: *Secundo limita &c.*

Contra eum qui sciens vendidit rem alienam agitur de euictione (vt hic resoluitur) etiam ante euictionē sequtam cum effectu, & ita docent Surdus *decis.* 253. *num.* 10. Gratianus *decis.* 13. *ex num* 18. & *in disceptatiō cap.* 175. *n.* 20. & plures referens Guzman *de euiction. dicta quæst.* 15. *num.* 10. vbi quod hoc casu via executiua agi possit, nec emptor litem motam denuntiare debet, Azeuedus *in l.* 1 *tit.* 21. *lib.* 4. *recop. num.* 165. Hermosilla *in dicta l.* 32. *tit.* 5 *part.* 5. *glossa* 1. *nu.* 213. vbi alios allegat, Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *quæstione* 1. *num.* 6. Ibi: *Item adde quod ad hoc &c.*

Denuntiationem debere præcedere vt habeat locum euictio, vt hic resoluitur docent, & explicant Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 17 *num.* 3. Caldas Pereira *de emptione & venditione cap.* 31. *num.* 65. Gratianus *decis* 13. *num.* 41. & *in disceptation. cap.* 354. *num.* 33. vbi declarat Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 42. *num.* 95. Quesada *diuersarum quæst. cap.* 10. *n.* 3. Petrus Barbosa *in l. venditor ff. de iudicijs ex num.* 7. & *in l.* 2. *ff soluto matrim. s. fin nu.* 41. & *seq.* alter Barbosa *in collectan. cap. finali de emptione, & venditione* vbi late de denūtiatione Rodriguez *de redditibus lib* 2. *quæst.* 9. *num.* 19. Duenas *regulæ* 441. Pachinęus *lib.* 2. *cap.* 34. & *seq.* qui omnes, & alij quam plurimi relati a Guzman *in tractatu de euictionē. quæst.* 4. *num.* 1. & 2. probant, quod etiam venditori sciēti est facienda denuntiatio (& *num.* 33. & *seq.* latius sic mè disputat ipse Guzman an in denuntiatione sit facienda insertio libelli vel non? de quo Pareja *in tractatu de instrumentorum editione tit.* 5. *resolutione* 14. *ex num.* 2. late) Hermosilla *in l.* 32. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 3. *ex num.* 1. vbi fere infinitos refert, & *n.* 63. & *seq.* agit an libellus sit inferendus, in denuntiatione? & docto res pro vtraq; parte adducit & tandē cum opinione Gomezij remanere videtur, nempe quod si fiat denuntia-

tio

tio authoritate iudicis non ſit neceſ ſaria interrio libelli; & caſus inquibus non eſt neceſſaria denũtiatio cumulat Guzman ſupra *quæſt.* 5. *& vide infra num.* 47.

Ibi: *Et adde quod mortuo venditore, &c.*

Omnibus heredibus faciendam eſſe denuntiationem vt hic reſoluitur probant Caballinus de euictionibus §. 3. *num.* 133. Pereira *de emptione cap* 31. *num.* 7. Pichardus *in §. ſi finium. inſtitura de officio iudicis cap.* 10. *num* 136. Gail. *obſeruatione.* 14. *lib.* 2 *vbi ex nu.* 1. probat quod ſi venditio fiat ã pluribus ſimul, compelli poſsũt vt inſolidum de euictione obligentur, Guzman *in tractatu de euictionibus quæſt* 5. *ex num.* 51. *vbi* ait ſtipulationem euictionis in diuiduam eſſe reſpectu denuntiationis & defenſionis faciendæ, ſecus reſpectu præſtationis, ſi quidem re non defenſa aduerſus omnes heredes in pœnam vel id quod intereſt committitur pro portionibus hereditarijs, ex Gaillo, Pichardo, & alijs ſupra vide eum ibi *vſq. ad numerum* 70. vbi late explicat quomodo plures heredes defendere debeant, & procuratorem conſtituere? & quomodo ſint conueniendi ad pœnam, & intereſſe, & optimè Hermoſilla *in dicta l.* 32. *tit* 5. *partita.* 5. *gloſſa.* 3. *ex num.* 38. vbi totam materiam obligationis heredum declarat, & quomodo poſsint conueniri & procuratorem conſtituere, *& n.* 47. ait quod hereditate iacente curator dandus eſt, cui denuntietur, *& num.* 48. *& ſequentibus agit* de denũtiatione facienda pupillo vel Infanti vel furioſo vel mulieri coniugatæ

Ibi: *Item adde quod talis denuntiatio, &c.*

Si venditor eſt abſens, denuntiatio fieri poteſt domi familiæ, vel procuratori ſuo ſi habet vel ſaltim amicis, & vicinis venditoris vel per edictum vel proclama: ita Caballinus *de euictionibus* §. 3. *num.* 98. *& 99.* Guzman *eodem tractatu quæſt.* 5 *num.* 3. *vbi num.* 2. probat quod ſi malitioſe abſit venditor non eſt neceſſaria denuntiatio, & plures referens Hermoſilla *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5 *gloſſa* 3. *num.* 15. *& 76. vbi numero* 16. docet, quod antequam hæc denuntiatio fiat domi vel per proclama, neceſſe eſt proteſtare quod ſi venditor adeſſet denuntiationem perſonaliter faceret *& num.* 17. quod reuerſo venditore & ceſſante impedimento emptor teneatur eir litem nuntiare, alias prima denuntiatio non releuat.

Ibi: *Dubium tamen eſt &c.*

Denuntiationem fieri debere eo tempore quo venditor habeat locũ ad probandum de iure ſuo, vt hic reſoluitur, docent Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *num.* 8. Caballinus *in tractatu de euictionibus* §. 3. *num.* 144. Morla *in emporio* 1. *parte tit.* 9. *num.* 38. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 380. verſic. *Denuntiatio autem* & plures referens Guzman *de euictionibus quæſt* 12. *num.* 1. *& ſeq. vbi num.* 6. probat quod hęc denuntiatio fieri poteſt in cauſa appellationis dummodo ſit ſaluum ius vẽditoris, & omnia eius iura integra, & ſuos teſtes habeat, & nihil deperijt: Hermoſilla *in dicta l.* 32. *gloſſa* 3. *num.* 71. *& ſequentibus vbi num.* 73. docet quod in cauſis lucratiuis inquibus habet locum euictio, ante litem contreſtatam fieri debet denuntiatio referens Caballinũ *in tractatu de euictionibus* §. 4. *num.* 38. & Guzman vbi ſupra.

Ibi: *Item etiam adde quod quando eſſet notorium &c.*

Quando eſſet notorium quod ſiue emptor denuntiaret, ſiue non cauſam amiſiſſet, locum habebit euictio abſq; denuntiatione ita docet Gomezius hic & probant Couarrubias *lib.* 3. *variarum cap.* 17. *num.* 6. Caballinus

Ilinus *de euiction.* §. 3. *ex num.* 73. *vsq. ad* 96. Gutierrez *de iuram. confirmat* 1. *parte cap.* 61. *num.* 19. *& cap.* 56. *nu.* 12. Fachinæus *lib.* 2. *contro. cap.* 37. Mascardus *de probation conclus.* 615 *num.* 15. Barbosa *in l. venditor ff. de iudicijs ex nu.* 69. Ceuallos *quæst.* 799. & fere infinitos referens Hermosilla *in l.* 32. *glossa* 3. *ex num.* 77. *vbi num.* 78. dictam resolutionem explicat si emptor qui venditori litem non denunciauit de iustitia euincentis doceat, idest nullam defensionem venditori competere; & quod alias non poterit obtinere emptor.

Ib: *Item quod venditor vel author cui est facta prædicta denuntiatio &c.*

Venditorem non teneri præcisse assumere in se defensionem litis, vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit. E conclusione* 353 *num.* 1. Gregorius Lopez *in l.* 33. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 2. optimè Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1 *part cap.* 61. *num.* 11. vbi disputat an hoc sit immutatum de iure Regio? Hermosilla *in l.* 33. *tit* 5. *partita* 5. *glossa* 1. *num.* 1. Supra dicta tamē rē solutio limitatur à Comezio præterquam si venditor expresse promisserit defendere & litem in se assumere; tunc enim id adimplere tenetur, vt probat Gutierrez sup. & Gazman latissimè *in tractatu de euictionibus quæst.* 13. vbi explicat ad quos sumptus, & expensas venditor teneatur: aduertere tamen debes quod, & si venditor promittat in se suscipere iudicium hoc intelligitur si fuerit denunciatus in forma iuris vt cum Pereira *de emptione, & venditione c* 31. *nu.* 68 & alijs aduerti contra Cephal. Hermosilla *dicta l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 3. *num.* 6.

ibi: *Item adde quod venditor vel Author modo sit facta denuntiatio, modo non &c.*

Quod venditor possit, in se assumere defensionem litis, dummodo id faciat in statu, in quo est, resoluitur Comezius, & late explicant Menochius *cons.* 488. *n.* 4. Giurba *decis.* 8. Barbosa *in l. venditor ff. de iudicijs num.* 107. *& in l. maritum ff soluto matrim. num.* 85. Guzman *in tractatu de euictionibus quæst.* 6. *per totam maximè ex num.* 8. & Hermosilla *in l.* 33. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 3. *ex num.* 2. vbi distinguit duos casus primum quādo venditor cōparet ante iudicium in choatum cum emptore, secundum quando post illud in choatum, & nullo casu esse permissum asserit, venditorē in se transferre iudicium animo nouandi actionem, ita vt emptor non possit amplius conueniri: secus nō animo nouandi actionem, sed ea salua manente cum eo litem inchoandam prætendat audiendum esse; dūmodo se obliget quod in ipsa re petita fiet executio, & ex hoc non fiat præiudicium ipsi actori: eum vide per totam glossam, vbi etiam dupliciter limitat, primo si ipse actor consentiat, secundo si venditor ipse suscipiat inse iudicium, ac si possideret & cum promissione restituendi rem, licet eam non possideat: & vide etiā Salgadum *in tractatu de retentione Bullar.* 2. *parte cap.* 13 *ex num.* 45. *& de protectione* 4. *parte, cap.* 8. *ex nu.* 233. vbi an sententia lata contra emptorem possit exequi contra venditorem assistentem litī? & Postium *de manutenēda obseruatione* 55. *nu.* 158. vbi quod potest venditor petere manutentionem pro emptore.

Itaq; si post finitam dilationem cō cessam emptori ad probandum velit venditor probationem facere non auditur, cū debeat assumere causam in statu, in quo est, præterquam si sit minor quia tunc beneficio restitutionis impetrato poterit nouos testes producere intra quindecim dies post testium publicationem vt cum Barbosa *in dicta l. venditor. num.* 125. &

in

in l. maritum ff. soluto matrimo. num. 84. Gamba *decis.* 1. *num.* 45. Cuiac. *lib.* 1. *quæst.* 6 *num.* 1. *& seq. & alijs* docet Hermosilla *in dict. l.* 33 *glossa.* 1. *num.* 10. *&* 11. quem videas *vbi nu.* 13. aduertit, quod poterit venditor recusare iudicem qui de causa cognoscit; & similiter opponere exceptiones dilatorias, & personales, & peremptorias, quantumcumq; ad personam sint limitatæ, qui nimo exceptiones quas emptor omisit opponere, quia noluit vel non potuit.

Ibi *Item adde quod talis venditor vel Auctor.*

Item esse prosequendam coram iudice eodem, coram quo fuit cepta, nec posse iurisdictionem declinari, vt hic resoluitur docent Caballinus *de euictionibus* §. 5. *num.* 18. Pereira *de emptione & venditione cap.* 31. *nu.* 81. Barbosa *in l. venditor ff. de iudic. n.* 99. *&* 100. *& n.* 139. *& seq. vbi* de fisco, & quod in eo, & clerico habeat locum suprædicta conclusio Scaccia *de iudicijs lib.* 1. *cap.* 30. *num.* 15. *vbi* etiam ampliat, etiam si talis iudex esset delegatus. Barbosa *in collectanea cap. fin. de emptione & venditione nu.* 16 *vbi* plures refert, & latiss. mè Guzman *in tractatu de euictionibus quæst.* 6. *&* 7. vbi de Clerico venditore, & *quæst.* 8. *vbi* de fisco vendente. Ceuallos *quæst.* 36. *& quæst.* 588. *&* 897. *nu.* 626. *& tomo* 5. *de cognitione per viam violentiæ, quæst.* 23. *nu.* 24. *& quæst.* 40 & Hermosilla *in dict. l.* 32. *glossa* 1. *ex nu.* 304. *vbi* bene hanc materiam explicat amplians, & limitans, *& l.* 33. *glossa* 1. *nu.* 15. *& seq.* vbi etiam de Clerico venditore, & de fisco in quo distinguit (post quam duas contrarias retulit sententias) hoc modo nempe quod aut fiscus in se causam seu defensionem tanquam procurator in rem suam assumsit, aut non, & primo casu posse actorem ad suum iudicem trahere affirmat, secus in secundo, cum vide ibi, & latius *in dict. l.* 32 *glossa* 1. *ex num* 304. & latissimè Carleualium *de iudicijs lib.* 1. *disputatione* 2. *ex num.* 666. & Salgadū *de retentione Bullar.* 2. *parte cap.* 13. *ex num.* 45. vbi etiam plures refert, & exornat.

Ibi; *Notandum tamen est quod in aliquibus casibus &c.*

Et ibi primus est, &c.

Aliqui sunt casus in quibus locum non habet euictio, quos hic recenset noster Gomezius, & primò quando expresse conuentū est, quod vēditor non teneatur de euictione, quod intelligi debet quo ad interesse, non vero quoad pretium, de quo tenebitur nisi specialiter contrarium dictum fuerit, vel nisi ex certa causa speciali, vel persona dictum fuerit, quod non teneatur: quia tunc nec ad pretium tenebitur, ita resoluit noster Gomezius, & tenet Tuschus *lit. E. cō clusione* 362. *& conclusione* 68. *num.* 6. Coua dubias *lib.* 3. *variarum cap.* 14. *ex num.* 1. Caballinus *de euictionibus* §. 5. *num.* 25. vbi plures refert Farinacius *quæst.* 6. *num.* 33. *& seq. vbi* etiam an fiscus teneatur de euictione & alia Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 80. *num.* 18. Azeuedus *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *recop. num.* 17. *& in rubrica tit* 7. *lib.* 8. *num.* 21. *vbi* dē vendente in ludo quod non teneatur de euictione, de quo etiam Barbosa *in collectan. cap. Clerici de vita, & honestate clericor. num.* 17. & Farinacius *quæst.* 109. *ex num.* 203. late Guzman *in tractatu de euiction. quæst.* 2. *ex nu* 72. *& quæst.* 43. *num.* 1. *& quæst.* 51. *n.* 15. Gregor. *in l.* 19. *tit.* 5. *part.* 5. vbi quod euictio non debetur si quis sciēs emit rem veritam, de quo Bolanus *in Curia* 2. *parte cap.* 6. *lib.* 3. 5. *cosas vedadas num finali* Hermosilla *in dicta l.* 19. *glossa* 3. *num.* 2. Morla *in emporio* 1. *parte tit.* 3. *num.* 19. gratianus *discep. cap.* 520. *num.* 23. vbi de casu ex

facto

facto Principis & *in cap. 766. num.* 31. & alij fere infiniti in vnum congesti à Hermosilla *in l. 3. tit. 5 part 5. glossa 6 num 2. & sequent.* vbi ampliat, & limitat, & declarat quid dicendum in expensis & meliorationibus: vide etiam *Barbosam in collectanea cap. 7. de emptione, & venditione.*

Ibi: *Secundus est quando emptor vel possessor victus non appellauit &c.*

Emptorem non posse agere de euictione si nō appellauit à ten ētia contra eum lata, vt hic resoluitur, docent Couarrubias *lib. 3. variar. cap. 17. num. 9.* Pinel. *in l. 1. Cod. de bonis mater. 3. parte. num 50* limitatione 3. Caballinus *de euictionibus §. 3. num. 10.* Tachinæus *lib 2 controuers cap. 40.* Scaccia *de appellationibus quæst. 5 num. 14. & sequentibus* Cuzman *in tractatu de euictionibus quæst. 12. ex num. 16.* & latissimè Hermosilla *in l. 36. tit 5 partita 5 glossa 8. per totā* vbi ampliationes & limitationes plures congerit, & bene materiam declarat *& n. 9. & sequent.* docet venditorem quoq; à sententia contra emptorem lata appellare posse, quā uis in rē iudicatam transierit emptore non appellante, referens Tachinæum *lib 11. controuers cap. 5.* & Cuzman *vbi supra num. 16.*

Ibi: *Tertius casus est &c.*

Emptorem iniuste condemnatum non posse agere de euictione vt docet Gomezius comprobant late Couarrubias *lib. 3. var. cap. 17. num. 10.* vbi ampliat etiam si sententia lata fuerit contra venditorem, qui litem simul cum emptore suscepit, Gutierrez *de iuramento confirm. 1. parte cap 61. num. 10. & 17.* Morla *in emporio 1. parte tit. 9. in præmissis num. 40.* optimè Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 380 num. 20.* Cuzman *de euictionibus quæst. 40. per totam* vbi late declarat, & limitat, Hermosilla *in l. 36. tit. 5. part. 5. glossa 12. vbi num. 2.* cum alijs asserit aliud esse dicendum in sententia lata contra fideiussorē per iniuriam iudicis, cuius culpa ei non nocet sed domino.

Ibi: *Quartus est casus &c.*

Non posse agere de euictione emptorem qui cōpromisit litem in arbitrum vt hic resolutur docent Couarrubias *lib. 3. variar. cap. 17. num. 7.* Quelada *diuersar quæst cap. 11 num 4.* Gratianus *disceptation cap. 227. num. 1* Morla *in emporio tit. 9. in præmissis num. 40.* Molina *de iustitia tomo 2 disput. 380 num. 21.* Cuzman *de euiction quæst 41.* vbi alios quam plures refert, *& num 5. & sequent* limitat. præter quam si ex forma statuti emptor fuerit coactus ad compromittendum, vel quando iudex cogeret partes ad compromissum quia vidit, causam nō posse terminari, vel quia diu fuit litigatum, tunc enim locum habebit euictio, & optime Hermosilla *in l. 36. tit. 5 part. 5. glossa 1. ex n. 3.* vbi ampliat, & limitat *& num. 5.* docet idem esse si emptor in iudicem nō suum consensit, & eius iurisdictionē prorrogauit, quia non erit locus euictioni, *& num. 7.* contra alios docet ex pluribus quod non est necessaria coactio iudicis vt habeat locum euictio, quando adest statutum ad compromittendum obligans.

Ibi: *Quintus est casus. &c.*

Alium & quintum casum adducit Gomezius hic nempe si per principē cogatur emptor, rem alteri vendere vel tradere, tunc enim non agit de euictione ita docet Caballinus *de euictionibus §. 5. num 56.* Quelada *diuersarum quæst iuris cap. 10. num. 8.* Ceuallos *quæst 532.* Gratianus *disceptat for. cap. 520. ex num. 23.* vbi factum Principis casum fortuitum appellat. latissime Guzman in tractatu *de euiction quæst. 52. per totam* Azeuedus *in l. 7. tit. 11. lib. 5. recop. num.*

36.

36. & Hermosilla *in l. 37. tit. 5. part. 5 glossa 5.* vbi ampliat, & limitat, & *num. 5* docet quod si venditor tempore alienationis sciuit Principem id facturum, & tacens alienauit, tenetur, & tandem supra dictam resolutionem declarat procedere quando princeps de plenitudine potestatis, & non seruato iuris ordine procedit tunc enim non habet locum euictio secus aliàs.

¶ Ad numerum 41. ibi: *Sextus casus est &c.*

Euictionem non habere locum quando res emitur de iure speciali, vt docet Comezius comprobant Caballinus *de euictionibus* §. 5. *num.* 90. vbi cum Paulo *in l. quires, diuersum ff. de solutionibus* intelligit hoc procedere in causa lucratiua secus in onerata, Pereira *de emptione & vēditione cap.* 31. *num.* 105. Guzman *de euictionibus quæst.* 1. *num.* 26. Hermosilla *in l.* 37 *tit.* 5. *part* 5 *glossa* 5 *num* 22. vbi laudat nostrum Gomezium quatenus docet quod nihilo minus emptor potest agere ad pretium licet non ad totale interesse.

43 Ad numerum 42. ibi: *Septimus casus &c.*

Siquis emat rem alienam a non Domino scienter quod non habeat remedium euictionis resoluit noster Gomezius in præsenti imo quod nec ad pretium agere poterit, & ita etiã docent Tiraquel *de retrac. linagior* §. 12. *glossa* 1. *num.* 7 *et.* 11. Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *num.* 2. Azeuedas *in l.* 6. *tit.* 2 *lib* 1. *Recop. nu.* 17 Fachineus *controuers. lib.* 2 *cap.* 40. *et lib.* 7. *cap.* 14. vbi de eiuente scienter rem feudalem, Ceuallos *tomo* 3. *quæst.* 798 *num.* et 5. Barbosa *in collectan. cap. fin. de empt. et vendit. num* 8: noster Comezius *in l.* 6 *Taurinn.* 61. Bonacina *de contractibus disputatione* 3. *quæst.* 2. *num.* 13. late Guzman *de euictionibus quæst.* 46. per totam vbi declarat, ampliat. & limitat. Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 380. *num.* 22. vbi etiam, agit quid in Regno Lusitaniæ Hermosilla *in l.* 19 *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 3. *vbi num.* 1. plurimos Doctores pro hac sententia adducit, & numeris sequentibus tres ampliationes. & totidem limitationes congerit & optimè materiam declarat, *et ibi num* 7. *et sequentibus* late agit de re subiecta restitutioni, & de intellectu *l finalis* §. *fin. Cod cõmunia legatis, & fideicom* de quo etiã late Sermonem facit Guzman *in tractatu de euiction supra num.* 4. & præterea notat ipse Hermosilla *in dicta glossa* 3 *num.* 12. fiscum posse auferre pretium, quod habuit vendens rem alienam ab emptore, qui scienter eã emit. vide etiã nouissimè D. Larreã *decis. Granatens.* 74. *num.* 3. & 19. & 31. & 35.

Ibi: *& hoc etiam casu, &c.*

Si stipulatio fiat de euictione tũc ad pretium agere posse emptorem qui rem alienam scienter emit probant Barbosa *in l.* 1 *ff. soluto matrimonio* 5. *parte num.* 20 & 37. & alij adducti a Hermosilla *in dicta l.* 19. *glossa* 4. *num* 1. vbi *ex num.* 3. agit quid dicendum si contractus sit alege prohibitus? in quo duas sententias contrarias adducit. & eas distinctionis fedèreconciliare conatur, & tandem *num.* 7 fiscum præferri emptori docet, vt iam dictum est.

Deniq; aduerte quod in quantum Gomezius in fine huius numeri. versic. *Secundo limita, & intellige* videtur docere quod si pretium versum sit in vtilitatem venditoris, repetitio competit emptori, locus mendosus est & debuit scribi: *In vtilitatem Domini* vt aduertit Hermosilla *supra d. glossa* 19. *num.* 5.

Ad numerum 43. ibi: *Octauus casus est, &c.* 44

Quatuor casus congerit hoc numero

mero Comezius, in quibus non haberlocum euictio, primus si emptor per violentiam expellitur de possessione, secundus quando emptor rectè potuit præscribere, & culpa sua id non fecit, tertius quando emptor culpa sua amisit possessionem, & de possessore factus fuit peritor, quartus quando contra prohibitionem posnam in contractu rem vendidit, & ex hoc eam amisit, item adde si res euincatur secundum suam naturam propter causam cohærentem, & circa primum videndi sunt, Pereira *de emptione, & venditione, capit.* 31. *numer.* 101. Cabalinus *de euictionibus*, §. 5. *numer.* 22. Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, capit.* 42. *numer.* 69. Guzman *de euictionibus, quæstione* 42. *numer.* 15. *& per totam*, Quesada *diuersarum quæstionum iuris, capit.* 10. *numer.* 8. & Hermosilla *in l.* 37. *glossa* 1. *numer.* 2. *vbi numer.* 3. laudat nostrum Comezium in explicatione promissionis de defendendo de iure. & de facto prout etiam facit, Guzman suprà *numer.* 1. *& sequentib.* vide etiam Barbosam *in collectanea ca fin de emptione, & venditione*, vbi alios congerit.

Circa secundum casum idem docent Pereira *de emptione, & venditione dicto capit.* 31. *numer.* 30. Morla *in emporio, titul* 9. *in præmissis num.* 40. Quesada supra *dicto capit.* 10. *numer.* 2. verticulo *Secundus sit*, Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 380. *numer.* 23. late Guzman *dicto tractatu de euictionibus, quæstione* 44. *per totam vbi numer.* 9. ait quod resolutio huius secundi casus non procedit de iure canonico (quod in vtroq; foro obseruandum est) sed nihilominus seruata dispositione iuris canonici locum habere poterit prædicta resolutio si seruata bona fide non præscripsit emptor rem sibi venditã ob propriam culpam, vide etiam Hermosillam *in leg* 36. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 7. *ex numer.* 1.

Circa tertium casum quando emptor sua culpa amisit possessionem, & de possessore factus fuit peritor, quod non possit agere de euictione si ex amissione possessionis inferatur quod perdere debeat ius agendi super proprietate, Cabalinus *de euictionibus*, §. 5. *numer.* 50. Pereira *de emptione, capit.* 31. *num.* 30, Molina *de iustitia tom.* 2. *disputatione* 380. *numer.* 24. Guzman *de euictionibus, quæstione* 51. *nu* 1. Hermosilla *in l.* 36. *glossa* 4. *n.* 1. *titul* 5. *& ibi nu.* 2. quid si sine culpa sua cecidit à possessione.

Circa quartum & vndecimum casum à nostro Comezio consideratum in emptore qui contra prohibitionem posnam in contractu rem alienauit, & ex hoc eam amisit, quod non possit agere de euictione, comprobatur ex traditis versiculo antecedenti, & vide Farinacium *decisione* 44. *num.* 4. vbi de vendente ignoranter rem prohibitam, Morlam *in emporio, titul.* 10. *quæstione*, 2. *numer.* 23. vbi quod emens contra legis prohibitionem non agit de euictione, de quo etiam Lara *de anniuersarijs, cap.* 19. *n.* 16.

Item quod euictio non habeat locum si res euincatur propter causam cohærentem ipsi rei secundum illius naturam Barbosa *in leg.* 7. *ff. soluto matrimonio numer.* 12. *& lege* 8. §. *finali numer.* 17. vbi quod agitur ad pretium in hoc casu.

Item adde quod ex vēditione facta in ludo nõ agitur de euictione Auiles *c.* 29. *prat. ver. Iuegos n* 8. *& c.* 52. *ver. En la tierra, num.* 28. vbi etiam de contractu à lege prohibito, Hermosilla supra.

45 Ad numer. 44. ibi: *Duodecimus casus notabilis, &c.*

Euictionem locum non habere si aliqua res particularis hæreditatis venditæ euincatur, vt hic resoluitur, docent Gratianus *disceptationum, capit* 787. *ex numer.* 9. Ualascus *in praxi partitionum capit.* 1. *num.* 17, Morla *in emporio titul.* 9. *in præmissis num.* 40. Donelus *commentar. iuris ciuil. ad titul.* 44. *lib.* 8. *Codicis, in l.* 1. *Cod de euictionibus, nu.* 5. vbi dictam resolutionem generalem esse ait in qualibet vniuersitate vendita, vt in grege, armento, peculio, &c. & late Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione* 45. *per totam*, vbi optime explicat, Castillo *libr.* 4. *controuersiarum cap.* 42. *n.* 67. *&* 107. Parlador *tom.* 3. *differentia* 131. *n.* 12. & Hermosilla *in l.* 34. *tit.* 5. *part.* 5. *glos.* 1. *ex n.* 1. vbi ampliat etiã si singulæ res hæreditatis euincãtur, quia adhuc nomen hæreditatis manet, licet contrariũ: encant, imo quod quando hæreditas in aliquo non remanet vtilis, quia res hæreditariæ euincuntur, vẽditor tenetur saltim pretium restituere per condictionẽ ex lege, & cũ hac opinione videntur remanere, Castil. vbi supra & Tusch. ab eo relatus. Limitant etiamè Guzman, & Hermos. supra præterquã si pro dimidimia, vel alia parte hæreditas euincatur, vẽditor enim qui totã hæreditatẽ vendidit, si postea eius tertia, vel quarta pars euincatur, quia erãt plures hæredes, de euictione tenetur, limitant etiã si in venditione hæreditatis, vel alterius iuris vniuersalis specificata vel declarata fuerint eius mẽbra, & res particulares, tũc enim pro singulis rebus euictio competit, vt optimè aduertit Ualasc. supra *d. n.* 17. vide etiam Cancer. *variar.* 3. *p. c.* 2. *n.* 148. vbi de vna re vendita per hæredem confecto inuẽtario, quod emptor sit securus aduersus creditores, & D. Larream *decis. Granat.* 72. *n.* 12. & Parej *de instrument. edit. tom.* 2. *tit.* 7. *resolut.* 3. *num.* 109.

An autem vna re ex pluribus euicta, vel certa parte eiusdem rei competat euictio pro ea re vel parte? vel emptor possit à contractu discedere, disputat late, & optime ipse Hermosilla *in l.* 32. *titul.* 5. *part.* 5. *nu.* 143. *& seq. glos.* 1. *& in l.* 35. *eodem tit. glo.* 1 & latissime explicans D. Larrea *de cessione* 72. *per tot.* vbi quod si resnõ recipit separationem, vel emptor non esset empturus, in totũ potest discedere, Amaya *lib.* 3. *obseruat. c.* 1. §. 2. *num.* 15. *&* 57. vbi de partu ancillæ euicto.

Ad nu. 45. ibi: *In quo articulo resolutiué dico, &c.* 46

Euicto vsufructu rei venditæ euictionẽ deberi, vt hic resoluitur, docẽt Caualinus *in tractatu de euictionibus* §. 5. *n.* 74. Pereira *de emptione & venditione, cap.* 31. *nu.* 55. Molina *de iustitia tom.* 2. *disputat.* 380. *num.* 4. Guzman *in tractatu de euictionibus, quæst.* 45. *n.* 18. & alij communiter, vide Larream *decis. Granat.* 74. *n.* 40 *& decis* 72. *nu.* 2. *&* 15.

Ibi: *Si vero euincatur seruitus, vrbana vel rustica, &c.*

Pro seruitute vrbana, vel rustica rei venditæ non competere euictionem, vt hic resoluitur, præterquam si venditor declarauit, & dixit fundum non debere seruitutem, comprobant late Pereira *de emptione, & venditione capit.* 31. *n.* 56. *&* 62. Gratian. *disceptation. capit.* 361. *numer.* 6. Caualinus *de euictionibus*, §. 3. quos vide, & Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione* 54. *ex numer.* 1. & latius Hermosilla *in leg.* 63. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 1. *per totam*, vbi bene comprobat resolutionem nostri Gomezij, & omnes eius limitationes, & declarationes, & an dicta lex 63. corrigat ius commune? & ibi de vendente

dente rem censui, vel tributo suppositam, vel hipotecatam specialiter vel generaliter, vel alienari prohibitam, cum videas ante alios. & nouissime D. Larrean *decisione 72. n. 1. & 14.*

47. Ad num. 46. ibi: *In quo resolutiué dico, &c.*

Emens rem a primo emptore non potest agere de euictione contra venditorem, nisi ei fuerint cessæ actiones per primum emptorem, ita resoluit Gomezius, & comprobant laté Pereira *de emptione, & venditione capit. 31. num. 67.* Tuschus *liter. E. conclusione 353 num. 5. & sequentibus* Morla *in emporio, titul. de seruitutibus in rubrica num. 79.* Cujacius *lib. 24. obseruationum, capit. 22.* Donel. *libr. 9. commentariorum capit. 21.* & ibi Osualdus, Barbosa *in leg. venditor ff de iudicijs, num. 13.* & Iacè, & optimè explicans amplians, & limitans Guzman *in tractatu de euict. quæstione 11. per totam, vbi ex numer. 16.* latissimè prosequitur illud axioma in quo supra dicta resolutio fundamentum habet, quod actio personalis non datur contra tertium: de quo Iacè Salgado *in labirintho, 1. parte capit 24. ex numer. 111.* post Castellum *lib. 5. controuersiarum capit. 104. ex numer. 45.* & Carleual, *de iudicijs tom. 1. titul. 3. disputatione 11 numer. 1.* & illud ampliat & limitat Hermosilla *in leg. 32. titul. 5 partita 5 glossa 3. nu. 28. & seq.* vbi inter alias limitationes *n. 31.* docet, quod si promissio de euictione fuerit per venditorem facta non solum primo emptori, sed etiam eius hæredibus, & successoribus, tunc secundus emptor sine cessione agere poterit contra primum venditorem, & pro hoc refert Farinacium *decisione 589. 1. prate*, in nouissimis & alios, & vide latissime *D. Larream decis. Gran. 73. per totam, vbi num. 3.* ait quod facta cessione potest fieri denuntiatio primo auctori, & vide Crarianum *disceptation capit. 77. numer. 9.* Suarez *in leg. post rem indicatam in declaratione legis Regni limit. 1 n. 14. versic. Facit singulare verbum*, Anton. Gabriel *in communibus, tit. de fideiussore conclusione 1. numer. 59. & 60.* & D. Ioseph Vela *dissertatione Hispalensi 20. ex numer. 16.* qui late agunt quando contra tertium agi possit absq; præuia excussione, de quo etiam infra *cap. 13. n. 11.*

Ad num. 47. ibi: *Et videtur quod non, &c.* 48

Emptorem victorem in lite quæ contra eum mota fuit, & in qua fuit absolutus adhuc posse sumptus, & expensas repetere à venditore (vt hic resoluit noster Gomezius) probant Bernardus Diaz *in regula 218.* Fachinæus *controuersiarum iuris, libr. 2. capit. 39.* Pereira *de emptione, & vendit. cap. 31. numer. 33.* Caualinus *de euictione. §. 3. numer. 146.* Zeuallos *communem contra communem appellans, quæstione 321.* & plures referens Hermosilla *in leg. 32. titul. 5. partita 5. glossa 6. ex numer. 27.* vbi ait quod si venditor promisit expensas, sumptus, & damna (vt communiter contingit) sine dubio hæc opinio procedit, vt docet Gregorius Lopez *in leg. 56. titul. 18. partita 3. glossa 10.* & Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione 13. numer. 9.* & tandem cum opinione nostri Gomezij remanet, *& n. 28. & 29.* limitat eam præterquam si emptor conuentus non denuntiauit litem venditori, vel fuit in culpa non petendo aduersarium in expensis condenari, quod Thesaurus declarat *libr. 3. quæstionum forensium. quæstione 18. num. 5* dummodo venditor interpellatus se obtulit paratum defendere emptorem, secus si

noluit comparere ad defendendum eum, quia tunc magis debet imputari negligentiæ eius quam emptoris, & sic non nocebit emptori, non petijsse condemnationem expensarum, eum vidi ibi quia bene materiam explicat, & quid contineatur, verbo: *Expensarum*, & quod lite pendente teneatur venditor eas subministrare emptori, & an etiam teneatur ad fructus rei venditæ, & alia? vide etiam Barbosam *in collectanea capit. 7. de emptione, & venditione, numer. 20.* & Gratianum *regula* 182.

49 Ad n. 48. ibi: *Siquis vendat seruum, vel aliquod animal &c.*

Emens seruum, animal, vel aliam rem vitiosam, vel morbosam ignorans morbum, vel vitium. quod non erat patens agit redhibitoria intra sex menses, & quanto minoris intra annum: Ita resoluit Comezius & docent Couarrubias *in regula possessor 2. parte*, §. 11. *numer. 5.* Petrus Gregorius *in syntagmate, libr. 25. capit. 21. nume. 2.* Tremacinq. *variar. resol. lib. 3 tit. de emptione resolutione* 11. Tiraquellus *in tractatu de rebus exiguis pagina mihi*, 4. & 65. vbi an hoc remedium habeat locum in re leui? Gregorius *in leg. 26. titul. 29. part. 3.* vbi quod tempus assignatum redhibitoriæ currit contra Ecclesiam, Mascardus *de probationibus liter. A. conclusione 92.* vbi quando præsumatur fuisse morbosa anima ia ante contractum? Barbosa *in leg. 8. § finali ff soluto matrimonio, numer. 45.* vbi an, hoc casu meliorationes factæ in re compensentur cum fructibus? Morla *in emporio, titul. 9. in præmissis numer. 41. & sequent.* vbi bene explicat hanc materiam, *& quæst. 14. nu. 5.* vbi de pacto redhibitoriæ displicentiæ Molina *de iustitia, tom. 2. disputat. 353. per totã*, vbi etiam bene explicat, & plures referens, & multas quæstiones resoluens Guzman *in tractatu de euictionibus quæst. 61. per totam vbi n. 54* agit, quid faciet venditor si emptor veniat cum equo vendito, & ligauit eũ ad ianuam eius, & recessit, de quo etiam Cancerius 3. *parte, capit. 1. numer. 81.* Bolanus *in Curia philipp. 2. parte, capit. 13. de redhibitoria, & §. daños, numer. 38. & §. reuocatoria, numer. 21.* vbi quod si emptor redhibitoriam deducat in fraudem creditorum, ipsi poterunt agere reuocatoria venditore fraudis conscio *ex l. bouem, § siquis ff. de ædilitio edictio*, Surdus *decisione* 146. Parlador. *rerum quotidianarum. tom. 3. differentia 86. & differentia 56.* vbi de differentia remedij, *l. 1. Codic. de rescindenda venditione, & actionis quanto minoris*, Tuschus *litera M. conclusione* 384. Mascardus *litera A. conclusione 92. & litera E. conclusione 633.* Sousa *in §. actionum, capit. 1. ex numer. 9.* vbi de fructibus in hoc casu, *& capit. 2. ex numer. 9.* Siluester *in summa*, verbo: *Emptor, quæstione 19.* Scaccia *de commerciis, §. 7. glossa 2. n. 74. & seq.* late Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis, lib. 25. capit. 23. tractatu 3. ex numer. 335.* Gratianus *discept. tion. cap. 343. ex num. 11.* vbi an emptor repetat expensas? Amaya *lib. 2. obseruationum, capit. 13.* vbi de antiquis stipulationibus: *Furtis noxijsque solutum seruum, &c. & numer. 19.* erudite resoluit rationem quare non teneatur hæres promittere sanum esse seruum in legato serui generaliter relicto, Hormosilla latissime *in leg. 64. 65. & 66. titul. 5. partita 5.* vbi totam materiam optime explicat, cum ampliationibus, & limitationibus, quem omnino videas, vbi etiam agit quid si venditor ignorabat vitium,

quia

quia tunc tantum competit emptoria actio quantominoris, de quo *in dicta leg* 64. *glossa* 1. *numer.* 2. & ibi an dictæ actiones habeant locum in contractu permutationis, locationis, & similibus? *& in leg.* 65. *glossa* 1 *numer.* 4. vbi quod etiam habent locum in immobilibus, Gutierrez *in tractatu de gabellis quæstione* 11. *per totam*, vbi an gabella debeatur ex venditione rescissa per redhibitoriam? de quo infra.

50 Ad numerum. 49. ibi: *Ex quo infertur. &c.*

Vitium rei venditæ expresse, & non consulte esse declarandum per venditorem, aliàs teneri redhibitoria, vt hic resoluitur, docent, & explicant Surdus *decisione* 146. *&* 288. Morla *in emporio*, *titul.* 9. *in præmissis*, *numer.* 43. Cabalinus *de ædilitio edicto*, *capit.* 2. *numer.* 20. *& sequentibus*, Gratianus *disceptation. capit.* 361. *ex numer* 1. *& cap.* 534 *nu.* 21. Guzman *in tractatu de euictionibus*, *quæstione* 61. *numer.* 17. *&* 24. & omnes relati numero antecedenti, & Hermosilla *in dicta lege* 66. *maxime numer.* 11. *&* 12. vbi alios plures refert, & agit de eo qui vendit cum omnibus vitijs suis hoc est: *Con todas sus tachas*, adhuc enim hac actione tenebitur, & late declarat per ampliationes, & limitationes quando teneatur venditor vel non? & *numer.* 25. agit an attendi debeat scientia procuratoris, vel emptoris, *& numer.* 26. *& sequent.* late comprobat etiam re mortua, vel perempta dictum remedium competere, late explicans, quando intelligatur perisse culpa emptoris, & alia plura.

Ibi: *Dubium tamen est &c.*

Si plures res venditæ sint aliqua ratione coniunctæ omnes esse redhibendas, si ero non non sint coniunctæ rem vitiosam solam posse redhiberi, vt docet Gomezius comprobant Caualcanus *decis* 8. *lib.* 2. *n.* 1. Tuschus *practicar. conclus* 154. *n.* 5. *tom.* 3. Caualinus *de ædilitio edicto cap.* 2. *n.* 50. Morla *in emporio*, *tit* 9. *in præmissis*, *n.* 43. *versic. Præterea redhibitoria*, *&c.* Molina *de iustitia rom.* 2. *disput.* 35. *n.* 30. Matienzo *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *glossa* 7. *ex numer.* 20. & omnium latissime Hermosilla *in leg.* 32. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 1. *numer.* 149. *& sequentib. maximè ex numer.* 168. vbi octo casus distinguit, & optimè explicat quando emptor aliàs esset empturus vel non, & Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione* 23 *numer.* 19. *& quæstione* 61. *num.* 49. quos vide & D. Larream *decisione Granatens.* 72. *numer.* 7. & Salgadum *de protectione* 3. *parte*, *cap.* 10. *num.* 127. vbi quod apprehensa possessione in vno censetur apprehensa in alio, *& in labirintho*, 2. *parte*, *capit.* 11. *ex numer.* 22. & vide infra *capit.* 11. *num.* 17.

Ad num. 50. ibi: *Prohibetur &c.* 51

Omnia permittuntur vendi nisi specialiter prohibita reperiantur, vt res sacra, vel publica, liber homo, res propria emptoris, & alia huiusmodi: ita resoluit Gomezius, & est notum ex iuribus ab eo allegatis, & circa rem sacram videndi sunt Mantica *de tacitis conuentionibus*, *lib.* 4. *titul.* 5. *nu.* 7. Mozius *de contractibus*, *titul. de emptione*, *& venditione*, *capit. de rebus*, *quæ vendi & emi possunt*, *numer.* 24. Couarrubias, *libr.* 2. *variarum*, *capit.* 16. *numer.* 8. Molina *de iustitia*, *tom.* 2. *disputatione* 340 *numer.* 22. (Pichardus *in principio* institutæ *de acquisitione per arrogationem*, *numero* 34. vbi quod venditio soli deductis arboribus non valet, nec venditio domus deducta superficie, ex textu, *in leg. finali*,

ff. de superficiebus: leg. obligationum, §. placet ff de actionibus, & obligationibus) *& in §. idem iuris*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, *numer.* 16. *vbi* quod res sacra, *vel* religiosa potest *vendi* accessorie, & cum *vniuersitate*, & late, & optimè explicans Hermosilla *in leg.* 15. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 1. *ex numer.* 6. *vbi numer* 7. *& sequentibus*, ampliat ad ius patronatus & ad sepulturam, quæ *vendi* non potest, licet ius & *vsus* sepeliendi recte vendi possit, *vt* docet Spino *in speculo testamentorum*, *glossa* 2. *principali*, *ex numer* 34. Riccius *in praxi*, *decisione* 40. *& in* 3. *parte*, *collectanea* 629. & Barbosa optime explicans *in tractatu de vniuerso iure Ecclesiastico*, *libr.* 2. *capit.* 10 *numer.* 11. 12. *& sequentibus*, *vide* Hermosillam supra, *vbi* etiam limitat principalem conclusionem, & ferè infinitos referentem Salgadum *in labirintho*, *parte* 3. *capit.* 5. *ex numer.* 45. *& per totum*, *vbi* etiam de iure patronatus an possit *vendi* post Noguerol *allegatione* 36. *ex numer.* 21. & Carleual. *de iudicijs*, *tom.* 2. *disputatione* 20. *numer.* 1. & 3. Reginal. *in praxi fori pœnitentialis*, *libr.* 25. *tractatu* 3. *numer.* 252. *& sequentibus*, & Bonacinam *de contractibus disputatione* 3. *quæstione* 2. *puncto* 2. late & Osualdum ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 20.

Simili modo res publica *vendi* non potest, *vt* tenent supra allegati, maxime Mantica & Molina, & sic an iurisdictio, & officia publica iurisdictionem habentia *vendi* possint? *vide* Felicianum *de censibus*, *libr.* 2. *capit.* 3. *numer.* 24. Auendañum *responso* 9. *numer.* 1. & latissimè Matienzum *in dialogo*, 4. *parte*, *capit.* 10. *& sequentibus*, Reginaldum *in praxi fori pœnitentialis*, *libr.* 25. *tractatu* 3. *numer.* 257. *& sequentibus*, Bonacinam supra, & Dianam 4. *parte resolutionum moralium*, *tractatu* 6. *resolutione* 3. Bouadillam *in politica*, *libro* 3. *capit.* 8. *ex numer.* 285. Tellum *in leg.* 29. *Tauri*, *vbi* etiam agit quid si hæc officia augeantur alijs *venditis*? & an domini particulares, *velut* Duces, Marchiones, &c. possint illa *vendere*? *vide* Menchacam *illustrium*, *capit.* 42. *&* 43. Hermosillam *in lege* 22. *tit.* 5. *gloss.* 5. *num.* 50. *&* 51. & Thomam Sanchez *in consilijs moralibus*. *libr.* 2. *capit.* 1. *dubio* 37. *&* 38. & Dominum Larream *decisione Granatensi* 45. *numer.* 36. *& decisione* 74. *numer.* 46. & Noguerol *allegatione* 5. 14. *&* 19. latè ex quibus maiori ex parte probatur dicta officia posse *vendi*, & augeri absque præiudicio officialium antiquorum, de quo etiam *vide* latè eundem Domin. Larream *allegatione fiscali* 119. *per totam*.

Ita etiam libet homo *vendi* non potest Mantica *dicto libr.* 4. *titul.* 5. *de tacitis conuentionibus*, *numer.* 6 Scaccia *de commercijs*, §. 1. *quæstione* 1 *numer.* 556 Molina *de iustitia*, *tom.* 2. *disputatione* 340. Pichardus §. *idem iuris*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, *ex numer.* 9. *vbi* bene explicat differentiam *venditionis* & stipulationis in hoc, & alios referens Hermosilla *in leg.* 15. *titul.* 5. *partita* 5 *glossa* 1. *num.* 1. *vbi* ampliat etiam si *venditio* fiat in futurum: *Quando seruus erit*, *& numer.* 3. *& sequentibus*, limitat præterquam si ignoranter quis comparauerit liberum hominem pro seruo, quia tunc ei datur actio ad interesse, & in patre qui vrgente necessitate filium *vendidit*, quam *venditionem* in *vsu* non esse apud Christianos asserit, & de ea *videndi* sunt Pinelus *de bonis maternis*, 2. *parte rubrica*, *ex numer* 20. Osualdus ad Donelum *lib.* 2. *cap.* 25. *liter.*

H.

H Fachinæus *lib.* 13. *controuersiar. cap.* 20. Menochius *de recuperanda re medio* 15. *ex num.* 302. Surdus *de alimẽtis tit.* 8. *priuilegio* 38. Tiraquel. *de retractu linag.* §. 26. *glossa* 1. *ex num.* 16. Molina *de iustitia, tomo* 1. *disputatione* 23. Barbosa *in collectan. cap.* 2. *de pignoribus num.* 5. in decretalibus alter Barbosa *in l. alia* §. *eleganter, ff soluto matrim. num.* 40.

De eo autem qui se ipsum vendi patitur ad pretium participandum sciens conditionem suam liberam, & ignorante emptore vide Molinam *de iustitia* vbi supra Petrum Gregor. *in syntagmate lib.* 25. *cap.* 7. *num.* 1. & Scacciam *dicto* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 556. & alios adductos a Hermosilla supra *dicta l.* 15 *glossa* 1. *num.* 4.

Item de vendente venenum vide infra *tomo* 3. *cap.* 3. *num.* 10. & de vendente arma, & alia inimicis, Menochius *casu* 585. late Bolanus *in Curia* § *cosas vedadas* vbi alia.

Deniq; rem propriam nemo emere potest, & emptio est nullis momenti siue a sciente siue ab ignorante facta fuerit; ita tradit Bernardus Diaz *in regula* 226. Tiraquel. *de retractu conuentionali* §. 2. *glossa* 1. *num.* 12. Mantica *de tacitis conuentionibus lib* 4. *tit.* 5. *nu.* 18. Scaccia *de commercijs* §. 6. *glossa* 1. *num.* 4. Petrus Gregorius *in syntag. lib.* 25. *cap.* 11. & alij plures adducti a Hermosilla *in l.* 18. *tit.* 5. *p.* 5. *glos* 1. *n.* 1. vbi numeris seq limitat præterquam si venditio fieret pro possessione, vel proprietate existente penès venditorem: vel si res esset empto is reuocabiliter vel venditio fieret a iudice pro executione sententiæ, vel quando res esset cõmunis cum alijs, eum vide, & de emente scienter rem suam vide Barbosam *in l. si alienam ff. soluto matrimonio nu* 114.

Itẽ adde quod non potest iudœus emere fundum cui ascripti sunt serui Christiani: Surdus *de alimentis tit.* 8. *priuilegio* 89.

Item vendere volens omnia bona potest prohiberi a creditoribus, si est suspectus de fuga: Suarez *tit. de los emplazamientos*, versiculo: *Sed attende num.* 10.

Item adde quod venditio facta no cendi animo rescinditur: Parlador. differentia 109. §. 7. num. 8.

Ad numerum 51. ibi; In quo articulo ista est regula, &c. 52

Aliquos casus enumerat noster Gomezius hoc numero inquibus quis cogitur propriam rem vendere & primus est quando vertitur fauor publicus vel Religionis, & ita docent Auilès *cap.* 42. *prator.* verb: *Varas num.* 7. *& cap.* 17. verbo: A *razonables precios*, *& cap.* 18. verbo: *Le haga*, Didacus Perez *in l.* 2. *tit finali lib.* 2. *ordinamenti glossa* 1. *in fine* Anastatius Germonius *de immunitate cap.* 8. *versic. Sed prater* Gratianus *discept forens. cap.* 7. vbi quod non habet locum remedium *l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione* siquis compellitur emere, & hoc eius fauore, *&* *in cap.* 149. *num.* 27. *&* 32. *& cap.* 541 *ex num.* 12. optimè Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis lib.* 25 *tractatu* 3. *cap.* 25. *num.* 359. vbi nouem casus enumerat inquibus quis compellitur vendere vel emere; Castillo *in l.* 62. *Tauri* circa finem Pichardus *in* §. *erat olim instituta de donationibus* Cancerius *variar.* 1. *parte cap.* 13 *nu.* 130. Gironda *de gabellis* 2. *parte in principio ex num.* 11. late D. Ioseph, Vela *dissertatione Hispal.* 17. *num.* 34 Antonius Thesaurus *quæst forensium lib.* 1. *quæstione* 64. *num.* 2. Ossuadus ad Donel *lib.* 9. *cap.* 9. *lit. G.* Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 341. Aluarado *de coniecturatamente defuncti lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 68. vbi quod Domini inferiores tenentur dare Regi opida ex causa, Morla *in emporio*

1. *par.*

1. *parte tit. 9. quæst. 1. & 23. num. 4.* Auendanus *cap. 1. prætorum 1. parte ex num. 1.* Ceuallos *quæst. 906. ex nu. 4.* Lara *de anniuersarijs lib. 1. cap. 20. per totum* Farinacius *decis. 372. parte 1.* Otero *in tractatu de iure pascendi cap. 17.* iterum Farinacius *quæstione 104. num. 64.* vbi de me alis fisco præcisse vendendis Barbosa *in l. 1 ff soluto matrim. 7 parte num. 50.* vbi de fauore scholarum *& in l. 2 parte 2. eodem tit. num. 38. & seq.* vbi *ex nu.* † 41. † late agit de vēditione vassalorum seu iurisdictionis eis inuitis, *& in l. fimera in lectura post præludia nu.* 73. vbi quod quando quis compellitur vendere prius debet ei solui pretium. Marienzo *in dialogo 3 part ca. 12. num. 12.* vbi quod quis compellitur vendere domum ruinosam vt reficiatur, vide etiā Hermosillam qui fere infinitos refert *in l. 3. tit. 5. part. 5 glossa 1.* vbi optimè explicat regulam generalem, quod nemo compellitur vendere, & postea limitat, *& num. 9.* comprobat limitationem prædictam *& num 32. & sequentib.* latissimè etiam prosequitur materiam quando quis compellitur vendere ad ædificationem vel ampliationem Ecclesiæ, Rodriguez *de redditibus lib. 2 quæst. 16. ex num. 12.* vbi an, & quando creditor cogatur cedere ius suum? vide etiam D Larream *decis. 90. num. 19* & Neguerol *allegatione*, 18. quasi per totam, vbi probat quam libet lesionem etiam in tradimidiam resarciendam hoc casu & quod venditor debeat conseruari omnino indemnis & Carleual *de iudicijs tomo 2. disput. 1. tit. 3.* vbi *num. 13.* optimè declarat, quomodo creditor cogatur accipere in solutum bona debitoris? de quo etiam Bolanus *in Curia phi. lip. §. remate num 16.* Barbosa *in cap. 1. de emptione, & venditione num fin. in collectaneis* vbi quod compellitur vendere, qui rem venalem exposuit vide etiam Dominum Larream *allegatione fiscali 115. vbi ex numer. 35.* quod dicta resolutio tantum procedit quando vertitur publica vtilitas non quando priuata.

Ibi *Secundus casus &c.*

Ratione publicæ vtilitatis quis compellitur vendere triticum tempore caristiæ certo, & iusto pretio: ita Comezius in præsenti, & idem in cæteris necessarijs hominum alimentis vt probant Couarrubias *lib. 3. variarum cap 14. num. 3.* Auiles *in ca. 17 prætorum. 9.* Molina *de iustitia tomo 2 disput. 341. num. 4.* Reginaldus *supra* Marienzo *in l. 1. tit. 11. lib. 5. glossa 2. num. 41 in l. 1. tit. 25. glossa 9* Gutierrez *lib. 1. quæst. 13. & lib. 4. quæstione 49.* Azeuedus *in dictal. 1. tit. 25. lib. 5. Recopilat. num. 21. & seq.* vbi extendit ad omnia quæ victui necessaria sunt, & latissimè fere infinitos referens Hermosilla *sup. dicta, l. 3 tit 5 part 5. glossa 1. ex num. 60.* vbi dictam resolutionem ampliat ad omnia necessaria vitæ humanę verbi gratia pannos ad vestitum, domos ad habitandam &c. *& num. 62.* & sequentibus idem habere locum defendit in Clericis, & alijs quibus cumq; exemptis tempore necessitatis *& num. 67.* etiam in foro conscientiæ supra dicta intelligenda asserit vide eum quia latissimè materiam prosequitur, & etiam agit quando Clerici teneantur contribuere pro necessitatibus publicis, & pro occisione locustarum, pro custodia vinearum, vel oliuetorum, & similiter pro refectione pontium, viarum &c. & quid si eorum pecora damnum dederint, & a quo iudice in his casibus iudicentur? de quo etiam infra *in cap. de immunitate Ecclesiar. tomo* 3. & Otero *de iure pascendi cap. 17.* Barbosa *de potestate Episcopi allegatione 82. num. 8.* vbi quod etiam Episcopus potest laicos ad hoc compelle re

re de quo Grat. *disceptation cap* 149. *ex num.* 47.

Ibi: *Tertius casus est &c.*

Ob læuitiam cogi Dominum seruũ vendere vt hic resoluitur, & etiã si eum cum duritia tractet, & parcè alimenta præstet, docent Couarrubias *lib.* 3. *variarum cap.* 14. *num.* 7 Caldas *in l. curatorem versic. cum non absimilis, num.* 5. & Corrasius *lib.* 1. *miscelan cap* 23. Hermosilla *in dict. l.* 3. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 5. Molina *de iustitia tomo* 2. *disp.* 341. *num* 5. Gironda *de gabellis* 2. *parte in principio num.* 15. Pichardus *in* §. *sed & maior. institut. de his qui sunt sui vel alieni iuris.* Alium casum cumulat Hermosilla *ibi ex l.* 3. *tit.* 11. *lib* 1. *Recop.* nempe quando opus esset vendere seruum Maurum vt Christianus captus a Mauris libertatem consequi possit, & vide etiam *D.* Larream *decis.* 90. vbi quod communis seruus si ab vno manumittatur, alter tenetur suã partem vendere accepto pretio, *ex l.* 1. *Cod communi seruo manum* vbi Bart. & reliqui, & Anton Fab *ibi definitione* 1. vide etiam Reginald. *supra lib.* 25. *cap.* 25. *num.* 359.

Similiter ancillam cogitur vendere dominus si eam vitiat ad impudicitiam (imo apud nos *ex l.* 4. *tit.* 22. *partita* 4. statim libertatem consequitur) Farinacius *in praxi criminali tit de delictis carnis quæst.* 144. *nu.* 16. Pichardus *in dicto* §. *sed & maior num.* 4. & 8. & plures referens Hermosilla *in dicta l.* 3. *tit.* 5 *glossa* 6. *num* 1. vbi numeris sequent. bene explicat, an ex his necessarijs venditionibus gabella debeatur? & cum Lassarte, & Gutierrez resoluit deberi præter quam si coactio, & necessitas efficeret quod non esset vẽditio sed ablatio rei; Lara *de Anniversarijs lib.* 1. *cap.* 20 *ex num.* 11. vide etiam Thomam Sanchez *in Consilijs lib.* 2. *cap.* 4. *dubio* 27. post Parlador. *tomo* 3. *differentia* 128.

Ibi ex quo infertur quod si Dominus, &c.

Quod Domini temporales, si male tractent subditos seu vasallos compelluntur eos vendere docent communiter Doctores ex iisdem rationibus prædictæ resolutionis ita Hermosilla in dicta *l.* 3. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 5. *num.* 2 vbi laudat nostrum Comezium, & Gironda *de Gabellis* 2. *parte in principio num.* 16. Barbosa *in collectanea cap. literas de restitutione spoliator. num.* 8. vbi etiam de diuortio ob læuitiam.

An autem vasalli inuiti, & contra propriam voluntatem possint vẽdi? bene disputant Ceuallos *quæst.* 532. Barbosa *in l.* 2. *ff. soluto matrim.* 2 *parte num.* 11 Bouadilla *in politica lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 12. Tiraquel. *de primog quæst.* 69 *num.* 6. Fontanel. *de pactis, tomo* 2 *clausula* 4. *glossa* 5. *num* 52. & fere infinitos referens Augustinus Barbosa *in collectanea ad l.* 25. *Cod de pactis num.* 4. & 5. vbi resoluit non posse vendi, maximè quando alienatio fit a corona Regia in alium Dominum inferiorem, quia tales Domini multas molestias & vexationes suis vasallis communiter faciunt *& d. nu.* 5 ampliat etiã si maior pars vasallorum sponte cõsentiant alienationi, quia minoris partis contradictio præfertur vt potè contraria fieri actiori subiectioni & vide late D. Larream *allegatione Fiscali* 106. *ex num* 5. *vbi num.* 6. & *seq.* quod vasalli admittuntur ad retractũ iurisdictionis venditæ, & Gabellarum, & *allegatione* 45. *quasi per totam, vbi n.* 17. quod retractus in hoc casu non excluditur ex lapsu nouem dierum.

Ibi quartus casus est &c.

Libertatem altius tollendi ædificium impedire potest vicinus, si ventus impediatur ad colligendos fructus, in sua area, ita Boerius *decis.*

322.*num*.12.Vrſillus *in additionibus ad Afflictis dec*.265 *num*.113.&hoc ratione publicę vtilitatis, vide etiã noſtrum Comezium *in l*.46. *Tauri num*.7.

Alij etiam caſus inquibus vendere vel emere quis cogitur (dequorũ iuſtificatione agit Gutierrez *de gabellis quæſt*.140.) referuntur late per *D*.Ioſeph Vela *diſſertatione Hiſpal*. 17.*num*.34.& per Hermoſillam *in diſta l*.3.*titul*.5.*partita* 5 *gloſſa* 1.*vbi num finali* alios refert, qui eos pertractant, & deniq; adddit quod in prædictis caſibus inquibus ex cauſa iuſta alicui ſua res aufertur, ea ceſſante debet ei reſtitui, ſi fieri poteſt, Bolanus *in Curia*.§.*nauegantes num*. 58.*& ſeq*.Matienzo *in Dialogo* 3.*parte*.*cap*.28.*numer*.16 *vide* etiam Felicianum de cõſibus *lib*.1.*cap*.10.vbi de pacto quod quis teneatur potius vni vendere quam alij, de quo etiam Gutierrez *lib*.2.*quæſt*.167.

Vnum tamen annotare libet in prædicta materia, nempe ciues cogendos eſſe frumentum potius vendere conciuibus, & non exteris (licet regulariter quis non cogatur vendere vicino, ex Parladoro *differentia* 109.§.1.)&ſi aliud factũ fuerit, ipſi ciues poterũt illud retrahere intra breue tempus eodem pretio, vt docẽt Couarrub. *lib*.3.*variar*.*cap*.14.*n*.6.Aui les *in cap* 17.*prætor num*.36.verbo: *A razonables precios* Mexia *in pragmatica taxa panis concluſ*.5.*num*.113 Cancer.*variar*.1.*parte cap*.11.*nu*.55 Gratian.*diſcept*.*cap*.149.*ex num*.39 vbi etiam de Eccleſiaſticis compellendis ad hoc (de quo Diana *tomo* 1. *tractatu* 2.*reſolutione* 8.& Otero *de iure Paſcendi cap*.17.*num*.6.) Azeuedus *in l*.7.*tit*.11.*lib*.5 *Recop*.qui idẽ eſſe ait in quacumq; alia re alienata Gutierrez *lib*.4 *quæſt*.49.& cũ alijs, concludit Hermoſilla *in dicta l*.3.*tit* 5.*gloſſa* 1.*num*.78.*&* 79.vbi *num*.81. infert quod tempore neceſsitatis, & inopiæ poſſunt iudices interdicere, & conſiliarij opidorum ne frumentum extrahatur, referens prohac parte Auendeſium ſupra, & Auendan. 1. *parte cap*.19.*n*.35.& Bobadillam *lib* 3.*cap*.3.*nu*.54.*&* 55.& alios, de quo etiam late Farinacius *in fragmentis verbo bannimenta ex num*.44. Et an valeat ſtatutum prohibens ne vinũ verbi gratia aſportetur in ciuitatem ad vendendum? vide Strachan. de mercatura 4.parte *cap*.48.Bolanum in *Curia Philip*.§. *coſas vedadas num*.18.

Item ad quæſtionem quando videatur habita fides de pretio? addo quod vendita res aduenæ neceſſitoso licet tradatur, non videtur habita fides de pretio, vt probat Carleualius cum alijs *in tractatu de iudicijs tomo* 1.*diſputatione* 2. *quæſt*.4.*num*. 20. poſt Manticam *de tacitis conuentionibus lib*.4.*tit*. 21: Hermoſilla *in l*. 28.*tit*.5.*partita* 5.*gloſſa* 1.& Salgado *in labirintho* 1.*parte cap*.11.*num*. 78.*&* 2.*parte cap*.2.*num*.64. & Noguerol *allegatione* 11 *ex num*.6. vbi etiam probat, quod fiſcus præfertur creditoribus emptoris in re quam vendidit habita fide de pretio, quia in venditionibus factis per ipſum fiſcum dominium non tranſfertur, quãuis habita fuerit fides de pretio ante ipſius pretij ſolutionem.*&* *allegatione* 29 *ex num*.197. vbi quod ſi per dolum emptoris habita fuit fides de pretio venditor præferatur alijs creditoribus emptoris, *&* *allegatione* 16.*nu*. 53.& ſeq; vbi quod hoc caſu dominium non tranſfertur, vide etiam Carleualium *ſupra tomo* 2.*tit*.3.*diſput*.8.*ſectione* 5 *num*.63. vbi etiam quod re tradita & data dilatione ad ſoluendum videtur habita fides de pretio & alia Narbonam *in l*.10.*tit*. 20.*lib*.9.*Recop*.*gloſſa* 2.&etiam vide Cancerium *variar*.1.*parte cap*.13.*ex*

num

num. 2. *vbi num.* 6. *ait*, quod si res non fuerit realiter tradita sed habita fides de pretio ad certum diem, & tali die non soluatur, contractus habetur pro infecto, & res potest alteri vendi, vt docet Hermosilla *in l.* 28. *tit.* 5. *glossa* 1. *ex num.* 48. vide etiam Parlador *lib.* 1. *quotidianar. cap.* 8. & *differentia* 79. *cap.* 3. vbi late de materia Barbosa *in l. si cum dotem* § *si vtili ex num* 32. omnino, vbi de mente animo decoquendi, & fidem frangendi, & alia, & *in l.* 8. *ff. soluto matrim.* 2. *parte num.* 35. & Gratian. *discept. cap.* 329. *num.* 32. & 33. vbi quod procurator fisci, tutor, & curator quamuis habeant mandatum Generale cum libera, non tamen possint vendere habita fide de pretio, Cfluald *lib.* 4. *ca.* 16. *lit.* F. vbi quod tunc dicitur habita fides de pretio quando venditor hoc dicit aperte non autem quando simpliciter tradidit rem: & *lib.* 23. *cap.* 15. *notatis lit.* I. vbi de emptore cessionem bonorum meditante, & Marienzum *l.* 14. *tit.* 4 *lib.* 5. Recop. *glossa* 1. *num.* 35. & *seq.* vbi de Executore testamenti vendente habita fide de pretio, & de eius confessione de recepto pretio, & alia de quo etiam Carpio *de executoribus testamentorum lib.* 3. *cap.* 3 *num.* 19. & *seq.* la e Auiles *in cap.* 1. *prator. verbo mandado num.* 26. Narbonam *in tractatu de etate anno* 25 *quæst.* 6. *vbi num.* 2 cum Tuscho *lit.* V. *conclusione* 69 *num.* 13. & 14. ait minorem nõ posse vendere habita fide de pretio, etiam tutore authore de quo etiam Gregorius *in l.* 46. *tit.* 28. *partita* 3. vbi de re minoris fisci, vel Ecclesiæ hoc modo vendita, & de procuratore ad vendendum, & de creditore vendente, & de compulso vendere, & Bolanum *in Curia* §. *prelacion num.* 6. & *seq.* vbi quod venditor præfertur in re vendita ante quam habeatur fides de pretio, & *ibi num.* 8. quod in dubio videtur habita fides de pretio & *num.* 9. vbi quod si res minoris, fisci, vel Ecclesiæ vel Reipub. vendantur habita fide de pretio, nihil ominus in eis præferentur, quia non potuit haberi fides de pretio *ex dicta l.* 46. *tit.* 28. *part.* 3.

Item adde quod promittens vendere, & remt radens, & prætium recipiens videtur vendere, & promissio transit in venditionem Barbosa *in l.* 6. *ff. soluto matrim. num.* 7. & 42. & *sequentibus* vbi etiam de fructibus in hoc casu, & alia vsq; ad finem legis, Auiles *in cap.* 1. *prator, verbo promessa* Hermosilla *in l.* 10. *tit.* 5 *part.* 5 *glossa* 1. *ex num* 9. & *per totã* vbi alios refert, eos vide, & Gutierrez *in tractatu de tutelis* 2. *parte cap.* 5. *num.* 66 & *seq.* vbi late de hac promissione, & Caldas *in l. si curatorem* § *sua facultate num.* 84. vbi quomodo liberetur promittens ab hac obligatione, & Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 3. *quæst.* 7. *ex num.* 110. Fachin. *lib.* 2. *cõtrouer. ca.* 5. & 7. & 8.

(::)

AD

CAPVT TERTIVM

DE LOCATIONE, ET CONDVCTIONE.

SVMMARIVM.

1 Doctores materiã explicantes referuntur.

2 De virtute, & effectu huius contractus, & an liberetur locator re perempta absq; eius culpa.
Tempus conuentum nõ potest restaurari anno sequenti.

3 Re euicta vel perempta ad quid teneatur locator, & an adimpleat dando aliam rẽ æque idoneam? & de locatione rei alienæ.
Fideiussorem certum dare promittens an satisfaciat dando alium æque idoneum.

4 Quid si domus non possit habitari propter pestem vel malos spiritus vel ob alium casum.
Ad quid teneatur locator si conductor non possit vti conducta.
De famulo infirmo an consequatur salarium & an possit postea implere tempus quo defecit?
An requiratur quod pretium locationis sit in pecunia numerata.

† De conductoribus reddituum Regalium vel publicorum vel ciuitatis.

5 Quid si res tradatur fruenda absq; pretio, & de famulis seruientibus sine eo.
Quid in famulo consanguineo seruiente sine pretio.

† Salarium non debetur minori decẽ annorum cum dimidio.

† 6 An finita locatione antiquus conductor præferatur alteri de nouo conducere volenti.
Quid in conductore reddituum Regalium.

† Quid in scholaribus.

7 Locator an possit conductorem expellere durante locatione ob non solutam pensionem.
Quid si domo conducta egeat Dominus, & quid in alijs rebus.
Quid de abutente re conducta.
Causa cessante an redintegretur cõtractus.
Conductor habens meretrices expellitur & etiam Dominus. & an expellatur faber maleans iuxta domum agrotantis.
An peccet locans domum meretrici vel usurario vel lenoni.

8 Contractus locationis an transeat ad heredes.

Quid

Quid in fisco an teneatur stare locationi, & vide infra n. 11.
Opera artificiales an possint per alium impleri.
Filius an teneatur stare locationi facta per patrem de aduentitijs.
9 *Locatio an finiatur morte administratoris, vel marriti.*
Quid in paraphernalibus.
Quid in bonis constante matrimonio quæsitis.
Quid in locatione facta per tutorẽ, vel alium qui habet administrationem plenam.
Quid in fructuario, fideicommissario vel possessore maioratus.
Quid in conductore ciuitatis, fisci, vel Ecclesiæ.
Quid in fideicommissario.
Quid si successor recipiat mercedem vnius anni an videatur approbare locationem.
In prædictis casibus successor ad nihil tenetur ob non impletam locationem.
Mulier habet actionem contra conductorem mariti sine cessione.
10 *Locatio an trascat in particularem successorem.*
Quid in vsufructuario an proprietarij locationi stare teneatur.
Retentio quando competat conductori & an sententia lata contra locatorem noceat conductori.
Quid si locator obligat bona sua pro securitate contractus.
De conductore ad vitam, vel ad longum tempus & de pacto inter venditorẽ & emptorem quod conductor non expellatur.
Quid si additum fuit pactum de non alienando cum hipotheca speciali.
Quid in eo qui emit à maioratus possessore fruitionem bonorum, an teneatur stare locationi.
Fructus ad quem pertineat si res locata fructibus pendentibus vendatur.
An fiscus teneatur stare locationi & vide n. 8.
Singularis successor fisci tenetur stare locationi per eum factæ.
12 *Conductor potest alteri locare, & de conducente rem propriam.*
An vsuarius, vsufructuarius, emphiteuta, vel habitator possint locare.
Conductor equi qui eum locat alteri qui eum reducat ad dominum licitè hoc lucratur.
13 *Secundus conductor qua actione teneatur ad solutionem pẽsionis, & de inuectis, & illatis, & prælatione huius hipotecæ.*
Quomodo hoc casu hipothecaria sit ne personali existat.
Fructus nati in prædio rustico sunt tacite hipothecati secus inuecta, & illata in illud.
Creditor qui triticũ mutuauit ad seminandum præfertur domino fundi agenti pro pensione.
Secundus conductor soluit ex fructibus integram pensionẽ etiam pro annis præteritis.
Inuecta in prædium rusticum an sint tacite hipothecata pro pensione.
Via executiua an competat locatori in inuectis, & illatis.
14 *Pensio quo tempore soluí debeat.*
Solutio trium annorum facit præsumi solutionem præteritis annis.
15 *Si plures habent rem communem, & vnus vult locare, vel aliter vti ipsa re, & alius contradicat quid?*
Quid si vnus socius vtitur tota re.
16 *De tacita reconductione.*
17 *Quo tempore debeat quis remanere in re vt dicatur inducta tacita reconductio.*
Quid si contractus fuerit celebratus in scriptis.
18 *Tacita reconductio an intelligatur*

tur cum eisdem qualitatibus, pignoribus, & fideiussoribus.

19 De remissione mercedis propter sterilitatem, & eius augmento propter fertilitatem.

Ex nimia vbertate augetur pensio.

Ad locustarum occisionem contribuunt locator, & conductor.

Quæ dicatur sufficiens sterilitas ad remissionem mercedis.

An remissio pro rata aliquando fieri possit.

De casibus fortuitis ex quibus fit remissio pensionis.

20 Renuntiatio casuum fortuitorum an tollat remedium sterilitatis.

Quid si casus sunt insoliti.

Si decimas conductor non soluit, nó potest allegare sterilitatem.

21 De expensis factis in re conducta.

Collectas seu tributa an soluat conductor.

Formam rei mutare non potest conductor.

Colonus an possit arbores incidere & quid in ramis superfluis, vulgo: Talar.

22 Si conductor non restituat rem, vel eam restituat deterioratam, ad quid teneatur? & de eius culpa, & quid in re locata æstimata?

De conductione mularum remissiue.

De obligatione locatoris.

De locatione dolij vitiosi.

Ad text. in l. curabit, Cod. de actionibus empti.

Procurator litis etiam de leuissima culpa tenetur.

23 Mortem vel casum in re conducta euenisse sine culpa vel cum ea cui incumbat probatio?

De obligatione custodis, tabellionis, vel pastoris circa custodiam.

Si conductor in se suscipiat periculum casus fortuiti vltra iustum pretium est contractus vsurarius.

Si conductor ducat equm conductũ ad alium locum, vel eo vtatur vltra dies assignatos, quid?

De damno dato per pastorem dominus tenetur.

24 Dilatio concessa à principe an cõprehendat debitum ex causa locationis.

25 De locatione facta ad placitum.

26 Colonus partiarus an possit conuenire vltra quam facere potest? & an debeat portare fructus in domum domini suis expensis?

27 De locatione operarum.

28 De locatione ouium, caprarum, & cæterorum animalium.

29 De fructibus pendentibus locationis tempore, & ibi an ius patronatus transeat in conductorem.

30 Si nauis conducta ad portum rediat viuentorum quid?

31 Fructus an acquirat conductor antequam soluat mercedem, & an teneatur eos vendere domino potius quam alij.

32 De conductore rem conductam emente, an si res retrahatur à consanguineis rediat ad suam conductionem?

33 Duobus conductoribus concurrentibus quis præferatur.

MATERIAM locationis, & conductionis latissime explicant præter scribentes in locis ordinarijs, Mozius *de contractibus, tractatu de locato*, Cardinalis Mantica *de tacitis conuentionibus, lib. 5. per totum*, Petrus Gregorius *in syntagm. libr. 27.* Pinelus *in leg. 2. Codic. de rescin. vendit. parte 2. capit. 3. numer. 4. cum sequentibus* Morla *in emporio 1. parte, titul. 1.* Soarez, & alij *in communibus.*

bus, vit. de locato, Siluester, & reliqui Summistæ hoc verbo, Menochius *de adipiscēda remedio* 3. *& de retinēda remedio* 4. *ex nu.* 7 *& de recuperanda remedio* 1. *ex nu.* 60. Molina *de iustitia tom.* 2. *disputatione* 485. *cum seq.* Lessius etiam *de iustitia libr.* 2. *c.* 24. Barbosa *in l. si filio familias*, §. *final. ff. soluto matrimonio per totum* Tuschus *liter.* C. *conclusion.* 604. *& seqq. vsq; ad* 624. *& lit.* L. *conclusione* 400. *& seq vsq; ad* 432. Vincentius Carocius *in integro tractatu de locato, & conducto*, Sousa *in* §. *actionum cap. de locato, & conducto* Richardus etiam *institut. eodem titul. per totum*, vbi de proprietate verborum *locare. locator conducere & conductor*, & Augustinus Barbosa *in collectaneis ad hunc titul.* vbi plura cumulat, materiam veluti in compendium redigens, Cancerius *variarum* 1. *parte. cap.* 14 Gironda *de gabellis*, 2 *parte in principio*, vbi quando dicatur locatio quando venditio, & alia Narbona *de ætate anno* 5. *quæstione* 9. vbi de ætate ad hunc contractum requisita, Brito *in amplissimo tractatu*, quem ad hunc titulum scripsit, Donel. *commentariorum iuris, libr.* 13 *capit.* 6. *& sequent.* & ibi Osualdus, Aluarus Valascus *de iure emphiteutico quasi per totum*, omnes enim quæstiones emphiteusis ad locationem etiam applicat, Filiucius *in summa. tom.* 2. *tractatu* 36. *cap.* 1. *& sequent. vsq; ad* 7. Reginaldus etiã *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *tractat.* 6. *ex n.* 486. late.

Ad numerum 1. ibi: *Et resolutiuè dico &c.* 2

Dominum teneri tradere rem locatam si sit in eius potestate, aliàs verò si fuerit perempta absque eius culpa dissolui contractum ab vtraque parte, vt hic resoluitur, docent Donelus *commentarior. iuris, lib.* 13. *c.* 7. vbi bene explicat, Card. Tusch. *liter.* L. *conclusione* 414. *&* 420. Petrus Gregorius *in syntagm. libr.* 27. *cap.* 1. vbi de personis quæ locare possunt. *& c.* 3. *nu.* 6. vbi de interesse soluendo ob culpam locatoris Richard *in principio instituta de locatione, & conduct. n.* 18. vbi etiam addit quod si locator tradat rem alio tempore, quam conuento non liberatur, quia alia locatio est argumento textus *in leg. si vsusfructus* 6. *ff. de vsufructu legato* Carocius *de locato*, §. *de euictione numer* 4. Guzman *in tractatu de euictionibus quæstion* 24. *nu.* 3. *& per totam*, vbi late agit de obligatione locatoris & quomodo, & quando adinteresse teneatur, ob non impletum contractum, *& numer.* 18. cum Carocio *dicto* §. *de euictione num* 20. & alijs tradit quod non possit restaurari in sequenti tempus præteritum, de quo etiam Ticaquel *in repetitione leg boues. num.* 63. Gutierrez *libr.* 4. *practicar. quæst.* 52. *n.* 14. Morla *in emporio hoc titul num.* 21. & Salgado *de protectione* 4. *parte, cap.* 18. *numer.* 54. & Dom. Larrea *allegatione fiscali* 18. *numer.* 1. vbi alios refert, & latè exornat quasi per totam.

Ad num. 2. ibi: *Si vero res sit ab alio euicta &c.* 3

Conductor habet actionem cõtra locatorem pro interesse, cui satisfaciet tradendo alia rem æque idoneã quando conductori nõ licuit re locata vti absq; culpa locatoris, quia euicta fuit, vt hic resoluitur: ita docent Cabalin. *de euictio.* §. 4 *in fine.* Coroc *de locat. & cond.* 4. *part quæst.* 17. *& tit.* 80. §. *de euict. n.* 4. *&* licet aliqui negent euictionem locum habere in locatione, communis tamen opinio est eam locum habere, *vt* docet Guzman *de euictionibus, quæstione* 24. *numer.* 1. *&* 2. vbi numeris sequentibus comprobat late resolutionem nostri Gomez. & quare vẽ-

ditor non posſit tradere emptori rem æque idoneam, locator vero secus, & latè exornat decisionem text. *in l. si quis domum, ff. de locato, & melius in quæstione 17. per totam*, quod etiam facit erudite comprobans resolutionem nostri Gomezij, & explicans dictum textum, Brito *in tractatu de locato, & conducto*, §. 1. *in rubrica*, 2 *parte, numer. 3. & sequent.* quem omnino videas, Donel. *commentar. iuris, libr. 13. ca. 7.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputat. 493. n. 6. & per tot.* vide Barbosam *in l. si alienam, ff. soluto matrimon. ex n. 75.*

Ibi: *Et idem est in fideiussore, &c.*

Quod fideiussorem, vel pignus promittens satisfaciat dando æque idoneum, vt hic resoluitur, docent aliqui apud Pinelum *in l. 2. Cod. de rescindenda vendition. 2. parte, cap. 1. n. 21. & seq.* ipse tamen in puncto iuris contrarium putat verius in pignore, imo quod creditor nõ cogatur aliud pro alio accipere, quamuis attenta æquitate aliud tentari posſit, & ita, etiam pronegatiua sententia, eum refert, & sequitur Rodriguez *in tractatu de redditibus, lib. 2. q. 16.* qui etiam quantum ad fideiussorẽ negant creditorem esse compelendum aliũ pro alio accipere, licet ipse Pinel. distinguat inter fideiussorem nondum acceptum, sed tantũ promiſſum, & inter fideiussorem iã aceptũ, vt primo casu alium æque idoneũ recipere debeat creditor, secus in secũdo, eos vide, & Morlam *in emporio, tit. 8. q. 16.* & Castillo *lib. 4. controuers. c. 10. nu. 56. & 57.* qui etiam cum negatiua manet, de quo etiam vide Larream *decisson. Granat. 22. n. 2. & 15. & in alleg. fiscali 40. n. 22. qui in dicta decisson. 22. ex numer. 14.* Pinelum contra nostrum Gomezium sequitur, & respondet textibus in contrarium adductis asserens, nec pignus, nec fideiussorem alium pro alio accipere debere creditorem, vide etiam infra *cap. 13. nu. 19. vers. Adde Gutierrez.*

Ad num. 3. ibi: *Adde tamen quod si res locata, &c.*

Si domus non posſit habitari absq; culpa locatoris ob pestem, vel propter malos spiritus locator non tenetur ad interesse, nec conductor ad pẽsionem, ita resoluit noster Comezius & docet Parisius *cons. 38. & 40.* Cardinalis Tusch. *lit. L. conclus. 431. ex n. 51. & lit. C. conclusion. 607. & 613. & 615.* vbi materiam latissime declarat per ampliationes, & limitationes, quando scilicet conductor non potest vti re conducta absq; culpa locatoris, de quo etiam Couarr. *in practicis, c. 30.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. c. 40. n. 518.* vbi etiã quid si conductor non posſit vti ipsa re casu fortuito ex parte ipsius conductoris? Osualdus ad Donel. *lib. 13. c. 8. lit C.* Petrus Gregor. *in sintagm. lib. 27. capit. 1. ex num. 22.* optime etiam idẽ Couarrub. *lib. 4. variar. ca. 6.* vbi explicat late an liceat conductori à domo migrare ex eo quod tetris imaginibus, & nocturnis illusionibus inquietetur? Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 493.* Gironda *de gabellis 2 part, §. 1. n. 42.* & præter eos Barbosa *in collectan cap. propter sterilitatem, num. 24.* Menochius *de recuperanda, remedio 10. num. 95.* Cancerius *variar. 3. parte, cap. 6. ex num. 85.* late Guzman *de euictionibus quæst. 24. vbi ex num. 27.* latissimè explicat materiam exceptionis implementi non sequuti, quæ hoc casu competit conductori amplians, & declarans Morla *in emporio, 1. part, tit. 10. in præmiſſis nu. 28. vbi num. 20. & seq.* post Menochium *de arbitrariis, casu 440* declarat per tres conclusiones ad quid teneatur locator si conductor re vti nõ posſit, & frui eum videas, *& num. 23.* explicat *l. 1. & 2. tit. de las condiciones generales, lib. 9. Reco.* (de quibus etiam

etiam infra *numer.* 22.) vide etiam Cancerium supra, & Gratianum *disceptationum, capit.* 376. *numer.* 2. & D. Larream *allegatione fiscali* 17. *num.* 5.

Ibi: *Quarto infero, &c.*

Famulum, qui aliquo tempore fuit infimus, non posse petere salarium pro illo tempore, vt hic resoluitur probant Couarrubias *libr.* 3. *variarum cap.* 13. *num.* 8, Comezius *in regula Cancellariæ de infirmis resignantibus. quæstione* 9. *versic.* 54. Azeuedus *in leg.* 6. *titul.* 15. *lib.* 4. *Recopilat. numer.* 19. Gutierr. plures referens *lib.* 4. *quæstione* 52. *num.* 13. *vbi numer.* 14. *& seq.* agit an possit famulus postea implere tempus, quo ægrotauit (de quo videas Valasc. *consultation.* 155. *ex num.* 4. Salgad. *de protect. Regia* 4. *parte cap.* 11. *ex n.* 54 D. Ioseph. Vela *dissertat. Hisp.* 20. *ex n.* 44.) & an dominus possit recuperare expensas quas fecit in eo curãdo, Filiucius *in summa, tom.* 2. *tract.* 36. *cap.* 6. *num.* 109. Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis. libr.* 25. *cap.* 40. *numer.* 517. Bolanus *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *nauegantes, ex numer.* 33. Zeuallos *quæst.* 288. *vbi* communem cõtra communem appellat, & quã plures doctores pro contraria parte adducit Hermosilla *in l.* 7. *tit.* 2. *part.* 5. *glos* 1. *n.* 3. *vbi* plures refert contra alios, & etiã addit quod magistro scholarium, seu hæredibus eius debetur integrũ salariũ, si ante annũ decedat ex Auilesio *in c.* 1. *prætor. verb. Salario num.* 19. *per l.* 4. *tit.* 31. *part.* 7. & quod prætori infirmo debetur integrum salarium etiam pro tempore infirmitatis. item docet cum Flores de Mena *quæst.* 8. §. 2. *n.* 18. *&* 19. & alijs quod si dominus expellit famulũ ante quam tempus adimpleat, quo seruire promisit, illi debetur omne salarium, nisi statim inueniat alium dominum cui seruiat, Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 505. *per totam*, vbi alia plura de famulis, & quid si alteri locet operas suas, antequam impleat tempus cum priori domino, vel postea quam ab eo recepe rit stipendium, vel vestium? Brito *in tract. de locato & conducto, in c. propter sterilitatem. n.* 26. *vbi n.* 27. limitat præterquam in medico, aduocato & doctore, quibus integrum salariũ deberi asserit, quia illis salarium deberi (ait) pro operibus, & labore nõ tam ratione mercedis, quam remunerationis gratia, quia non operas seruiles, sed liberales exercent, & numeris sequentibus latè disputat de veritate huius resolutionis: eũ videas, & Morlam *in emporio, tit.* 2. *quæstion.* 28. *per tot.*

Ibi: *Item quæro, &c.*

Pensionem locationis debere esse in pecunia numerata, resoluit hic noster Comezius, & ita docent Mantica *de tacitis conuentionibus, lib.* 5. *titul.* 2, *num.* 25. *& sequent.* vbi etiam ait quod si quis locauit fundum pro certa quantitate tritici, vini, olei, vel alterius speciei, est contractus innominatus similis locationi, & conductioni, & eadem equitatis ratione debet regi, & quod etiã locatio dici potest, licet secus sit si non certa quantitas frumenti vini & olei, &c. danda sit, sed quota, tunc enim non est locatio, sed societas, & ita etiam tenent plures relati à Pinelo *in rubrica Cod. de rescindenda venditione, 2. parte, capit.* 3. *ex numer.* 28. & à Menchaca *lib.* 3. *vsufrequent. capit.* 53. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputat.* 487. *vbi* ponit similitudines inter hunc contractum, & venditionem, Lassarte *in tractatu de decima venditionis*, & alij Parladorus *tom.* 3. *quotidianarum differentia* 79. *c.* 1. sed hæc difficultas, maxime controuersa est, *vt videri* potest per Richardum *in principio institutæ hoc tit. ex n.* 25. vbi postquam plures

pro vtraque parte adduxit, tandem *numer.* 30. distinguit hoc modo, nempe quod aut locatio consistit in faciendo, aut in vtendo, hoc est aut in facto hominis, aut in vsu rei, & quando consistit in facto hominis necessarium esse ait, quod merces consistat in pecunia numerata, vt sit locatio quando verò consistit in vsu rei, tunc non esse necessarium, quod interueniat merces in pecunia, sed sufficere in alia re, eum vide ibi *& in* §. *item is*, institura *quibus modis re contrahitur obligatio*, *numer.* 71. & Britum *in rubrica de locato & conducto*, 1. *parte*, §. 4 *ex numer.* 54. & Morlam *in emporio*, *titul.* 10. *numer.* 5. & Reginaldum *in praxi fori pœnitentialis*, *libr.* 25. *tractatu* 6. *nu.* 501.

Ante quam autem ex hoc numero discedamus aduerte quod in cõducto ribus reddituum regalium aliud statutum est in iure, si in conductione læsi fuerint, vel ob casum fortuitum eis non gaudeant, de quo, & de conductoribus bonorum ciuitatis, vel villæ, & de emptore pascuorum publicorum videndus est latissime Gutierrez *in tractatu de gabellis*, *quæstione* 136. *per totam & quæstione* 137. vbi alios refert. & Morla *in emporio*, *dicto titul.* 10. *in præmissis num.* 33. & Carleualius *de iudicijs*, *tom.* 2 *titul.* 3. *disputatione* 10. & Pareja *de instrumentorum editione*, *tit.* 5. *resolutione* 3. *ex num.* 44.

5 Ad num. 4. ibi: *in quo articulo breuiter dico &c.*

Si res vtenda, & fruenda tradatur absque pretio, censetur locata pro pretio consueto, si vero illa res non soleat locari, nec de pretio consueto appareat, non erit locatio, sed agetur actione, *præscriptis verbis*, ad iustum pretium. ita resoluit in praesenti noster Gomezius. & docent Mantica *de tacitis conuentionibus libr.* 5. *titul.* 2. *ex numer.* 12. vbi ait quod non intelligitur contracta locatio si facta fuerit pro mercede, de qua postea conuenerint, nec etiam si fiat pro mercede, quæ iusta erit, vel quæ bono viro videbitur ex textu *in le si tibi polienda*, *ff. de præscriptis verbis*, *& in leg si merces. ff. locati, & conducti*, *& numer.* 15. docet quod salarium solitum tacite intelligitur constitutum ei qui eligitur ad aliquod ministerium, & numeris sequentibus id bene explicat, & numer. 37. asserit quod si testis deponat simpliciter de affictu absque certa quantitate non probat locationem, de quo etiam Mascardus *de probationibus litera* L. *conclusione* 995. *per totam*, Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis*, *libr.* 25. *numer.* 554. Auilés *in capit.* 1. *pratorum*, verbo: *Salario*, vbi alia, Cratianus *regula* 428. *numer.* 5. Noguerol *allegatione* 5. *numer.* 15. *& allegatione* 33. *ex numer.* 52. Pichardus *in principio*, institura *de locatione & conductione*, *numer.* 21. *& in* §. *qua de causa eodem titul. quasi per totum. vbi numer* 7. infert in mularum locatione consuetam mercedem esse intelligendam præter quam si sit taxata, & alia: item Morla *in emporio*, *titul.* 10. *in præmissis*, *numer.* 7. vbi probat quod nulla contrahitur locatio, & conductio, sed contractus innominatus si in contractu conuenerint partes pro pretio quod postea assignauerint quia merces certa non est, quod etiam docet Pichardus supra *& numer.* 6. asserit idem Morla, nullam esse locationem, si merces in arbitrium tertij conferatur, & tertius non arbitretur, Molina *de iustitia. tomo* 2. *disputatione* 487. Scaccia *de commercijs*, §. 3. *glossa* 3. *numer* 2. Gregorius *in l.* 75. *tit.* 18. *partita* 3. *glossa* 4. vbi

vbi de modo soluendi salarium, *Bolanus in Curia Philipica 1. nauegantes ex num.* 33. & late Ceuallos *quæst.* 288. *ex num.* 5. vbi plures alios refert *& num.* 7. aduertit, quod si tam nullus fuerit affinis vel domini consanguineus nullum ei salarium præstari debet mortuo domino, quia nec ipse nec dominus circa consanguineos solent operas locare de consuetudine quod est necessarium vt debeatur salarium; & ibi numeris sequentibus alia tradit de salarijs aduocatorum, & quod si nihil à principio actum fuit debet iudex salarium constituere arbitrio boni viri. Tuschus *lit. S. conclusione* 12 & D. Larrea *decisio. Granat.* 85. *num.* 10. vbi quod salariũ debet præstare, qui mandat aliquid facere nisi alicuius culpa mandatũ fieret quia tunc ille salarium soluere debet. Fillucius *in summa tomo* 2. *tractatu* 36. *cap.* 6 *num.* 110. Cancer. *variar.* 2 *parte cap.* 14. *num.* 111. *& seq.* late Suarez in proemio legum fori. *num.* 14. vbi quod salarium consuetum intelligitur quod de proximo fuit consuetum. Vincent. Carocius *in tractatu delocato & conducto* 1. *parte quæst.* 3 *& quæst.* 8. vbi de mercede & precio consuetudinario de quo etiam late Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5. *partita* 3 *glossa* 6. *ex num* 119. omnino videndus vbi etiam late disputat quod precium sit iustum & latissimè omnes difficultates resoluens circa certitudinem precij, & an illud debeatur & quando & quid in salarijs famulorum quisque precio teruierũt? Bruno *in tractatu delocato & conducto in rubrica* 1. *parte* 4. *per totum*, & Menochius *de arbitrar. casu* 515. vbi late de salario famuli quando non fuit conuentum inter partes de quo etiam Pareja *de instrumentorum editione tit* 5. *resolutione* 6. *ex num.* 2. post Flores de Mena *quæst* 8. §. 2. & Gratianum *disceptation cap.* 257. & de salario medici, aduocati, & aliorum late Parlador. *tomo* 3. *differentia* 130 *vbi* §. 9. quod minori decem annorum cum dimidio non debetur salarium, de quo etiam vide Narbonam *de ætate anno* 14. *quæst.* 22 vbi probat vsq; ad pubertatem salarium non deberi.

Ad num. 5. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 6.

Finita locatione posse dominum locare rem suam cui voluerit, nec esse præferendum antiquum conductorem, vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit. L conclusione* 422. *num.* 12. *& per totam* vbi ampliat, & limitat Barbosa *in l.* 8. *soluto matrimonio* 2. *parte num.* 25. Carocius *de locato parte* 3. *tit. de libertate*, super materia, Tex. *in l. ne cui quæst.* 1. vbi etiam de priuilegio Scholaris in hoc, de quo etiam meminit noster Gomezius, Valasc. *de iure emphiteut, quæst.* 24. vbi etiam agit de materia Tex. *in l. congruit Cod. de locatione prædior. ciuit. lib.* 11. & alij plures relati per Gratianum *disceptation. cap.* 357. *per totum*, vbi etiam agit quid in emphiteusi? & quod Scholaris præferatur, *& num.* 23. vbi quod antiquus conductor cogitur in conductione perseuerare si antea maximos fructus percepisset propter quos res tanti locari non posset: Ceuallos *quæst.* 756. *ex n.* 61. vbi etiam probat cum alijs pluribus decisionem Tex. *in dicta l. cõgruit* habere locum in conductionibus publicis *del abasto de las carnicerias, y panaderias, tabernas, y las demas* & etiam in rebus Ecclesiæ, in illis enim administratores debent præferre antiquum conductorem, cum vide: & Gratianum *cap.* 715. *num.* 20. vbi etiam de conductore Ecclesiæ, Parlador. *tomo* 3. *quotidianar. differentia* 109. §. 1. *ex num* 7. vbi etiam quid in emphiteusi? & in locatione rei priuatæ, & quod in ea non habeat

beat locum Text. *in dicta l. congruit*, Fachineus *controuersiar. iuris lib.* 1. *cap.* 100. Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 498. *num.* 3. Gironda *in tractatu de Gabellis* 2. *parte in principio num.* 8. & vt in vno tibi plures referam, videas omnino D. Ioseph Vela *dissertatione Hispalensi* 12. *per totam vbi num.* 7. probat contra alios plures quod primas conductor quitante finitam locationem prorrogationem eius obtinuit etiam verbalem præferendus est secundo scripturam habenti, & bene explicat Tex. *in l. ne cui Cod. hoc tit.* in quo fundatur præsens resolutio, & iterum *in dissertatione* 13. vbi etiam latissimè explicat, & declarat dictam resolutionem nostri Gomezij in præsenti, & eam comprobat contra alios plures, & *dissertat.* 14. vbi differit an virtute instrumenti facti in fauorem secundi conductoris possit expelli primus? & *dissertatione* 15. vbi an emphiteusis debeat renouari proximoribus cognatis vltimi possessoris? quod etiã prosequitur *dissertatione* 16. & denique *in dissertatione* 17. late disputat de conductore rerum Fiscalium vel publicarum, & quod præferatur alteri pro eodem pretio, eum videas de quo etiã Gutierrez de Gabellis *quæst* 140. Sed quatenus ad Regalium reddituum conductores Nouissimè D. Franciscus de Amaya *in l.* 1. *Cod. de fide, & iure hasta Fiscalis ex num.* 26 contrarium probat, imo non procedere decisionem *dicta l. congruit* quem videas.

Circa decisionem autem Tex. *in cap.* 1. de locato, & cõducto, vbi scholaribus conceditur priuilegium, quod præferantur in domibus quas habent conductas nouis conductoribus, videndi sunt Gratianus *discept ation cap.* 357. *num.* 24. Cenedus *in collectanea* 36. *ad decretales*, Barbosa *in l.* 1. *ff. Soluto matrimonio parte* 7. *ex num.* 51. & alter Barbosa *in collectanea dicto cap.* 1. *de locato & conducto*, qui alios quam plurimos referunt, & Brito latissimè *in tractatu de locato, & conducto in amplissimis commentarijs addictum caput* 1. vbi etiam de conductore rerum publicarum D. Ioseph Vela *dicta dissertatione* 13. *Hispalensi num.* 59. & vide *l.* 5. *tit.* 31. *par tita* 2.

Item adde quod iudex potest compellere ad locationem si quis ex officio hoc habeat; Aulles *in cap.* 17. *prætor.* verbo: A *razonables precios*, & *cap.* 8. verb. *Dineros num.* 5. vbi quod compellit ad locationem domus pro habitatione ipsius iudicis.

Ad numerum 6. ibi: *Et resolutiue dico quod sic, &c.* 7

Ex quatuor causis expressis *in l. a de Cod. hoc tit.* posse expelli conductorem vt hic resoluitur, notum est: & quod attinet ad primam causam nempe quando conductor non soluit pensionem ita docent, & explicant Tuschus *lit. L. conclus.* 417. *ex num.* 28. & *conclusione* 381. *num.* 7. & 12. vbi quod lite pendente super expulsione non potest propria authoritate expelli, Galascus *de iure emphiteutico quæst.* 21. *num.* 8. & *per totam*, & *quæstionibus sequentibus* Menochius *de recuperanda remedio* 5. *ex num.* 44 vbi etiã anhoc casu possit conductor expelli propria authoritate, Valdesius ad Suarez *in l. postremi iudicatã, limitatione* 7. Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæst.* 1 *num.* 350. Gutierrez *lib.* 2. *canonicarum cap.* 18. *num.* 61. Cujacius *nouella* 7. *ad medium*. Pichardus, *in* §. *adeo autem* instituta *hoc titulo num.* 50. & 53. vbi quod conductor expulsus ob non solutionem non amittit meliorationes, in quo differt ab emphiteuta, & latius *in* §. *actionum autem* instituta *de actionibus quæst.* 17. *ex num.* 8. & *maximè num.* 24. & 25. *vbi num.* 28. asserit quod si conductor

ctor vel emphiteuta per lustra soluit pensionem requiritur cessatio duobus lustris quod si per menses solutio facienda est, & condactio facta fuit per quadriennium aut quinquennium cessatio biennij requiritur, *& n.* 26. addit supra dicta procedere etiã si appositum fuerit pactum de non expellendo, *& num* 27. ait in hoc Regno seruandam esse decisionem l. ex *in l.* 4 *&* 5. *tit.* 8 *part.* 5. eum vide ibi; & in manuductionibus ad praxim, 2. *parte* § 2. *num.* 22. Cancerius *variar.* 1 *parte cap.* 14. *ex num.* 6. Reginaldus *in praxi fori panitential. lib.* 2. *num* 509 *& seq.* Molinam *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 499. *ex num.* 2. vbi etiam addit dictam resolutionem obseruandam etiam si appositũ fuerit pactum de non expellendo cum iuramento. Barbosa *in l.* 8. *fin. ff soluto matrim. num.* 69. *& seq*; vbi quod conductor expulsus reperit expensas vtiles, & pro eis retinet ipsam rem, de quo etiam Molignatus in tractatu de retentione *num.* 280. vide etiam Britum latissimè *in tractatu de locato in cap. propter sterilitatem* §. *verum ex num.* 22. *vsq. ad finẽ* & Barbosa *in collectanea ad eundem caput num.* 44. *& seq*; qui extendunt dictam conclusionem ad scholarem conductorem, si enim tempore debito non soluat, expelli potest, tanquã si non esset priuilegiatus & Villadicgum *in sua politica cap.* 8. *ex num.* 114 & Farinacium *quæstione* 175. *numer.* 112.

Circa secundam etiam causam hic à nostro Gomezio consideratam vide omnes supra citatos qui eam late prosequuntur maximè Tuschus *dicta conclusione* 417. Barbosa *in dicto cap. propter sterilitatem* §. *verum, num.* 31. vbi notat quod si eadem necessitas aderat tempore locationis cõductor non poterit expelli, quia necessitas debet esse improuisa, & nõ cogitata, vt docet Ualascus de iure emphiteutico *quæst.* 22. Antonius Gabriel *in communibus lib.* 3. *tit. de locatione conclusione* 3. *per totam* vbi quatuor limitationes adducit, Mieres *in tractatu de maioratu* 1. *parte quæst* 6. *num* 5. vbi recte docet contra alios quod etiam si fuerit appositum pactum de non expellendo conductorem adhuc ob propriam necessitatem potest expelli, de quo etiam Menochius *de arbitrarijs lib.* 2. *casu* 78. Gutierrez *de iuramento* 1. *parte, cap.* 37. Vincẽtius Carocius *de locato & conducto* 4. *parte fol. mihi* 189. *& seq.* & alij quos refert & laudat Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 38 *num* 12. Gratianus *discept forens, cap.* 149. *num.* 16. vbi an successor vniuersalis vel particularis possit conductorem expellere ob necessitatem *& tomo* 3. *cap.* 534. vbi quod è contra conductor possit discedere a re conducta ex causa sicut locator, *& tomo* 4. *cap.* 740. late, Ceuallos *quæst.* 756. *ex num.* 40. vbi quod non obstante pacto de non alienando cum hypotheca Generali vel speciali ipsius rei locatæ adhuc ad propriam domum reuertere poterit Dominus ex causa necessaria, & quid si adsit pactum de non expellendo conductorem? & addit cum alijs quod si conductor sit Officialis Sanctæ Inquisitionis, Scholasticus, iudex, Doctor vel aduocatus, tunc etiam si Dominus vellet reuertere ad domum locatam in casibus sibi permissis non erit audiendus, quia in concursu priuilegiorum melior est cõditio possidentis; quod etiam docet Barbosa *in dicto cap. propter sterilitatem in collectan. num.* 27. *vbi ex num.* 21. ampliat. & limitat dictam resolutionem. & docet quod etiam procedet si Dominus domo indigeat ad habitationem patris vel auũi, filij, aut fratris, & quod etiam procedit è contrario in conductore, vt ob

ob causam possit discedere a domo, & limitat non procedere in successore, nec quando Dominus promisit non expellere durante conductione (de quo iam diximus) nec quando fuit facta locatio ad longum tempus puta decennium vel vltra quia tunc non poterit expelli conductor, eum vide & Morlam *in emporio tit. 10. in præmissis num. 23.* Cancer. *variarum 1. parte cap. 14. num. 10.* vbi quod si Dominus conductorem expellat ratione proprij vsus, & ita im ab ea recedat censetur in fraudem fecisse, & teneatur ad interesse vel reponere conductorem in reconducta *ex Tex. in l. si quis domum ff. locati. & num. 18.* vbi quod pactum non expellendi intelligitur etiam ad propriam habitationem Richardus *in dicto §. actionũ quæst. 17. num 29.* vbi ait causam sufficientem esse ad expellendum conductorem si filius locatoris fiat miles Doctor. aut præsbiter, *& num. 30.* addit quod & si pro obseruatione contractus dominus ipsa loca a obligata fuerit, conductorem poterit expellere Dominus, si proprijs vsibus eam necessariam habeat, præter quam si Dominus post locationem alteri domum vendidit aut vendidit, nam tunc donatarius aut emptor non poterunt conductorem expellere propter ius hipothecę quod habet, & si ea egeant pro suis vsibus de quo vide Barbosam late *in l. si filiofamilias § finali. ff. soluto matrim. vbi ex num. 34.* late agit an possit expelli conductor, si adsit pactum de non expellendo cum hipotheca? Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. 25 ex num. 510.* Brito *de locato & conducto in cap propter sterilitatem §. verum ex num. 6.* vbi latissimè omnes difficultates prosequitur, & explicat, quem omnino videas, *& ibi num. 8.* docet hoc ius expellendi conductorem ob propriam necessitatem non habere locum in primo conductore qui domum reloca uit alteri; vide etiam soulam *in dicto §. actionum num 105.*

Item, quid si Dominus egeat dolijs suis ad vinum infundendum, si alius ea habeat o cupata cum vino vel oleo empto? vide Gregorium *in l. 24. tit. §. partita 5. glossa 6 7 & 8.* & Bolanum *in Curia 2. parte §. vesta num. 94.* & Hermosillam *in dicta l. 24 dicta glossa 7.* vbi quod debet requirere emptorem coram testibus vt vinum asportet vel oleum, item quod debet ea vendere vel cõducere alia vasa si ea reperiat expensis emptoris prius quam ad effusionem perueniatur.

Circa tertiam, & quartam causã expellendi conductorem videndi sunt ipsimet Doctores supra allegati, qui eas late explicant, & præter eos Menochius de arbitrarijs, *casu 78. & sequentibus* Vualdus *in tractatu de duobus fratribus 8. parte num. 34.* Salascus *de iure emphiteutico qtæst. 23.* Tuschus *lit. E. conclusione 658. num. 29.* Sousam *in repetitione §. actionum cap. delocato ex num. 104.* vbi, inter alia *n. 105.* ait quod facultas expellendi conductorem ob propriam necessitatem habet etiam locum contra colonum prædij rustici aduersus nostrum Gomezium (quod non placet) Castillo *de vsufructu cap. 24 num. 17.* vbi quod conducens plures res si vna abutatur perdit omnes, vide etiam Menochium *de recuperãda remedio 5. ex num. 44.*

An autem causa cessante re integretur contractus? vide Tiraquel. *in tractatu cessante causa num 103.* & latissimè Britum *in dicto §. verum* Sousam *in § actionum cap. delocato num. 119.* D. Ioseph Vela *dissertatione. 26 num. 45.*

Conductor si habet meretrices in domo conducta potest expelli ita docet cum alijs Morquecho *in tractatu*

de

de diuisione bonorum lib. 2. cap. 7. num 13. Barbosa *in collectanea dict. cap. propter sterilitatem num.* 35. *vbi num.* 36. limitat. præterquam si domus esset iuxta lupanar vel ad talia esset consueta, & ob eandem causam ipsũ Dominum posse expelli ex propria domo, probat cum multis ipse Barbosa *ibidem num.* 39. Farinacius *quæst.* 144. *num.* 29. *vbi* etiam quod locans domum lenoni perdit, eam Reginaldus *in praxi fori panitentialis lib.* 25 *ex num.* 512. & an si conductor expellatur ob prædictam causam vel similem, debeat ei remitti pars pensionis pro rata? idem Barbosa *ibi num.* 42. cum Gregorio Lopez Molina, & alijs distinguit quod si Dominus reperit alium conductorem debet remittere pensionem pro rata temporis, secus alias, quod subintelligit Egidius ab eo relatus, quando conductor expellitur ad instantiam vicinorum, secus si ad instantiam ipsius Domini, tunc enim indistincte pensio remittitur, de quo etiam Reginald. supra.

Item expellitur faber maleans iuxta domum ægrotantis Barbosa *in l.* 1 *ff soluto matrim.* 7. *parte ex num.* 57. *vbi* alia.

Non peccat autem qui domum meretrici locat, dummodo nec principaliter nec minus principaliter vsum meretricium in domo exercendum intendat, sed solum habitationis vsũ vt cum multis resoluit Barbosa *in dicto cap. propter sterilitatem num.* 38. quod explicat Thomas Sanchez ibi relatus *in summa lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 20 cum Gregorio de Ualencia 2. 2. *quæstione* 21. *disputat.* 5. *puncto* 4. præterquam si ob loci circunstantiam aliquis peccatum admitteret, quod nõ admitteret eo loco non concesso: & idem credit ipse Sanchez quando in ea domo ratione situs aut alia esset specialis aptitudo ad committenda peccata, quia tunc locans videtur adiuuare, & ideo indiget causa excusanti verbi gratia, quod non sit alius conductor, ita etiam docet cum alijs Diana (sine explicatione tamen Thomæ Sanchez) resolutione, Merla 1. *parte, tractatu* 8. *resolutione* 41. *vbi* etiam addit posse locari domum vsurario & 3. *parte tractatu* 5. *resolutione* 36. *vbi* bene explicat, vide etiam Scacciam *de commercijs* §. 1. *quæst* 7 *parte* 2. *ampliatione* 10 *num.* 46. Farinacius *quæst.* 144. *num.* 29. *vbi* quod locans domum lenoni perdit eam.

Ad numerum 7. ibi; *Inquo resoluti ue dico, &c.* 8

Inheredem transire contractum locationis vt hic resoluitur; docent Rodericus Suarez *in l. post rem iudicatam ampliatione* 10. *num.* 46. *vbi* ait quod filius heres patris tenetur stare locationi, si autem veniret ad legitimam tantum per actionem supplementi non tenetur, quia non habetur vt heres, quod etiam affirmat Gratianus *disceptationum tomo* 2. *c.* 247. *num.* 45. Aluarado *de coniectura tamente defuncti lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 46 Gutier. *in l nemo potest num.* 28. Merlinus *de legitima lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 22. per totam Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 5. *tit.* 9. per totum *vbi* bene explicat, & *num.* 3. docet quod si minor heres conductoris repudiet hereditatem, & postea per restitutionem reuocet abstentionem, & admittatur ad eam, non recuperat ius conductionis rei iam locatæ alteri post repudiationem hereditatis, & numeris sequentibus late agit an fiscus * teneatur stare locationi? Tuschus *lit.* L. *conclusione* 413. *vbi* extendit etiam si locatio facta fuerit, donec reuocetur, quia per mortem non fit reuocatio, & sic transibit ad heredem: secus si locatio facta fuerit ad voluntatem vel ad beneplacitum, quia voluntas, & beneplacitum expirat morte, Ualascus *de iure emphiteut.*

teur; quæſt. 1. num. 9. verſiculo: *Quod multum confert* vbi quod in hoc differt ab emphiteuſi, noſter Gomezius *in l. 40. Tauri num.* 84. vbi eius additionator Cornejo, Reginaldus *in praxi lib.* 25 *cap.* 43. *num.* 543. vbi etiam de fiſco, Barboſa *in l. diuortio* 8. *ff ſoluto matrim. 2. parte num* 34. vbi aduertit ſupradicta procedere quando locatur proprietas, ſecus ſi locetur vſusfructus etiam a proprietario, quia tunc morte conductoris expirat locatio, Molina *de iuſtitia tomo* 2 *diſputatione* 489. *num.* 4. vbi etiam bene explicat. & alios refert, & tandem cum noſtro Gomezio limitat præter quã ſi aliquis † opera ſuas locauerit ad aliquid quod per alium impleri non poteſt, tunc enim eo mortuo contractus non tranſit ad eius heredes, quando vero per alium impleri poteſt etiam ſi opificium ſit tranſit ad heredem eius, qui operas promiſit, de quo vide *l.* 9. *tit* 8. *partita* 5. late Pichardus *in* §. *mortuo conductore inſtituta hoc tit.* per totum vbi etiam bene explicat *& num finali* limitat præter quã ſi in cõductione in voluatur ſocietas, quæ morte finitur optimè Brito *in tractatu de locato, & conducto in rubrica* 2. *parte* §. 5. vbi etiam agit de fiſco an teneatur ſtare locationi? *& num.* 5. quod filius exiens a ſacris paternis tenetur ſtare locationi factæ à patre de bonis aduentitijs: de quo etiam Pinel. *l.* 1. *Cod. de bonis maternis* 3. *parte num.* 63. & Gratianus *diſceptation cap.* 247. *nu.* 45. Gregorius Lopez *in l.* 9. *tit.* 8. *par* 6. *lt.* 5. *gloſſa* 10. vbi quod mortuo vel ægrotãte officiali ſeu artifice poteſt opus impleri per ſubſtitutum æque idoneum.

Ad numerum 8. ibi; *Et certe artificium eſt notabile &c.*

Et ibi ſit prima concluſio &c.

Mortuo marito vxorem non teneri præciſſe ſtare locationi, ſed tantũ cauſatiue modo; & forma tradita a noſtro Gomezio, docent Couarrubias *lib.* 2. *variarum reſolution. cap.* 15. *num.* 5. *&* 6. Tuſchus *lit.* L. *concluſione* 418. *ex num.* 55. vbi limitat, Souſa *in* §. *actionum cap. de locato ex num.* 26. Cancerius *variat.* 1. *parte cap.* 14. *num.* 30. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 25. *cap.* 43. *num.* 537. Mantica *de tacitis conuention lib.* 5. *tit.* 10. *num.* 13. vbi etiam *nu.* 9. docet, quod è contra maritus non tenetur ſtare locationi factæ per vxorem, præter quam ſi maritus non ignorauit rem ſibi promiſſam ex cauſa dotis, eſſe locatam; de quo etiam Surdus *deciſ.* 51. *& deciſ.* 299. & Barboſa aliter ſentiens *in l. ſi filio familias* 26. §. *finali ff ſoluto matrimonio num.* 15. vbi etiã *ex num.* 13 comprobat reſolutionem principalem Gomezij plures rationes eius referens, & refellens *& l.* 8. *num.* 23. Laſſarte *in tractatu de decima venditionis cap.* 19. *num.* 97. Gutierez *canonicarum lib.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 39. *vbi num.* 43. etiam cum noſtro Gomezio docet aliud eſſe in paraphernalibus in quibus vxor præciſſe tenetur ſtare locationi vt omnes ſupra citati reſoluunt, & etiam Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 492. *nu.* 2. *&* 3. vbi ſupra dictam reſolutionẽ amplectitur in paraphernalibus, & in dote, nẽpe quod vxor in paraphernalibus teneatur ſtare locationi præciſſe in dote vero cauſatiue, *& nu.* 4 agit de locatione facta per vxorem Zeuallos *quæſt.* 636. *num.* 23. Brito *de locato in rubrica* 2. *parte* §. 5. *num.* 12.

In bonis autem conſtante matrimonio quæſitis etiam præciſſe tenetur vxor ſtare locationi factæ per maritum, cum per legem ſit legitimus adminiſtrator, ita docet Morquecho *in tractatu de diuiſione bonorum lib.* 2. *cap* 12. *n.* 19. Gutierez *lib.* 2. *practicarum quæſt.* 130. *num.* 1. Matienzo *in l.* 2

gloſſa

glossa 1 titul. 9, lib. 5. Recopilat. numer. 20 & 21.

Ibi: *Secunda conclusio. &c.*

Tutor, curator, vel alius qui plenam habet administrationē, si locet aliquam rem minor. & alij tenentur stare locationi præcisse, ita cum nostro Comezio docent omnes supra citati maximè Mantica *de tacitis cōuentionib. dilect. 10 lib. 5. n. 23.* Barbosa *in l. si filio famil. ff soluto matrimonio § finali, num. 2.* Gutierrez *lib. 2 canonicarum capit. 8. nu. 42* Molina *de iustitia dicta disputatione 492. n 1* Cancerius *variar. 1. parte cap. 14 n. 30.* Reginaldus *in praxi fori panit. libr. 25 capit. 43. num. 53 i.* & plures referens idem Gutierrez *in tractatu de tutelis, 2 parte cap. 20. per totum, vbi numer 6* ampliat, etiam si locatio duraret vltra tempus quo durat tutela. Fuschus *liter. L. conclusione 418. & 419. vbi* etiam de locatione bonorum Ecclesiæ, Brito bene explicans, vbi supra *dicto* §. 5. *num.* 3. 5. 7. *& sequent.* Barbosa *in collectanea cap 1. de solutionibus*, vbi etiam de successore prælati.

Ibi: *Tertia conclusio &c.*

Si locator non habet dominium nec plenam administrationem, tunc successor non tenetur stare locationi, ita docent omnes supra citati maximè Fuschus & Molina & Gutierrez *dicto ca 8 & lib 1. c. 36.* necnon Cancer. *variar 1 part. cap 14. nu 33.* Reginaldus *in praxi fori panitent. lib 25 cap. 43 num.* § 8. vbi etiam de beneficiario Barbosa *dicto* §. *finali*, vbi etiam de beneficiato, successore maioratus, & reliquis omnibus ad hanc resolutionem pertinentibus. & de locatione rerum Ecclesiæ *& ibi n.* 24. quod non requiratur probatio quod pecunia sit versa in vtilitatem Ecclesiæ. *& nu.* 26. quod si locatio ad longum tempus fiat, requiritur solemnitas alienationi necessaria, & quod successor potest exigere à conductore solutiones anticipatas prædecessori factas, præterquam si cesserunt in vtilitatem Ecclesiæ, *& ibi num.* 8. & sequentibus, agit de conductore ciuitatis, vel fisci, (de quo etiam infra *numer.* 10.) Molina *de primogenijs libr. 1. capit.* 21. & optimè explicans Brito *in tractatu de locato & conducto in rubrica, 2 parte.* §. 5. *numer.* 7. vbi bene agit de locatione rerum Ecclesiæ, de quo etiam Merlinus *de legitima lib. 3. tit. 2 quæst. 22 numer.* 10. & ampliat ipse Brito supra *numer.* 8. ad locationem factam adiecta hipotheca pro securitate contractas, & ad locationem factam ad longum tempus, & etiam ad illum qui grauatus est in vita restituere, montibus enim his casibus successor non tenetur stare locationi, vide etiam Gratianum *disceptationum tom. 4. capit. 606 per totum, vbi num fin.* limitat, si antecessor desijt esse possessor facto suo, videlicet renunciatione, tūc enim successor (inquit), tenebitur stare locationi.

Sed licet hæc ita sint, quod attinet tamen ad fideicommissarium contrarium tenet Fusarius *in tractatu de fideicommissis, quæstione 516.* cum Marzario *in epitome de fideicommissis, quæstione 9.* Carocio *in tractatu de locato, titul. de successore, quæstione 10.* Peregrino *eodem tractatu, articulo 40 numer. 92. & sequentibus*, & alijs *et numer. 4.* ampliat ipse Fusarius siue locauerit primus grauatus, siue alter fideicommissarius, qui debet alteri restituere, *et nu. 5.* limitat *in locatione* ad longus tempus *eum enim sit species alienationis non valet* & personi sequens successor nō tenetur eis stare à prima tamen opinione non videtur recedendum, vide etiam Merlinum *de legitima, lib. 3. tit. 2. quæst. 22.*

An autem successor beneficij, vel alius recipiendo pensionē vnius anni censeatur ratificare locationem sequentium annorum? vide quod non per Surdum *de alimentis, tit. 4. quæstion. 16. num. 30.* & iterum de hac materia *tit. 9. quæst. 42. numer. 13. & 35.* & Castillo *libr. 4. controuersiarum, capit. 60. num. 63.* iterum Surdum *de cis. 264.*

Et adde quod vsufructuarius, vel alius similis qui locauit fūdū in quinquienium, verbi gratia, si antea decessit, vt ita non possit impleri contractus, hæres eius ad nihil tenetur Gutierrez *libr. 1. canonicarum, capit. 36. numer. 9. 16. & sequent. & numer. 27. & seq.*

Aduertendum etiam est, quod ex locatione facta per maritum competit vxori actio vtilis contra conductorem sine cessione in compensationem oneris, seu grauaminis, standi locationi per maritum factæ vt dictum est, ita Barbosa *in leg. 8. ff. soluto matrimonio, §. non solum, numer 18.*

10 Ad num. 9. ibi: *Et breuiter, & resolutiue, &c.*

Locationis contractum non transire in particularem successorē, vt hic resolutur notum est, & ita docent latissime Fachinæus *lib. 1. controuers. cap. 88.* Gregor. Lopez *in l. 9. tit. 17. partita 1. & in l. 19. tit. 8. partita 5. glossa 7.* Morla *in emporio, 1. parte. titul. 10 quæstione 2.* Mantica *de conuentionibus, libr. 5. tit. 10. per totum*, vbi exornat omnes limitationes nostri Gomezij & optime declarat, & in titulis sequentibus agit de omni successore, Couarrubias *lib. 2. variar. cap. 15.* Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliat. 10. nu. 46.* vbi an filius teneatur stare colono patris? Tusch. *lit. L. conclusione 418. & 420.* vbi ponit casus in quibus tenetur successor particularis stare locationi, Tiraq. *de retractu conuentionali, §. 3 gloss. 1.* Barb. etiā omnes difficultates resoluens *in l. si filio 26. §. fin ff. soluto matrimon. & in l. si æstimatis, ibid n. 14.* vbi quod exceptio doli datur contra successorem ex causa lucratiua, de quo etiam vide Sarmientum *in l. vnum ex familia, §. si de falcidia, num. 7.* & Britum *in rubrica de locato, 2. parte §. 5. numer. 2.* & Gutierez *libr. 1. canonicarum capit. 36. numer. 9. 16. & sequentibus, & numer. 27. & lib. 2. capit. 8. numer. 2.* vbi de legatario, & per totum caput, Aluaradum *de coniecturatamente defuncti, libr. 4. capit. 1. numer. 46. & sequent.* Surdum *decisione 52.* Vaiascum *de iure emphiteut quæst. 20. n. 19.* vbi adducit duas limitationes, nempe in emphiteuta, & in conductore ad longum tempus, *& in quæstion. 29. nu. 13.* Gratian. *disceptat. forens. tom. 1. cap. 20. num. 7.* vbi quod è contra conductor non teneatur stare emptori (de quo etiam *capit. 605.*) *& capit. 37.* vbi an singularis successor ex sententia iudicis teneatur stare locationi? & ibi alia, *& tom. 4. dicto cap. 605* vbi quid si emptor recepit pensionem vel colonus seminauit fundum, vel cum esset sterilis eum reduxit ad culturam, & alia, de quo etiam Surdus *decisione 40. & 225. & 264.* Reginaldus *in praxi fori pœnitent. lib. 25. cap. 43. ex numer. 534.* vbi bene Sousa *in titul de pactis, articul. 9. quæstion. 1. n. 14.* vbi ampliat. *& in §. actio num. capit de locato ex numer. 2. & numer 108.* Rodriguez *de redditibus, lib. 2. quæstione 9. num. 61. & sequent.* item Fachinæus *lib 11. c 21.* vbi de emente ab ecclesia, vel fisco, item Gratian. *disceptat. tom. 2. ca. 357 n. 43.* Cancerius *variar. 1. part c. 14. n 31. & sequent. vsq; ad 48. & numer. 19.* vbi quid si interuenit iuramentum? & *n. 49.* vbi quod redimens ex pacto de retrouendendo tenetur stare locatio-

ni,

nũ, Molignatus *de iure retentionis, n.* 117. & 278. & 280. vbi quod habet retentionẽ pro expensis, & melioramẽtis Quintanadueñas *in ecclesiasticon lib.* 2 *cap.* 1. *n.* 46. iterum Gutier. *in l. nemo potest ex n.* 42. iterum etiam Surdus *decis.* 265. Zeuallos omnino vidẽdus *in quæst.* 756. *n.* 44. vbi an emptor qui scit locationem teneatur stare colono? de quo etiam Gratianus *tom.* 5, *cap.* 864. *nu.* 3. Pichardus *in* §. *mortuo*, instituta *hoc titul. & in manuductionibus*, 2 *parte præcepto* 2. *numer.* 21. D. Larrea *allegatione fiscali* 14. *num.* 5. vbi cum Barbosa & alijs ait quod colonus non tenetur stare emptori qui non habuit cessionem à venditore & late de hac materia per totam allegationem *& allegatione* 111. *num* 16. vbi de emptore fructuum an teneatur stare colono? post Antonium Fabrum *errore* 6. *decade* 6. vide etiam Castillo *de vsufructu capit.* 73. vbi an vsufructu finito proprietarius stare debeat colono vsufructuarij, aut è contra ipse fructuarius an proprietarij locationi stare teneatur? de quo etiam Otualdus *libr.* 10. *capit.* 9 *liter.* C. & an decisio textus, *in leg. emptorem*, procedat in colono Ecclesiæ? Valascus *consultatione* 40. & 76. & 78. vbi de re hipothecata pro locatione, & alia, & an *dicta lex* procedat in colono Fisci? ipse Valascus *in praxi partitionum, capit.* 28. *numer.* 13. Surdus *de alimentis, titul.* 9. *quæstione* 41. *num.* 35. vbi quid in alienatione necessaria? de quo etiam Barbosa supra *dicta leg. si filio* § *finali, numer.* 1. *ff. soluto matrimonio, vbi numer.* 10. ait quod successor per translationem iuris vnius in alium tenetur stare colono, secus ille qui succedit per priuationem, seu extinctionem. Parladorus *quotidianarum tom.* 3 *differentia* 109. §. 7. *numer.* 17. Dom. Ioseph Vela *dissertatione* 13. *numer.* 49. vbi refert, & non reprobat Samientum *lib.* 3. *selectarum. capit.* 2. *num.* 32. dicentem quod si locatio fiat ea lege, vt ipsi domino res sit obligata, in consequentiam necessariam videtur in conductorem translatum vtile dominium, & perconsequens conductor præfertur in ea. *& num.* 52. docet singularem successorem teneri stare locationi Principis, Reipub. vel Ecclesiæ ex Pinelo *in leg.* 1. *Codic. de bonis maternis*, 3. *parte, numer.* 68. *illatione* 10. 11. & 12. quem videas, & ipsum Domin. Ioseph. Vela *dissertatione* 20. *numer.* 7. Merlinum *de legitima, lib.* 3. *titul.* 2. *quæst* 22. vbi etiam an filius teneatur stare locationi patris, quando tantum succedit in legitima? & quod conductor Ecclesiæ mortuo prælato à quo conduxit non tenetur stare locationi nec è contra, & alia plura, de quo sup a relati maximè Fachinæus, & Valascus, & D. Ioseph Vela vide etiam Britum *de locato & conducto in rubrica*, 2 *parte*, §. 5. *num.* 1. 10. & 11. & 17. vbi declarat, & explicat, quid in colono partiario? Salgado *de retentione Bullarum*, 1. *parte, capit.* 10. §, *vnico*, *numer.* 83. vbi distinguit inter eum qui succedit per translationem, vel extinctionem, vt etiam faciunt aliqui ex supra relatis.

Quamuis autem, vt dictum, & comprobatum manet contractus hic non transeat in particularem successorẽ in aliquibus tamen casibus retentio competit conductori in re locata, primus est propter expensas in re factas, ex Peregrino *de fideicommiss. artic.* 50. *n.* 4. & 5. Matescoro *variar. libr.* 2 *cap.* 12. *ex nu.* 1. Carocio *de locato*, 4. *parte tit. de expensis num.* 3. Giurba *decisione* 63. *numer.* 11. Caldas *de emptione, cap.* 27. *n.* 4. Cancer *variar* 3. *part. cap.* 6. *ex n.* 47. *vsq. ad* 84. vbi plu-

plura alia, Gratian. *discept. ca.* 442. *n.* 26. & 27. *vbi* quod datur actio cõductori pro melioramentis, *vel* conceditur separatio, si commode fieri potest, Barbosa *in l.* 8. §. *fin. ff. soluto matrimon. vbi etiam n.* 93. quod tempus sit inspiciendum ad æstimationẽ meliorationũ? Hermosilla qui plures refert *in l.* 9. *tit.* 2. *part.* 5. *glos.* 3. *n.* 95 *vbi n.* 96. & *sequentibus*, alios quinq; casus ponit, & comprobat nempe si locator vendidit contra formam pacti, quod conductor possit retinere pensionem, & fructus, vel si fundum seminauit conductor potest eum retinere quoad annum inchoatum aduersus emptorem, & similiter pro pecunijs ab ipso conductore solutis in satisfactionem creditorum, seu in anticipatam solutionem pro futuris annis ex Ioseph Ludoui *decisione luc.* 30. *num.* 18. & Giurba *decision.* 63. *n.* 10. & alijs, *vel* propter meliorationes à se, *vel* à suo amico ipsius contemplatione factas, eũ vide, & Molinagnatum supra.

Et an sententia lata cõtra locatorem noceat conductori? *vide* Barbosam *in collectanea. cap. cum super de sententia. & re iudicata num.* 21. *vbi* quod noceat,

Ibi: *Ex quo infertur, quod si conductor, &c.*

Si locator obligat rem locatã, *vel* omnia bona sua pro securitate cõtractus conductor potest retinere rem, donec sibi soluatur interesse (vt docet Gomez.) probant Gutierr. *in l. nemo potest ff de legatis*, 1. *nu.* 44. & 45. *vbi* etiam qui si adsit iuramentum de obseruando contractum? de quo etiã Brito *in rubrica de locato.* 2. *parte* §. 4. *num.* 3. Gratianus *discceptation. cap* 30. *num.* 2. & *cap.* 740. *numer.* 24. *vbi* quod conuentio conductoris, *vt* non expellatur, non iuuat locatorem, *vt* cogat conductorem ad permanendũ Gregor. Lopez *in l.* 19. *tit.* 8. *partita* 5. *glossa.* 5. Barbosa *in l. si filio famil.* § *fin. num.* 32. Mozius *de emptione, & vẽditione, cap. de naturali b. emptionis*, 1. *n.* 37. Mantica *de tacitis conuen. lib.* 5. *tit.* 10. *nu.* 18. & 19. Caldas *de renouation. emphiteuth. quæst.* 12. *ex nu.* 18. & alij plures in *vnum* congesti per D. Ioseph Uela *dissertat.* 20. *nu.* 11. & 12. qui recte taxat Morlam *in empor. tit.* 10. *quæst.* 2. *n.* 7. opinantem ad prædictum effectum hipothecam specialem requiri, aliud enim est posse conductorem rem retinere donec sibi satisfiat de interesse, & ad hoc sufficit generalis hipotheca cum obligatione seruandi contractum, aliud verò locatorem præcisse teneri obseruare ipsum contractum, & ad hoc speciali hipotheca cum clausula de non alienando requitur, *vt* infra dicetur, & aduertit D. Ioseph. Uela supra *n.* 23.

Ibi: *Secundò infertur quod si colonus, &c.*

Et ibi: *Tertiò limita, &c.*

De his duabus limitationibus nempe de conductore ad longum tempus, *vel* quando inter *venditorem* & emptorem fuit *conuentum* quod conductor non expellatur, videndi sunt Gregor. Lopez *in dicta l.* 19, *tit.* 8. *partita* 5. *glossa fin.* Garcia *in tractatu de expensis, capit.* 14. *num.* 5. Zeuallos *quæst.* 756. *n.* 32. *vbi etiam n.* 33. addit quod in his, & alijs casibus similibus non satisfaciet emptor, vel particularis successor soluendo interesse, si magis expediat conductori rem conductam *vsq;* ad finẽ locationis retinere, & *n.* 38. docet quod quado aliqua domus locatur in tali situ, *vulgo: Casa en puesto*, ad exercendum aliquod officium, tunc per *venditionem* talis domus nõ potest tolli, Barb. *in dict. l. si filio*, § *fin. nu.* 38. & *in l.* 8. § *si fundũ nu.* 14. *vbi* quod conductor fisci etiã ad modicum tepus acquirit *vtile* dominiũ, Gutier. *in d. l. nemo potest. n.* 49 & 50.

& 50. Mantica *de conuentionibus, dicto lib. 5. tit. 10.* Augustinus Barbosa *in collectanea cap. 5. de rebus ecclesiæ n. 10.* & & tere omes citati supra hoc numero, qui in eadem limitationes conueniunt, quamuis dubiter in conductore ad longum tempus Brito *in dicto* §. 7. *nu.* 8. quæ autem locatio sit ad longum tempus? vide supra relatos & Valasc. *de iure emphiteutic. quæstione* 29. Sarmiento *libr. 3. selectarum capit. 2. circa finem.* & D. Larream *decisione Granatensi* 71. *num* 11. *& sequent.* vbi an ea transferatur dominium? *& allegatione fiscali* 44. *num.* 6. vbi quod licet emptor teneatur stare conductori ad longum tempus non autem conductor emptori nisi facta cessione à venditore ipsi emptori, & Cancer. *variarum*, 1. *parte, capit* 14. *numer.* 26. vbi quod dicitur alienatio locatio ad longum tempus, *& nu.* 27. quod locatio ad decem annos dicitur ad longum tempus Salgado *in labirintho parte* 2. *ca.* 26 *n.* 11. vbi quod pactum ne expellatur conductor prodest illi irreuocabiliter, vide etiam Clarum §. *fin. lib.* 5. *quæst.* 82 *num.* 4.

Singularem successorem teneri stare locationi si adfuit pactum de non alienando, vel non expellendo conductorem, inter eum & locatorem cum hipotheca speciali ipsius rei, vt resoluit Comezius, docent Gutierrez *in leg. nemo potest. numer.* 43. Barbosa *in l. si filio familia ff. soluto matrimonio*, §. *vltimo numer.* 32. *& sequent.* post Couarrubiam *lib. 2. variar. cap.* 15. *num.* 3. & alios plures quos in vnũ congerit D. Iosep. Uela *dicta dissertatione* 20. *n.* 13. qui etiam eos sequitur, & Pichard. *in manuductionibus. 2. parte præcepto* 2. *num* 21. & 23. contra alios, quos refert ibidem ipse D. Ioseph Uela *num.* 24. Zenallos *quæstione* 673. & 756. præter quos videndus est etiam Rodrig. *in tractatu de redditibus, lib. 2. quæst.* 9. *n.* 59. & Brito *de locato in rubrica*, 2. *parte*, §. 4. *ex n.* 7. post Suarez *in leg. post rem iudicatam in declaratione l. Regni, limitatione* 1. *ex num.* 7. Salgado *de protectione*, 4. *parte, capit.* 14. *ex numer.* 64. vbi de executione contra tertium possessorem in hoc casu.

Ad supradicta vnum aduerte ex Petro Dueñas *in regula* 240. & eum referente Didaco Comez Bayo *in suis collectaneis, verb. Locatio. nu* 14. nempe quod si maioratus possessor post factam locationem vendat fruitionem maioratus pro sua vita talis emptor tenetur stare locationi, cuius fundamentum poterit esse quia, vt ait Molina *in tractatu de maioratib. lib. 1. cap. 21. n. 26.* locatio ad longum tempus facta per maioratus possessorẽ valet eo modo quo locationes ad modicum tempus, de quo etiam Brito *in dicto* §. 5. *in rubrica de locato*, 2. *parte, n.* 8. *in fine.*

Quid si fructibus pendentibus res locata, vel in vsumfructum tradita, vendatur ad quem pertinebunt tales fructus? vide Barbosam *in leg.* 8. *ff. soluto matrimonio*, 2. *parte numer.* 38. *in principio*, vbi docet quod non pertinent ad conductorem, sed ad emptorem, quod secus est in vsufructuario.

Ad num 10. ibi: *Breuiter, & resolutiuè dico, &c.* 11

Fiscum non teneri stare locationi si ipsa res locata specialiter confiscetur, secus si vniuersaliter omnia bona publicẽtur, vel pars quotitatiua eorum, vt hic resoluitur, docent Mantica *de tacitis conuentionib. libr. 5. titul. 9. nu. 5. & 6. & titul. 10 nu.* 14. Gutier. *in canonic. lib. 2. cap. 8. num. 68.* vbi probat quod singularis successor fisci tenetur stare locationi factæ per fiscum, ne fiscus ad interesse teneatur, quod etiam ex multis ex-

tendit ad singularem successorẽ Ecclesiæ (de quo etiam videndus Fachinæus *lib.* 11. *cap.* 21.) Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *cap.* 43. *n.* 543 Barbosa *in l. si filio famil. §. final. ff. soluto matrimon. num.* 4. *&* 6. Farin. *in fragmentis verb. Fiscus. nu.* 156. vbi docet quod fiscus vtitur iure priuati quando succedit in bonis vacantibus, optime Brito *in rubrica de locato & conducto*, 2. *parte*, §. 5. *num.* 1. *&* 2. vbi in primis docet quod quando fiscus succedit titulo particulari emptionis, siuè ex lege pœnam amissionis eiusdem rei imponente vtroq; casu singularis successor reputatur, & non tenetur stare locationi, secus si succedat in omnibus bonis, seu parte quotitatiua eorum: deinde probat, quod singularis successor ipsius fisci tenetur stare locationi, vt dictũ est, ne fiscus teneatur ad interesse, de quo etiam Tuschus *litter.* F. *conclusione* 383 *num.* 30. Molina *de iustitia. tom.* 2. *disputatione* 461. *num.* 1 vbi etiam disputat, an quando fiscus non tenetur stare locationi, quia iudicatur singularis successor, locator cuius bona publicantur, teneatur ad interesse, vel remissionem mercedis? Gratianus *disceptation. forens. cap.* 357. *num.* 17. Zeuallos late *quæstione* 756. *ex n.* 71. vbi etiam de colono fisci Ecclesiæ, vel ciuitatis expellendo vel non.

Ibi: *Quod ego nouiter intelligerem, &c.*

Cũ nostro Comez. hic transeunt Barbosa, Molin. & reliqui supra citati.

42 Ad numer. 11. ibi: *Et breuiter dico quod sic. &c.*

Conductor potest alteri locare, si nihil aliud cõuenit, ita Gomezius in præsenti. & docent Carocius *de locato & conducto*, 2. *parte*, *titul. de sublocatione*, *quæstione* 1. *& seq.* (quem videre sufficit) Gregor. Lopez *in l.* 5. *tit.* 8. *par.* 5. *gl. of.* 4. Grat. *discep. for cap.* 547. *nu.* 51. Barbosa *in l.* 3. *ff. soluto matrim. n.* 32. Paz *in praxi*, *tom.* 3. *cap.* 2. §. 4. *n.* 27. *& sequent.* vbi quod res illatæ à secundo cõductore in prædium vrbanum censetur tacitè obligatæ domino, secus si in prædiũ rusticum, *& in cap.* 6. §. 3. *nu.* 2. Sousa *in §. actionum*, *cap. de locato nu.* 148. Cancer. *variarum*, 1. *parte*, *cap.* 14. *nu* 2. *& seq.* Menochius *de adipiscenda*, *remedio* 3. *ex nu.* 96. & de eo qui rem conduxit sub certo pacto & pœna, si alteri locet cum eadem pœna, & pacto quid? vide text. *in l. Titius*, *ff. de seruis exportandis*, Mantica *de tacitis conuentionibus*, *lib.* 22. *tit.* 2. *n.* 44. vbi cum Felino *in cap. inter dilectos de fide instrumentor.*, *n.* 36. hoc intelligit, dummodo conductor locet alteri æque idoneo, & ad eundem finem: Connanus *lib.* 4. *commentarior. cap.* 16. *num.* 4. D. Ioseph Vela *dissertat.* 12. *num.* 63. Pichardus *in §. mortuo instituta hoc tit. n* 21. vbi cum Carocio *supra quæst.* 6. id limitat præterquã si plures socij domum conducant, nam vnus ex socijs recedens non poterit alteri partem suam locare recusantibus socijs, *& in rubrica eodem tit. nu.* 17. Molina *de iustitia*, *tom.* 2. *disputatione* 489. vbi agit de remedio quod dominus habere potest aduersus secundum cõductorem pro solutione pensionis, & *in num.* 3. an emphiteuta, † feudatarius, vel qui habet vsum, vel vsumfructum, vel habitationem locare possint alteri rem quam habent aliquo ex dictis modis? Tuschus *litera* C. *conclusione* 621. vbi ampliat, & limitat.

Itẽ an conducens rem propriã amittat dominium vel possessionem? Baldus *in l. qui rem. C. locat.* & plures referens Gratianus *regula* 147. vbi quod non. & vide de hoc Barbosam *in l. fi. alienam. ff. soluto matrimonio*, *ex n.* 104.

Ibi

Ibi: *Secundo intellige, &c.*

Supra dictam reſolutionem procedere etiam in conductore ad longum tempus nempe vt ſublocare poſsit, vt docet Gomezius, probant Pinelus hic adductus a Soarez *in ſuis additionibus lit. G in l. 1. Cod. de bonis matern. 3 parte num. 63. & ſequentibus* vbi declarat quis dicatur conductor ad longum tempus, Tuſchus *lit. C. concluſione 421. num. 8.*

Et vnum aduertit Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 405. num. 2. verſic. Simile quid cernitur* ſcilicet quod ſiquis equum quem conduxerat alteri locet qui eum reducat ad dominum, licite hoc lucrabitur, quia hoc commodum licitè illi accidit, quod bene infertur ex ſupra tradita reſolutione.

13 Ad numerum 12. ibi; *Tamen res ipſius conductoris ſecundi &c.*

Res ſecundi conductoris inuectas vel illatas in re vel domo conducta eſſe tacite obligatas pro penſione, ſi tamen primo conductori ſoluerit, liberum manere, reſoluit Gomezius in præſenti, & ita etiã docent Auctores citati num. præcedenti, vt ibi diximus. & Rebuſus *ad leges Galiæ tractatu de literis obligatorijs articulo 4. gloſſa 2. num. 13.* Gratianus *diſceptation. cap. 117. per totum* vbi etiã quod hæc hipotheca ceſſat, ſi datus fuit fideiuſſor, *& cap. 713. & cap. 27.* vbi de rebus minoris, de quo Ceuallos *quæſtion. 132. & 805. 78. & 784* Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. n. 584.* Oroſcius *in l. item quia ff. de pactis n. 13.* Molina *de iuſtitia tomo 1. diſput. 489. num. 1.* Rodriguez *de redditibus lib. 2. quæſt. 22 num. 44.* vbi de emphiteuta Carocius *de locato & conducto parte 5. quæſt. 3.* Tuſchus *lit. L. concluſione 428.* Sarmiento *de redditibus Eccleſiaſticis 3. parte cap. 2. ex num. 16.* Fachinæus *lib. 8. cap. 92. & 93.* vbi de excuſsione in hoc caſu Souſa *in §. actionum cap. de locato, & in ti. de pactis quæſt. 4. per totam* Menochius *de adipiſcenda remedio 3.* late Cancerius *1. parte cap. 14. num. 4. & 3. parte cap. 20. num. 344.* vbi de inſtrumento debiti inuecto in domum conductam, de quo etiam Coſta *in c. ſi pater* verbo: *Bonis ſuis num. 9.* Mola *in emporio tit. 10. quæſt. 4.* Queſada *in ſuis quæſtionibus cap. 14. num. 4.* Neguſantius *de pignor. part. 2. membro 4. num. 35.* qui etiam diſputant quid dicendum in ſubconductore vnius partis domus, an inuecta, & illata ab eo cenſeantur obligata pro tota penſione primi conductoris, an tantum pro rata partis, quam ipſe ſecundus conductor occupauit? quod verius eſt vt docet *Brito in rubrica de locato & conducto 2. parte §. 1. num* 10. vbi etiam conſulit quod ſecundus conductor ſoluat primo conductori, a quo cauſam habet, vt ſic liber maneat a primo locatore domino prædij; conſulit quoq; cautum debere eſſe eundem dominum, vt faciat notificari ſecundo conductori, ne ſoluat primo, nec inde extrahat a ſe inuecta, vt ſic ſit ſecurus: nouiſsimè Narbona *in commentarijs ad tertiã partem nouæ Recop. in l. 25. tit. 21. lib. 4 gloſſa 16. num. 53.* vbi docet quod inuecta, & illata etiam ſi in aliam domum transferantur, adhuc tit. tacitæ hipothecæ locatori manent obligata. *& num. 89.* probat quod ſecundus conductor pro ea dumtaxat parte pretij, quo ipſe conduxit, tenetur domino prædij vrbani reſpectu rerum ibi a beo inuectarum, licet ſecus in fructibus prædij ruſtici, vt infra dicetur, & ibi an ſit neceſſaria excuſſio prius quam perveniatur ad tertium poſſeſſorem? de quo etiam Gutierrez *lib. 4. quæſt. 59. num. 30.* vide etiam Manticam *de conuentionibus lib. 11. tit. 23. num. 2.* & Noguerol *allegatione 1. ex num. 84.* vbi de bonis

ſub

ſubconductoris, & hipotheca eorum & Carleualium *de iudicijs tomo 2° diſput. 29. num. 19.* vbi quod prædicta hipotheca præferatur alijs etiam anterioribus, & Salgadum *de protectione 3. parte cap. 12. ex num. 43.* vbi de appellatione in hoc caſu & quod Saluianũ interdictum non habeat locum quo ad effectum ſuſpenſiuum nec admittit exceptiones requirẽtes altiorem indaginem, & alia.

Ibi: *Nec obſtat quod actio hipothecaria, &c.*

Circa obiectionem quam hic, facit noſter Comezius, quomodo hipothecaria ſine perſonali exiſtere poſſit? vide *Britum dicto §. 1. parte 2. rubrica dicto num. 10.* verſicul. *Mihi verò ea eſt mens, &c.* vbi docet in hac ſpecie dari quaſi contractum inter dominum & ſubconductorem, ex eo quod cum ipſe ſecundus conductor propria bona in domum conductam infert, tacite velle cenſetur obligari, vt exijſdem bonis penſio domino ſoluatur, vide eum ibi *& num. 11.* vbi explicat Tex. *in l. ſi in lege §. ſi colonus ff. locati*, & Cancerium *variar. 1. parte cap. 14. num. 3.* Et de hipotheca de inuectis, & illatis, Menoch. *de arbitrarijs caſu 441.* & reliquos ſupra citatos hoc numero.

Ibi: *Item adde quod etiam fructus nati &c.*

Fructus nati in prædio ruſtico ſũt tacite hipothecati pro penſione, vt hic reſoluitur, docent late explicantes Tuſchus *lit. H concluſione 131.* Menochius *de adipiſcenda remedio 3. n. 415. & ſeq;* Gratian. *diſcept lib. 1. cap. 25. late, & tomo 5. cap. 953.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 11. tit. 15. ex. num. 25.* Laſſarte *de decima vẽditionis cap. 19. num. 72.* Parlador. *differẽt. 79 c. 3.* Valaſcus *de iure emphiteut. quæſt. 20. num. 15. & quæſt. 24.* vbi etiam an fructus debeant domino potius vendi quam alteri? Reginaldus *in praxi fori pœnitential. lib. 25. num. 548. cap. 47.* Morla *in emporio tit. 10. quæſt. 3.* vbi late, Gutierrez *tomo 4. quæſt. 59 num. 28. cum ſequentibus*, Barboſa *in l. 8. ff. ſoluto matrimonio num. 35. & ſeq: & num. 38. & in l. 6 eodem tit.* Carraſco *ad leges Recopilationis cap. 11. num. 101.* Villadiego *in Politica cap. 8. num. 18.* & nouiſſimè Narbona *in 3. partem Recop. l. 25. tit. 21. lib. 4. gloſſa 16 quaſi per totam* vbi latiſsimè materiam proſequitur: maximè *ex num. 6. vbi num. 15.* reſoluit, quod ſi concurrant dominus fundi pro penſione, & alius creditor poſterior, qui triticum, verbi gratia, mutuauit ad ſeminandum iſte poſterior præfertur, ea ratione quia fructus dicuntur deductis expenſis in quarum numero computatur ipſum ſemen, referens ad hoc Tuſchum *lit. F. concluſio. 501 num. 7. & num. 89. & ſeq. vſq; 95.* docet quod ſecũdus cõductor prædij ruſtici reſpectu fructuum ab eo perceptorum tenetur non ſolum ad partem quam ipſe conduxit, & pro penſione anni præſentis ſed inſolidum ad totam penſionem præſentis anni, & etiam præteritorum, de quo videndi Franciſcus Onnezius *obſeruationum cap. 50.* verſiculo. *Rurſus vt etiam* & Collantes *in eadem l. 25. lib. 3. cap. 3. num. 7.* & Antonius Faber *in ſuo Cod. lib. 8. tit. 7 diffinitione 12.* ab eo relati, nec non Gutierrez *lib. 4. quæſt. 59. num. 30* vbi bene hoc declarat, *& num. 45.* probat ipſe Narbona quod dominus fundi poterit reuocare ſolutionem factam alijs creditoribus ex ipſis fructibus, eum omnino videas per totam gloſſã & nouiſſimè Carleual. *de iudicijs tomo 2. tit. 3. diſput. 34. ex num. 21.* vbi quod in eis fiſcus præfertur alijs creditoribus præter dominum, licet ſit poſterior tanquam in bonis nouiter acquiſitis.

Aduertendum etiam eſt quod li

cet

cet cõmunis Doctorum ſententia admittat tacitam hipothecam in inuectis, & illatis in prędium ruſticum Pichardus *tamen in §. item ſeruiana 7. inſtituta de actionibus num. 13.* contrarium tenet, imo iure non inductã tacitam hipothecam in hoc caſu verius exiſtimat cum Menochio *de adipiſcenda remedio 3. ex num. 13.* & alijs & nouiſſime Brito *in dicta rubrica de locato 2. parte §. 1. num. 9.* vbi explicat Tex *in l. in prædijs ff quibus cauſ. pignus vel hipotheca tacitè contra hatur* verſic. *Videndum eſt* quem etiã explicat pichardus *ſup. num. 26.*

Et an, & quomodo via executiua competat primo locatori in inuectis & illatis videndiſunt, Rodericus Suarez *in l. poſt rem iudicatam caſu 11.* Anile *in cap. 10 prætor num. 46.* Amador Rodriguez in tractatu *de executione cap. 1. artic. 3. num. 27.* & Narbona *ſupra dicta l. 25. tit. 21. lib. 4. Recopilat. num. 91.* & poſt eos Carleualius *de iudicijs tomo 2. diſputatione 29. num. 19.* vbi de prælatione huius hipothecæ.

14 Ad numerum 13. ibi: *In quo articulo breuiter, & reſolutiue, &c.*

Penſionem ſoluendam eo tempore quo actum eſt inter partes & ſi nihil actum fuerit conſuetudini ſtandũ & ſi nec conſuetudo adſit, in fine anni ſolutionem eſſe faciendam, reſoluit hic noſter Gomezius. & comprobant late Ualaſcus *de iure emph. quæſtione 21. num 1.* Paz *in praxi tomo 3. cap. 6. § 3 num. 6.* Rodriguez *de reddi tibus lib. 1. quæſt. 18. num. 30.* Barboſa *in l. 8. § quod in anno ff ſoluto matrimon. num. 5.* Gregor. *in l. 75. tit. 18. part. 3. gloſſa 4.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 5. tit. 6. per totum vbi num 14.* quod colonus partiarius ante quam fructus colligat, nec poteſt nec tenetur ſoluere, *& num. 15. & ſequent.* late explicat quando, ſolutio debeat fieri famulo, artifici, laboratori, aduocato, & reliquis Pichard. *in §. ſi ſinium iſtituta de officio iudicis num 84.* Brito *in rubrica de locato & conducto 2. parte §. 1. num. 40. & ſequẽtibus* vbi optimè explicat. & etiam addit quod ſi conductor non ſoluit debito tempore, tenetur ad intereſſe ſi dies ſolutioni fuerit præfixa ſi vero dies non fuerit aſſignata ſolutioni, & ſolutio fieri debet in fine anni vel tempore conſueto iuxta ſupra dictam reſolutionem, tunc interpellationem eſſe neceſſariam ad petendũ intereſſe, & late diſputat numeris ſequentibus quomodo diſpoſitio Tex *in l. curabit Cod. de actionibus empti* poſsit locum habere hoc caſu, & quomodo ſit in electione locatoris conductorem expellere ob non ſolutam penſionem? de quo etiam iam ſupra dictum eſt. Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 497. num. 1.* vbi noſtrum laudat Gomezium, & Souſa *in §. actionum cap. de locato num. 160.* & Bolanum *in Curia Philipica 2. parte §. naues.*

Ibi: *Item adde quod ſi dubitetur; &c.*

Ex ſolutione trium annorum præſumi ſolutionem pro præteritis annis (vt hic reſoluitur) docent Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 3. tit. 15 num. 66. & ſeq.* Menoch. *lib. 3. præſumpt. 139.* Gratianus *diſcept. tomo 4 cap. 716. num. 12 & 7. & num. 28* vbi quid in ſolutionibus factis ceſsionario? Euerardus in loco *agem inatione loqutionis*, vbi limitat quando vna, eademq; die quis ſoluit pro triennio præterito, quia tunc dicta reſolutio non procedit, Tuſchus *lit. S. concluſione 346.* per totam, Cancerius *variar. 1. parte cap. 14. ex num. 71.* vbi *num. 81.* quid ſi creditor in tertia ſolutione proteſtetur non ſibi nocere velle quo ad annos præteritos? & reſoluit non prodeſſe illi dictam proteſtationẽ ſi debitor reproteſtatus eſt ſe nõ con-

consentire dictæ protestationi, Castillo *in l.68. Tauri* verb. *En commisso* Tachinæus *lib.13. controuers. cap.* 89. Barbosa *in l.8. ff soluto matrim.* § *quod in anno num.* 5. *vbi* alios refert, Morla *in emporio tit.* 10. *num.* 36. *in præmissis* Mascardus *de probationibus conclus.* 1325. Gutierrez, *consilio* 19. *num.*19. Molina *de iustitia tomo.*2 *disputatione* 497. *num.* 1. quos vide, & omnino Valenzuelam & Amayã *in commentarijs ad l. quicumq;* Cod. *de ap ochis publicis*, qui doctissime more suo materiam explicant, & inter alia docet ipse Amaya *num.* 26. non sufficere quod illa soluerit trium annorum probetur perteſtes sed necessarium esse probari per apochas, vide etiam Parejam *in tractatu de editione instrumentorum tomo* 2. *tit.*7 *re solutione* 10. *ex num* 20. *vsq; ad* 75. *vbi* quatuordecim ampliationes, & sex declarationes congerit *ad dictam l quicumq;* & eius materiam latissimè explicat.

15 Ad numerum 14. ibi: *Inquo articulo breuiter, & resolutiue dico &c.*

Quando in vsu rei cõmunis dissentiunt socij, tunc vnum ex remedijs a nostro Gomezio consideratis applicandum fore docent Menochius *de cons.* 609. *num.*35. Caualinus Mille loquio 389. Donel. *lib.*3. *commentar. cap.*17. Petrus Gregor. *in syntag lib.* 5. *cap.*2 & 3. *vbi* etiam agit quis possit ad diuisionem prouocare? Morquecho *in tractatu de diuisione bonor lib.*1. *cap.*2 *maximè num finali* & alij relati a Pichardo *in* §. *eadem instituta de officio iudicis* Menochius optimè explicans resolutionem nostri Gomezij *in tractat. de arbitrarijs cas.* 442. per totum omnino videndus Barbosa *in l. quæ dotis ff soluto matrimonio num.*170. & *in l.*8. *quod in annos eodem tit. num.*5. Cancerius *variarum* 1. *parte cap.* 14. *num.* 102. Vbaldus *de duobus fratribus.* 5. *parte num.* 11. Tuschus *lit. S. conclusione* 297. & 298. & *lit. C. conclusione* 534. & 542. & 613. Ualascus *in praxi partition. cap* 4. *num.*19. Mantica *de conuentionibus lib.*5. *tit.* 2. *num.* 7. apud quos hanc materiam bene explicatam inuenies, licet aliqui in aliquibus a nostro Gomezio dissentiant, & vide Bolanum *in Curia Phili* 2 *parte* § *fe tamento num.*7. & §. *viage num.*2. *vbi* quod socius qui vult rem locari ad vsum consuetum præfertur.

Ibi: *Item adde pro complemento huius articuli, &c.*

Et ibi: *Dicebat tamen Florianus, &c.*

Si vnus ex socijs vtitur tota re. si est fundus vel prædium rusticum tenetur communicare fructus, & commoditates cæteris socijs, secus vero si est fundus vrbanus puta domus, ita resoluit hic noster Gomezius, & docent plures ex supra relatis maximè Vbaldus *in dicto tractatu de duobus fratribus parte* 5. *quæst.* 9. Bertachinus *in repertorio*, verb. *Socius nu.* 121. & Dinus *in regula in re communi in additione lit. A. in medio* sed meo videri probabilius est quod docet Gregorius Lopez *in l.* 20. *tit.* 8. *partita* 5. *glossa magna limitatione* 6. nempe quod si domus erat ita ampla vt socio sufficiebat sua pars, nihil teneatur soluere alteri socio, secus vero si sua pars non sufficiebat pro habitatione eius; vide eum, & Villadiegũ *in Politica in forma libellandi, num.* 72.

Ad numerum 15. ibi: *In quo articulo* 16
quotidiano &c.

Si finito contractu conductor remanet in re conducta & res est talis qualitatis quod semper vniformiter in ea percipitur fructus, tunc tacita reconductio inducitur pro solo tempore, quo ea vsus est, si vero res est talis, quod certo tempore solet conduci, vel semel in anno vel biennio ex

ea fructus percipitur, tunc pro anno vel biennio intelligitur facta reconductio, ita vt conductor gaudeat fructibus sic resoluit in præsenti noster Gomezius, & late docent Mantica *de tacitis conuention lib. 5. tit. 15. per tot vbi num.* 13. ampliat hoc procedere in prædijs Ecclesiarum, *& num.* 17. limitat, si contractus fuerit in scriptis celebratus, tunc enim reconductio celebrari non potest sine scriptura, *& num.* 40. quod in rebus mobilibus etiam procedit dicta resolutio contra *glossam in l. item quæritur* §. *imple to* Narbona *in l. 10. tit. 6. lib. 1. Recopilat glossa 2. num.* 25. Gratianus *disceptationum cap.* 68. *& cap. 19. num.* 12. vbi quod si conductor deficiat in solutione pensionis non censetur facta reconductio Tuschus *lit. L. cõclusione* 421. *per totam* vbi etiam declarat, ampliat, & limitat, Palacios Rubeus *in rubrica de donationibus inter* §. 62. *num.* 8. Menochius *de arbitrarijs casu* 159. *& de præsumptionibus lib.* 3 *præsumpt.* 8. *vbi* etiam de rebus mouilibus Auendanus 2 *par. cap.* 30 *præcorum num.* 10. *Mascardus de probationibus, lit. L. conclusione* 993. per totam, Carocius *de locato parte* 3. *tit. de renouatione locationis quæst.* 34. Anton Faber *in suo Codice lib.* 4. *tit.* 42. *diffinitione* 45. *&* 46. Gregor. Lopez *in l. 20. tit.* 8. *partita* 5. *glossa* 4. & per totam Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 48. *ex num.* 5. bene explicans *vbi num.* 10. de mobilibus aut se mouentibus, Barbosa *in l. si mora ff soluto matrim. in lectura ex num.* 95. Pachineus *lib. 1. cap.* 83. *&* 84. Cancerius *variar. 1. parte cap.* 14 *ex num.* 57. Valdes *in additionibus ad Rodericum Suarez in l. post rem iudicatam in declaratione l. Regni* verficulo: *Secundo extende*, Pichardus *in principio institutæ hoc tit num.* 20. Brito latissimè *in rubrica de locato, & cõducto parte* §. 4. *ex nu.* 48. *vbi* quod ad tacitam reconductionem indiecedam requiritur ex parte conductoris scientia locationis celebratæ, & finitæ, & scientia, & patientia ex parte locatoris. Exquo infert quod si furor, vel amentia superuenerit in cõductore vel cõtractus fuerit celebratus per procuratorem, vel hæres successerit conductori, vel alius simi lis casus contigerit, in quo ignorantia prioris contractus, vel perseuerãtiæ illius possit præsumi, tacita recõductio non inducitur; & etiam explicat an prædicta resolutio habeat locum in emphiteusi? & nouissimè *D.* Ioseph Uela *dissertatione* 12. *num.* 13. *& sequentibus* vide etiam Tuschum *lit. M. conclusione* 5. *vbi* quod non inducitur reconductio quando agitur de graui præiudicio.

Ad numerum 16. ibi: *Quæro tamẽ &c.* 16

Arbitrio iudicis relinqui ex quo tempore inducatur tacita reconductio (vt hic resoluitur) docent fere omnes supracitati, & maximè Menochius *de arbitrar. casu* 505. *& casu* 31. Sed ex *l. 20. tit.* 8. *partita* 5. tres dies perseuerantiæ sufficere notant Gregorius ibi, Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 498. *num.* 5. verficulo. *Quantum autem tempus* in Regno autem Lusitaniæ, locator tenetur triginta diebus ante tempus locationis finitum interpellare conductorẽ circa denegationem futuræ locationis, aliàs conductor potest inire nouam re conductionem, ita Brito *in dicto* §. 4. *in rubrica* 1. *parte num.* 50. & vide Narbonam *l. 10. tit. 6. lib. 1. Recopilat. glossa 2 num.* 25. vbi cum Aflictis *decisione* 65. *num.* 14. & alijs ait, quod de iure communi ex perseuerantia duorum aut trium dierum, reconductio non inducitur, & Cancerium *variar. 1. parte cap.* 14. *num.* 58.

Ibi: *Aduertendum tamen, &c.*

Quan-

CAPVT III.

Quando contractus locationis fuerit in ſcriptis celebratus, tunc ex tacito conſenſu non intelligitur inducta tacita reconductio, vt docet Gomezius probant omnes Doctores relati *numer. precedenti*, Cancerius *ſup. cap. 14. num. 60* eos vide, & Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 498. num. 8.* vbi contrarium probabile ait.

18 Ad numerum 17. ibi; *Et breuiter, & reſolutiue dico &c.*

Tacitam reconductionem intelligi factam eiſdem qualitatibus pœnis pignoribus, &c. non tamen cum eiſdem fideiuſſoribus vt docet Gomezius, probant latiſſimè Tuſchus *lit. L. concluſ. 421. ex num. 19. vbi num. 20* limitat, vt non habeat exequtionē paratam quam habuit inſtrumentū primæ locationis *& lit. F. concluſione 317.* vbi declarat, *& lit. R. concluſ. 19.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 5. tit. 15 num. 19. & ſeq.* vbi n. 23. quod pœna appoſita in prima locatione non intelligitur repetita in tacita reconductione, nam pœna eſt extra contractum locationis de quo Gratianus *diſcept. cap. 68 num. 39. & 40.* regor. Lopez *in dictal. 20 tit. 8 part. 5.* Parlador *lib. 2. quotidian. cap fin. 1. parte §. 12. limit. 7.* vbi quod non datur exequtio pro ea, Bolanus *in Curia Philip. 2. parte lib. 2. cap. pro rreg.cion* quaſi per totum vbi plura infert Menochius *de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 85. ex num. 19. vbi num. 21.* quod non habeat locum pœna in tacita reconductione. & alia, D. Larrea *deciſ. Granatenſi 22. num 16.* Noguerol *allegatione 33. num. 73.* vbi etiam quod non habet locum via executiua Cancer. *variar. 1. parte cap. 14. ex num. 65* Scaccia *de commerciis §. 7. gloſſa 2. num. 43. & de re iudicata gloſſa 7. quæſt. 4. ſpecie 1. num. 34. & 48.* Brito *in rubric. de locato & cōducto 1. parte §. 4. ex num. 53.* vbi quod ſi res pignoratæ non ſunt propriæ conductoris ſed alienæ, de conſenſu tamen domini fuerint hipothecatæ, non remanent obligatæ pro reconductione, & ſimiliter ſi res erat propria conductoris tempore conductionis, tempore autem tacitæ reconductionis iam erat alienata, & penes tertium exiſtat, tunc nec manebit obligata pro tali reconductione, vide eū quia optimè explicat dictam reſolutionē circa obligationem fideiuſſoris, & vide etiam Noguerol *allegatione 21. ex num. 14.* Salgadum *in labirintho 2. parte cap. 27. ex num. 61.* vbi *num. 67.* ait prælationem in concurſu creditorum eſſe conſiderandam hoc caſu ex die tacitæ reconductionis, & non ex die primæ locationis.

Ad numerum 18 ibi: *In quo articulo breuiter, & reſolutiue dico &c.* 19

Propter ſterilitatem debere fieri remiſſionem mercedis, & è contra propter fertilitatem debere augeri penſionem, vt reſoluit Gomezius docent latiſſimè ſcribentes in locis ordinarijs & in ſpecie videndi ſunt Sarmiento *lib. 8 ſelectar. in l. quoties ff. de legatis 2 num 3.* Gratianus *diſceptationum cap. 195 & tom. 3 cap. 554. et 557* per totum, Tuſchus *lit. L. concluſ. 431. et duabus ſeq.* late, Valaſcus *de iure emphiteutico quæſt. 27. per totam* Gironda *de gabell. 2 parte §. 1. ex num 34.* Gutierrez *eodem tractatu quæſt 13. ex num. 22* vbi etiam de conductore bonorum ciuitatis, vel publicorum Mozius *de contractibus tit. de locato cap de accidentalibus locationis n. . et ſeq.* Surdus *deciſ 155. et 326.* Ceuallos *quæſt. 57.* Mo.la *in emporio tit. 10. in præludijs num. 18. et quæſt. 1. per totam* Barboſa *in l. 8. § fin. ff ſolato matrim. ex num. 6.* Pichardus plures referens *in §. actionum inſtitut. de actionibus quæſt. 17 in fine* Cancerius *3. parte cap. 1. ex num. 9.* & Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatio*

ne

ne 495. Carocius *de locato, tit. de remissione mercedis, in 3. parte*, Mantica *de conuentionibus, lib. 5. tit. 8.* & alij plures relati à Barbosa *in collectanea, cap. propter sterilitatem hoc tit.* Gomez Bayo *in practicis libr. 2. quæstione* 150. & erudite, & eleganter D. Franciscus de Amaya *obseruationum iuris, libr. 3. capit. 3. per totum, vbi numer.* 13. plures Doctores refert, & *numer.* 15. cum nostro Gomezio, & alijs docet quod sicut in sterilitate remissionis damno afficitur dominus, ita etiam in vbertate nimia, quæ non ex industria coloni obuenerit, augeri debet pensio, ex text. *in leg. secundum naturam ff. de regulis iuris* (in quo contrarium docet Barbosa *in dicto capit. propter sterilitatem, numer.* 20. contra alios) & *numer.* 16. & *sequent.* explicat ipse Amaya causas sterilitatis, & quando inducant remissionem mercedis? explicatque text. *in dicto capit. propter sterilitatem*, & *in leg. ex conducto*, §. *si vis*, versiculo: *Si qua tamen*, *hoc titul.* de quo etiam Sousa *in* §. *actionum*, *capit. de locato, nume.* 88. post Morlam *dicta quæstione* 1. *numer.* 15. & 16. Cujacium *libr.* 25. *obseruationum, capit.* 32. & Gregorium Lopez *Madera capit* 16. *animaduersionum*, *numer.* 8. *Et numer.* 23. resoluit ipse Amaya sterilitatis causam committi, quando damnum ex ipsa re oritur nulla culpa coloni interueniente, & ponit exempla, veluti si pecora conducta moriantur, vel si vitibus, aut oleis scabies contingat, & *numer.* 26. declarat sententiam Morlæ *dicta quæstione* 1. *numer.* 13. cum alijs, quatenus admittunt remissionem mercedis quando sine culpa coloni fructus subrepti fuerint, quam procedere ait cum fructus pendentes subripiuntur, secus si iam collecti, & tandem *numer.* 27. ait dictum versiculum: *Si qua tamen*, legendum esse adiecto puncto post illa verba: *Si vinum coegerit*, vt ibi clausula finiatur, & alia incipiat, ibi: *Si raucis, &c.* vt sic ex raucis, & herbis insatis subortis fiat remissio pensionis, si sterilitas ex eis procedat, nisi colonus potuerit herbas, vel raucas, auferre, & non fecerit, vt cum multis docet Barbosa *in dicto capit. propter sterilitatem, numer.* 4. *vbi numer.* 11. & *sequentibus*, plures casus enumerat, ex quibus fit remissio, nempe fluminum inundationibus, edacitate locustarum, incendio, hostium incursibus, & *numer.* 16. docet remissionem ob sterilitatem faciendam pro rata ipsius contingentis sterilitatis, & late ampliat, & limitat, eos vide, & Narbonam *in tertiam partem Recopilationis*, *in leg.* 57. *titul.* 4. *libr.* 2. *glossa vnica, numer.* 51. vbi plurimos refert hanc materiam explicantes, & *numer.* 55. probat locatorem, & conductorem pro rata contribuere debere ad locustarum occisionem, cum vtriusque interfit, ne sterilitas contingat, & præter eos omnes, vide Reginaldum *in praxi fori panitentialis, libr.* 25. *capit.* 41. *ex numer.* 520. & latissimè explicantem hanc materiam, Britum *in dicto capit. propter sterilitatem*, *per totum*, vbi omnes difficultates resoluit, & alios relatos per Dominum Larream *decisione Granatensi* 18. *nu.* 4. & *quasi per totam, & decis.* 71. *num.* 16. & *allegat. fiscal.* 17. vbi etiam de conductore gabellarum & *allegat.* 32. *ex num.* 23.

Ibi: *Dubium tamen est quæ dicatur sterilitas, &c.*

Sterilitatem ad remissionem mercedis ita esse considerandam, vt si nulli penitus fructus percipiãtur, cõductor liber omnino sit à solutione mercedis *ex l.* 22. *tit.* 8. *p.* 5. si verò aliqui fru-

fructus sint percepti, in arbitrio, & electione conductoris sit, aut totam pensionem soluere, vel quidquid superest deductis expensis locatori præstare, docent Gregorius Lopez *in dict. l. 22. verbo: En fuerça ogencia*, & alter Gregorius Lopez Madera *anim. aduersionum, capit. 16. numer. 11.* post alios antiquiores, & cum eis Narbona *in dicta leg. 57. titul. 4. lib. 2. Recopilationis, glossa vnica, numer. 52. & 53.* & apud summos practicos crebriorem, communiorem, ac veriorem reputari opinionem illam quæ habet sterilitatem adeo magnam requiri, ad hoc vt remissio locum habeat, vt ex fructibus perceptis detractis expensis non possit dimidium pensionis solui, docet Barbosa *in dicto cap. propter sterilitatem num. 3.* vbi refert pro hac parte nostrum Gomezium, & Menchacam *vsufrequent. cap. 54.* Zeuallos *quæst. 57.* Morlam *in emporio, tit. 10. quæst. 1. nu. 12.* Molinam *de iustitia, tom. 2. disputatione 495.* & Castillo *libr. 3. controuersiar. cap. 3. num. 36.* & alios plures, quod etiam comprobat latissime Brito *in dicto cap. propter sterilitatem, nu. 58.* alios plures referens, vbi etiam declarat, quomodo intelligatur deceptio vltra dimidiam in hac specie? *& num. 61.* probat, quod attenta *dicta l. 22.* nunquam habebit locum remissio pro rata, quæ de iure communi poterat fieri, *& numer. 62.* quod colono partiario non fit remissio mercedis propter casum fortuitum, & numeris sequentibus late explicat materiam casuum fortuitorum ex quibus remissio fieri det, de quo etiam plura Matienzo Iunior *in repetitione leg. contractus. ff. de regulis iuris ex num. 290* Gratianus *discept. c. 195. & cap. 557. n. 62.* & D. Larrea *allegat. fiscali 17. quæst per totam.*

20 Ad num. 19. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Renuntiantem casibus fortuitis nõ posse vti remedio prædicto sterilitatis, sed teneri soluere integram pẽsionem, præterquam si casus contingẽs sit insolitus, nã ad eum non extenditur renuntiatio, resoluit Gomezius in præsenti, & ita docent Aflictis *decisione 150. n. 22.* Azeuedus *in l. 1. tit. 1. lib. 6. Recopilat. n. 63. & l. 2. tit. 9. lib. 9. ex num. 9.* Tuschus *liter. C. conclusione 606. & 607.* & alios plures referens Zeuallos *quæst. 702. per totã* Valascus *de iure emphiteut. quæst. 27. n. 34.* Gutierr. *de iuram. confirm. 1. parte, cap. 24. quasi per totum*, vbi idem asserit, etiam si adsit iuramentum, Carocius *dicto tit. de remissione mercedis, quæst. 8. nu. 109.* Mantica *de tacitis conuentionibus, lib. 5. titul. 8. numer. 3. 18.* & per totum latissime Cancerius *3 part. cap. 15. ex n. 135.* Molina bene explicans *de iustitia, tom. 2. disputatione 495. num. 19. & sequent.* Castillo *libr. 3. controuers. cap. 3. ex n. 8.* Fachinæus *lib. 1. controuers. cap. 86. & 87.* Matienzo *in dialogo, 4. par ca. 6.* Mascardus *de probationibus. cõclusione 334.* Pichardus *in §. qui prouisu*, institutæ *hoc titul.* vbi alios refert, *& numer finali*, quantum ad casus insolitos contrarium tenet, & alij etiam relati à Hermosilla *in l. 3 titul. 2. partita 5. glossa 8. num. 5.* ipse tamen Hermosilla alios quam plurimos refert pro opinione nostri Gomezij, quos sequitur nempe, vt renuntiatio non comprehendat casus insolitos, quam ampliat, & limitat ibidem, & agit de hac renuntiatione tam in contractibus, quam in iudicijs, cum vide, & Matienzum Iuniorem *in repetit. l. contractus, ff. de regulis iuris, ex num. 120.* vbi late agit, quid si culpa, vel mora præcessit casum, *& numer. 199.* quid comprehendat susceptio periculi? de quo etiam Hermosilla supra, vide etiam

etiam latissimè Britum *in capit. propter sterilitatem, numer. 64. & sequent.* vbi bene materiam declarat, & quando dicatur casus insolitus, & quæ sit differentia in hoc inter contractus & iudicia, & de renuntiatione exceptionum, & de renuntione generali casuum, vel si aliqui exprimantur, & alia, eum omnino videas, & Gratianum *disceptationum, capit. 165.* & nouissime Dominum Lariam *allegatione fiscali 17. numer. 14.* vbi etiam laudat nostrum Comezium, & late agit de conductione Gabellarum, & casibus fortuitis in eis contingentibus, *& allegatione 18. nu. 9. & sequent.* vbi etiam de casibus insolitis, *& allegatione 19.* vbi eandem materiam prosequitur, & agit late de conductore vectigalium, *& allegatione 31. numer. 31.*

Vnum tamen aduertas quod si conductor decimas non soluat, vt debet, non poterit sterilitatem allegare, cum illi dederit causam, ita Geminianus *in capit. 1. de decimis, lib. 6.* Guido Papa *decisione 266.* Rebuffus *in tractatu de decimis, quæst. fin. num. 22.*

21 Adn. 20. ibi: *In quo articulo, &c.*

Expensas necessarias, & vtiles posse conductorem repetere, vel cum pensione compensare, dummodo nõ sint temporales; & factæ pro vtilitate, & commodo conductoris, & pro eius tempore duraturæ, resolut Comezius, & docent Vlaseus *de iure emphiteutico quæstione 25. num. 32.* Gregorius Lopez *in l. 24. titul. 8. partita 5.* cuius verba quæstionem satis explicant, ibi: *Faciendo labores, ó cosas de nueuo, y plantando y arboles, ó viña: porque la cosa vala mas dela renta, o la sazon que la dexan, que quando la tomaron, &c.* Molina *de iustitia, tomo 2. disputatione 496.* vbi bene probat conductorem posse repetere expensas necessarias, & vtiles, vel vtiles tãtum, Menochius *de arbitrar. casu 215.* Parladorus *diff. 80. tom. 3.* vbi quomodo æstimentur? Gregor. *in l. 76. tit. 18. part. 3. glossa 5.* vbi de expensis factis in equo curando, latissimè Garcia *in tractatu de expensis, capit. 14.* vbi etiam agit de vsufructuario, *& capit. 15. & 16. de emphiteuta, & maioratus possessore, & numer. 14. dicto capit. 14.* ampliat etiam si conductor expellatur de re conducta sua culpa *& numer. 16. & sequent.* limitat, aliquos casus adducens, in quibus conductor non recuperat expensas, & quid in eo qui conduxit ab vsufructuario, *& numer. 21. & sequent.* quid in colono partiario? Gutierrez *practicarum, quæstione 68. ex numer. 11. lib. 3.* Barbosa *in leg. diuortio, § fin. ff. soluto matrimonio per totum*, & vt in vno plures tibi referam, videas omnino Britum *in rubrica de locato, & conducto, 2. parte, §. 3. per totum*, vbi omnes difficultates prosequitur, & late agit an cõpetat retentio conductori pro expensis factis in reconducta? de quo etiam Bonacosa *in tractatu de equis, quæstione 21.* vbi cum Baldo *in leg. finali, Codic, commodati*, docet quod Mariscalchus potest eq um retinere pro expensis, & etiam agit ipse Brito quid si contractus rescindatur, *ex l. 2. Codic. de rescindenda venditione?* Cancerius *variarum, 1. parte, capit. 14. num. 92.* Auilès *in cap. 17. pretorum*, verb. *Estendimpias num. 7. & 8.* vbi an conductor teneatur reficere viam? apud quos etiam videbis quando conductor teneatur † ad collectas, seu tributa, maxime apud Garciam supra *num. 18.* Britum *in capit. 2. de locato, & conducto, 3. parte, num. 36.* Tuschum *lit. C. conclusion. 617.* Morlam *in emporio, tit. 10. in præmissis n. 37.* & Narbonam *in l. 57.*

tit. 4. lib. 2. Recopilationis, num. 43.

Aduertunt tamen doctores quod colonus, vel cõductor nõ possunt mutare etiam in melius formam rei conductæ, nisi multis consideratis, & cum apparet manifeste iuxta voluntatem domini fieri vt ex Caroc. *de locato*, §. *4. cap. de accidentibus, quæstione 7. n. 26. & 27.* docet Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 25. num. 14. & 15. vbi num. 16.* agit late an colonus possit arbores fructiferas incidere, vbi fundus ex incisione fieret fructuosior, iuxta communem relatam à Tiraquel *de retractu conuentionali* §. *3. glossa vnica, numer. 27. & 28.* quam sequuntur Molina *de primogenijs, lib. 1. capit. 22. numer. 5.* Garcia *de expensis, capit. 14. nu. 1. & cap. 16. nu. 41.* & tandem concludit non licere, contra supra dictos, quod ego intelligerem præter quam si arbores ipsæ non inciderentur, sed rami superflui, vulgo: *Talar*: hoc enim permissum arbitror, ex Castillo supra *numer. 16.* item de arboribus euulsis vi ventorum, vel alio modo, Barbosa *in dicta leg. 8. ff soluto matrimonio, § si fundum, num. 10. & 22.* & ipse Castillo supra.

22 Ad n. 21. ibi: *In quo articulo breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Si conductor ex culpa sua lata, vel leui non restituat rem, quod teneatur ad totale interesse, secus verò si casu vel culpa leuissima, vt hic resoluit Comezus, docent Tuschus late amplians, limitans, & declarans *liter. C. conclusione 606. & 607.* Mantica *de conuentionibus, lib. 3. titul. 8. num. 1.* Menochius *de recuperanda remedio 11.* late, Barbosa *in leg si alienam, ff soluto matrimonio, ex num. 11.* vbi an conductor debeat rem restituere non obstante protestatione sibi facta ne restituat? & alia plura, circa restitutionem rei locatæ, Morla *in emporio, titul. 10. in præmissis num. 35.* Molina *de iustitia tom. 2. disputat. 494.* vbi materiam late explicat, & ad quid teneatur tàm conductor quam locator? plura etiam Farinacius *in praxi criminali, 3 parte, quæstione 110. ex numer. 25.* vbi quod conductor tenetur etiam de culpa leuissima quando illa consistit non in committendo, sed in committẽdo, *& quæst. 169. ex num. 24.* Scobar *de ratiocinijs, cap. 19. numer. 10. & 11.* vbi de obligatione conductoris in cultura agri, & in substituendo alias arbores in locum demortuarum. Vincentius Carocius *de locato, 4. parte, quæst. 2.* Valascus *de iure emphiteut. quæstion. 27.* Mascardus *de probation. conclusione 892. num. 12.* Marienzo Iunior *in repetitione l. contractus. ff. de regulis iuris, ex num. 213. vbi num. 215.* adducit in contrarium Donellum *lib. 13. commentariorum, cap. 8.* & Connanum *libr. 7. capit. 14 numer. 18.* & alios opinantes conductorem etiam de leuissima culpa teneri, quod dicit confirmari, *ex leg. 7. titul. 8. partita 5.* & ibi per totam repetitionem explicat species culpæ, Gregorius *in leg. 76. titul. 18. part. 3. glossa 1.* vbi de equo æstimato locato, de quo etiam infra *numer. 28.* Brito *in cap. propter sterilitatem, ex numer. 54.* vbi bene declarat materiam, qui omnino videri debet, Barbosa *in collectanea, capit. vnico de commodato, numer. 4.* nouissimè Narbona *in leg. 9. titul. 19. libr. 6. glossa 2. in tertiam partem Recopilationis*, vbi latissime materiam explicat circa conductionem * mularum, & omnes difficultates in ea contingibiles resoluit. Scaccia *de commercijs, §. 1. quæstione 7. parte 2. ampliatione 6 numer. 9. 10. & 16.* & licet aliqui ex supradictis doctoribus anticipires maneant circa conclusionem huius numeri verissima tamen in se est, vt optimè post alios

alios probat Pichardus *in §. qui pro vsu*, institu. a *hoc tit. vbi* cum alijs explicat text. *in l. si merces* 25. §. *qui columnam ff. hoc tit.* in quo fundamentum faciunt contrariæ opinionis assertores.

De locatoris obligatione agunt ijdem doctores supra allegati, maxime Matienzo Iunior *ex nn.* 207. Molina *dicta disputatione* 494. Cratianus *discept. cap.* 534. Morla etiam supra & Bruno *in dicto cap propter sterilitatem & latius in rubrica. 2 parte* §. 1. *vbi* de locatore * dolij vitiosi (de quo etiam Molina supra & Scaccia *de commercijs*, § 7. *glossa* 2. *sub n.* 97. vbi de locatione salsus ad pastum in quo malæ herbæ nascuntur) Reginaldus *in praxi fori pœnitentialis lib.* 25. *n.* 513. *& sequens.* & de omni interesse ad quod tenetur locator non implens contractum ad explicationem *leg. curabit, Codic. de actionibus empti*, agunt supra relati, de quo etiam videndi sunt Pichardus *in* § *actionum* institu. a *de actionibus quæstione* 16. *nu.* 18. Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 1. *quæst.* 13. *& libr.* 3. *quæst.* 7. *ex num* 72. *& quæst.* 10. *ex num* 38. Pachinæus *lib.* 2. *cap.* 32. Sousa *in dicto* §. *actionum. capit.* 1. *ex numer.* 22. *& cap.* 2. *per totum*. Barbosa *in l.* 5. *ff. soluto matrimonio ex n.* 9. *vbi* etiam an quando immunet euictio in limine contractus. & ideo non soluitur pretium habeat locum dict. *l.* dispositio. Covarruuias *discept. cap.* 523. *&* 524. *&* 716. & Hermosilla latissime *in leg.* 10. *titul.* 1. *partita* 5. *glossa* 2. *ex numer.* 107. *& in leg.* 28. *titul* 5. *glossa* 2. Surdus *in tractatu de alimentis titul.* 1. *quæstione* 42. Cancerius *variarum* 3. *parte, capit.* 7. *ex numer.* 144. Domin. Larrea *decisione Granatensi* 22 *nu* 8. 9. *&* 31. Salgado *in labirintho* 1 *par. cap.* 21. *ex num.* 35 *vbi* de exornatione *dicta leg. si curabit.*

De procuratore autem litis quod teneatur etiam de leuissima culpa operam suam locans, vel præstans, videndi sunt Donel. *commentariorum. lib.* 13. *capit.* 11. Duarenus *ad titulum de mandato, capit.* 2. versicul. *Tertia causa est*, Surdus *decisione* 304. *nu.* 4. *& seq* necnon Gregor. Lopez *in leg.* 20. *tit.* 5. *part.* 3. versicul. *Caso por engaño &c.* & alios referens Matienzo Iunior *in repetitione dicta l. contractu, ex n.* 148. qui teneri de leuissima culpa dictum procuratorem affirmant, quod etiam docuit Barbosa *in dicto cap. vnico de commodato, num.* 4. *in collectaneis.*

Ad num. 22. ibi: *In quo breuiter dico &c.*

culpam cõductoris interueniisse in morte, vel in meritu rei conductæ locatorem debere probare, cum ea non præsumatur, vt resoluit Comezius docent plures relati per Mascardum *de probationibus liter. C. conclusione* 468. *vbi* etiam limitat, & declarat, *& lit. B. conclusion.* 239. *vbi* affert distinctionem relatam à nostro Comezio hic, an casus sit talis quod non soleat contingere absq; culpa cõductoris? & tũc ipse teneatur probare absq; sua culpa contigisse, vt liberetur, secus verò si contingere solet absque eius culpa, & tunc locatorem ipsam culpam probare debere, vt obtineat Morla *in emporio, titul.* 10. *in præmissis num.* 35. *vbi* de equo conducto mortuo, quod sufficit conductori probare mortem vt absoluatur nisi dominus probet eius culpa contigisse, & melius *quæst.* 1. *n.* 16. *&* 17. *vbi* comprobat resolutionem Comezij hic in versic. *Vel aliter, & tertio*, Cancerius *variar.* 1 *parte cap.* 14. *ex nu.* 52. *vbi* bene explicat Reginald. *in praxi fori pœnitent. libr.* 25. *num.* 531. Farinacius *in praxi crim. quæst.* 19. *ex n.* 12. *vbi* plures refert probãs quod furtum præsumitur cõmissum

culpa cuſtodis, & ideo de eo tenetur niſi probet abſq; ſua culpa contigiſſe quod etiã proſequitur latiſsimè *in quæſt. 110. ex numer. 41.* in incendio, qui etiam præſumitur ortus culpa in habitantium, & ſic in effectu idem intendit, quod docuit Maſcar *dicta concluſione 239.* & noſter Gomezius hic in dicto verſiculo: *Vel aliter & tertiò*, ipſe tamen Farinacius ibidem *dicta queſtione 110. ex numer. 90.* docet cum alijs quam plurimis quod in incendio dicta culpa habitoris præſumitur leuiſsima in omittendo, & non in committendo, & ſic habitator liber erit, niſi dominus probet in eo grauem culpam vt ipſe Farinacius declarat ibidem *numer. 127. & ſequent.* eum vide ibi *& etiam deciſione 114. lib. 1.* & Brito *in cap. propter ſterilitatem, numer. 54.* quem etiam videas, & Fachinæũ *lib. 1. cap. 87. & lib. 13. cap. 74.* & Gratian. *diſceptation. cap. 677. nume. 13.* Molina *de iuſtitia, tom. 2. diſputation 494. n. 13.* verſic. *Quia ergo mors inuenti conducti*, vbi etiam dictam diſtinctionem approbat inter caſus contingentes communiter cum culpa vel abſq; culpa conductoris, & ibi bene explicat, meo videri, obligationem paſtoris, vel alterius cuſtodis, de quo etiam latiſsimè Gutierrez *libr. 4. quæſtion. 47. per totam*, vbi etiam explicat, an talis paſtor teneatur leuiſsima culpa? & quid in cuſtode carceris, vel tabelione, & alijs qui tenentur ad cuſtodiam ratione officij, & Azeued. *in l. 21. tit. 8. lib. 6.* vbi etiam agit de paſtoribus, de quibus etiam Maſcardus *concluſ. 264. & 470.* & nouiſsimè Narbon. *in tertiam partem Recopilat. in l. 9. titul. 10. lib. 6. Recopil. gloſſa 2. n. 3. vbi n. 4.* docet nec pacto, nec conuentione effici poſſe, vt vltra taxatum pretiũ rei conductæ ipſe conductor teneatur de interitu, & periculo illius præter dolum, & culpam debitam contingẽte in hoc contractu, quia tale pactum eſt vſurarium, vt ibi proſequitur Narb. plures referens, *& n. 15. & ſequent.* probat quod ſi quis conducat equm, vel aliam rem pro certo vſu, vel ad aliquem locum determinatum, & ad alium ducat, non tenetur furti ſi ita erat ſolitus locari, & eſt præſumptio domum permiſſuram: quod etiam probat Farinacius *in praxi quæſtione 169. numer. 7.* & Gutierrez *ſupra*, & denique de illis qui tenentur ad cuſtodiam ratione officij aſſumpti, videas Molinam, & Gutierrez ſupra allegatos, & Maſcardum, & Tuſchum verbo: *Cuſtos*, & verbo: *caprarius*, & Ioannem Gratianum *regula 117. numer. 15. omnino*, de reliquis verò conductoribus obſerua diſtinctionem noſtri Gomezij *in dicto verſic. Vel aliter, & tertio*, à nobis comprobatam.

Et circa ſupra dicta aduerte, quod ſi paſtor gregis damnum dederit, dominus tenetur ad eius ſatisfactionem, ita cum alijs reſoluit Zeuallos *quæſtione 11. numer. 50. tom. 5.* vbi alia de hac materia per totam quæſtionem.

Item nota quo dilatio conceſſa à Principe debitori ad ſoluendum debita, an comprehendat debitum ex cauſa locationis? vide Menochiũ *caſu 203 num. 17.* vbi quod non comprehenditur. 24

Itẽ quod locatio facta ad beneplacitum partis morte extinguatur, vide Couar. *lib. 3. var. c. 15. n. 2.* Medic. *in tract. mors omnia ſolvit concl. 16.* Caroc. *de loc. q. 12. de beneplac. n. 3.* & alios ab eis relatos, & de locatione an poſsit conferri in volũtatẽ vnius ex contrahentibus? Gratian. *diſceptat. cap. 534.* 25

Itẽ quod colonus partiarius nõ cõueniatur à domino in plus quam facere poteſt, vide Caſtil. *l. 66. Taur.* verbo: 26

bo. *Se arraygar* versiculo *adde decimo tertio* & Baezam *de inope debitore cap.* 65. & Gregor. *in l. 79. tit.* 18. *part.* 3. vbi etiam an debeat suis expensis portare fructus in domum domini? & Gutierrez *de tutelis* 3. *parte cap.* 37. *num.* 9. vbi etiam an hoc casu fructus intelligantur deductis expensis.

27 Item de locatione operarum vide Auendanum 2. *parte cap.* 13. *prator pertotum* Baezam *de inope debitore cap.* 1. *num.* 16. & *seq.* Bolan. *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *naues & nauegantes* Annes *cap.* 17. *prator.* & *cap.* 33. verb. *A menos costa*, vbi de locatore operum artificialium, qui dixit opus fieri posse cum centum numis si postea non sufficiant, & anteneatur, de vitio operis, Menochius *de retinenda remedio* 4. *ex num.* 7.

28 Item de locatione animalium cū pacto vt conductor semper teneatur seruare numerum integrum ex eorū fœtibus vel aliunde. Vel quando locantur æstimata ea conditione vt finita locatione reddantur sub eadem æstimatione vide Molinam *de iustitia tomo* 2. *disput.* 503. vbi de primo dubio & de secundo agit Farinacius *decis.* 118. *lib.* 1.

29 Item de fructibus pendentibus locationis tempore vide Barbosam *in l.* 8. 2. *parte ff solut. matr. n.* 82. 92. & *seq.* vbi quomodo eos acquirat colonus, & quomodo diuidantur inter locatorem, & conductorem? & in §. *quod in anno*, vbi alia plura de hac materia & vide etiam eundem Barbosam *in l. si uir, num.* 57. & 58. *eadē l.* 8. vbi etiam an ius patronatus transeat in conductorem? Castillo *de vsufructu cap.* 77. & 80. & Britum *de locato cap.* 2. *parte* 3. *ex num.* 13. Gutierrez *in tractatu de tutelis* 3. *parte cap.* 28. vbi de conducente fructus, & reditus an acquirat dona hoc est *los presentes?* & *cap.* 29. vbi etiam de iure præsentandi, & Gratian. *regula* 341. *num.* 8. vbi quod locata vniuersitate non censetur locatum ius patronatus præter quam si locatio sit ad decennium.

Item si quis conducat nauim vel lo30 cum in ea ad Indos, verbi gratia, & reluctantibus ventis, vel alia causa ad portum redeat nauis, an pretium debeat? vide disputantem Molinam *tomo* 2. *de iustitia disputatione* 502. Bolanum *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *fiet amen. num.* 23.

Item an conductor acquirat domi 31 nium fructuum antequam soluat mercedem? vide Parladorum 3. *parte quotidianarum differentia* 79 *cap.* 3. *ex numer.* 7. Barbosam *in l.* 8 *ff soluto matrimonio* 2. *parte ex num.* 23. Pereiram *de emptione & vendit. cap.* 23. *n.* 13. Lassarte *de decima venditionis c.* 19. *num.* 72. Valascum *de iure emphit quæst.* 20. *ex num.* 15. Molinam *de iustitia disputatione* 497. *num.* 1. Narbonam *in l.* 25 *tit.* 21. *lib.* 9. *Recopilatiō glossa* 16. *ex num.* 36. & plures referētem Hermosillam *in l.* 28. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 1. *ex num.* 46. & *in l.* 55. *ibidem glossa etiam* 1. *num.* 5. & *seq.* vbi an conductor teneatur vendere fructus potius domino quā alteri? vide etiam Barbosam *in collectan. cap. potuit delocato* & Cancerium *variar.* 1. *parte cap.* 10. *num.* 52. & Gratianum *disceptationum cap.* 149. *num.* 10. & *quasi per totum*, & D Larream *allegatione Fiscali* 111. *ex num.* 23.

Item adde quod si conductor emat 32 rem conductam, & postea sequatur retractus in ipsa re, poterit ipse conductor ad suam conductionem redire; & ita probant noster Comezius *in l.* 70 *Tauri num.* 34. Surdus *decis.* 51. *num.* 24. Cancerius *variar. lib.* 3. *tit. de priuilegijs num.* 309. & alij ab eo citati a Salgado *in tractatu de retentione Bullarum*, *parte cap.* 10. §. *vnico num.* 70.

Item

Item inter duos conductores quis præferatur? vide *D* Ioseph Uela *dissertatione Hispalensi 20. num. 16. & 43.* & latissimè Btitum *de locato, & conducto 2. parte rubrica* §. 4. *per totum*, quem videas

CAPVT QVARTVM

DE DONATIONIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam Donationis explicantes.*

2 *Donationis definitio.*
Donatio fit traditione vel promissione.
Donatio an sit contractus.
De euictione in donatione remissiue.

3 *Donatio an possit fieri inter absentes.*
An mortuo donatore possit donatio acceptari
Quid in donatione facta Infanti vel minori & quid si ipse minor decet
Donatio ita facta quod post mortem donatarij veniat ad tertium an possit reuocari in præiudicium tertij.
Adl quoties Cod. de donationibus quæ submodo

4 *Reuocatio nuntij vel procuratoris per quem fit donatio vel alius contractus, & similiter reuocatio ipsius donationis quomodo facienda.*
Reuocatio procuratoris quomodo intimanda.
Solutio facta procuratori reuocato an valeat?

5 *Donans rem an videatur solum donare partem quam in ea habet.*
Donans rem an videatur donare fructus pendentes?
De euictione in donatione.

6 *De differentia donationis, & legati in hoc.*
In dubio donatio non præsumitur.

7 *Insinuatio quando requiratur, & de eius forma.*
De valore solidorum.

8 *An possit renuntiari insinuationi, & an valeat donatio cum clausula toties quoties, &c.*
An donatio excessiua firmetur iuramento?

10 *Liberatio seu remissio debiti requirit insinuationem.*
De remissione seu donatione facta pluribus personis.

11 *An*

11 *An in donatione ad pias causas requiratur insinuatio, & quid in donatione Principis, vel remuneratoria & alijs.*
Quid in renuntiatione futuræ successionis vel meditatis lucrorum constante matrimonio quæsitorum.
Cætera de materia insinuationis remissiue.

12 *Donatio perfecta quãdo reuocetur? An natiuitate liberorum.*
An valeat renuntiatio l. si vnquam Cod de reuocandis donationibus.

13 *Si filij viuo patre decedant an conualescat donatio?*
Quid de fructibus dicendum donatione reuocata natiuitate filiorum.
Cætera de hac reuocatione ex causa natiuitatis filiorum remissiue.

14 *De reuocatione donationis in officiosa.*
Quid de fructibus partis inofficiosæ.
Quod tempus inspiciatur ad inofficiositatem.

15 *Propter ingratitudinem donatione reuocatur.*
Quid in legato.
Quid in heredis institutione.
An competat hæc actio contra tertiũ possessorem.
Quid dicendum de fructibus, & de hypotheca interim contracta.
Quid si conuitium illatum donanti sit verum.
Quid de reuocatione ob non impletum modum alendi donatorem vel alium.
De prædicta donatione cum obligatione alendi donatorem.
An ingratitudo deleatur ingressu Religionis.

16 *Donatio quando non valeat, & de donatione omnium bonorum.*
Donatio causa mortis quando fieri dicatur.
Aliquando fit donatio inter viuos si cessante causa mortis fiat.

17 *Donatio causa mortis an assimiletur contractui vel vltimæ voluntati?*
An vxor sine licentia viri possit donare causa mortis, & an adultus sine curatore.

18 *Translatio dominij, ius accrescendi, & Falcidia ac insinuatio an habeant locum in donatione causa mortis.*
Quid dicendum de fructibus in hac donatione.

19 *An insinuatio requiratur in donatione quæ morte confirmatur, cum fuerit pura, & simplex.*
Ad illationes hic factas per Gomezium.

20 *Quibus modis reuocetur donatio causa mortis.*
Quid si mentio mortis fiat in verbis executiuis.
Quid si donator, & donatarius simul moriantur.

21 *An reuocata donatione causa mortis dominium reuertatur ad donatorem ipso iure.*
Quid si res donata fuerit alienata in tertium.

22 *An reuocata hac donatione repetantur fructus?*
Quid in donatione reuocata ex superuenientia liberorum vel propter ingratitudinem
Cum contractus rescinditur ex l 2. Cod de rescindenda, quid dicẽdum de fructibus.

23 *Per pactum de non reuocando an donatio causa mortis fiat donatio inter viuos.*
Quid si dictum pactum fuerit appositum in verbis executiuis.

24 *De donationibus inter virum, & vxorem.*
Valet donatio facta a viro ignobili vel senc vxori nobili vel iuuene.
Donatio inter virum, & vxorem morte confirmatur.
Et an morte ciuili vel professione Religionis.

Quid

CAPVT IIII.

Quid si donans non fiat pauperior

25 *Illationes ex dicta resolutione.*

An valeat remissio vsus fructus facta per patrem filio.

26 *De debitore repudiãte hereditatẽ vel legatum in fraudem creditorũ.*

Vxor an possis renuntiare medietatem lucrorum constante matrimonio acquisitorum.

An dicta renuntiatio possit rescindi ratione lasionis.

De acquisitione fructuum, & alia in materia donationis inter virum, & vxorem.

27 *Donatio facta à patre filio in potestate non valet?*

Quid de iure Regio?

28 *Si res donata soluatur, & postea ad donatorem reuertatur, an cõuenirì debeat in quantum facere potest?*

29 *Donans omnia bona cum reseruatione alicuius rei ad disponendum de ea, quid si non disponat?*

Donator in quantum facere potest, conuenitur, & quomodo hoc procedat, & quid in fideiussore vel herede?

An creditores hipothecarij posteriores ex causa onerosa præferantur anterioribus ex causa lucratiua?

1 MATERIAM donationis explicãt late præterscribẽtes in locis ordinarijs, Cardinal Tuschus *lit. D. conclusione 621. & seq vsq ad 715.* Cardinalis item mantica *de tacitis, conuentionlib. 13.* per quadraginta, & nouem titulos Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 28. cap. 7.* & pluribus sequent, Clarus *receptarum §. donatio* Sousa *in tit. de pactis articulo 4. quæst. 2.* vbi an donatio sit contractus nominatus? Ossualdus ad Donel. *lib. 14. cap. 26. & seq.* vbi de reuocatione donationis & alia, *& lib. 19. cap. 11.* vbi de quærela inofficiosæ donationis, Mozius *de contractibus tractatu de donatione*, Cardoso in praxi verbo: *Donatio* Matienzo, & Azeuedus *in tit 10. lib. 5. Recopil.* Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 273. & sequent.* Lessius etiam *de iustitia lib. 2. cap. 18.* per totum Cancerius *var lib. 1. cap. 8.* Baeza *de dote cap. 17. per totum* vbi de donatione remuneratoria, Tachinæus *lib. 3. controuersiar. cap. 73. & seq. & lib. 5. cap. 22. & seq.* Pichardus *institutæ hoc tit.* vbi alios plures refert, Diana *in resolutionibus Moral. tomo 8. tractatu de donationibus* Bonacina *de contractibus disputatione 3. quæst. 11. & seq.* Siluester & reliqui Summistæ, verb. *Donatio*, & latissimè Hermosilla *in tit. 4. partita 5.* vbi optimè, & copiosissimè Materiã explicat, Barbosa *in collectan tit. de donationibus lib. 3. decretalium per totum* Marius Castelli *eodem tractatu* late & Carleualius *de iudicijs tomo 2. disputatione 30.* vbi an creditor prior ex causa lucratiua præferatur posteriori ex causa onerosa? *Sillinetus in summa tomo 2. tractatione 34. cap. 2. & sequent vsq. ad 7.*

Ad numerum 1. ibi: *Pro cuius per* 2
fecta declaratione dico, &c.

Definitionem a nostro Comezio traditam communiter amplectuntur Doctores, vt videri potest per supra relatos & reuera magis videtur explicare naturam donationis, quam altera tradita à Pichardo *in rubrica institutæ hoc tit. num. 16.* aliam tradit Petrus Gregor. *dicto lib. 28 syntagm. cap. 7. num. 6.* quæ obnimiam longitudinem non placet, alias etiam plures refert Mantica *dicto lib. 13. tit. 2. ex num. 1.* quæ apud eum videri possunt & ita à nostro Comezio tradita tenenda est, quam late comprobant Matienzo *l. 1. tit. 10 lib. 5 glossa 2. num. 1.* Azeuedus ibid., *in rubrica num. 1.*

Faber

Faber *in suo Codice tit. de inofficios. donat. diffinitione 6. num.* 13. Mieres *de maiorat. parte* 1. *quæst.* 22. *nu.* 177. Cardoso *in praxi* verbo. *Donatio nu.* 1. Castillo *quotidian. lib.* 5. *cap.* 89. *num.* 19. & pro ea alios plures refert Hermosilla *in l.* 1. *tit.* 4. *partita* 5.

Ibi: *Et talis donatio fit, & celebratur dupliciter, &c.*

Donationem fieri ve traditione, vel promissione, vt hic resoluitur, & in quo vna ab altera differat, vide Mantic. *de conuention. lib.* 13. *tit.* 4. *ex nu.* 17. *vbi ex num.* 1. Species donationū enumerat, Tuschus *lit. D. conclusion.* 627. *ex num.* 6. Guzman *de euictionibus quæst.* 25. *ex num* 2. Barbosa *in rubrica ff solutomatrim.* 4. *parte num.* 36 Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 273. *num.* 2. Lessius etiam *de iustitia lib.* 2. *dicto cap.* 18. vbi latissimè per plura dubia explicat omnes promissiones, & quæ sint obligatoriæ, & quæ non? Bonacina *de contractibus disputatione* 3. *quæst.* 11. *per totam* vbi etiam de omni promissione agit stando in iure communi, Hermosilla *in l.* 1. *tit.* 4. *part.* 5. *glossa* 1. *num.* 4. *vbi* etiam agit in quo differat donatio à policitatione, stipulatione, & pacto, Pichard. *in rubrica institutæ, hoc tit. vbi num.* 2. & 5. probat quod donatio traditione perficitur, & eleganter hoc explicat, & contra communem docet, donationem quæ nullum commixtum negotium habet, & sola traditione perficitur, contractū non esse, secus illa quæ modalis est, & quæ pactum seu conditionem commixtam habet, licet contrarium imo contractum esse teneat Sousa *in commentarijs ad titulum, ff. de pactis quæstione* 7. *artic.* 4. *ex num.* 3. & cum eo, & Fabro *de errorib.* 2. *parte decad.* 44 *errore* 8. *n.* 2. vbi contractū nominatū & stricti iuris appellat, & cum alijs Hermosilla *dicta l.* 1. *glossa* 1. *num* 3. *tit.* 4. vide etiam Barbosam *in collectan. cap.* 23. *num. finali*: de iure patronatus, & Sarmientum *libr.* 3. *cap.* 3. *in fine.*

Ibi: *Nec pro euictione eius, &c.*

De euictione in re donata diximus iam *in cap* 2. *supra.*

Anumerum 2. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Et ibi: *Hodie tamen bene valet, &c.*

Et ibi: *Imo quod magis est, &c.*

Donationem posse fieri inter absentes non solū si incipiat à traditione sed etiam si à promissione incipiat, imo in hoc Regno, etiam non interueniente aliquo nuntio vel epistola, remanere donatorem efficaciter obligatum per Tex. *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* docet noster Gomezius hic, & comprobant Couarrubias *in cap. quamuis pactum* 2. *parte* §. 4. *num.* 15. Menchaca *lib.* 3. *de successionum creatione* §. 21. *num.* 43. Molina de iustitia tomo 2. disputatione 263. Mieres *de maioratibus* 1. *parte quæst.* 68. *ex num.* 43. *& quæst.* 36. *ex num.* 24. vbi quod donatio tacite inducta a lege non requirit acceptationem Matienzo *in l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 5. *Repil. num.* 17. *& sequent.* & alij plures relati a Thoma Sanchez *libr.* 1. *de Matrimonio disput.* 6. *num.* 18. cum antea numeris præcedentibus explicasset hanc, eandem quæstionem de iure communi, nec non alij plures in vnū congesti a D. Ioanne del Castillo *lib.* 4 *controuers. cap.* 37. *ex num.* 39. de quo etiam vide D. Larream *decisio Granatens* 91. *ex num.* 1. post Cancerium 1. *parte cap.* 8. *ex num.* 36. *late & 3. parte cap.* 7. *ex num.* 333. Sed contrariam sententiam imo etiam hodie requiri acceptationem, vt non possit reuocari donatio absenti facta stante *dicta l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop.* docet latissimè idem Thomas Sanchez supra vbi *nu.* 5. agit de herede donatoris vel donatarij *& num.* 1. quid si donatio fiat Infanti? & Salgado in labirintho

rintho *creditor. parte 2. cap. 26. ex n. 60.* Noguerol *allegat. 22. ex num. 6. & allegatione 26. num. 133.* vbi de Ecclesia, Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio 3. parte num. 18. & seq.* vbi etiã de donatione facta Deo Omnipotenti, & Castillo *dicto num. 39.* qui etiam alios plures pro hac parte refert, & Hermosilla *in l. 4. tit. 4. part. 5. glossa 1. ex num. 7.* vbi primum quid iure communi sit dicendum? deinde *num. 24.* quid iure Regio stabilitum fuerit explicat, & demum cum dicta sententia Thomæ Sanchez, & D. Ioannis del Castillo, & aliorum manet, & addit prædictas opiniones ad concordiam posse reduci hoc modo vt prima nostri Gomezij procedat, quãdo vltra promissionem aliunde constat de animo donantis, quod statim voluerit se obligare, secunda vero opinio quam sequuntur Sanchez Castillo, & reliqui, quando sumus in nuda, & simplici donatione facta absenti, & tandem dictam secundam opinionem ampliat, & limitat, eum omnino vide quasi per totam glossã vbi *nu. 49. & 50.* etiam adducit duas communes contrarias opiniones in ea quæstione † an post mortẽ donatoris possit donatarius donationem acceptare inuitis heredibus donatoris, ad quos ius reuocandi non potuit transferri? & partem affirmatiuam veriorem dicit quam ampliat *nu. 51.* vt nec ad fiscum facultas reuocandi transeat ex delicto commisso per donatorem, eoq; non obstante donatarium posse eam acceptare, vide D. Laream, & Salgadum sup. & Cancer. *num. 41.* & Gratian. *discept. cap. 729. ex num. 19.* & Sousam *in tit. de pactis articulo 1 num. 9.* item de donatione facta Deo vide Barbos. *in rubrica ff. soluto matrimonio 2. parte num. 94. & seq.*

In donatione autem facta minori Infanti etiã absenti quod non egeat acceptationem; vt fiat irreuocabilis vide Gutierrez *Consil. 20.* per totũ Narbonam *de ætate ad omnes actus requisita anno 25. quæst. 13. num. 10. & 11.* & alios relatos a Hermosilla *in l. 7. tit. 4. partita 5. glossa 4. n. 14.* Itẽ † de donatione facta àminore, agit idẽ Narbona supra *quæst. 11.*

Circa donationem vero taliter factam quod post mortem donatarij veniat ad tertiũ, an talis donatio post acceptationem primi donatarij possit reuocari in præiudicium illius tertij saltim de consensu ipsius primi donatarij? vide plures Doctores quos in vnum congerit Ualdesius ad Suarez *in l. quoniam in prioribus quæst. 8. lit. A.* Molinam *de primogenijs lib. 4. cap. 2. num. 73. & seq.* Ceuallos *quæst. 249.* Cancerium *variar. 1. parte cap. 8. ex num. 52. & 3. parte cap. 7. num. 257.* & alios fere infinitos quos refert Castillo *lib. 4 controuersiar. cap. 5. ex num. 21.* & Hermosillam, *in l. 7. tit. 4. part. 5. glossa 4. ex nu. 1.* vbi plures Doctores pro vtraq; parte refert & tandem concludit posse reuocari talem donationem in præiudicium illius tertij præter quam in decim casibus, seu limitationibus quas ibi congerit, *& nu. 18.* agit quid in alijs contractibus? eum vide, & Castillo, supra, & D. Larream *decisione Granatensi 91. ex num. 7.* post Thomam Sanchez *lib. 1. consiliorum cap. 6. dubio 1.* vide etiam infra *num 12.*

Circa interpretationem vero Tex *in l. quoties Cod. de donationibus* quæ sub modo, quiest capitalis in hoc casu videndi sunt præter supra allegatos Molina *de primogenijs lib. 3. cap. 12. ex num. 1. & cap. 6. num. 37.* Ceuallos *tom 3. quæst. 783.* Suarez *allegatione 19. num. 4. & in tit. de las herencias num. 22. & in consilio 9.* Ioannes Gratianus *regula 410.* Fachinæus *lib. 8. controuers. cap. 83. & seq.* Sousa *in l. famine ff. de regul. iuris 1. parte num. 256.*

556. vbi quod hoc ius tertiò competens transfertur ad hæredes, si is primo donatario viuo moriatur, Valascus *de iure emph. quæst.* 50. *n.* 44. Costa *de maiorat. bonorum Regia corona num.* 6. *& seq.* vbi etiam quid si ille tertius moriatur viuo donatario? Pichardus *in* §. *alteri*, instituta *de inutilibus stipulationibus, ex nu.* 24. Barbosa *in l.* 2. *ff. soluto matrimonio*, 1. *parte, numer.* 148. *& 2. parte, ex numer.* 9. *& in leg.* 8. 2. *parte, ex numer.* 9. Gutierrez *lib.* 2. *quæstione* 52. Hermosilla *dicta leg.* 7. *glossa* 2. *&* 3. *&* 4. *& glossa* 1. vbi etiam de reuocatione incontinenti facta, & iterum *in l.* 8. *eodem, tit.* 4 *part.* 5. Thomas Sanchez *in consilijs moralibus, lib.* 1. *cap.* 6. *dubio* 1. apud quos dictã materiam latissimè disputant, reperies & vide etiam D. Larream *d. decis.* 91. *n.* 9. *&* 10. Noguerol *alleg.* 1. *num.* 63.

4 Ad num. 3. ibi: *In quo subtili, & notabili articulo*, &c.

Si donatio, vel alius cõtractus fiat per procuratorem, & donas, vel contrahens velit eam reuocare, reuocatio debet intimari ipsi procuratori, & alteri contrahenti, vt valeat præterquam in dominio transferendo, vel matrimonio contrahendo, cum enim hæc pendeant ex mera voluntate reuocantis, ea cessante cessabunt, si verò donatio fiat per nuntium, statim valet reuocatio, ita Comezius in præsenti, & sic etiã docent Fabianus *de emptione* 3, *quæst principali n.* 25. Bertaz. *clausul.* 5 *glossa* 1. *n.* 3. Mantica *de conuentionib. lib.* 7. *tit.* 21. *et sequent. vsq; ad finem libri* vbi latissimè agit de omni reuocatione procuratoris tacita, vel expressa Tuschus *lit.* P. *concl.* 861. *et* 862. *et lit.* M. *conclusione* 65. *et lit.* R. *conclusione* 324. Matienzo *in l.* 16. *tit.* 11. *li.* 5. *Recop gloss.* 1. *n.* 3. Molina *de iustit. tom.* 2. *disputatione* 263. *ex n.* 4. latè Hermosilla *in l.* 48. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 5. *n.* 24. Menochius *de recuperi remedio* 1. *ex nu.* 273. Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 2. *disput.* 11. *n.* 7. *et lib.* 3. *disputat.* 30. *ex nu.* 11. Bolanus *in Curia philip.* 2. *par.* § *factores, n.* 42. Gratianus *disceptationum, cap.* 18. *et* 505. apud quos reperies quomodo reuocatio procuratoris intimanda, vel publicanda sit, maximè apud Manticam, & Tuschum in locis citatis, & Cancer. *variar.* 2. *par. cap.* 14. *n.* 173. *et seq.* & iterum Sanchez *lib.* 1. *disput.* 6, vbi de reuocatione ex morte mandantis procedente.

Huiusmodi procuratori reuocato facta solutio an liberet debitorem? videndi sunt Mantica *de conuention. lib.* 7. *tit.* 36. *num.* 5. Gratian. *discept. tom.* 1. *cap.* 17. *et capit.* 127. *numer.* 33. Scobar *de ratiocinijs capit.* 19. *n.* 48. *et capit.* 23. *num.* 58. *vbi nu.* 57. de solutione anticipata agit, Osualdus ad Donelum *libr.* 5. *cap.* 18. Pichardus *in* §. *eadem ratione*, instituta *quod cum eo qui in aliena potestate*, &c. *nu.* 22. & in disputatione iudicarum solui *num.* 59. Siguença *de clausulis, cap.* 36 *num.* 8. Bolanus *in Curia philipica*, §. *factores*, 2. *parte, numer.* 47. *et* §. *paga, n.* 7. iterum Gratianus *cap.* 505. Auendañ. *tit. de las excepciones, n.* 29. Grassis *de exceptionibus, exceptione* 25. *ex n.* 53. Scaccia *de commerciis*, §. 2. *glossa* 5. *num.* 27. *et* 401. *et sequentibus*, vbi etiam de reuocatione tacita agit, Salgado *in labirintho*, 1. *parte, cap.* 27. *n.* 108. *et seq.* vbi etiam alia. *et cap.* 38. *ex n.* 28. *et* 2. *part. cap.* 9. *numer.* 112. vbi etiam de institore sermonem facit.

Ibi: *Hodie tamen de iure Regio*, &c.

Diximus iam de hoc numero præcedenti.

Ad num. 4. ibi: *In quo articulo breuiter, et resolutiuè dico*, &c. 5

Donans simpliciter rem, tantũ ius vel partem quã in ea habet, videtur

donare, si verò res est penitus aliena & donatio incepit à traditione tantum vsum, vel detentationem videri donatã, si verò incepit à promissione cuictionem locũ habere, vt hic resoluitur, docent Suarez *allegat. 7. n. 3.* Tuschus *lit. D. conclus. 645.* vbi etiã de donatione rei fide commissio subiectæ, Mantic *de tacitis conuen. lib. 13 tit. 23. n. 7. & seq.* vbi latissime explicat, *& n. 18.* agit, quid si res aliena donata postea ceperit esse donatoris, Cancer. *variar. 1. p. c. 8. n. 71. & seq.* Barbos. *in l. diuortio. ff. solut. matr. 2. p. n. 81.* vbi an qui donat † fundum videatur donare fructus pendentes? Herm. *in l. 32. tit. 5. part. 5. glo. 1. n. 67* Guzman *de euict. quæst. 25. num. 58. & seq.* vbi etiam comprobat resolutionem nostri Gomezij in præsenti, & tradit differentiam donationis; & legati. Sed quatenus ad cuictionem quam hic considerat noster Gomezius, videnda sunt, quæ diximus supra *capit. 2.* vbi cuictionem non habere locum in donatione cum pluribus doctoribus asseruimus indistincte.

† fundum

6 Ad numerum 5. ibi: *Ex quo colliges, & inferes maximam differentiam, &c.*

De differentia quam considerat Gomezius hoc numero inter legatũ & donationem idem affirmant, & cõprobant Doctores supra allegati, n. præcedẽti maxime Guzm. *n. 60. et seq* vide etiam Farinacium *decis. 136. lib. 1. in addit. lit.* C.

Ibi: *In dubio autem si simpliciter quis tradat, &c.*

In dubio donationem non esse præsumendã, sed depositum, commodatum, vel mutuum, vt hic resoluit Gomezius docent, & comprobant latissimè Tusch. *lit. D. concl. 652. & seq. & lit. C. concl. 613.* vbi de habitante domũ sine cõuẽtione pensionis. Mascardus *de probationib. later. D. concl. 551. per totam*, vbi satis prolixe materiam prosequitur, Mantica *de tacitis conuentionibus, lib. 13. tit. 9. & seq. vsq; ad titul. 21.* Cancer. *variar. 2. parte, cap. 8. n. 106.* Barbosa *axiomate 77. per totum* Gratianus *discept. c. 782. n. 14.* vbi an donatio sit fauorabilis? Menoch. *de præsump. lib. 3. præsump. 30. & seq. vsq; ad præsump. 34.* Barbosa *in l. si alienam, ff. soluto matrim. ex n. 88.* Pichard. *instit. hoc tit. in rubrica, num. 15, & in principio* quibus non est permissum facere testamentum, *n. 66.* & quid inter cõiũctos an inter eos præsumatur donatio? Barbosa *in l. quæ dotis, d. tit. ff. soluto matrim. ex n. 24.* late vbi etiam de permittente rem suam vendi, *& in leg. Lucius, & leg. post dotem, ibidem ex n. 17. & in l. 1. parte 4. numer. 138. & leg. 8. §. quod in anno,* vbi an donatio intelligatur tãtum de prima vice? D. Larrea *decis. Gran. 66. ex n. 1.* vbi etiam dictam resolutionem procedere ait in pia causa.

Ad num. 6. ibi: *Et breuiter, & resolutiué dico, &c.* 7

Insinuationem requiri in donationẽ excedente quingentos solidos resoluit Gomezius in præsenti, vbi etiam formam insinuationis adducit, & ita etiam docent Mozius *de contractibus, tit. de donationibus, cap. de substantial. donat. nu. 7.* Cujat. *in paratitlis ad hunc titul. n. fin.* Anton. Gabriel. *eod. titul. conclusione 1. n. 1. & seq.* Gratian. *discept. capit. 343. n. 3.* vbi quod insinuatio non requiritur si de ductis expensis gabellæ non remanent quigenti solidi, *& cap. 355.* vbi plura congerit, *& capit. 531.* vbi quod non potest fieri donatore mortuo, vel inuito, & alia, *& capit. 783. n. 25.* vbi quod ante insinuationem non acquiritur dominium donatario, etiam si restradatur, & quid si donator decedat ante insinuationem? Petrus Gregorius *in*

singag.

sintag. lib. 28. cap. 13. Zeuallos *quæst.* 222. Azeuedus *in l. 1. tit. 10. lib. 5. Recop. n. 8.* vbi quod donatio Regis, nõ requirit insinuationem, *& in l. 1. tit. 6. num. 14.* vbi quod etiam eam non requirit donatio facta à patre filio, Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 1. parte, num. 12.* vbi quod donatio ex causa dotis non eget insinuatione, *& 7. parte ex num. 40. cum sequent.* vbi de donatione propter nuptias, vel causa studiorum, *& in l. 2. 1. par. ex n. 161.* Matienzo *in l. 1. tit. 2. lib. 5. Recop. glos. 4. nu. 4.* vbi quod non requiritur indote, *& in gloss. 3. ibidem n. 20.* vbi alios casus enumerat, in quibus non requiritur, *& in l. 7. tit. 6. glos. 3. n. 2.* vbi an requiratur in melioratione tertij & quinti? & ibi etiam quod non requiratur quoties ex futuro euentu pẽdet an donatio excedat summã quingẽtorũ solidorũ? *& in l. 7. tit 10 glossa 6. n. 6.* vbi quod eius omissio vitiat donationem in eo dumtaxat quod excedit summã quingentorum solidorum, quod etiam expluribus comprobat Salgad. *in labirintho parte, 2. c. 4. ex n. 44.* Farinacius *in fragmentis*, verb. *Lex, n. 231, & in consil. 42.* Cancer. *variar. 1. parte, cap. 8. ex n. 1.* late, & an in perpetuum possit fieri insinuatio? Gratianus *discept. d. c. 783. n. 33. & cap. 750. ex n. 14.* vbi an possit fieri per minorem? latissime etiã Tusch. *lit. D. conclus. 646. & seq.* Borel. *in summa decis. tit. 11. de insinuat. donat. lib. 3. nu. 4. & n. 40.* vbi alios refert, Mastrill. *decis. 94. n. 14.* & alij plures in vnũ congesti à Hermosilla *in l. 9. titul. 4. partita 5. glossa 1. num. 27.* vbi numeris sequentibus, & *per totam legem*, materiam latissime prosequitur cum ampliationibus, & limitationibus, *vbi gloss. 17.* cum multi docet, quod non requiritur in insinuatione decretum iudicis (quod etiã comprobat Amaya *in l. 1. C. de apothecis publicis, lib. 10, n. 20*) & an requiratur citatio, & an post mortem donatoris, seu donatarij fieri possit, & an in hæredem transeat facultas insinuandi? eũ omnino videas *in d. glos. 17.* & D. Larr. *decis. Gran. 66. ex n. 20.*

De valore autem solidorum de quibus in præsenti fit mentio late agunt Parladorus *differentia 144.* Scobar *de ratiocinijs, lib. 2. computatione 25.* Matienzo *in leg. 4. glossa 1. numer. 6. tit. 24. lib. 5. Recopilat.* Sccacia *de commerciijs §. 2. glossa 3. numer. 13.* Pichardus *in §. 1. instituta hoc titul. numer. 12.* Gratianus *disceptat. ca. 51. numer. 14.* & alij plures adducti per ipsum Hermosillam *in dicta leg. 9. tit. 4. partita 5. glossa 14. per totam*, vbi omnes opiniones refert, & tandem, *num. 10* Magis iuri consonam videri asserit opinionem Parladorij supra existimantis solidum efficere sexdecim numos argenteos regales, vnde necessaria non erit insinuatio in donatione quæ non excedit octo mille numos regales argẽteos, ac demum in consulendo sequendam ait opinionem, Couarr. & Scobar, tanquam tutiorem nempe donationẽ excedentem summam 242500. marapetinorum insinuandam, vt litium occasio tollatur.

Ad numer. 7. ibi: *Item adde quod* 8
huic insinuationi non potest renuntiari, &c.

Dictæ insinuationi non posse renuntiari, nec valere clausulam solitam apponi inscripturis, nẽpe quod toties donationem facit, quoties summa donata excedit quingentos solidos, imo & si plures res sigilatim exprimantur in donatione, vt hic resoluitur, docent Clarus *receptarum §. donatio quæst. 17.* Gutierrez *de iuramento confirm. 1. parte, cap. 7. num. 17.* Gratian. *disceptat. ca. 355. num. 1. & in cap. 474. num. 7. tom. 3.* vbi alia adducit, Mantica *de tacitis, conuentionibus lib. 13. titul. 34. ex num. 1.*

Molina de iustitia *tom. 2. disputat.* 278. & plures referens Hermosilla *in l. 9. tit. 4. par 5. glossa 1. exn. 29.* Matiē zo *in l. 7. tit. 10. glos. 6. num. 4. lib. 5. Recop.* Zeuallos *quæst. 222. n. 16. vbi n. 11.* cum alijs ait donationem nullā ex defectu insinuationis posse a Principe confirmari etiam in præiudiciū donantis.

9 Ad numerum 8. ibi: *Vnum tamen est, &c.*

Donationem excessiuam iuramento confirmari, vt hic resoluit Gomezius, docent Mozius *de contractibus tit. de donatione cap. de substantialibus donat. num. 20.* Gratianus *discoptation. cap. 131. ex nu. 97. et tom. 3. cap. 474. num. 8. & 9.* Gutierrez *in l. nemo potest. ff. de legatis 1. num 341. & in tractatu de iuramento conf. 1. parte, c. 7. num. 2.* & plures referens Ceuallos *quæst. 222. num. 13.* vbi *numer. 14.* limitat in donatione facta a Iudeo, quæ etiam si sit iurata indiget insinuatione, Molina *de iustitia tomo 2. disput. 278.* & alij quam plurimi relati a Hermosilla *in l. 9. tit. 4. partita 5. glossa 15, n. 18. vbi n. 19.* alios pro contraria parte adducit circa principalem resolutionem huius numeri, & tandem tertiam opinionem refert distinguentem quando in specie insinuatio renuntiatur iuramento, & tunc affirmatiua procedat, & quando expresse non fuit renuntiata insinuatio, & tunc habeat locum negatiua: sed ab opinione nostri Gomezij non recedit, quam tripliciter limitat, eum vide & Cancerium *variar. 1. parte cap. 8. num. 5. & sequentibus* & Fachineum *lib. 12. controuers. cap. 48.*

10 Ad numerum 9. ibi: *Itē adde quod etiam sine insinuatione, &c.*

Quod etiam liberatio seu remissio debiti requirat insinuationē si excedat summam quingentorum solidorum, vt hic resolvitur, comprobant etiam cum eisdem declarationibus Gomezij Mozius *in dicto tractatu de donationibus cap. de substantialibus num. 17. & 18.* Tiraquel. *in l. si vnquā verbo: Donatione largius num. 196. & seq.* Clarus §. *donatio quæst. 16. num. 2. & seq.* Couarrubias *lib. 2. variar. cap. 4. num. 8.* Matienzo plures referens *in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopil. glossa 6. num. 6.* Cancerius *var. 1. parte cap. 8. num. 4.* Borellus *in summa decis. sion. 3. parte tit. 11. num. 93. & seq.* vbi plures etiam refert, & late, & optime Hermosilla *in dict. l. 9. tit. 4. glossa 15. ex num. 5.* vbi laudat nostrū Gomezium, & eius declarationes cō probat, nempe quod debitum sit liquidum etiam si procedat ex diuersis causis, *& n. 8.* etiam ampliat quando sunt plures debitores † si totū debitū excedat sūmā quingētorum solidorū adhuc enim insinuatio erit necessaria, & etiā in donatione facta pluribus personis, si dictā sūmā excedat eū vide

Ad numerum 10. ibi: *Item adde quod donatio ad pias causas, &c.* 11

In donatione ad pias causas insinuationem esse necessariam, præterquam si fiat pro redemptione captiuorum in qua non est necessaria, sicut in donatione Principis seu in remuneratoria, resoluit Gomezius, & docent plures relati per Fontan. *de pact. nuptialibus clausula 4. glossa 21 parte 2. num. 19. & seq.* qui in donatione facta Ecclesiæ vel pio loco insinuationem esse necessariam asserunt, sed contrarium imo in donatione facta Ecclesiæ vel pio loco insinuationem non requiri vt verius tenent Dueñas *in reg. 4. limitat. 6.* Clar. §. *donatio, quæst. 17. n. 1.* Mozius *de donationibus ca. de substantialibus, n. 15.* Matienzo *in l. 7. tit. 10 lib. 5 glos. 6. n. 13.* Molin. *de iustitia tom. 2. disput. 179. versic. his tamen, &c.* qui & alij relati à Hermosilla *in l. 9. tit. 4. partita 5. glos. 12 n. 1.* etiam docet in donatione pro redemptione captiuorum nec scriptu-

ram,

tam, nec insinuationē requiri, vide etiam Pichard. *in relectione. ff. de substitutionibus cap. 2. n. 15.*

In donatione etiam principis insinuationem non requiri, docent Zeuallos *q. 222. n. 9.* Azeued *in l. 1. tit. 8. lib. 5. Recop. n. 8.* Borel. qui alios refert *3. part. d. tit. 11. ex n. 10.* Molin. *de iustitia dicta disputat. 279.* & alij plures relati à Hermosilla *in dictal. 9. tit. 4. partit. 5. glossa 1. ex numer. 36.* vbi latissimè prosequitur materiam donationis Principis, & declarat in quibus casibus donationes hæc valeant, vel non, & quid comprehendant.

Item in donatione remuneratoria idem comprobant latissimè Anton. Gabriel. *tit. de donationib conclus. 1. ex n. 59.* Mising. *centuria 4. obseruatione 75.* vbi ait requiri meritorum expressionem Mantica *de conuent. lib. 13. tit. 15. n. 31.* Gratian. *disceptat. c. 657. ex n. 51.* vbi an debeat stari donatoris assertioni circa merita? Borel. *3. parte decision. tit. 9. ex n. 171.* vbi asserit merita æquiualentia donationi debere probari, Cald. *in l. si curatorem*, vers. *Contractū feceris, n. 19* vbi etiā de hac donatione facta à minori sine decreto iudicis, & Hermos. *in l. 9. tit. 4. partit. 5. glossa 15. num. 16.* vbi etiam refert Zeuallos *dicta quæstione 222. numer. 8.* Garcia *de donatione remuneratoria, num. 5. & seq.* Donel. *libr. 10. commentar. cap. 1.* & ibi Oſuald. *liter.* O. Faber *de erroribus pragmat. 4. decade 77. errore 8. & sequent.* Gregorius Lopez *in l. 3. tit. 10. partita 2. glossa. 2.* vbi etiam an credatur Principi circa benemerita?

Ibi: *Ex quo primò infero &c.*

Renuntiationem futuræ successionis sine insinuatione validam esse, secus verò in successione iam quæsita, docet Dueñas *in regul. 224. limitatione 14.* Mozius *in tit. de donationib. c. de substant. n. 19.* & Hermosilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. gloss. 15. n. 17.* & sic in renuntiatione iuris defuturo insinuatio non requiritur, vt in exēplis hic positis, *vide* eum, & Molinam *de iustitia, tom. 2. disputat. 279. numer. 13.* vbi bene explicat, & tradit rationem huius doctrinæ, & falsam dicit quoad renuntiationem medietatis lucrorum constante matrimonio cū hæc pertineant vxori virtute cōtractus matrimonij, & sic quoad hæc lucra contra nostrum Gomezium tenet eum videas.

Cætera quæ ad materiam insinuationis pertinent videri poterunt per supra allegatos maximè Hermosill. *in d. l. 9. per totam*, vbi satis prolixe materiam pertractat post Canc. *d. c. 8. ex nu. 1.*

Ad num. 11, ibi: *In quo articulo magistraliter, &c.* 12

Donatio perfecta regulariter reuocari non potest, nec ei aliqua cōditio modus, seu grauamen apponi ex tex. *in l. perfecta, Cod. de donationib. quæ sub modo*, de cuius materia, & explicatione latissimè agunt Couarrubias, *lib. 1. variarum, cap. 14.* Molina *de primog. lib. 3. cap. 12. ex n. 1.* Zeuallos *tom. 3. quæstione 783.* Suarez *allegation. 19. n. 4. et in tit. de las herencias, n. 22. et in l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni*, vers. *Octauo quæritur*, vbi Ualdesius plures refert, *et consil. 9. et 10.* Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib. 2. 6, 2. n. 12.* vbi quod fundator maioriæ potest declarare verba dubia fundationis Barbosa *in collect. c. grauis de censibus*, vbi an fundator patronatus possit nominare quem voluerit contra tenorem fundationis? Ioannes Gratianus *in regula 41.* Fachinæus *lib. 8 controuers. capit. 88. et sequentibus*, Gutierrez *lib. 2. practic. quæstion. 52.* Gratianus *disceptation. cap. 332. et cap. 575.* Mantica *de conuentionibus*,

lib.

lib.13.tit.48. Ualascus *de iure emphi teutico quæst.50.num.44.* Barbosa *in l 2.§ soluto matrim.1.parte nu.148. & 2.parte ex num.9. & in l.8.2.parte ex num.9.* Sousa *in repetit.l. feminæ ff. de regulis iuris 1.parte num.256.* Hermosilla *in l.7.tit.4.partita 5. glosa 3.late. & in glossa 2. & 4.* vbi an possit reuocari donatio in præiudicium tertij? *& glos.2.* vbi an incõtinenti possit fieri reuocatio? ex quibus plures agunt de reuocatione in præiudiciũ tertij, quod maiorẽ difficultatem habet, & latissimè Castillo *lib.3.controuersiar. cap.10.* vbi quam plurimos refert, *& in lib.4.cap.5. ex num.18.* vbi etiam de reuocatione in præiudicium tertij, de quo supra *num.3.* versiculo *circa donationem.*

Hæc tamen regula limitatur per nostrum Gonezium hic, primo si quis filios non habens donauit alteri bona sua *vel* maiorem partem eorum, & postea nascantur filij, nam statim reuocatur donatio ipso iure in totum si fiat extraneo, si *vero* fiat alteri filio, & postea nascantur alij, reuocatur vsq. ad legitimam, & si donatio fiat Ecclesiæ, vel pio loco vel patri, vel ascendenti a non habente Flios, & postea hi nascantur remanet quintum Ecclesiæ *vel* patri & ita tenent Tiraquel. *in suis amplissimis cõmentarijs ad l vnquã Cod. de reuocandis donation. in præfatione n.3. & 4.* Mozius *de donationibus cap si. nu.7.* Cujacius *observation. lib.20. ob seruatione 5.* Diuius *decis.404. ex n.3 & decis.434. nu.4 & seq.* Cancerius *variar. 1.parte cap. 8. ex num.125. & 3.parte cap.21.num.130.* vbi quod ius reuocãdi trãsit ad heredes hoc ca-
23 su *& num.139. & seq.* Fachinæus *lib.3 controuersiarum. capite. 87.* & alij plures relati a *Hermosilla in l. 8. tit. 4. partita 5. glossa 1.* inter quos (*vt* ipse testatur) maximè est controuersia, an quando donatio facta a habente filios reuocatur natiuitate aliorum, intelligatur reuocatio fieri ex dispositione dictæ *l si vnquam*, & an locum habere possit? Gutierrez *in cap. quamuis pactum num.28.* vbi an prædicta l. habeat locum in renuntiatione hereditatis? Molina *de primoge. lib.2.cap.3.* Ceuallos *quæst.2.num.28.* vbi quod prædicta *l.* habet locũm legitimatis, *& in quæst 104. & 105. & 720.* Castillo *in l.12. Tauri, & in l.29.* verbo: *Las otras donaciones, & in l.50. in principio,* vbi quod prædicta l. non potest renuntiari, Ualdesius in addition. ad Suarez *in l quoniam in prioribus ampliatione 10. in additione ad nu..68.* vbi an hæc l. habeat locum si filius consentiat in grauamine legitimæ? idem Suarez *consil.9.num.10. & 11. & in consil.10. num.34.* vbi quid in donatione remuneratoria? Menochius *de arbitrar. casu 133.* vbi quod res parua non reuocatur ex *dicto* Tex. de quo etiam Tiraquel. *in tractatu de rebus exiguis pagina mihi 66.* Offualdus ad Donel. *lib.14.ca.32.* vbi late, Gratianus *regula 150.* vbi per ampliationes, & limitationes optimè materiam declarat, Baeza *de dote cap.9.* quasi per totum *& cap.10.ex num.102. & cap.13. num 6. & 11.* vbi de filijs naturalibus, *et cap.26.num.6.* vbi an *dicta l.* procedat in donatione iuris patronatus? *et cap.29.num.11.* vbi quid si interueniat iuramentum? *et cap.32.num.6.* vbi an in hoc casu dos reuocetur cõstante matrimonio? Castillo plures referens *lib.4. controuersiarum cap. 31.ex num.93.* Medicis *in tractatu mors omnia soluit conclus.36.* vbi an heres possit petere hanc reuocationem? Matienzo *in Dialogo 3.parte cap.17.* vbi quid si donatio facta fuit amico? Mantica *lib.12. de coniectu. vltim. volunt. tit.2.num.34.* vbi an dicta l. procedat in legatis? Auarado *de coniectur. mente defunct. lib. 4. cap.*

4. *cap.* 1. *ex num.* 35. Barbosa *in l.* 2. *parte.* 1. *ff. soluto ma. num.* 160. *& seq.* vbi de pacto de lucranda dote, & donatione ex causa dotis, & melioratione tertij, & quinti an reuocentur ex superuenientia liberorum? & alia, & in l. si abhostibus ibidem *nu.* 16. Morquecho *de diuisione bonorum lib.* 3. *c.* 5. vbi de fructibus rei donatæ in hoc casu. Ualasc us *consult.* 31. vbi an hoc remedium transeat ad heredes? & alia, Burgos de Paz *consil.* 3. *num.* 63. vbi an procedat *dicta l. in* renuntiatione hereditatis? & alia, Morla *in emporio titul.* 1. *quæst.* 9. *numer.* 32. vbi quod suscepti s adonatore, filijs donatarius tenetur in conscientia restituere bona donata Molina *de iustitia to mo* 2. *disput.* 282. *&* 283 vbi bene materiã explicat, & cõprobat distinctionem nostri Gomezij, & Hermosilla *in l.* 8. *tit.* 4. *parte* 5. vbi per duodecim glossas omnes quæstiones resoluit, quem omnino videas.

Ibi: *Vnum tamen est quod si donator &c.*

Renuntiationem dictæ legis valere ad hoc vt si filij nascantur, tantum modo reuocetur donatio vsq; ad quantitatem legitimæ, etiam si donatio facta fuerit extraneo, vt docet Comezius, probat Couarrubias in *rubrica de testamentis parte* 1. §. 4. *n.* 3. Clarus §. *donatio quæst.* 22. *num.* 4. Gutierrez *de iuramento confirm.* 1. *parte cap.* 9. *num.* 10. Cujacius *lib* 20. *observation.* 5. & alij plurimi *relati a* Hermosill. *in dicta l.* 8. *glossa* 2. *num.* 8. *vbi num.* 9. alios pro contraria parte adducit, & tandem primam veriorem dicit, quam numeris sequẽtibus ampliat, & limitat, & agit quid si renunciatio fuit generalis cũ iuramento? & vide Cancerium supra 3 *parte cap.* 21. *ex num.* 139. & alios relatos supra hoc numero.

15 Ad numerum 12. ibi. *Sed contrà, est tenendum, &c.*

Donationẽ conualescere si filij viuo patre decedant, dummodo pater tantum tempus postea vixerit, quod in eo potuerit donationem reuocare si velet, docet Gomezius in præsenti & ita etiam resoluunt Clarus §. *donatio quæst.* 23. *num.* 9. Gratianus *regula* 150. *num.* 5. Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 282. *num.* 8. vbi explicat dictam resolutionem procedere si donans post natiuitatem filiorum ipsorumq; mortem patiatur donatarium bonis donatis frui, nec illa reperat, tunc enim, ait, donatio reuiuiscit, seu noua præsumitur aliàs secus, quod etiam videntur sentire alij ex supra allegatis. Mozius *de donationibus cap. vltimo nu.* 9. Ossualdus ad Donel. *lib.* 14. *cap* 38. *lit.* H: cũ alijs docent quod quãdo donator res donatas donatario non tradiderit, retinẽdo eas videtur reprobare, & reuocare donationem, sed quãdo res sunt penes donatarium, & eas donator non vindicauit ab eo, cõtrarium dicendum asserunt, decedentibus filijs, quia præsumitur donatio renouata, vt testatur Hermosilla *in dicta leg.* 8. *glossa* 11. *numer.* 9. *qui in glossa* 9. *ibidem nu.* 12. ait; quod donatio non censetur renouata, ex eo solum qnod donator diu vixit post mortẽ filiorum, & potuit donationẽ reuocare, & non reuocauit; & addit quod ius reuocandi donationem ad heredes extraneos transit si filius qui donationem sua natiuitate reuocauerat viuo donatore decedat.

Magna item est controuersia inter Doctores, quid dicendũ sit de fructibus, donatione reuocata natiuitate filiorum, & magis placuit eos pertinere ad donatorẽ a die natiuitatis filiorum, & ita docuerunt Surdus *decisione.* 25. *numer.* 23. Gratianus, *disceptation cap.* 207. *ex numero* 34. & plures referens Hermosilla *in lege* 8. *titul.* 4. *parte.* 5.

glossa

glossa 10. *num.* 9. quod secus erit in fructibus iam àntea perceptis vt ipse docet. *num.* 10.

Cætera circa reuocationẽ donationis natiuitate filiorũ, videri poterũt per *Tiraquel.* & reliquos supracitatos maximè Hermosillam *in dicta l.* 8. *per totam.*

14 Ad numerũ 13. ibi; *Secundus casus &c.*

Quod donatio etiã reuocetur tanquam inofficiosa quando fuit facta in præiudicium legitimæ filiorum, & reuocatio fiat in totũ si est inofficiosa re & consilio, & facta extraneo, si vero alteri filio vsq. ad legitimam, & idem si facta fuit extraneo, & sit re tãtum inofficiosa, resoluit Gomezius in præsenti, & docent Clarus *receptarum* §. *donatio quæst.* 25. *ex num.* 2. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 19. *num.* 17 Fontanel. *de pactis nupt. Clausula* 5. *glossa* 8. *parte* 2. *ex num.* 22. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *parte cap.* 9. *num.* 11. Menchaca *de succes. creat. auth. inde si parens Cod. de inofficios. testamento nu.* 11. Gratian. *discept. for. cap* 751. & 729. *ex nu.* 1. vbi declarat quando dicatur donatio inofficiosa re & consilio, Suarez *in l. quoniam in prioribus in euindetialibus num.* 16. & *ampliatione* 7. *ibid. num.* 15. vbi Valdesius, & *in limitatione* 16. *omnino* Tuschus *lit. D. conclusione* 684. & 685. Cancerius *variar.* 1. *parte cap.* 8. *ex num.* 119. & 3. *parte cap.* 21. *num.* 131. vbi quod transmittitur ad heredes ius reuocãdi & *nu.* 143. Ossual. ad Donel. *lib.* 19. *cap.* 11. Vachi. *lib.* 6. *cõtrouers. cap.* 84. Pichar. *in* §. *ité si quis infrau.* Institu. *de actionibus ex n.* 15. Baeza *de dote ca.* 9. *ex n.* 32. Barbosa *in l.* 2. *ff soluto matrim.* 1 *par. nu.* 168. & 171 & *in l. quæ dotis n.* 22. & *seq. codẽ tit.* Castillo. *lib.* 4. *controuers. cap.* 31. *nu.* 16. & 92. Molin. *de iustitia to.* 2. *disputa.* 283. *nu.* 11. & *seq.* & latissimè plures alios referẽs Hermosilla *in dicta l.* 8. *tit.* 4. *part.* 5. *glossa* 12. *et* 13. *per to.* vbi bene declarat ampliat, & limitat & agit latè de donationibus modicis factis a parẽtibus in vita, & an sint in quinto cõputandæ? *et nu.* 22. cũ Mieres *de maioratibus* 3. *parte quæst.* 25. *n.* 14. *et* 15. & Aluarad. *de coniectur. mentis defuncti lib.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 15. & Ayora *de partitionibus*, 1. *parte cap.* 3. *num.* 10. & alijs docet fructus partis inofficiosæ non esse restituendos, cũ vide omnino, ibi, *et num.* 21. *et* 22. *dicta glossa* 13. vbi ampliat quod filius possit petere reuocationem donationis inofficiosæ etiã si sit heres patris *et num.* 27. *et sequent.* agit. † quid si tempore donationis ipsa non erat inofficiosa, est autem tempore mortis patris? & de iure communi duas opiniones contrarias refert, & tandẽ *num.* 29. de iure Regio tempus mortis esse inspiciendum ait *iuxta l.* 19. *Tauri* quæ hodie est *l.* 3. *tit.* 6. *lib.* 5. *Recop.* vide etiã Gratianũ *discept cap.* 729. *n.* 23. *et per totum* vbi alia. †

Ad numerum 14. ibi; *Tertius casus &c.* 15

Etiam ob ingratitudinem posse reuocari donationem, vt hic resoluitur docent, casus quoq; ingratitudinis explicantes, *Mozius* in tractatu de donationibus, *capit. quomodo reuocetur donatio numer.* 20. Peregrinus *de iure fisci lib.* 2. *titul.* 8. *num.* 6. *et* 11 Tuschus *lite. D. conclusione* 711. Molina *de primogenijs lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. *et lib.* 4. *cap. vltimo num.* 41. *et sequent.* alter Molina *de iustitia tom.* 2. *disputation.* 281. *per totam* vbi bene explicat, Mantica *de tacitis conuentionibus libr.* 13. *tit.* 41. vbi late probat non valere pactum quod donatio ob ingratitudinem nõ reuocetur *et nu.* 10. *et seq.* ampliat, etiam si adsit iramentũ *in hoc pacto* Gutier. *cõsil.* 24. late, iterum Mãtic. *de coniecturis vltimarũ voluntat. li.* 12. *tit.* 5. *n.* 17. vbi quid in donatione remuneratoria?

No-

Noguerol. *allegation. 6. num. 86.* vbi quod donatio ob causam non reuocatur ob ingratitudinem, Baeça *de debitore, cap. 13. num. 8.* vbi de ingratitudine vniuersitatis, *& cap. 20. n. 6.* vbi quod donatio remuneratoria nõ reuocatur ob ingratitudinẽ, de quo etiam Aluarado *de coniecturis mente defuncti, lib. 2. c. 2. §. 1. n. 113.* Mascard. *concluſ. 898. verb. Ingratitudo.* vbi latiſsimè explicat, quomodo hæc probetur Matienzo *l. 7. tit. 10. glos. 5 n. 3. lib. 5. Recop. & in l. 3. tit. 1. gloſſ. 2. n. 7.* vbi de ſecundo nubente, an poſſit reuocare donationẽ factam filijs primi matrimonij? & plures refereus, & bene explicans Cenedus *in collectanea 57. ad decretales*, Oſualdus ad Donelum *lib. 14. cap. 27.* Caſtillo *lib. 3. controuerſiarum, cap. 10. n. 59.* Morquecho *de diuiſione bonorum lib. 3. ca. 5. n. 9.* vbi cum Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verb. Reuertatur, n. 272.* & alijs docet quod fructus à tempore ingratitudinis commiſſæ reſtituendi ſunt, & latiſsimè Hermoſilla *in l. 10. tit. 4. partita 5. glos. 1. per totam*, vbi ampliat, & limitat, *& glos. 2.* vbi ingratitudinis cauſas refert, & earũ materiã exornat, *& n. 17. 18. & 19.* vbi de cauſis ex quibus pater, vel mater ſecundo nubens poteſt reuocare donationem factam filijs, de quo etiam D. Ioſeph Vela *diſſertatione Hiſpalenſi 7. nu. 40. & n. 20, & ſeq.* probat ipſe Hermoſilla, etiam ex cauſis ſimilibus, vel maioribus expreſsis in lege, poſſe reuocari donationes, *& gloſſa 7.* latè explicat pactum de non reuocando ob ingratitudinem non valere, & nec iuramento confirmari, ſi dolus ſit verus, ſecus ſi præſumptus, & quid ſi plures ſunt donatores, vel donatarij, & vnus commiſſit, vel contra vnum commiſſa fuit ingratitudo? *& gloſſa 8.* per totam, agit, an hoc ius reuocandi donationem ob ingratitudinem transeat ad hæredes, vel contra hæredes? & latè ampliat, & limitat, comprobans in omnibus reſolutionem noſtri Comezij, *& numer. 8. & 9.* explicat quid dicendum † in legato, vel inſtitutione hæredis an reuocentur ob ingratitudinem? *numer. 16. et 17. &* 18. probat contra tertium poſſeſſorem dari condictionem ex lege reuocata donatione.

Simili modo videmus quod propter ingratitudinem, filij iterũ redigũtur in patriam poteſtatem, vt conſtat *ex l. vnica. C. de ingrat. liber.* vbi Cuj. *& lib. 10. obſeruat cap. 33.* Donel. *lib. 2. commentar cap. 17.* & ibi Oſual. *lit. C. & cap. 24. lit. H.* & ſimiliter videmus quod ob eandem ingratitudinẽ ſeruus qui libertatẽ fuit cõſequutus in ſeruitutẽ reducitur, præterquam ſi proprijs numis fuit redemptus, veluti ſi eos alicui dederit, vt emat illum à domino, & manumittat, hoc enim caſu licet ingratitudinem committat, non poterit accuſari vt ingratus, quia nullum beneficium accepit à manumiſſore, vt explicat D. frãciſ. de Amay *lib. 2. obſeruat. c. 6. nu. 41.* vbi etiam *nu. 42. & ſequentibus*, probat quod etiam filij liberti qui libertatẽ adeptus eſt, & ingratitudinem commiſsit, in ſeruitutem rediguntur dummodo non fuerint nati tempore quo pater libertate gaudebat, *et ibi n. 43. & ſequentibus* explicat, & exornat text. *in leg. 2. Cod. de libertis, et eorum liberis*, quæ omnia & alia procedunt ex fœditate *ingratitudinis*, de qua & eius grauitate *vide*re poteris Petr. Crinit. *libr. 2. poématum. de fugiendis ingratis*, Hippolitum de Marſillis *ſingulari 413. per totum*, & Doctores *in l. fin. C. de renoc. don.* & plura per D. Larr. *deciſ. Granatenſ 2. n. 11.* & Amayam *lib. 2 obſervation. cap. 6.* latè poſt alios ab eis relatos, & Cenedum *in coll. &. 57. ad decretal. n. 2.*

Et *in dicta l. 10. gloſſa 8. num. 19. & 20. & ſeqq.* diſputat ipſe Hermoſilla quid ſi donatarius ante reuocationẽ rem hipothecauit, & quid dicendum de fructibus? & alia, eum omnino videas, & Morlam *in emporio tit. 1. quæſtione 9. numer. 33.* vbi quod cum hæc reuocatio ſit pœna, non debetur ante iudicis condemnationem de quo etiam Molina *de iuſtitia, tom. 2. diſputatione 281.* vide etiam de materia huius numeri Barboſam *in leg. 2. ff ſoluto matrimonio, 1. parte, ex numer 128. vſque ad 138.* & quid ſi ingratus decedat ante litis conteſtationem? ibidem *ex numer. 134.* & alia plura, idem Barboſa *in leg. ſi ab hoſtibus, §. finali, ex numer. 12.* vbi etiam cui applicetur donatio reuocata ob ingratitudinem? & Auguſtinus Barboſa *in collectanea ad capitulum vltimum de donationibus*, vbi etiam plures refert, & optimè materiam explicat.

Quid autem ſi donatarius protulerit in donatorem verum conuitium? videri poterunt Couarrubias *libr. 1. variarum, capit. 11. num. 6.* Clarus § *iniuria num. 15.* poſt Ripam *in l. fin. Cod. de reuocandis donationibus, numer. 23. & 29.* & Hermoſilla ſupra Cenedus *in collectanea 57. ad decretales, numer. 5.* & quæ infra dicentur, *tom. 3. cap. de iniuria.*

Ibi: *Quinta ſi modum, vel conditionem, &c.*

Donationem poſſe reuocari ob nõ impletum modum, vt reſoluit Gomezius, docent Couar. *lib. 1. variar. cap 14. nu. 6.* Mieres *de maioratibus 2 parte, quæſtione 4. illatione 8. nu. 192. & ſequent.* Mantica *de conuentionibus, lib. 13 tit. 42. ex num. 6.* Barbola *in collect. cap. 4. de conditionibus appoſitis n. 2.* vbi de donatione modali facta Eccleſiæ non reuocãda, & late expli cans Hermoſilla *in l. 6. tit. 4. partita 5. gloſſa 1. vbi n. 3. & ſeq.* cum alijs docet, quod ſi modus caſu deficit, donatio non corruit, ſed debetur, ſi modus deficiat caſu pertertium, in cuius perſona impleri debeat, ſecus verò ſi in perſona illius, qui implere debebat, vt quia moriatur ante modum impletum, quia tunc nõ debetur donatio, licet aliud ſit in conditione, *& n. 7.* late agit quando donatio dicatur modalis, ſeu conditionalis, *& n. 24.* docet quod ſi aliquis donationẽ fecerit, cũ pacto quod donatarius eũalere debeat, ſi alis donatarius eum alere recuſat, retro tranſfertur dominium rerũ donatarũ ipſo iure in donatorem, & nõ poteſt mora purgari, quod etiam aſſerit Surdus ab eo relatus *in tract. de alimentis, tit. 1. q. 48. n 65. & ſeq. & conſ. 473. n. 3.* vbi hoc eſſe ſpeciale fauore alimẽtorum dicit *& tit. 8. priuileg. 47. & 61. & tit. 9. q. 42.* vbi quid ſi medio tẽpore fuerat ius acquiſitũ tertio in ipſa re? de quo ipſe Hermoſ. *l. 6. d. tit. 4. gloſ 8. n. 7.* & etiã Carran. *de part: legit. c. 3. §. 4. n. 67.* vide quoq; Noguer. *allegat: 6. ex n. 65.*

Et adde quod ingratitudo ob quã donatio poteſt reuocari remiſſa videtur ex aliquibus coniecturis, de quibus egimus cum de ex hæredatione loquebamur ſupra *tom. 1. c. 11.* an autẽ per ingreſſũ religionis ingratitudo deleatur? vide Roder. Suarez *allegation. 25.* vbi Valdeſius, & Barboſa, & Hermoſilla ſupra.

Ad numerum 15. ibi: *Et reſolutinẽ dico &c.*

Donationem non valere quãdo eſt omnium bonorum, item quando fit inter patrem & filium, vel inter maritũ & vxorem compertũ eſt, & de duobus modis poſterioribus infra agẽdũ eſt. de donatione autem omniũ bonorum videri poterunt, Dueñas *in reg. 219.* Pachin. *lib. 6. contro. cap. 87. & ſeq.*

ſeq. & ibi: *cap. 94. & 95. de donatione hæreditati*, Couarrub. *variar. lib. 3. capit. 12.* Mantica *de conuention. lib. 13. titul. 26.* & pluribus ſeqq. Cancer. *variar. cap. 8. ex nu. 68. & 209.* Bo rellus qui plures refert *in ſumma omnium deciſſ. tit. 10. parte 3. numer. 310.* & Caſtillo *lib. 4. controuerſiar. cap. 53. ex num. 2.* & latiſsimè Hermoſilla *in l. 9. tit. 4. part. 5. gloſ. 1. per totam*, qui alios quam plurimos referunt, & materiam optimè declarant, maximè ipſe Hermoſilla qui *ex num. 41.* latè explicat quid comprehendatur in generali conceſsione, ſeu alienatione? de quo etiam Cancerius 3. *parte cap. 21. n. 160.* Tuſchus *lit. D. concluſion. 648. & ſeq.* & vide nouiſsimè Salgadum *in labirintho 2. parte, capit. 4. numer. 66.* vbi quod cum ad valorem huius donationis requiratur quod aliqua bona reſeruentur ad diſponendum, ſi poſtea hæc bona reſeruata donentur, hæc ſecunda donatio non valet, quia abſtulit teſtandi facultatem contra iuris diſpoſitionem, *& parte 2. capit. 18. numer. 33.* vbi cum Claro, & alijs probat reſeruationem bonorum factam à donante omnia bona ad diſponendum de eis intelligi ad diſponendum cauſa mortis non inter viuos, vide eum, & Clarum ſupra, §. *donatio, quæſtione 16. num. 8.* & D. Larream *deciſ. Granat. 10.* vbi plura, *& deciſsione 66. ex numer. 10.*

Ibi: *Procinus perfecta declaratione dico &c.*

Donationem cauſa mortis illã dici quæ fit occaſione mortis futuræ, vel inſtãtis periculi, & quod præciſſe requiratur quod fiat menſio mortis, vt talis donatio dicatur, docent Mantic *de coniectur. vltim. volun. lib. 1. tit. 12 n. 5. & ſeq.* Baeça *de dote cap. 20. ex n. 18.* Clarus §. *donatio, quæſt. 4.* Borel. *in ſumm. deciſ. tit. 10. ex n. 32.* Marien. *in l. 7. tit. 10. lib. 5. gloſ. 1. n. 1.* Molina *de iuſtit. diſput. 87.* Tuſch, *lit. D. concluſ. 661.* cum vndecim ſequent. vbi late materiã proſequitur, Couar. *in rubric. de teſtam. 3. p. nu. 25.* Pichardus *in principio inſtitutæ de donation. n. 2. & per totum*, Farinacius *quæſt. 175. num. 353.* vbi quod donatarius ex cauſa mortis capit rem propria authoritate, Gutier. *de iuram. confir. 1. parte, c. 12. n. 18.* Menoch. *de præſump. lib. 3. præſump. 36. n. 3.* vbi optimè probant quod requiritur menſio mortis, vel inſtantis periculi, Barboſa *in l. quæ dotis, ex n. 85. ff ſoluto matrimon.* vbi quod ſi ex actis conſtat, quod mortis cauſa voluerit donare, erit donatio cauſa mortis, licet in ea menſio mortis non fuerit facta: in quo nouem coniecturas congerit ipſe Menochius *dicta præſumpt. 36.* ex quibus præſumitur donatio cauſa mortis licet de morte non fuerit facta menſio vide eum, & Marienzum *d. l. 7. gloſſ. 1. n. 2. & ſeq.*

Sicut è contra licet menſio mortis fiat, tamen donatio inter viuos facta intelligitur, in plurib. caſibus, quos congerunt Maſcard. *de probationibus concluſione 562. ex numer. 2.* Menochius *dicto lib. 3. præſumptione 35. per totam*, Cancerius *variarum. 1. parte, capit. 8. num. 215. & ſequent.* Gratianus *diſceptat. ca. 657. ex numer. 1.* Fachinæus *libr. 5. controuerſiarum, capit. 22.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib. 12. titul. 7.* vbi agit quando intelligatur reuocata hæc donatio? Barboſa *in dict. l. quæ dotis. nu. 104. 109. & 113.* & ſimiliter quãdo in donatione adiectum fuit pactum de nõ reuocando, donatio inter viuos intelligitur, & ſi menſio mortis facta fuerit, vt tradit Molin. *de primog lib. 4. ca. 2. ex n. 40.* Menochius *dict. præſumpt. 35. n. 21.* & infra dicetur *n. 23.* vide etiam latiſsime Hermoſillam *in l. 11. tit. 4. part. 5. gloſ. 1. per*

totam, vbi explicat resolutionem Gomezij in præsẽti per ampliationes, & limitationes, & Manticam *de coniectur. vlt. vol. lib. 1. tit. 12.* vbi plura.

17 Ad num. 16. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dica, &c.*

Donationem causa mortis respectu formæ, & solemnitatis assimilari contractui, respectu verò cõfirmationis, & effectus æquiparari vltimæ voluntati, vt hic resoluitur, docẽt Menchaca *vsufreq. lib. 1. cap. 12. n. 4.* Mozius *tit. de donat. in principio. n. 21.* Clar. §. *donatio, q. 5.* Molina *de iustit. disputat. 288.* alter Molina *de primogenijs, lib. 1. cap. 12. n. 16.* Costa *in §. si arbitratu, ampliatione 2.* vbi quod conditio impossibilis reijcitur de donatione causa mortis, & non vitiatur donatio, Fachinæus *lib. 13. controuers. ca. 86.* vbi de adulto donate causa mortis quod, ait, potest facere absq; curatoris authoritate, *& c. 61. lib. 5.* de quo etiam Hermosilla, vbi infrà citabitur, Thomas Sanchez *in summa, libr. 7. capit. 8. num. 11.* Osualdus ad Donel *lib. 8. cap. 33. notatis, liter. P. & lib. 14. cap. 33. liter. E.* Gutierrez *libr. 2. pract. quæstione. 21. numer. 5. & de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 13. num. 7, & in repetitione l. vnica, Cod. quando non petentium partes, &c. nu. 28.* vbi de iure accrescendi in hac donatione, Mantica *de coniecturis, vltimar. volunt. lib. 1. tit. 12.* vbi quod non transit ad hæredes Farinacius *quæst. 175. n. 353.* vbi quod donatarius ex causa mortis capit rem donatam propria authoritate, Matienzo *in l. 7. titul. 10. lib. 5. glossa 2. numer. 2.* Zeuallos *quæstione 208* vbi an possit hæc donatio fieri pacto nudo? & latius *quæstione 695. nu. 2.* vbi alios refert, & etiam probat quod potest fieri donatio omnium bonorum ex causa mortis, & quod requiruntur in ea solemnitas, & numerus testium sicut in testamento, Bo rel. *in summa decision. tit. 10. part 3. ex n. 90.* vbi differentias enumerat Farinacius *in fragmentis*, verb. *Mixtum numer.* 234. vbi an hæc donatio comprehendàtur in statuto loquente de contractibus, vel vltimis voluntatibus? Cancerius *variar. 2. par. cap. 1. num. 65. & 68. & 3. parte, cap. 22. numer. 67.* optimè Rodericus Suarez *allegatione 20.* vbi de hac donatione facta per minorem, & per ingredientem religionem, vbi Valdesius alios plures refert, Sousa *in §. actionũ, cap. vltimo, numer. 2.* & quod ex ea deducatur Falcidia tanquam ex vltima voluntate docet Mantica supra *dicto titul. 12.* Hermosilla *in leg. 11. titul. 4. partita 5 numer. 6. & sequent.* vbi ex dicta resolutione infert, quod in donatione causa mortis datur ius accrescendi sicut in legatis, & quod ex ea detrahitur falcidia, & non requirit insinuationem, & alia, eum vide. *per totam leg.* quia bene explicat dictam resolutionem, & D. Larream *decis. 55. n. 35.*

Ibi: *Quarto infero, &c.*

Quod mulier coniugata non possit facere donationem causa mortis sine licentia viri, vt docet Gomezius probant Mozius *de donationibus, in principio, num. 26.* Couarrub. *de testamentis in rubrica 3. parte, numer. 12.* Suarez *dicta allegatione 20.* versiculo: *Praterea*, vbi Valdesius, Molina *de primogenijs, lib. 2. cap. 9. n. 4.* Gutierr. *de iuram. confirm. ca. 13. n. 4. & seq. & lib. 2. pract. quæstione 21. vbi num. 8.* explicat *dictam leg. 11. titul. 4. partita 5.* quæ obstare videbatur, & hanc sententiam probabilissimam appellat Thomas Sanchez *in summa lib. 7. c. 8. n. 11.* & plures pro hac parte refert Zeallos *dicta quæstione 695* ipse tamen cum alijs pluribus contrariam veriorem dicit, imo mulierem coniugatam absq; viri licentia posse do-

donare causa mortis, quod etiam tenet Matienzo omnino videndus *in l. 7. tit. 10 lib. 5. Recop. glossa 2. num. 30. & seq.* & alij relati, & sequuti à Hermosilla *dicta l. 11. tit. 4. part. 5 glossa 1. num. 4. & seq. vbi num. 5. infine*, aduertit quod, & si vxor delicentia viri donationem causa mortis fecerit, & postea pæniteat, solius mulieris consensus erit sufficiens absq; marito ad reuocationem donationis.

18 Ad numerum 17. ibi: *Infero primo &c.*

Post mortem donatoris transire in donatarium dominium rei donatæ causa mortis, vt in legato, & in ea habere locum ius accrescendi, & detrahi Falcidiam, & non requiri insinuationem, resoluit Gomezius hoc numero, & ita etiam docent Tuschus *lit. D. conclus. 663. num. 12. vbi* de dominio *& nu. 23. vbi* de Falcidia, Mozius *tit. de donationibus in principio num. 29. & cap. vltimo num. 11.* Caldas *in l. fœneratorem §. hunc contractum num. 12. & seq.* Couar. *in rubrica de testamẽtis 3 parte num. 15.* Crassus *in §. donatio causa mortis quæst. 15. per totam* Ceuallos *quæst. 758. num. 11.* Matienzo *in dicta l. 7. tit. 10. glossa 2. num. 6.* Barbosa *in l. quæ dotis ff. solutomatrimonio num. 111.* & plures referens Hermosilla *in dicta leg. 11. glossa 1. tit. 4. num. 19. & 20.* qui omnes probant dominium rerum donatarum causa mortis statim à die mortis sine vlla traditione in donatarium transferri & addit ipse Hermosilla, & alij ex supra allegatis nondari nec competere pro donatione causa mortis tres actiones, quæ dantur pro legato, Angulo *in l. 4. tit. 6. de meliorationibus glossa 4. num. 13. vbi* docet hanc donationẽ non retrotrahi ad acquisitionẽ fructuum † nisi res fuisset tradita, vide eum, & Clarum §. *donatio quæst. 9. num. 7.* si tamen res donata fuisset tradita, & donatio reuocetur, ipsa res repetitur cum fructibus, vt cum alijs docet Hermosilla *dicta l. 11. tit. 4. part. 5. glossa 4. num. 8.* vbi etiam tenet quod reuocata donatione causa mortis donator potest agere contra emptorem, qui rem donatam emit a donatario, de quo infra *num. 21.* item quod habeat locum ius accrescendi & falcidia in donatione causa mortis, probat Gutier. *in l. vnica Cod. quæ donor petentium partes, &c. num. 28.* Angulo *de meliorationibus l. 1. glossa 1. num. 12.* Mozius *de donationibus cap. 1. num. 30. &* 31. Mantica *de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 13. ex num. 2.* Borel. *in summa omnium decis. tit. 10. de donatione parte 3. ex num. 90 vbi* late de differentia inter donationem causa mortis & inter viuos, & inter illam, & legatum, de quo late Barbosa *in l. quæ dotis ff. solutomatrim. num. 90. & seq.* Item quod in finuatio non requiratur in donatione causa mortis vidẽ disunt supra allegati, & Dueñas *in regula 224. limitatione 12.* Mozius *de donationibus cap. de substantialibus num. 15.* Matienzo *in l. 7. tit. 10. lib. 5. glossa 6. num. 9.* & alij relati a Hermosilla *in l. 9. tit. 4. partita 5. glossa 15. n. 36.*

Ad numerum 18. ibi: *Et ex hoc maxima cum ratione dubito. &c.* 19

Insinuationem requiri in donatione pura, quæ morte confirmatur ita vt in excessu sit nulla, & solum confirmetur morte intra quingentos solidos, resoluit Gomezius in præsenti de quo videndi sunt Fachinæus *lib. 3. controuers. cap. 27.* Tellus *in l. 22. Tauri num. 29.* Suarez *in l. quoniam in prioribus num 7. & 8. in principio* vbi Ualdesius, Matienzo *l. 2. tit. 2. glossa 3. num. 20. lib. 5. Recop.* Azeuedus *in l. 1. tit. 6. lib. 5. num. 13.* Angulus *de meliorationibus l. 1. glossa 1. num. 13. & seq.* vbi laudat nostrum Gomezium Clatus *in §. donatio quæst 17. versic. Sed hic incidenter*, & alij: quid

autem

autem in donatione facta a patre pro legitima vel melioratione, tertij, & quinti? idem Angulus *in dicta l.1 glossa 2. & l.7 glossa 1.num.44.*

Ibi: *Quinto infero, &c. cum versiculis sequentibus.*

Pro omnibus illationibus quas facit noster Comezius hic videndus est Borelas *in summa decisionum tit. 10. de donationibus parte 3. ex num. 90.* & Barbos. *in d.l. quæ dotis ex n.92 & ibi nu.101.* an alienatione rei donatæ ex causa mortis censeatur revocata donatio? de quo etiam Mantica *de coniecturis vltimar. voluntat. lib. 12 tit.7.num.8. & 9* Menochius *lib. 3.præsumpt.37.num.13.* Angulo *de melioratione l.1.glossa 4.* vbi an revocetur per pignorationem rei donatæ vel per alienationem cum pacto de retro vendendo vel per inimicitias? & alia.

20 Ad numerum 19. ibi: *In quo articulo breviter, & resolutive dico, &c.*

Donationem causa mortis revocari per pœnitentiam, & expressam voluntatem donatoris, vel per tacitam vt si prius decedat donatarius quam donator, vel si convaluit ex infirmitate, vel evasit periculum in quo erat cum donavit, vt hic resoluitur, docet Mantica *de coniecturis vltim. voluntat. lib. 12 tit.7.ex num.2.* vbi etiam an pœnitentia possit duobus testibus probari? (vt ait Marienzo *in l.7.tit. 10.lib.5. Recop. glossa 3.num.2.*) & nu. 4. cum pluribus docet idem Mantica quod si donator decesserit sine hæredem non revocatur donatio, quia tũc nemo est, qui ex pœnitentia possit experiri in iudicio, pro quo etiam refert Couar. *in rubrica de testamentis 3. parte num.14.* quem etiam videas *num.23.* Caldas *in l. sicuratorem, verbo: Hunc contractum nu.25.* vbi de minore, Borel. alios referens *in summa decis. tomo 4. tit.14. num.34.* Menochius *lib.3 dicta præsumption.37.* Mozius *de donation. cap.* quomodo annulletur vel revocetur donatio *num.6. & per totum* Angulo *de melioration. l.1.glossa 1.ex num.34.* vbi probat nõ revocari præmortuo donatario, de quo Martha *de successione legali parte 4.quæst.26.ex num.19.* Barbosa *in l.quæ dotis ff. soluto matrim. num.112.* & Matienzo *supra* & Hermosilla *in l. 11. tit.4. part.5. glossa 4.num.1. & 2.* vbi numeris sequentibus explicat causas revocationis tacitæ vel expressæ (quod etiam agunt Mantica & Menochius supra) *& num.7.* explicat ipse Hermosilla quid si res vni donata causa mortis, alteri legetur, seu donetur, & non constat de animo adimendi? in quo Castillo *lib.1 controuers. cap.39.num.23.* cum alijs resoluit rem esse dubiam dicendam, & etiam probat per generalem dispositionem, seu hæredis institutionem non censeri revocatam donationem causa mortis, cos vide, & Tuschum *lit. D. conclus. 671. & 710.* & Salgadum *in labirintho parte 2.cap.19. per totum.*

Ibi: *Quæ omnia perpetuo, & singulariter limita, &c.*

Quando mentio mortis non fit in verbis dispositiuis sed executiuis quod tunc non sit donatio causa mortis sed inter viuos vt hic resoluitur, docent Valascus *consulit.102.num.10* Couarrubias *in rubrica de testamentis, 3.parte num.25.* Fachinæus *controuers. lib.5.cap.22.* Marienzo *in l. 7.tit.10.lib.5. Recop. glossa 1. num.5 & seq.* Molina *disputatione 287.num fin.* Barbosa *in l. quæ dotis ff. soluto matrim. num.112.* vbi docet quod si dispositio, & executio profertur in eadem oratione, tunc erit donatio causa mortis, & si mentio mortis apponatur verbis executiuis, & etiam addit, quod si in donatione dicatur, quod donat alicui post mortem pro se, & hæredibus, tunc debet dici donatio inter viuos, secundum aliquos doctores,

ctores, licet alij plures contra teneant, & tandem eos concordat cum Matienzo *in dictal. 7. tit. 10. lib. 5. glossa 1. num 7.* vide etiam circa hoc Angulum *de meliorat. l. 1 glos. 1. n. 34.* & Hermosillam *in dictam l. 11. tit. 4. part 5. glossa 4. nu. 2. & 3.* vbi etiam quid si donator, & donatarius † simul moriãtur? & resoluit donationem firmam manere.

21 *Ad numer. 20. ibi: An reuocata donatione expresse vel tacitè &c.*

Reuocata donatione causa mortis aliquo exprædictis modis reuerti ipso iure dominium in donatorem, vt resoluit Gomezius, docent, Tuschus *lit. D conclusione 663. num. 16.* Gregor. Lopez *in l. 11. tit. 4. part. 5.* Tiraquel. *in l. si vnquam* verb. *Reuertatur num. 15.* Couarrubias *in rubrica de testamentis 3. parte num. 16.* Matienzo *in l. 7. tit. 10. lib. 5. Recopilation glossa 3. num. 9.* Hermosilla *in dictam l. 11. tit. 4 partita 5 glossa 4. num. 8.* versic. *nota quinto* vbi etiam agit, quid si res donata causa mortis fuerit in
† tertium alienata † de quo etiam supra & Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio 3. parte num. 82.* vbi ait agendum esse aduersus donatarium alienantem vt rei alienatæ pretium restituat vel interesse soluat, & in subsidium aduersus tertium possessorem dari vtilem actionem, *& 5. parte nu. 82.* eas vide. Aluarad. *de coniecturamente defuncti lib. 3. cap. 1. num. 17.* vbi quod hæc donatio reuocetur ob pignorationem rei donatæ, vel aliam specialem obligationem eius, posti Couarrubias *rubrica de testamentis 3. parte num. 19. & alios.*

22 *Ad numerum 21. ibi. & breuiter dico quod sic.*

Donatione mortis causa reuocata posse repeti fructus, vt hic resoluitur docent Boerius *decisione 98. num. 6* Mantica *de coniecturis vlt. volunt. lib. 12. tit. 7. num. 7.* Mozius *de donationibus cap. vltimo num. 12.* Caldas *in l. si curatorem habens* verbo *hunc contractum seruari non oportet. num. 23.* Angulo *de meliorationibus l. 1. glossa 9. num. 7.* vbi etiam docet quod quando donatio reuocatur ex conditione seu reseruatione reuocandi, fructus non repetuntur Matienzo *in l. 7 tit. 10. lib. 5. Recop glossa 3. num. 10. & seq.* vbi laudat nostrum Gomezium in præsenti, & eodem modo satisfacit obiectionibus per eum consideratis eas explicans, Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 287. num. 13.* vbi etiam bene explicat, & limitat præter quã si donator verbis aliquibus expressisset mentem suam non esse repetere fructus perceptos, vt si dixisset, vtere tali prædio pro tua sustentatione, illudq; tibi post mortem meam dono, Hermosilla *in l. 11. tit. 4. partita 5. glossa 4. num. 8.* vbi cum Angulo supra tradit quod donatarius tenetur ad fructus naturales consumptos ex quibus factus est locupletior, non vero ad industriales cõsumptos, licet ex eis factus fuerit locupletior

Ibi: *Ex quo infero primo, & secundo &c.*

Circa fructus restituendos vel nõ cum donatio reuocatur ob ingratitudinem vel propter superuenientiam liberorum diximus iam supra *hoc cap.* vbi videri poterit.

Ibi: *Tertio infero, &c.*

Si contractus rescinditur *ex l. 2.* Cod. de rescindenda vendit. ione, quod non possint peti fructus medio tempore percepti resoluit Gomezius vt vides, in quo sunt duæ contrariæ communes opiniones vt iam diximus sup. *cap. 2. num. 25.*

Ad numerum 22. ibi: *Et breuiter dico &c.* 23

Quod per pactum de non reuocando donatio causa mortis conuertatur in donationem inter vivos, vt hic resoluitur, docent Clarus *in §. donatio*

natio, quæstione 4. *num.* 5. Molina *de primogenijs lib.* 4. *cap.* 2. *ex num.* 40. *vsq; ad* 54. Menochius *lib* 3. *præsumptione* 35. *num.* 21. Pereira *de potestate nominandi vel eligendi emphit. lib.* 3. *cap.* 2. *ex num.* 24. Tuschus *lit.* D. *con. clus.* 655. *ex num.* 21, Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 13. *nu.* 5. Angulo *de meliorat. l.* 1. *glossa.* 8 *num.* 5. *& glossa* 11. *ex num.* 2. Matienzo *in l.* 7. *tit.* 10. *glossa* 1. *num.* 10 *& seq lib.* 5. *Recop.* optimè Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 287. *num.* 17. *& seq.* Barbosa *in l. quæ dotis ff solutomatri. monio ex num.* 113. vbi ampliat, & limitat.

Ibi: *Sed pro concordia dico, &c.* \ distinctionem nostri Comezij in præsenti an scilicet verba dequibus hic fit mensio sint apposita dispositioni vel executioni, ad hoc vt donatio sit irreuocabilis vel non: sequntur communiter Doctores, vt videri potest per supra relatos maximè Manticam Matienzum & Angulum & Barbosã *in dicta l. quæ dotis ex num* 113. & Castillo *lib.* 4. *controuersiarum cap.* 48. *ex num.* 5. & Molinam *de iustitia dicto cap* 287. *num.* 17. licet alter Molina *dicto lib.* 4. *cap.* 2. *ex nu.* 46. indistincte teneat verba generalia, & pactum de quo hic, non alterare naturam donationis; vide omnino supra citatos maximè Matienzum, & Castillo, & Hermosillam *in l.* 11. *tit.* 4. *partita* 5. *glossa* 1. *num.* 13. *&* 14. vbi deniq. *num.* 15. ait quod si iuramento dictum pactum confirmetur, ablq. dubio donatio irreuocabilis efficitur, contra Marthan *de successione legali* 4. *parte quæst.* 26. *articulo* 2. *num.* 17. & alios.

24 Ad numerum 23. ibi: *Primo prohibetur maritus donare vxori, &c.*

Donationem inter virum, & vxorẽ esse nullam ipso iure vt hic resolnitur, docent, & explicant latissimè Cardinalis Tuschus *lit. D. conclus.* 690. *& quinq. sequentibus.* Dueñas *regula* 121. vbi ampliat, & limitat Mozius *tit. de donatione cap. de personis inter quas, &c. num.* 16. *&* 31. Tiraquel. *in l. si vnquam* verbo: *Donationes largitus num.* 19. Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 21. *tit.* 1. *& sequentibus* vbi per totum librum materiã latissimè explicat, Farinacius *in praxi quæst.* 25. *num.* 128. Petrus Gregor. *in syntagmate lib.* 28. *cap.* 10. Cancerius *variar.* 1. *parte cap.* 8. *num.* 58. *&* 92 & plurimos referens Borel. *in summa decisionum tomo* 3. *tit.* 9. *num.* 1. *& pluribus seq.* Ossualdus ad Donel. *lib.* 9. *cap.* 10. *lit.* R. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *disputatione* 1. *num.* 2. vbi quod ius dictæ donationi resitit, & propterea nec ciuilis nec naturalis obligatio nascitur nec in foro conscientiæ obligat, Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 289. *num.* 4. *vbi num.* 12. quod per diuortium dicta donatio censetur reuocata, nisi mutuo consensu fiat, aut aliunde constaret donantem velle perseuerare in ea item quod censetur reuocata, si donans uendat, permuret, leget, aut donet eandem rem alteri, aut si eam pignori vel hipothecæ subijciat, Cenedus *ad decretales collectan.* 82. *num.* 1 & alios referens Barbosa *in collectanea cap. donatio* 8. *de donationibus inter virum & vxorem num.* 2. Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 49. *num.* 28. *& sequentibus* Ualdesius ad Suarez *tit. de arrhis num.* 34. & erudite Amaya *lib.* 2. *observation. cap.* 10.

Ibi: *Dubium tamen est in materia si maritus senex &c.*

Donationem factam a viro ignobili vel sene vxori nobili vel iuueni valere tanquam remuneratoriam docet Comezius *in* præsenti. & licet aliqui Doctores hoc intelligant ante contractum matrimonium, verius tamen est etiam procedere contracto matrimonio vt latissimè Probant Co-

nar.

narrub. *in* 4. *decretal*, 2. *part*, *ca.* 3. §. 3. *n.* 2. Gregor. *in l.* 2. *tit.* 20. *partita* 2 Dueñas *regula* 121. *limitatione* 11. Baeça *de non meliorandis filiabus*, *ca.* 16. *in fine*, Azeued. *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Recopilation. num.* 11. Ualdesius ad Suarez *tit. de arrhis*, *numer.* 34. Gratian. *disceptat cap.* 690. *ex num.* 1. Molina *de iustitia*, *tom.* 2. *disputatione* 289. verficulo: *Tertius si fiat*, Barbo. *in l. qua dotis*, *nu.* 56 *ff soluto matrimon.* & alios referens Augustinus Barbos. *in collectan. cap.* 8. *de donation. inter virum & vxorem*, *num.* 5. & late, & optime Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *disput.* 7. *num.* 3. *vbi num.* 4. ampliat hoc procedere etiam si vir ignobilis ditissimus nuberet nobili pauperrimæ, quia post viri obitum manet vxor deterioris conditionis atque ita non datur compensatio diuitiarum cum nobilitate, vide etiam Noguerol *allegatione* 26. *ex num.* 177.

Ibi: *Aduertendum tamen quod talis donatio*, *&c.*

Dictam donationem inter virum, & vxorem morte confirmari, si traditio præcesserit, vt hic resoluitur, docent ferè omnes supracitati, ex notissimis principijs, & Menchaca *de successionum creatione*. §. 29. *num.* 11. *& sequent. & de successionum progressu*, *lib.* 1. §. 1. *n.* 136. 138. *&* 139. Clarus §. *donatio*, *quæstione* 9. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 12. Matienzo *l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopil. glossa* 2 *num.* 5. Gutierrez *practicar. lib.* 2. *quæstione* 12. *nu.* 120. Valdesius ad Suarez *titul. de arrhis*, *nu.* 34. Amaya *lib.* 2. *observationum. cap.* 10. *num.* 50. *vbi* de traditione rei donatæ in hoc casu, Barbosa *in l. qua dotis. ff soluto matrimonio*, *numer.* 67. Molina *de iustitia. to.* 2 *disputatio.* 289. *versic. Illud obserua* Mantica *de tacitis conuentionibus*, *libr.* 21. *titul.* 7. *ex num.* 32. & alios referens Augustinus Barbosa *in collectanea*, *capit.* 8. *de donationibus inter numer.* 21. *vbi* cum alijs docet confirmari dictam donationem morte naturali, *vel* accidentali, *vel* ciuili, vt deportatione, vel professione religionis, de quo late sermonem facit Thomas Sanchez *de matrimonio*, *libr.* 6. *disputatione* 17. *ex numer.* 7. *vbi numer.* 9. hoc explicat, dicens confirmari donationem per professionem in religione incapaci bonorum in communi, non verò si eorum capax sit, tunc enim mors naturalis est necessaria, *vide* eum quia plures refert, & Auilès *in proœmio*, *capit. prætorum*, *glossa* 1. *vq*i quid si vidua viuat luxuriosè Noguerol *allegatione* 3. *numer.* 13. & 14. *vbi* quod ad reuocationem dictæ donationis requiritur specialis mensio, vide etiam Dominum Larream *decisione Granatensi* 60. *numer.* 13. *vbi* agens de coniuge testante de bonis alterius coniugis de ipsius consensu, docet quod in hoc consensu inuoluitur donatio quædam, & sic requiritur quod morte confirmetur.

Ibi: *Item adde quod prædicta debet intelligi*, *&c.*

Dictam donationem valere, si donans non efficiatur pauperior, licet donatarius fiat ditior, vt resoluit Comezius docent Mantica *de tacitis cõuentionibus*, *libr.* 21. *titul.* 4. *ex n.* 57. Molina *de iustitia*, *tom.* 2. *disput.* 289 *n.* 17. & 18. Azor *institutio. Moral. lib* 11. *capit.* 10. *quæstione* 4. & omnes supra citati, & omnino videndus Thomas Sanchez *de matrimoniõ*, *libr.* 6. *disputatione* 4. *per totam*, *vbi* hanc conclusionem doctissime explicat, & Cancerius *variar.* 3. *parte*, *capit.* 22. *num.* 120. *vbi* quod valet donatio in tẽpus soluti matrimonij facta, ne cõiux inopia laboret *ex rex*, *in l. si cum*, §. *fin. & l. sequenti ff de donationibus*, *inter virum & vxorem.*

25 Ad nu 24. ibi: *Ex qua sententia, & conclusione infero plura, &c.*

Illationes quas noster Gomezius facit hoc numero confirmãtur, & explicantur per Doctores supra alegatos maxime per Couar. *in rubr. de testamentis, 3. parte, numer.* 16. *& in* 4. *decretalium, 2. parte, capit.* 7. §. 1. *numer.* 1. Connan *libr.* 8. *commentar. cap.* 11. *nu.* 7. Caldas *in l. si curatorem* verb. *Lasis, num.* 117. *&* 148. Matienzo *l.* 9. *titul.* 9. *glossa* 1. *num.* 4. *lib.* 5. *Recopilat.* Tuschus *lit.* D. *conclusione* 691. Mantica *de tacitis conuentionib lib.* 21. *tit.* 4. *& sequent.* & Barbosam *in collect. capit.* 8. *de donation. inter virum, & vxorem*, vbi plures refert & comprobat illationes nostri Comezij, & alias, & doctissimum Thomam Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 4. *per totam.*

Ibi: *Quartò infero, &c.*

Valere remissionem vsusfructus aduenticiorum quam pater facit filio, docet Gomezius in præsenti, & cõprobant late Gutierrez *in cap. quamuis pactum, numer.* 31. Caldas *in l. si curatorem*, verbo: *Lasis, num.* 148. & hic est vnus casus in quo valet donatio inter patrem, & filium, vt docent Vinius *primo tomo communium opinionum, lib.* 4. verficulo: *Donatio facta à patre filio, &c.* Dueñas *in regula* 223. & plures referens Pichardus *in §. quædam actiones*, instituta *de actionibus, in repetitione l.* 1. *ff familiæ erciscundæ*, quam ibi ponit, *numer.* 26. *& sequent.* vbi ait statim valere hanc donationem, seu remissionẽ, Castillo *lib.* 5. *controuers. capit.* 112. Menochius *in additione ad librum* 3. *præsumption. n.* 57. qui & alij plures relati à Salgado *in labirintho, parte* 2. *capit.* 15. *num.* 50. docent hanc remissionem posse fieri à patre in præiudicium suorum creditorum, dummodo fiat ante acceptationem, item de hac donatione Cancerius *variar. 3. parte, cap.* 21. *ex n.* 105.

Ex quo infert Thomas Sanchez *disput.* 4. *n.* 18. *lib.* 6. *de matrimonio*, quod dicta remissio vsusfructus non computatur in tertiã & quintam partem, de qua pater potest disponere in hoc Regno, nec conferendam esse, nec reuocari posse tãquam inofficiosam, si excedat, sed vltra eã posse patrem meliorare illum, vel alium filiũ in tertia, & quinta bonorum parte, quia ea remissio non est alienatio patrimonij, sed tantum renuntiatio lucri legalis, & non acquisitio, de quo etiam vide latissime Hermosillam *in l.* 8. *tit.* 4. *partita* 5. *glossa* 12. *num.* 15. *& sequent.* vbi de hac remissione vsusfructus per patrem facta plenissimè agit, & Menochium *lib.* 3. *præsump.* 29. *nu.* 87. & Gutierr. *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte, capit.* 4. *numer.* 11. *&* 15. vbi etiam de tacita remissione, vide etiam Salgadum supra.

Ibi: *Quintò infero, &c.*

26 De hac repudiatione, & de interpretatione text. *in l. quia tẽ ff. de his quæ in fraudem creditor.* agunt latissimè Gutierrez *in cap. quamuis pactum ex num.* 20. Sarmiento *lib.* 8. *select. in l. si ita relictum*, §. *ita scriptum numer.* 3. Bacça *de dote, capit.* 24. *nu.* 6. Fachinæus *libr.* 13. *controuersiar. capit.* 46. Costa *in l. qui duos*, §. *cum bello*, verbo: *Patris, num.* 6. Aluarados *de coniecturata mente defuncti, lib.* 2. *capit.* 3. §. 1. *nume.* 29. Merlinus *de legitima, lib.* 3. *tit.* 2. *quæst.* 27. *nu.* 28. Gratianus *discept. capit.* 132. *&* 271. Couarru. *in c. Raynaldus*, §. 3. *nu.* 14. vbi an hæres possit repudiare legatũ debitori relictũ? Castil. *lib.* 4. *contro. cap. fin. ex n.* 1. Valasc. *consul.* 189. *nu.* 12. vbi an filij reuocare possint alienata à patre? Scobar *de puritate sanguinis, qua.* 7. vbi plura congerit. & an peccet mortaliter qui dictam renuntiationem facit? latissimè Tho-

Thomas Sanchez pro vtroq; foro *in libr. 6. de matrimonio disputatione* 4. *ex numer.* 8. Carleualius *de iudicijs, tom. 2. disput. 25 per totam & disp. 28 numer.* 11. Noguerol. *allegatione* 19. Salgado *in labirinths creditor. parte 2 cap.* 16. *vbi de filio* repudiante legitimam, & latius *capit.* 14. *ibidem D.* Larrea *decisione Granatens.* 55. *late, vbi numer.* 24. quod renuntiatio sine causa facta ab eo qui habet creditores *in* fraudem facta videtur.

Ibi: *Octauò, & quidem singulariter infero, &c.*

Vxorem posse renuntiare in fauorem mariti medietatem lucrorum, vt hic resoluitur, probant Couarrubias *in 4. decretal. 2. parte, capit.* 17. §. 1. *numer.* 11. Didacus Perez *lib. 5. ordinamenti, titul. 4. l. 4.* versiculo *Dubitatur vlterius*, Matienzo *l. 9. titul. 9. lib. 5. Recopilationis, glossa* 1. *n.* 5. & ibi Azeuedus *nu.* 8. Gutierrez *libr. 2. quæstione* 126. *num.* 5. Suarez *in titulo de las ganancias ex numer.* 20 vbi Ualdesius, Caldas *in leg. fœneratorem*, verbo: *Sua facilitate, numer.* 7. Sousa *in §. actionum, capit. de societate. num.* 36. noster Gomezius *in l. 60. Tauri*, Aluarado *de coniectura ta mente defuncti, libr. 2 capit. 1. numer.* 28. Morquecho *de diuisione bonorum, lib. 2. c. 16.* Sigüença *de clausulis, lib. 1. c. 16. per totum* vbi docet quod si dicta renuntiatio fiat in vltimo vitæ spiritu, vel summa senectute, videtur facta in fraudem, quod etiam aduertit Azeuedus supra, Thomas Sanchez *de matrimonio, libr. 6. disputatione* 5. *per totam, vbi num.* 6. docet, quod similiter potest vir renuntiationem prædictam facere in fauorem vxoris, dummodo hoc non faciat constante matrimonio circa lucra iam acquisita, quia iam est perfectè dominus, & esset vera donatio, quod secus est in vxore quæ etiam constante matrimonio potest lucris acquisitis renuntiare in fauorem mariti, vt docet idem Sanchez *numer.* 8. & *num.* 10. asserit, quod dicta renuntiatio lucrorum in fauorem alterius coniugis, ante quam acquirantur, potest fieri in præiudicium legitimæ ascẽdentium & descendentium, secus post iam acquisita, vide etiam Cancerium 3. *par. cap.* 15. *ex n.* 331.

An autem dicta renuntiatio lucrorum constante matrimonio acquisitorum possit rescindi ratione læsionis? videndi sunt Burgos de Paz *in quæstionibus ciuilibus, quæstione 6. nmer.* 12. Castillo *in leg. 60. Tauri*, Azeuedus *leg. 9. titul. 9. libr. 5. Recopilationis, nu.* 3. Gutierrez *lib. 2. quæstion. 126. in fine*, Matienzo *in dicta l. 9 glossa* 1. *numer. 2. &* 4. Thomas Sanchez *de matrimonio, libr. 6. dicta disputatione* 5. *numer.* 11. & plures referens Hermosilla *leg. 56. titul. 5. partita* 5. *glossa* 4. *ex numer.* 110. vbi pro regula constituit non rescindi dictam renuntiationem prætextu læsionis enormis, seu enormissimæ, quando tempore contractus matrimonij renuntiatio fuit facta: & etiam quando renuntiatio fuit facta post dissolutum matrimonium, & lucra iam acquisita irreuocabiliter, dictam resolutionem sine controuersia procedere asserit ibidem *numer.* 111. quando autem dolo mariti vxor fuit inducta ad renuntiationem sine dubio vitiatur, cum vide, & reliquos supra citatos.

Cætera circa donationem inter virum & vxorem, & circa fructuum acquisitionem ex ea vide præter supra relatos, Fachinæum *libr. 3. capit.* 73. & maximè Thomam Sanchez, qui plures refert, & materiam fusissimè explicat *dicto libr. 6. disputatione* 1. *& se-*

quentibus vsque ad finem libri, vbi latissime omnes quæstiones declarat, & dictam quæstionem circa acquisitionem fructuum explicat, *disputatione 16*, & de dotis receptæ confessione *in disputatione 9.* & an prædicta donatio confirmetur iuramento? *in disputatione 11.* & sic per ordinem omnes quæstiones resoluit, eum omnino videas. Vbi etiam agit de arrhis sponsalitia largitate, & reliquis.

27 Ad numer. 25. ibi: *Item etiam prohibetur, &c.*

Quod donatio facta à patre filio in potestate non valeat, vt hic resoluitur, licet é contra facta à filio patri firmitatem habeat, docent Duenas *regula 213.* Faber *coniecturarum, libr. 7. capit. 11.* Gomez Arias *in leg. 15. Tauri, numer. 7. & sequent.* Petrus Gregorius *in syntagmat. libr. 28. cap. 9. ex num. 8.* Anton. Grabriel *in communibus titul. de donationibus, concluſ. 4. & 6.* & Suarez *in l. quoniam in prioribus in principio. n. 4. & in l. 9. tit. 11. lib. 3. fori, n. 31.* vbi Valdesius, Clarus §. *donatio. quæst. 8. nu. 1.* Gutierrez *de iuramen. 1. parte, c. 4. ex n. 1.* Gratianus *in regula 337.* Aluarado *de coniecturata mẽte defuncti, lib. 3. c. 2. §. 1.* vbi quid si in eodem instrumẽto donet filio, & emancipet eum? Pichard. *in relectione ad tit. ff. de acquirenda hæreditate cap. 15. n. 44.* vbi rationem decidendi tradit, Cancerius *variar. 1. parte, cap. 8. ex n. 85.* late. *& 3. parte, cap. 21. num. 105.* Matienzo *in leg. 1. titul. 6. lib. 5. Recopilat. glossa 3. num. 1.* Borelus *in summa omnium decision. 3. parte, titul. 9. numer. 149.* Narbona *in 3. partem Recop. l. 39. tit. 3. lib. 1. glossa 1. num. 9.* Molina *de iustitia, tom. 2. disp. 291.* vbi casus congerit in quibus dicta donatio valet Fontanel. *de pactis nupt. clausa 4. in principio, ex num. 1.* Azeuedus *in l. 1. tit. 6. lib. 5. Recop.* vbi etiam de donatione facta à matre quod valeat, Gratianus *discept. cap. 82. num. 14. & cap. 127. num. 12. & cap. 713. num. 48.* Osualdus ad Donel. *libr. 9. cap. 5. notatis, lit. D.* Tuschus *lit. D. conclus. 673. & seq. vbi conclus. 678.* agit de donatione facta à filio patri: vel alijs Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 7. parte ex nu. 19.* vbi quod dicta donatio facta causa studiorum valet, Fachinen. *libr. 3. controuersiarum, capit. 73.* vbi de fructibus *in casu* Lessius *de iustitia libr. 2. capit. 18. dubio 12. numer. 90.* vbi comprobat limitationes nostri Comezij, & alias addit, Bonacina *de contractibus, disputatione 3. quæstione 12. puncto 3.* vbi bene explicat de iure communi, & plures referens Hermosilla *in leg. 3. titul. 4. partita 5. glossa 1. numer. 13.* vbi explicat rationem decidendi dictæ resolutionis, & numeris sequentibus latissimè materiam declarat, & quindecim limitationes congerit, *& numer. 38.* cum pluribus docet hodie † de iure † Regio valere dictam donationem, (quod etiam probant supra relati) cum omnino videas per totam glossam, & Salgadum *in labirintho creditorum, 2. parte, capit. 15. ex numer. 50.* vbi de remissione vsusfructus facta per patrem. Et de donatione facta filio Clerico, vide *leg. 11. titul. 11. lib 5. Recopilat.* & Hermosillam *in l. 5. tit. 5. partit. 5.* Gratian. *discep. cap. 255.*

Et an si res donata soluatur per 28
donatorem, & postea ad eum reuertatur, conueniri debeat in quantum facere potest? vide Barbosam *in leg. maritum, ff soluto matrimonio, numer. 30.* & plura per Cancerium, *variarum 1. parte, capit. 9. ex numer. 111. & 2. parte, capit. 9. numer. 6.* vbi quid si vterq; est inpari necessitate?

Item

Item adde quod si quis donauit omnia bona, reseruata aliqua re ad disponendum de ea, donatio respectu totius perfecta remanet si de dicta re non disponat, vt ex pluribus probat Noguerol *allegatione 19. numer. 116.* & Salgado *in labirintho creditorum, parte, 2. capit. 18. numer. 61.* de quo etiam plura Hermosilla *leg. 9. titul. 4. partita 5. glossa 1. numer. 10.* & Cancerius 3. *parte, capit. 7. ex numer. 389.* vbi quid de bonis postea quæsitis.

Item quod donator non possit conueniri vltra quam facere potest, notissimum est, vt apparet ex supra allegatis initio huius capitis, & ex Baeça *in tractatu de inope debitore, capit. 1.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 3 parte, capit. 15.* Osualdo ad Donelum *libr. 27. cap. 9.* vbi late Scaccia *de re iudicata glossa 14. quæstione 11. ex numer 52.* Barbosa *in leg. maritum. ff. soluto matrimonio, & in leg. alia, §. eleganter. numer. 35.* vbi an possit renuntiari hoc priuilegium? Hermosilla *l. 4. tit. 4. partita 5. glossa 3. ex n. 5.* qui alios plures refert, & nouissime D. Larrea *decisione Granaten. f. 66. ex nume. 25. vbi numer. 27* ex Barbosa supra, & Connano *libr. 8. commentariorum, capit. 9. numer. 9.* duo specialia refert in donatore, inter alios qui hoc priuilegium habent, primũ, vt habeatur ratio, ne possint creditores extorquere quod relictum fuerit, debet enim æs alienum antea deduci, vt etiam explicat Carleualius infra *disputatione 30. numer. 13.* secundum, vt licet donator perueniat ad pinguiorem fortunam non teneatur restituere quod semel deductum fuit ad eius alimenta, vide etiam Carleualium *de iudicijs, disputatione 2. num. 173.* vbi quod hoc priuilegium non amittitur, quamuis *in* solidum eo ndem-

netur, *& in tom. 2. titul. 3. disputatione 30. numer. 22.* vbi quod hoc beneficium competit donatori siue obligato personaliter, siue personaliter, & realiter, vide eum etiam, *numer. 12. & sequent.* vbi alia, *& disputatione 25. ex numer. 15.* Item de fide iussore, & hærede, vide *in dicta disputatione 30. ex numer. 12.* vbi quod nec fide iussori, nec hæredi competit dictum priuilegium, & per totam disputationem late explicat illam quæstionem † maximè controuersam, vtrum creditores posteriores ex causa onerosa præferantur anterioribus ex causa lucratiua, quando illi omnes sunt hipothecarij? & resoluit esse præferendos referens pro ea, Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio, 3. parte. capi. 15. ex numer. 19.* Carrascum *ad leges Recopilat. capit. 11. parte 3. ex num. 205. & num. 215. & seq.* & Molinam *de iustitia, tom. 2. disputat. 413.* & alios.

CAPVT QVINTVM

DE SOCIETATE.

SVMMARIVM.

1 *Doctores de hac materia agentes referuntur.*

2 *Societas consensu perficitur, & potest fieri in perpetuum.*
De tacita societate quando contracta videatur.
Quando inter fratres contracta videatur societas.
Quid si vnus coniugum moriatur, & alter remaneat in possessione bonorum, an societas cum filijs continuata videatur?

3 *Societas an possit iniri super omnibus bonis etiam futuris.*
Des an debeat dari filio socij de bonis societatis.
In societate omnium bonorum an acquiratur dominium, & possessio ipso iure.
Quæ communicentur inter socios omnium bonorum? & quid si pecunia capitalis amittatur?
An priuilegium loci prosit socio?
Quæ eis imputentur, & quid si capitale amittatur.
An filij spurij socio possit pater aliquid relinquere.

4 *Societas omnium bonorum simpliciter contracta an extendatur ad futura.*

5 *Societas simpliciter contracta ad quæ bona extendatur.*
Si ex pacto hæreditas iusta, & et legitima est communicanda, de qua hæreditate est hoc intelligendum.

6 *An pactum quod lucrum, & damnum inæqualiter diuidatur valeat,*
An valeat pactum quod fiat inæqualis diuisio lucri, vel annulletur contractus?
Si quis pecuniam det alteri, vt negotietur cum ea, vt det partem lucri cum conditione, vt semper sit salua an sit vsura.
De remuneratione antidorali,
De societate cũ pacto, vt soluantur decem procentũ per modũ interesse

Qui-

7 *Quibus modis finiatur societas, & de socio qui intempestiue renũtiat, vel se subtrahit, & de pacto de non recedendo.*
Casus in quibus ante præfinitum tẽpus societas dissoluitur.
Dissolutio societatis debet intimari his qui possunt contrahere cum socio.
Idem in procuratoris reuocatione.
8 *Socius non conuenitur vltra quam facere potest.*
An socius possit accusare socium.
9 *Socius quando teneatur ad debita contracta per socium.*
10 *De socio non soluente expensas refectionis rei communis.*
11 *Creditor societatis an præferatur creditori vnius ex socijs.*
12 *De societate pecudum eum pacto vt mortua reficiantur ex fœtibus natis.*
13 *De societate in conductione reddituum Regalium, vel Reipublicæ*
14 *Vtrum actus qui non valet iure societatis valeat iure conuentionis?*

1 DE Materia societatis latissimè agunt præterscribentes *in locij ordinarijs* Tuschus *lit. S. conclus.* 279. *& seq vsq; ad* 345. Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 6. per totum* Surdus *in tractatu de alimentis tit 6. quæst.* 13. Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 27. ca. 4.* Mozius *de contractibus tractatu de societate* Mascardus *de probation, conclus sione* 1310. Menoch. *libr. 3 præsumpt. 56. cum seq.* Couarrubias *lib. 3. variar cap. 2. & cap. 19. num. 1.* Connanus *lib 7. commentar. cap.* 13 Gratianus *discept cap.* 547. Morquecho *de diuisione bonorum lib. 2. per totum*, Fachinæus *lib. 2. controuers. cap. 96. & seq.* Petrus de Ubaldis *in tractatu de duobus fratribus. & alijs socijs*, Matienzo *in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recop. per totam* vbi etiam Azeuedus, Pichardus *institut. de societate per totum titulum, & in §. actionum* 28. *institut. de actionibus quæst* 21. *&* 31. Bonel. *commentar. lib. 13. capit. 5. & seq.* & ibi Osualdus, Molina *de iustitia tomo 2. disput. 411. & seq. vsq; ad* 421. Siluester & summistæ verbo: *Societas*, Scaccia *de commercijs § 3. glossa 3. ex num. 33. &* §. 1. *quæst. 7. parte. 2. ampliatione 8.* vbi de societate officij, Villadieg. *in Politica cap. 8. ex num. 79.* vbi de rationibus societatis quando possint peti? Hermosilla *in l. 55. tit. 5. part. 5. glossa 2.* vbi plura, Lesius *de iustitia lib. 2. cap. 25. per totum*, Bonacina *de contractibus disputatione 3. quæst. 6.* per totam, Zeuallos *quæst.* 297. Gutierrez *tomo 4. quæst. 59.* Bolanus *in Curia Philippica 2. parte §. compañeros & § nauegantes*, Narbona *in tertiam partem Recopil. l. 15. tit. 18. lib. 5. glossa 2.* Valasçus *consultatione 98.* vbi quomodo socij conueniant vel conueniãtur? Scobar *de ratiociniis cap. 6. & 35. & 36. & computatione 22.* Felicius *in tractatu de societate* vbi late materiam explicat, Vicentius Filliucius *in quæstionibus* Moral. *tract. 38. cap. 6 & seq.* Menochius *de recuperanda remedio 9. ex num. 236.* Noguerol *allegatione 11. ex num. 122.* Reginald *in praxi fori pœniten. lib. 25. tractatu 4. per totum*, Narbona *de erratc anno 25. quæst. 8.* & alij plures penes ipsos.

Ad numerum 1. ibi: *An societas possit fieri, &c.*

Societatem solo consensu perfici, & posse fieri in perpetuum vel vsq; ad certum tempus, vt explicat Gonçalez, docent Petrus Gregorius *in syntag. lib. 27. cap. 4. num.* 13. Tuschus *lit. S. conclus 279.* vbi quod consensu contrahitur. & quomodo? Mantica *de conuentionibus lib. 6. tit.* Menochius *lib. 3 præsumpt. 56. num. 3. & seq.*

seq. Gregorius Lopez *in l. 1. tit. 10. partita 3.* Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 411. num. 1.* vbi quod solo consensu contrahitur, *& disput. 412. num finali* vbi quod contrahi potest vt durer per totam contrahentium vitam, Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 25. dubitatione 1. num. 1.* & alios referens Pichardus *in rubrica institutaho tit.* & fere omnes supra citati *num. 1.* & Otero *de iure pascendi cap. 22.* vbi de societate perpetua.

Contrahitur autem tacita societas in multis casibus, de quibus latissimè Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 6. tit. 10. & seq.* vbi late agit quando societas omnium bonorum contracta intelligatur; & inter quas personas Suarez *tit. de las deudas n. 31.* & ibi Ualdesius Menochius *dicta præsumptione 56.* vbi latissimè disputat quando intelligatur contracta societas inter fratres vel alios sanguine coniunctos? *& præsump. 57.* vbi quãdo solutа societas renouata præsumatur? Tuschus *lit. S. conclus. 280.* per totam, *& conclus. 282.* vbi in quo differant tacita, & expressa societas? & quæ sint requisita ad tacitam, *& cõclus. 285.* vbi qualiter contrahatur, & dissoluatur tacita societas? Castillo *de vsufructu cap. 3. num. 119.* Fachinæus *controuersiar. lib. 12. cap. 14.* Matienzo *in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recop. glossa 1.* vbi late materiam prosequitur, *& ibi num. 18.* quando inter fratres contracta videatur societas? Massardus *de probationibus conclus. 31. lit. A.* Gratianus *disceptation. tomo 5 cap. 993.* Ualascus *consult. 63.* Auendanus *cap 21. prator 2. parte ex num. 1.* & Molina *de iustitia tomo 2. disput. 420.*

An vero tacita societas contracta videatur vel antiqua continuata seu renouata, quando vno ex coniugibus defuncto, alter remanet in possessione bonorum communium? videndi sunt Matienzo *in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recop glossa 11. ex num. 23.* Valascus *consultatione 63. & 166.* Azeuedus *in dicta l. 2. tit. 9. lib. 5. Recop. num. 14.* Scobar *de ratiocinijs cap 6. num. 63.* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 414. num 4.* qui licet indistincte societatem continuatam admittant, verius tamen est dictam societatem tacitã in patre locum non habere, qui vt legitimus administrater administrasse præsumitur, & bonorum aduentitiorum ac maternorum filij vsumfructũ habet, & sic non tenetur lucra cum illis communicare licet multa, & magna acquisierit, vt docent cum alijs Morquecho *de diuisione bonorum lib 2 cap. 15. ex num. 35.* Castillo *in tractatu de vsufructu lib. 1. cap. 3. ex num. 118.* quem omnino videas,

Ad numerum 2. ibi: *& resolutiue dico, &c.* 3

Societatem posse contrahi super omnibus bonis tam præsentibus quã futuris vt hic resoluitur, docent late explicantes Tuschus *lit. S. conclus. 282. per totam & conclusione 283.* vbi latissimè explicat, quæ communicet, & ad quid teneatur socius omnium bonorum? Petrus Gregor. *in sintag. lib. 27. cap. 4. num. 9.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 6. tit. 9. num. 10.* vbi agit ex quibus coniecturis tacita societas omnium bonorum contracta intelligatur? *& tit. 15.* vbi explicat, quæ debeant communicari cum socijs omnium bonorum? Pichardus *in principio* institutа *hoc tit. num. 1.* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 421.* Morquecho *de diuisione bonorum lib 2. c. 1. per totum*, Matienzo *in l. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. glossa 1. nu. 1.* vbi quod in societate omnium bonorum veniunt quæstus omnes ex quacumq; causa obuenientes, etiam ex hereditate vel legato vel donatione, secus in societate simpliciter contracta; ex quo infert societatem inter coniuge-

ſuges non eſſe omnium bonorum ſed lucri, & quæſtus, Baeza *de dote cap.* 15. *vbi an filia* * *ſocij ſit dotanda de bonis ſocietatis?* de quo etiam Fachinæus *lib* 8. *controuerſ. cap.* 4. *& lib.* 12 *cap.* 13. & latiſsimè Barboſa *in l.* 1. *ff. ſoluto matrimonio* 4. *parte n.* 88. *&* 89 *&* 90. *&* 91. *& ſeq. & n.* 139. *vbi* optimè dictam reſolutionẽ explicat, Morquecho *de diuiſione bonorum lib.* 2. *cap.* 2. *ex num.* 17. & Zeuallos *quæſt.* 189.

In ſocietate omnium bonorum an acquiratur dominium, & poſſeſsio ipſo iure abſq; traditione? *vi*dendi ſunt Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 19. *in principio*, Suarez *in l.* 1. *tit. de las ganancias lib.* 3 *fori verſiculo quæritur vlterius*, Tellus Fernandez *in l.* 16. *Taurinum.* 11. Marienzo *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop. gloſſa* 3. *ex num.* 6. & optimè explicans Pichardus *in principio inſtituta hoc tit. ex num.* 9. *vbi* tradit acquiſita ante ſocietatem tranſire abſq; traditione in dominium, & poſſeſsionem ſocij, non verò acquiſita poſt ſocietatem niſi traditio interueniat, præter quam ſi nomine communi ſocietatis acquirantur, tunc enim abſq; traditione communicantur, quo ad dominium, & poſſeſsionem *vt* ex Marienzo ſupra, & Gutierrez *lib* 2. *quæſt.* 118. *num.* 2. & alijs reſoluit ipſe Pichardus; vbi etiam addit cum ſupra relatis, quod lucra conſtante matrimonio quæſita inter coniuges ſtatim, & ipſo iure communicantur quo ad dominium, & poſſeſsionem, quod latius proſequitur Marienzo ſupra *ex num.* 10. per quatuor concluſiones *vbi num.* 9. antecedenti tradit quod de iure Regio in ſocietate omnium bonorum trãsfertur indiſtincte dominium rerum omnium præſentium & futurarum abſq; traditione aliqua, ſiue nomine ſocietatis ſiue proprio nomine, eas acquirat ſocius cum *vide*, & Jaldeſium ad Suarez *di&o tit. de las ganancias num.* 58. *vbi* plures refert, & Oſſuald. ad Donel. *lib.* 18. *cap.* 12. *notatis lit. K. vbi* etiã quod ſocius agit ſine mandato, & Morquechum *de diuiſione bonorum lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 27. quẽ videas per totum caput *vbi* late explicat, quæ ſit ſocietas omnium bonorum & quãdo tacitè contracta videatur, & quæ debeant communicari inter ſocios omnium bonorum vel eis imputari? & an communicentur in ea hereditates vel legata, & quod *vnus* ex ſocijs conſequitur ratione in iuriæ ſibi illatæ contra Souſam infra, & an debeãt ſocietati imputari quæ *vnus* ex ſocijs in honorem filiorum expendit? de quo etiam videndi Petrus Qualdus *in ſuo tractatu de duobus fratribus 6. parte quæſt.* 7. Barboſa *in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur ff ſoluto matrimonio num.* 41. *& in l. ſi conſtante ibidem numer.* 134. Souſa *in §. actionum, cap. de ſocietate num.* 12. Menochius *conſil.* 375. *num.* 8. *& de præſumptionibus lib.* 3. *præſump.* 56. *num.* 39. Bolanus *in Curia* 2. *parte §. ſeguronum.* 13. *vbi* an aſſecuratio *vni* ex ſocijs facta profit alteri? Marienzo *in l.* 2. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recopil. gloſſa* 1. *ex num.* 29. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 421. & Narbona *de ætate anno* 25. *quæ.* 8. *vbi* quod ideo prohibetur minoribus 25. *annis* ſocietatem contrahere abſq; tutoris ſeu curatoris authoritate, quia contracta ſocietate dominium ipſo iure in ſocium trãſfertur, quod minoribus non permittitur.

Item an ſi pecunia capitalis amittatur damnum debeat eſſe commune *vel* tantum eius, qui illam appoſuit? *vide* ſupracitatos, & Couarrubiam *lib.* 3. *variar. cap.* 2. *nu.* 2. & Valerium Reginald. *in praxi fori panitent. lib.* 25. *tractatu* 4. *cap.* 29. *ex num.* 592. *vbi* quod pecunia perit illiqui eam appoſuit.

Item an priuilegium ſocij profit ſocio

socio, vide Barbosam *in l.* 1 *ff soluto matrim.* 3 *parte nu.* 84. post Iasonem *in l.* 1. *Cod. de transactionibus* & Padillam *in l.* 1. *Cod. de diuersis rescriptis*,

Item an socio filij spurij possit pater aliquid relinquere? vide eundem Barbosam supra 4. *parte num.* 80 post Couarrubiam *de sponsalibus* 2. *parte cap.* 8. §. 5. *num.* 11 & Tiraquel. *de retractu lib.* 1. §. 26. *glossa* 1. *ex num.* 33. & alios.

4 Ad num. 3. ibi: *Sed his non obstantibus &c.*

Societatem omnium bonorum simpliciter contractam etiam extendi ad futura vt hic resoluitur, docent, & explicant Mantica *de conuentionibus lib.* 6. *tit.* 9. *num.* 13. Tuschus *lit. S. conclus.* 283. *ex num.* 1. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 10 *part.* 5. *glossa* 2. & *in l.* 47 *tit.* 28. *part.* 3. Morquecho *de diuis. bonor. lib.* 2 *cap.* 2. *num.* 3. & *seq.* vbi ait, quod si in cocunda societate bonorum, tantum præsentium mentio facta fuerit, futura non venient. Pichard. *in princip. instit. de societate ex num.* 4. vbi docet societatem omnium bonorum dupliciter celebrari, aut hoc expresse pacto, vt omnium bonorum socij sint, aut simpliciter, & indefinite vt si dictum fuerit *placet vt simus socij.* in priori enim casu præsentia, & futura communicantur, in posteriori vero solum communicantur inter socios ea quæ exquæsitu acquiruntur, idest ex opera socij Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 421. *num.* 3.

5 Ad numerum 4. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Societate simpliciter contracta solũ cõmunicari inter socios bona titulo oneroso quæsita, non vero, quæ titulo lucrativo, vt hic resolvitur, docent Palacios Rubios *in rubrica* §. 65 *ex num.* 63. Casaneus *in consuetudine Burgundiæ rubrica* 4. §. 2. *verbo Tamubles num.* 6. Gregor. Lopez *in l.* 18. *tit.* 11. *part.* 4. Caldas *in l. sicut tarem*, verbo; *Sua facilitate num.* 14. Barbosa *in l.* 1. *ff soluto matrimonio* 1. *parte num.* 37. Gutierrez *lib.* 2. *quæst.* 120. *ex num.* 6. Felicius *de societate cap.* 12. vbi quod quæsitum occasione societatis non communicatur, Gutierrez *de tutelis* 3 *parte cap.* 31. vbi quod illicite acquisita non communicantur de quo etiam Suarez *tit. de las ganãcias, num.* 38 & 39. vbi Valdesius, Pichardus *in principio instituta hoc tit. num.* 4. & 7. & optimè explicans Mãtica *de tacitis conuention. lib.* 6. *tit.* 16 *ex num.* 1. *vbi num.* 6. explicat dictam resolutionem, nempe quod legata, hereditates, donationes & alia huiusmodi non communicentur in prædicta societate, præter quam si eius contemplatione fuerint relicta vel ipsa societas fuit causa proxima vt relinquerentur, & per totum titulum latissimè quæstionem pertractat; Matienzo *in l.* 3. *tit.* 9. *lib.* 5. *Recop. glossa* 1. *num.* 2. Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 412. *num.* 2. vide etiam Noguerol *allegatione* 11. *num.* 122. vbi quod quæsita ex industria non communicantur, & alia.

Ibi: *Vnum tamen est, &c.*

Si pactum fiat quod inter socios diuidatur hereditas iusta, & legitima hoc accipiendum est de hereditate abintestato non de ea quę prouenit ex testamento ita Gomezius in præsenti, & sic etiam docent Alciatus *lib.* 3 *paradoxorum cap.* 1. Menchaca *de successionum creatione in præfatione num.* 17. & §. 10. *num.* 41. Pinelus *in l.* 2. *Cod. de bonis matern. num.* 4. Gregor. Lopez *in l.* 10. *tit.* 4. *part.* 6. *glossa* 8. Molina *de iustitia tomo* 2 *disputatione* 412. *num.* 2. Pichardus *in rubrica instituta de legitima agnatũ successione num.* 1. & 2. vbi bene explicat.

Ad numerum 5. ibi: *In quo articulo magistraliter, & resolutiue, dico, &c.* 23

Quan-

Quando capitale est æquale non valet pactum quod in æqualiter diuidatur lucrum inter socios, secus quãdo capitale inæquale est: quando autem vnus ex socijs ponit capitale alius vero industriã, & laborẽ tunc valet pactum quod lucrum æqualiter diuidatur; imo idem fieri debet, si nihil actum fuerit, ita resoluit Gomezius in præsenti, & docent *Mantica de taciti conuention. lib. 6. tit. 4. ex num. 7. & 9.* Couar. *varia. lib. 3. cap. 2. num. 3.* Tuschus *lit. S. conclus. 287. ex num. 1.* Mozius *de contractibus tit. de societate in principio.* Pichardus in principio *instit. hoc tit. num. 24. & seq.* vbi bene explicat *& in §. de illa* qua si per totum, Morla *in emporio tit. 8. quæst. 25. ex num. 28.* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 415. num. 3.* Lessius *etiam de iustitia lib. 2. cap. 25. dubio 2. num. 20.* & bene explicans Bonacina *de contractibus disput. 3. quæst. 6. punct. 3. num. 2.* vbi quod in societate omnium bonorum fit diuisio æqualiter non habita ratione, an quis plus, vel minus posuerit? & an plus vel minus lucratus sit? *& num. 3.* docet quod in alijs societatibus particularibus diuisio facienda est æqualiter cum proportione, habita ratione illius quod quisq; contulit in societatem, ita vt si æqualem posuit portionem vel industriam, percipiat lucrum æquale, inæqualem vero si inæqualem partem posuit; eum omnino videas, quia optimè declarat, & Scacciam *de commerciis §. 1. quæst. 7. parte 2. ampliatione 9. ex num. 2. §. 3. glossa 3. ex num. 33.* & Tiraquel. *de legibus Connubial. fol. mihi 46.* vbi quare societas dicatur Leonina? de quo etiam D. Larr. *allegatione Fiscali 33. num. 17.* post Gail. *lib. 2. obseruationum cap. 24.* & Couarrubiam *lib. 3. variar. cap. 2.* versiculo *Secunda conclusio.* vide etiam D. Ioseph Vela *dissertatione Hispal. 2. n. 66.*

Ibi: *Ex qua regula, & doctrina prius infertur, &c.*

Et ibi secundo infertur, &c.

Non annullari contractum sed pactum inæqualis diuisionis, vel quando fit conuentio, quod alter habeat totum damnum vt hic resoluitur, docent citati supra proximè, maximè Tuschus *lit. S. conclusione 287.* vbi latissimè explicat per ampliationes & limitationes, quem etiam videas *conclus. 285.* vbi etiam late declarat, quando possit fieri societas disparis lucri *Mantica dicto lib. 6. de tacitis conuentionibus tit. 2. & 5.* vbi etiam declarat, & in titulis sequentibus, vbi *num. finali tit. 8.* docet quod licita erit societas in qua partes conuenerunt, quod vnus ex socijs subeat periculum, & non alius, quando ille plus societati contulit, quod periculo ab alio suscepto respondeat *ex Tex. in l. si non fuerint §. 1. ff. pro socio* quod etiam declarat Molina *de iustitia tomo 2. disput. 415. num. 6. &* Pichardus *in dicto §. de illa instituta hoc tit. num. 19. & seq.* vbi ait quod aliquando valet pactum vt alter socius non subeat periculum, licet partem lucri percipiat, nempe quando alter pecunias confert, alter vero operas, & industriam, tunc enim qui operas contulit pacisci potest vt alter periculum pecuniæ subeat, cum ipse operas etiam perdat, & etiam valere asserit quando ei qui periculum pecuniæ subiturus est, maior pars lucri adiudicatur in compensationem periculi, cum vide ibidem, & in principio *illius tit. num. 25.* vbi ait quod tunc prædictum pactum infirmatur, quando grandis iniquitas resultaret, non alias, & nouissime Narbonam *in tertiam partem Recopil. l. 15. tit. 18. lib. 5. Recop. glossa 2. ex n. 9.* vbi late explicat *Tex. in l. si non fuerit § ita coiri ff. pro socio & §. de illa instituta hoc tit.* quorum omnium

&

& aliorum opiniones in hoc conueniunt quod prædicta, & cætera pacta quæ apponi solent in societatibus, ita fiat iusta. & obseruanda, si per ea partes ad æqualitatem referantur, vt etiam videri potest per *Molinam tomo 2. disput. 417.* vbi explicat late, quando licitum sit pactum vt periculum totum capitalis ad eũ pertineat, qui ponit operas: vide etiam Lessium *ibidem lib. 2. dicto cap. 25. dubitatione 2. per totam* vbi late de societate inqua alter confert operam alter sortem, & de variis pactis in ea appositis, & Scobar *computatione 22.* vbi de computatione damni, quando vnus socius posuit pecuniam & alius operam, & industriam, & nihil lucratum reperitur in societate, vide etiã Scacciam *supra.*

Ibi; *Tertio infertur, &c.*

Usuram committi, si quis det alteri pecuniam ea conditione, vt lucrũ sit commune, & pecunia sit semper salua vt docet Gomezius, tenent cõmuniter *Doctores*, vt constat, ex Mãtica *de tacitis conuentionibus lib. 6. tit. 8. num. 6.* vbi declarat, Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 415. num. 6.* vbi etiam explicat, Pichardas *in §. de illa instituta hoc tit. nu. 20.* Morla qui plures refert *in emporio tit. 8. quæstione 25. numer. 29.* Narbona *in 3. partem Recop. l. 15. tit. 18. libr. 5. Recop. glossa 1. & 2.* sed supra dicta resolutio adhuc declaratione eget, quã optimè tradit Lessius *de iustitia lib 2 cap. 25. dubitatione 3.* per totam, vbi probat dictam pactionem licitam esse modo prudentis arbitrio seruetur æqualitas, & idem etiam latissimè prosequitur Narbona *supra dicta l. 15. tit. 18. lib. 5. glossa 2. per totã* quos omnino videas, & præcipue Narbonam *ex num. 45. & per totam glossam*, & post hæc scripta Carleual. *de iudicijs tomo 2 disput. 7. tit. 3. ex num. 17* vbi plurimos refert, & optimè declarat, post Gaitum de creditoribus *tit. 7. cap. 2. quæst. 5. ex num. 1935.* & Scacciam *de commercijs. §. 1. quæst. 7. par. 2. ampliatione 9. num. 3. & §. 3. glossa 3. ex num. 36.* vide etiam Cancerium *3. parte cap. 7. ex num. 324.* post Petrum Nauarram *de restitutione lib. 3. cap. 2. ex num. 442.* & Reginaldus *in praxi fori pœniten. lib. 29. tractatu 4. num. 396. & seq.* & Gratianum *discep. cap. 589. num. 11.*

Ibi; *Quarto infertur, &c.*

Intellige vt supra proximè diximus versiculo antecedenti cum Lessio, & Narbona qui alios referunt, et materiam latissimè explicant.

Ibi; *Vnum tamen est, &c.*

Sponte datum ex remuneratione antidorali (vt aiunt) licite accipi potest, ita Sotus *lib. 6. de iustitia, & iure quæst. 1. artic. 2. in 2. conclusione* Rodriguez *de redditibus lib. 3. quæst. 4. num. 101.* Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 310. num. 11. & seq.* optime Lessius etiam *de iustitia lib. 2. cap. 20 dubitatione 5. num. 36. & sequẽt* & alij communiter, & Bobadilla *in politica lib. 2. cap. 11. num. 70. & 78.*

De societate cum pacto quod soluantur decem procentum per modũ interesse videas optimè Farinacium *consil. 15. lib. 1.* vbi etiam quid si dictum pactum apponatur in casum solutæ societatis, & donec soluatur sors principalis? & etiam vide Carleualium *supra num. 18.*

Adnume um 6. ibi; *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 7

Tribus modis finiri societatem primo, ex voluntate partium, secundo morte alicuius socij, tertio lapsu temporis, per quod fuit contracta societas, vt hic resoluitur, docent Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 27. cap. 4. ex num. 17.* vbi late explicat modos quibus societas dissoluitur, late etiam, Tuschus *lit. S. conclusione 305.* & duabus sequentibus, vbi etiam ex quibus

continuatapr æſumatur, agit, Matienzo *in l. 2. tit. 9. lib. 5. Recopilat. gloſſa 1. ex n. 10.* optimè Pichardus *in §. manet, & §. ſolutur adhuc hoc titula*, vbi bene declarat omnes modos quibus finitur ſocietas, & quid ſi vnus ex ſocijs intempeſtiuè renuntiet, de quo Barboſa *in rubrica. ff. ſoluto matrimonio*, 2. *parte*, *ex numer. 49. & in l. ſi filio, §. finali, numer. 36.* vbi de pacto de non recedendo à ſocietate, Gratian. *diſceptat. cap. 276. & 279. & 547.* cos omnino videas, Molina *de iuſtitia, tom. 2. diſputation 414. per totam*, Farinacius *conſil. 15. lib. 1.* vbi plura, Scobar *de ratiociniis cap. 6. ex numer. 57.* vbi quod etiam morte ciuili finitur ſocietas, & optimè explicat rationes quare ad hæredes non tranſeat, & quinque limitationes adducit, quas per eum videre poteris, & per totum caput agit de rationibus reddendis per ſocios, *& numer. 68.* congerit caſus in quibus ante præfinitum tempus ſocietas finitur, de quibus etiam videndi ſunt Auendañus *capit. 4. pretorum, numer. 21.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 6. titul. 23. ex nu. 23. & titul. 25. per totum, & titul. 25.* ex quibus coniecturis ſocietas videatur reintegrari? quod etiam proſequitur Menochius *libr. 3. præſumptione 57. per totam*, Oſualdus ad Donellum *libr. 16. capit. 23. notatis litera* A. Bonacina *de contractibus, diſputatione 3. quæſtione 6. puncto vltimo*, & late Morquecho *de diuiſione bonorum libr. 2. capit. 7 per totum, & capit. 8.* vbi de renouatione ſocietatis.

Ibi: *Vnum tamen eſt, &c.*

Quod diſſoluta ſocietate ex partium voluntate debeat hoc denuntiari, & intimari omnibus qui cum ſocio poſſunt contrahere, & ſi non ſint certi debet certiorari per proclamata, vel edicta, præterquam ſi pro certo tempore, vel cum certis qualitatibus, ſeu conditionibus fuerit contracta ſocietas, tunc enim elapſo tempore, vel abſque conditionibus, & qualitatibus contrahens cum eo nihil agit, agit, etiam ſi diſſolutio ſocietatis non fuerit intimata, & idem eſſe obſeruandum in procuratore, vel inſtitore, vt hic reſoluitur, docent Tuſchus *litera S. concluſione 306. ex numer. 47. & liter. P. concluſione 862. per totam*, vbi *ex numer. 35.* agit quid in reuocatione quæ fit per mortem ſocij. de quo etiam, Petrus Gregorius *in ſintagmat lib. 27. cap. 5. numer. 21.* & alij plures relati ſupra, *capit. 4. nu. 4.* quos videas ad quæſtionem reuocationis procuratoris intimandæ, vel non, & de ſolutione ei facta poſt reuocationem, vel mortem domini, & vide nouiſsimè Salgadum *in labirintho creditorum, parte 1. capit. 38. ex numer. 27.*

8 Quod ſocius conueniri non poſſit vltra quam facere poteſt, & quando poſsit incarcerari, & alia agit late Scobar *de ratiocinijs, cap. 35. ex num. 9.* Menochius *caſu 337. num. 21.* Petrus Gregorius *in ſintagm. lib. 27. capit. 4. num. fin.* Ualaſcus *conſultatione 98.* Vincentius Filliucius *in ſuis quæſtionibus moralibus, tractatione 38. cap. 2. quæſtione 2. & ſequent.* Molina *de iuſtitia, tom. 2. diſputatione 413. ex numer. 2.* & late Gutierez *de iuramento confirmatorio, 3. parte cap. 15.* Pichardus *in manuductionibus, 2. parte. precepto 9.* Scaccia *de commerciis, §. 7. gloſſa 5. numer. 125.* & an ſocius † poſsit accuſare ſocium? Gregorius *in leg. 4. titul. 2. partita 3. gloſſa 1.*

9 Quando autem ſocius teneatur ad debita contracta per ſocium? vide Barboſam *in l. 1. ff ſoluto matrim. 3. parte nu. 57. & ſeq.* vbi etiam an ſocius teneatur ratione contractus, cui

contradixit *num.62.& in l. si constante, nu.49.* Salascus *consultatinu.98.* Suarez *in l. post rem iudicatam, in declaratione l.* Regni, versicul, *Visum est ex num.9.* vbi de modo satisfactionis in hoc casu.


10 Socius non soluens socio reficienti rem communem expensas pro sua parte intra quatuor menses, amittit dominium, vt explicat Garcia *de expensis, & melioration. capit.19.n finali*, Bolanus *in Curia, 2. parte*, §. *naues, n.19.*

11 Item vendens merces credita pecunia socijs, vel alius creditor societatis quod præferatur in bonis in ea lucratis, creditori particulari vnius ex socijs, vide Hermosillam *in leg. 49. titul.5. partita 5. glossa 7. numer. 9.* versiculo: *Qua tacita societas, &c.* post alios ab eo relatos, vbi etiam quid dicendum in societate inter coniuges? post Ayoram *de partitio. 1. parte. cap.3. in fine*, & Cancer. *variarum, lib.3. cap.1. num.167.* Mantienzum *in l.6. tit.9. lib. 5. Recop. glossa 2.n.2.* & alios.

Item de societate pecorum cum pacto quod quolibet anno mortuæ renouentur ex fœtibus natis, vide Farinacium *decisionum criminalium, libr. 2. decisione 255.* & late Reginaldum *in praxi fori pœnitential. libr. 25. tractatu 4. numer. 401. & sequent.* post Silueſtrum, verbo: *Societas 2.* 12

Item de societate in conductione rerum ddituum regal. vel Reipublicæ. Gutierrez *lib. 4. practicarum, quæstione 59.* Auendañ. *2. parte, 12. num.16. in capit. prætorum*, & post eos Carleual. *de iudicijs, libr.2. disputation.10.* vbi quod fiscus, vel Respublica possunt conuenire executiue socios suorum conductorum insolidum præter quam si in tertia, quarta, decima, vel alia parte determinata sint socij. 13

Item an actus qui non valet iure societatis valeat iure conuentionis? vide Zeuallos, *quæstion.297.* 14



CAPVT SEXTVM

DE CONTRACTV MVTVI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores de hac materia agentes referuntur.*

2 *Mutuum quomodo contrahatur.*

Quare mutuum consistat in rebus quæ pondere numero, vel mensura consistunt.

Casus in quibus compellimur mutuare.

Hipotheca pro mutuo quem locum habeat in prælatione.

3 *Filius famil. an teneatur ex mutuo*

An hodie nascatur obligatio ciuilis, & naturalis ex mutuo facto filio fam.

Quid si adsit iuramentum?

Quid de mutuo inter duos fratres.

Frater, vel filius si soluit repetit.

An in conscientia obligetur filius fam. ad mutuum?

De hoc contractu iuramento confirmato.

De reliquis extensionibus Gomezij.

De limitationibus superioris resolutionis.

An ratificatio patris noceat fideiussori filij?

Quid de mutuo quem fecit filius famil. minori.

An exceptio Macedonani competat monacho.

Specialitas mutui facti minori, ciuitati, Ecclesiæ, vel Regi.

Versio in vtilitatem quomodo probetur, vel præsumatur.

An sufficiat semel versum licet non perseueret.

De filio furiosi mutuum accipiente.

De exceptione non numerata pecuniæ.

4 *An hæc exceptio possit opponi contra instrumentum guarentigium.*

Quid si quis recognoscat in iudicio scripturam priuatam.

5 *An dicta exceptio locũ habeat aduersus confessionẽ de præterito, & alia.*

CAPVT VI.

6 *An dicta exceptio locum habeat in vltima voluntate.*

De confessione facta in testamento an testator possit ex ea conueniri, vel eam reuocare possit?

Dicta exceptio in alijs contractibus quantum duret.

7 *An debitor post biennium maneat obligatus ciuiliter, & naturaliter.*

8 *An post biennium possit debitor probare non numeratam pecuniam.*

Confessio de recepto ad liberandum in quocumq; contractu admittit hac exceptionem intra 30 dies.

9 *De renuntiatione dictæ exceptionis.*

Quid iure Regio.

Quid de renuntiatione iurata.

10 *Quid in confessione iurata, & de text. in l. fin. Cod. de non numerata pecunia.*

Reliqua in materia dictæ exceptionis.

11 *An hæc exceptio opponi possit post biennium per tertium.*

12 *Probato mutuo an eius quantitas probetur iuramento.*

13 *An contra mutuantem possit opponi defectus dominij.*

§§§

DE Materia mutui agunt latissimè præterscribentes in locis ordinarijs, Mozius *de contractibus, tractatu de mutuo*, Tuschus *lit. M. conclus.* 441. *& duabus seq.* Mantica *de tacitis conuentionib. lib.* 8. per vigintiquinque titulos materiam prosequens Petrus Gregor. *in syntagmat. lib.* 22. *cap.* 2. *& multis seq.* Menoch. *libr.* 3. *præsumpt.* 67. *& seq. vsq.* 371. Connanus *lib.* 7. *commentarior. ex cap.* 1. Donel. *lib.* 14. *commentar. ex cap.* 1. Pichard. in principio institutæ *quibus modis re contrahitur obligatio*, Robertus *lib.* 3. *sententiar. cap.* 14. Zeuallos *q.* 365. Gratian. *discept. cap.* 879. *per totum*, Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæst.* 1. *ex num.* 502. *& quæstione* 7. *parte* 2. *& quæst. per totum*, Molina *de iustitia tom.* 2. *disput.* 269. *& multis seq.* Azor *institution. moralium* 3. *parte, lib.* 7. *ex ca.* 1. Lessius *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 20. *per totum*, Bonacina *de contractibus, disput.* 3 *quæst.* 3. *per totam*, Vincentius Filliucius *in quæstionibus morab. tractatione* 34. *tom.* 2. *cap.* 10. *& in* 2. *parte dictæ tractationis, ex cap.* 1. vbi de vsura latissimè, Morla *in emporio, titul.* 8. *in præmissis* late, & (vt in vno tibi plures referam) latissimè Hermosilla *in titul.* 1. *partita* 5. vbi optimè materiam explicat, Pachinæus *lib.* 2. *controuersiarum cap.* 49. *& seq. & libr.* 11. *cap.* 44. *& sequent. vsque ad* 50. Rodriguez *de redditibus lib.* 3. *quæstione* 11. *ex nu.* 52. Quesada *diuersarum, quæstion. cap.* 32. vbi de mutuante illi qui in malos vsus est consumpturus, Lara *de annuersarijs, cap.* 23. vbi etiam late de monte pietatis.

1

Ad nu. 1. ibi: *In primis se offert contractus mutui, &c.* 2

Mutuum contrahi in rebus, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt, & functionem recipiunt in genere suo, vt hic resolvitur, docet præterscribentes in titulo *ff. de rebus creditis, in rubric.* Petrus Greg. *in syntag. lib.* 22. *cap.* 2. *nu.* 1. Mantica *de tacitis conuention. lib.* 8. *tit.* 3. *n.* 26. Morla *in emporio. tit.* 8. *in præmissis, n.* 22. Albornoz *lib.* 2. *de arte contractuum, tit.* 49. Azor *institut. moral. par.* 3. *lib.* 7. *cap.* 5. Pichard. in principio instit. *quibus modis re contrahitur obligatio, num.* 1. Hermosil. *in l.* 1. *tit.* 1. *part.* 5. *glo.*

5. *glossa* 1. *ex nu.* 13. vbi late declarat & alij plures relati à Lara *in tractatu de anniuersar. lib.* 1. *cap.* 23. *n.* 3. Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 20. *dubitione* 1. *n.* 4. & D. Larrea *decisione Granat* 21. *num.* 11.

Sed quare in his rebus, & non in alijs mutuũ consistat, disputant interpretes, & videndi sunt Connanus *lib* 7. *commentarior. capit.* 1. *num.* 14. Robertus *lib.* 3: *sententiar. c.* 14. Caldas Pereira *in tractat. de emptione, & venditione, cap.* 2. *n.* 14. *& seq.* Morla *in emporio, tit.* 8. *in præmissis, nu.* 23. Pichardus supra in principio instituta *quibus modis re contrahitur obligatio, ex numer.* 15. *&.* Hermosilla *in l.* 1. *titul.* 1. *partita* 5. *glossa* 1. *ex n.* 15. vbi explicat, quæ res functionem recipiant in genere suo, & latissime agit de explicatione text. *in l.* 2. §. *mutui datio, ff de rebus creditis*, quem omnino videas, & Pichardum supra nec non Scacciam *de commercijs*, §. 1. *quæst.* 4. *n.* 15.

Quamuis autem mutuum spontanee celebretur, sunt tamen aliqui casus in quibus mutuare compellimur, vt quando quis mutuare promisit, vel quando imminet necessitas publica ciuitatis, quia tũc diuites possunt compelli mutuare, vel quando Rex pro defensione patriæ mutuum petit à diuitibus etiam nobilibus, vel exemptis, & etiam clericis, & Ecclesijs (in quo si est periculum in mora iudices seculares procedunt contra eorum bona) vel quando quis in extrema necessitate constitutus mutuum petit, quæ omnia latissime explicant Scobar de ratiocinijs *cap.* 15. *num.* 11. Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 8. *capit.* 5. Castillo *libr.* 2. *controuersiarum, ca.* 3 Matienzo *in l.* 1. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recopilat glossa* 9. *ex num.* 4. Gutierrez *practicarum, libr.* 2. *quæst.* 180 *numer.* 29. Bouadilla *in politica* 2. *parte libr.* 3. *cap.* 3. *num.* 18. *& lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 22. Zeuallos *quæstion.* 578. *ex numer.* 3. *& quæstion.* 906. *num.* 44. *& quæst.* 897. *ex numer.* 617. & alij plures relati à Hermosilla *in dicto titulo* 1. *partita* 5. *in additione ad glossam rubricæ*, vbi late explicat, & exornat per ampliationes, & limitationes, vbi etiam quod dictum mutuum debet intelligi sine vsuris, de quo Auilès *in capit.* 34. *pratorum*, verb. *Sin nuestra licencia.*

Unum tamen aduertere debes circa hipothecam contractam ratione mutui, nempe quod si quis se obliget cum hipotheca bonorum pro certa quantitate mutui, & ante quam illam recipiat, contrahat alia debita cum hipotheca, talia debita præferentur debito ex causa mutui ex text. *in l. Titius ff quæ res pignori obligari possunt, l.* 1. *ff. qui potiores inpigno re habeantur, & l.* 27. *tit.* 13. *partit.* 5. ex doctrina Negusantij *de pignoribus, 2. parte princip.* 4. *membro, n.* 27. *&* 78. Boerio *decisione* 331. Capicio *decis.* 182. *n.* 16.

Ad num. 2. ibi: *Præterquam in filio familias, &c.*

Licet filius familias obligetur ciuiliter, & naturaliter ex mutuo, ei tamen competit exceptio Macedoniani, vt non teneatur cum effectu, ita resolut Comezius, & docent latissime Mantica *de tacitis conuentionibus, lib.* 8. *titul.* 7. *& titul.* 8. vbi de mutuo inter patrem & filium celebrato, Osualdus ad Donelum *lib.* 12. *cap.* 25. *& 27. notatis liter. D. & sequent.* Caldas *in l. si curatorem*, verbo: *Lasis numer.* 89. Petrus Gregorius *in syntagmat. libr.* 22. *capit.* 2. *nu.* 8. *&* 9. Mozius *in tractatu de mutuo, titul. quomodo deficiat resoluatur, seu finiatur mutuum, numer.* 14. Rebellus *de obligation. iustitia, parte* 2. *lib.* 8. *titul. de vsuris, quæstione* 1. *sectione* 2. *numer.* 15. Matienzo *in leg.* 22. *tit.*

11. *libr. 5. Recopilationis, gloſſa 1. nu. 1.* Scaccia *de commercijs, §. 1. quæſt. 1. num. 532. & quæſt. 7. parte 2. ampliatione 19. nu. 89. & ſequent.* Reginaldus *in praxi fori pœniten. libr. 25. numer. 155.* iterum Scaccia *de re iudicata, gloſſa 7. quæſtion. 3. limitatione 4. ex num. 209.* Pichardus in principio inſtituta *quibus modis re contrahitur obligatio, ex num. 117.* vbi etiam agit de mutuo contracto inter filium & patrem & inter duos fratres ſub eiuſdem patris poteſtate, & latius *in §. illud proprie*, inſtituta *quod cum eo qui in aliena poteſtate, &c. ex n. 1.* vbi alios plures refert Molina *de iuſtitia tom. 2. diſputation. 301.* Leſius etiam *de iuſtitia, lib. 2. cap. 20. dubitatione 2. ex num. 6, vbi num. 8.* ait in hoc caſu tolli obligationem ciuilem, & naturalem, ſed verius, & communius eſt quod docet Gomezius in præſenti, & tenent ſupra relati, & Hermoſilla *in l. 4. titul. 1. partita 5. gloſſa 2. ex numer. 1.* vbi etiam alios refert, & Vincentius Fillucius, *tom. 2. quæſtion. moral. tractatione 34. capit. 10. quæſtione 7.* & melius explicans Pichardus ſupra *numer. 14.* vide etiam Carleualium de iudicijs, *tomo 2. titul. 3. diſputat. 7. n. 7.* vbi quod dicta exceptio poteſt opponi poſt ſententiam, *& diſputatione 19. num. 8.* vbi quod filij tenentur ad mutuum contractum à patre pro eorum ſubſtentatione.

Hodie tamen nec ciuilem, nec naturalem obligationem oriri ex mutuo facto filio famil. tradunt Azeuedus *in l. 22. titul. 11. libr. 5. Recop. n. 2. ex diſpoſitione eiuſdem legis*, vbi etiam idem tenet Matienzo *in gloſſa 8. num. 20.* & Zeuallos *quæſt. 775. num 13. & ſequent.* Thomas Sanchez *de matrimonio, libr. 6. diſputatione 38. nu. 29. & libr. 1. conſil. cap. 7. dubio 1.* vbi explicat dictam *l. 22.* Pichardus *in dicto §. illud proprie*, inſtituta *quod cum eo qui in aliena poteſtate, &c. numer. 2.* vbi dubius manet in eo quod prædicta *lex 22.* decidit, nempe contractum filij famil. ſine patris conſenſu, vel minoris ſine curatore non firmari iuramento, de quo etiam vide Hermoſillam *in dicta l. 4. tit. 1. partita 5. gloſſa fin. n fin.* & Thomam Sanchez optimè id explicantem *in ſumma, lib. 3. cap. 22. per totum, & in diſputatione 38. lib. 6. de matrim. n. 29.*

Quid verò dicendum ſit de mutuo inter duos fratres ſub eiuſdem patris poteſtate conſtitutos? videndi ſunt ſupra allegati initio huius numeri, & Morla *in emporio, titul. 8. quæſtione 2* Mantica *de tacitis conuentionibus, libr. 8. titul. 7. numer. 33.* Pichardus in principio inſtituta *quibus modis re contrahitur obligatio ex num. 119.* Gratianus *diſcept. capit. 879. num. 16.* Hermoſilla *in leg. 4. gloſſa 12. titul. 1. partita 5. ex numer. 2.* vbi ait fratrem recipientem mutuum caſtrenſis vel quaſi caſtrenſis peculij obligari ciuiliter, & naturaliter, locum tamen habere Macedonianum, præter quam in certis caſibus, hodie verò de iure Regio *ex dicta leg. 22.* non habere locum deciſionem text. *in leg. frater à fratre, ff. de condictione indebiti* in mutuo facto à fratre fratri, & ſic nullam acquiri actionem, nec fratrem ciuiliter, aut naturaliter teneri præter quam in caſibus exceptis, vbi etiam *numer. 6.* addit quod frater qui ſoluit mutuum ſi ſoluit per ignorantiam facti poteſt repetere, præter quam ſi ſciens, & prudens approbauerit poſt mortem patris cum vide, & Barboſam *in leg. viro atque vxore ff. ſoluto matrimonio, numer. 18.* vbi an concedatur compenſatio in hoc caſu?

Ibi:

Ibi: *Ex quo inferas quod etiam hodie, &c.*

Quodnec in foro conſcientiæ tenetur filius fam. ad mutuum, vt reſoluit Gomezius; docent Gutierrez *in authentica ſacramenta puberum num.* 83. *& de iuramento confirm. 1. parte cap.* 43. *num.* 6. Mantica *de tacitis cõuentionibus lib.* 8. *tit.* 7. *ex num.* 40. Thomas Sanchez *in ſumma lib.* 7. *ca.* 31. *num.* 22. Pariadorus *tomo* 3. *differẽtia* 12. §. 1. *num.* 7. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſputatione* 301. verſic. *habet verò locum, &c.* Zeuallos *quæſt.* 775. *num.* 18. (quod hodie in hoc Regno indubitati iuris eſt, cum, vt diximus, ciuilis nec naturalis obligatio naſcatur) contrariam autem opinionẽ tenuerunt plures non contemnendæ authoritatis quos congerit Hermoſilla *in l.* 4. *tit.* 1. *partita* 5. *gloſſa* 2. *n.* 3. *& ſeq.* vbi etiam aſſerit hanc opinionem procedere quando filius cõuertit mutuum in ſuam vtilitatem, ne locupletur cum alterius iactura.

Ibi; *Secundò notabiliter extende, &c.*

Supra dictam reſolutionem procedere etiam ſi filius iuret contractum reſoluit Gomezius cum explicatione per eum tradita, de quo agunt omnes Doctores ſupracitati verſiculo antecedenti & Fachinæus *l. b.* 2. *controuerſiar cap.* 62. ſed iam diximus ſupra hoc numero verſic. *Hodie tamẽ* quod in hoc Regno dictus contractus vel alius qui libet credita pecunia celebratus cum filio fam. vel minore curatorem habente non confirmatur iuramento, *vt ex l.* 22. *tit.* 11. *lib.* 5. Recop. reſoluunt Gutierrez *in authent.* Sacramenta puberum *num.* 47. Azeuedus. & Marienzo ibidem ille *num.* 6. hic verò in *gloſſa* 8. *num.* 10. quos & alios refert, & ſequitur Thomas Sanchez *lib.* 6. *de matrimonio dicta diſputatione* 38. *num.* 29.

De reliquis extenſionibus noſtri Gomezij nempe quando filius renuntiat Macedoniano, vel quando dictã exceptionem opponit poſt mortem patris, vel eam opponit heres vel fideiuſſor vel poſt ſententiam diffiniti uam: vide ſupra relatos *num.* 3. maximè Mantic. *de tacitis conuentionibus lib.* 8. *tit.* 7. *per totum*, qui eas bene explicat, & de filiofam. ſui iuris effecto, plures refert Hermoſilla *in dicta l.* 4. *gloſſa* 2. *num.* 6. & de eius fideiuſſore plura cumulat *in gloſſa* 4. *per totam*, & de renuntiatione dicti beneficij, & an poſsit opponi poſt ſẽtentiam idem Hermoſilla *in dicta l.* 4. *gloſſa* 12. *num.* 17. *&* 18. qui alios quam plures allegat omnino videndus, & circa fideiuſſorem filij fam. in mutuo Pichard. *in dicto* §. *illud proprie inſtituta quod cum eo qui in aliena poteſtate, &c. num.* 11. & de renuntiatione iurata Macedoniani late Zeuallos *quæſt.* 776. *per totam*, vbi etiam quid ſi renuntians ſit minor? & Petrus Gregor. *in ſintag. lib.* 22. *cap.* 2. *num.* 9. & Farinac. *deciſ.* 44. *in addit. lit.* C. vbi de tertia extenſione.

Ibi: *Nunc verò limita, & intellige, &c.*

De vndecim limitationibus quas hic congerit Gomezius videndi ſunt Mantic. *de tacitis conuentionibus lib.* 8. *tit.* 7. *ex num.* 16. vſq. ad finem vbi alias plures addit, Marienzo *in dicta l.* 22. *tit.* 11. *lib.* 5. Recop. *gloſſa* 3. *& 4. per totas* Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *num.* 1. vbi de nona limitatione, Pichard. *in* §. *illud proprie ſeruatur* inſtituta *quod cum eo qui in aliena poteſtate, &c. ex num.* 4. Mozius *de mutuo tit. quomodo deficiat ſeu finiatur mutuum. num.* 24. *& ſeq.* Petrus Gregor. *in ſintag. lib.* 22. *cap.* 2. *nu.* 11. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 301. *num.* 6. vbi omnes caſus a noſtro Gomezio conſideratos adducit. Leſsius etiam *de iuſtitia lib.* 2. *cap.* 20. *dubitatione* 2. *num.* 11. & Hermoſilla alios plures refe-

referens *in l. 4. tit. 1. partita 5. glossa 3. per totam, & glossa 4. num. 4. & 5.* vbi agit, quid si pater ratificet contractum mutui factum per filium, an hæc ratificatio noceat fideiussori eius? *& glossa 5.* vbi de filio qui habet bona castrensia vel quasi, vel aduentitia, inquibus patri non quæritur vsusfructus, *& glossa 6.* vbi de contrahente cum filio familias reputans eum patrem famil. *& glossa 7.* vbi de filiofam. negante se esse talem (de quo etiam Baeza *de inope debitore cap. 16. num 55.* vbi etiam quid si creditor sciebat veritatem?) *& glossa 10. 11. & 12.* vbi quod dignitas per quam filius liberatur a patria potestate, non tollit exceptionem *Macedoniani* & quod filius familias miles efficaciter obligatur, *& dicta glossa 12. ex num. 21.* agit de mutuo contracto per filium familias post matrimoniũ consumatum, vel quando illud recepit a minore, *& in l. 5.* latissimè explicat ipse Hermosilla casum in quo mutuum in vtilitatem patris fuit versum, *& in l. 6.* adit de mutuo approbato per patrem tacite vel expresse, & de filio absente causa studij vel mercanciæ, *& in l. 7.* de filio præposito per patrem negotiationi, cum omni no videas. Et etiam circa septimam limitationem vide D. Ioseph Uela *dissertatione Hispal. 25. num. 59.* & Farinacium *consil. 12. lib. 1. in additione lit. B.*

An autem dicta exceptio competat Monacho sicut competit filio familias, videndi sunt Zeuallos *quæst. 446.* Thomas Sanchez *in summa tomo 2. lib. 7. cap. 31. num. 22.*

Item adde quod etiam in mutuo facto minori, Ecclesiæ, Regi, vel ciuitati datur specialitas animaduertenda, nempe quod non teneatur ex eo, nisi probetur versum in eorum vtilitatem, vt in minori docent Caldas *in l. ficuratorem* verbo *sua facilitate n.* 30. Mascardus *de probation. conclus.* 1165. *num. 26. & conclus.* 1167. *ex nu.* 1. Mozius *de mutuo tit. quomodo deficiat. resoluatur, &c. num. 6.* Mantica *de tacitis et ambiguis conuent. lib. 8. tit. 6. ex nu.* 3. Matienzo *in l. 22. tit. 11. lib. 5. Recop. glossa 2. num. 1. & seq.* & latissimè declarans amplians, & limitans Hermosilla *in l. 3. tit. 1. part. 5. glossa 4. per totam.* Et in Ecclesia Couarrub. *lib. 2. var. cap. 17. num. 3.* Menochius *de arbitrar. casu 432.* late Mascardus *dicta conclus.* 1165. Matienzo etiam *dicta glossa 2. num. 2.* Felicianus *de cõtractibus lib. 2. cap. 3. num. 9.* Mantica *de conuentionibus lib. 8. tit. 6. num. 13.* Molina *de iustitia disputatione 300.* Lessius etiam *de iustitia lib. 2. cap. 20. dubitatione 2. num. 12.* optimè Barbosa *in collectan. cap. 4. de fideiussoribus* vbi ampliat, & limitat, & latissimè Hermosilla *in dicta l. 3. glossa 2. per totam*, qui etiam *glossa 3. 5. & 6.* agit de mutuo facto Regi, & ciuitati, quam plures referens, amplians, & declarans eum videas, & Gutierrez *in tractatu de tutelis 2. parte cap 21. num. 11.* & Rodriguez *in tractatu de redditibus lib. 1. quæst. 14. ex num. 33. vsq. ad finem* Fachin. *lib. 2. controuersiarum cap. 76. & seq.* vbi plura, & ibi de Ecclesia vel Monasterio mutuum accipiente, Gregor. Lopez *in l. 59. tit. 18. part. 3 glossa 5.* vbi an dicta resolutio procedat in alijs contractibus præter mutuum? Barbosam *in l. si filio fam. 8. in ff. soluto matrimonio. 24. & seq.* Gratianum *disceptation. lib. 1. cap. 45. 94. & 196.* & Mantica *late dicto lib. 8. tit. 12. & seq.*

Quomodo autem probetur versio in vtilitatem, & quando præsumatur, videndi sunt Mascardus *de probation. conclusione 1166. num. 8.* Mantica *lib. 8. de conuention. tit. 15.* Matienzo *dicta l. 22. tit. 11. lib. 5 glossa 2. nu. 7.* Menochius *præsumpt. 29 lib. 3. nu. 36. & præsumpt. 84. & de arbitrar. ca-*

sa.

fo 43. *num* 34. *& seq.* & plures referens Hermosilla *in dict. l.* 3. *tit.* 1. *part tit.* 5. *glossa* 7. *vbi nu.* 6. agit an sufficiat probare quod semel inutilitatē sit versum, licet non perseueret? *& num.* 9. concludit sufficere, cum Menochio *dicto casu* 437. & Mascardo *dicta conclus.* 1166. *num.* 36.

Quid vero dicendum sit de mutuo contractō, per filium furiosi vide Rodericum Suares *in tit. de debitis num* 23.

Ibi: *Prædicta tamen intellige, &c.*

Si mutuum non fuit receptum, sed tantum adest confessio spe futuræ numerationis, tunc tantum oritur ciuilis obligatio non naturalis, & competit exceptio non numeratæ pecuniæ intra biennium, ita resoluit Gomezius in præsenti, & cōstat ex principijs notissimis, explicantq; Cardinalis Tuschus *lit* E. *conclus.* 418. *& tribus seq.* Mantica *de tacitis conuēt. lib.* 18. per sextitulos materiam optimè explicans, latissimè etiam Costa *in l. si ex cautione Cod. de non num. pecunia* Gutierrez *de iuramento confirm.* 1. *parte cap.* 37. Suarez *in l. post remiudicatam in declarationel. Regni* §. *sed pro euidentia num.* 26. Pichard *in rubrica & per totum* titulū instituta *de lit erarum obligationibus* & omnia in materia complectēs Hermosilla *in l.* 9. *tit.* 1. *partita* 5. *per totā* quem allegare sufficiebat, vide etiā Molinam *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 302. *per totam* & Gracianum *in regula* 168. & Scacciam *de commerciis* §. 2 *glossa* 8. *per totam* Gratianū *disceptation. cap.* 497. *num.* 24. *& seq* vbi quod prædicta exceptio competit fideiussori, Offuald. ad Donel *lib.* 14. *cap.* 37. *lit.* F.

Ad numerum 3. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

4 Exceptionem non numeratæ pecuniæ posse opponi etiam contra instrumentum guarentigium vt hic resoluitur, docent, & probant Duenas *regula* 260. *num.* 2. Costa *in dict. l. si ex cautione* verſic. *vndecimo fallit n.* 3. Trentacinquius *variarum resolut. lib.* 3. *tit. de solutionibus resolut.* 20. *num.* 7. *&* 8. *vbi* ampliat, etiam si esset statutum quod cōtra instrumentum publicum non posset opponi aliqua exceptio, Suarez *in l. posteriorem iudicatam post limitationes*, in versiculo *sed pro euidentia num.* 12. *vbi* Valdesius, & versiculo *venio ad secundā* & versic; *Sequenti*, Gratianus *regula* 168. Fachineus *lib.* 2. *controuers. ca.* 85. Zeuallos *quæst.* 39. *in fine* Paz, *in praxi* 4. *parte tomo* 1. *cap.* 3. *num.* 5. & alij plures relati, & sequenti a Hermosilla *in l.* 9. *tit.* 1. *part.* 5. *glossa* 2. *num.* 4. *& glossa* 7. *num.* 10. *vbi nu.* 11. docet cum Zeuallos supra *num.* 2. & alijs quod etiam si quis recognoscat scripturam priuatam in iudicio, nihilominus dictā exceptionem poterit opponere, præter quam si eam recognitionem faciat confitendo debitum, vt si de debito simul fuisset interrogatus, & simpliciter recognouerit, cum omnino vide & Molinam, *de iustitia tomo* 2. *disput.* 302. *num.* 11. *vbi* laudat nostrum Gomezium, & Ioannem Gratianum *regula* 168. & bene explicantem D. Ioseph Uela diserta *tione Hispalensi* 25. *ex num.* 17. *vsq. ad* 36. *vbi* etiam de confessione iudiciali agit *& num.* 23. *ait* aduersus cā non posse opponi dictam exceptionē vt etiam ex multis probat Hermosilla *dicta glossa* 7. *num.* 45.

Ad numerum 4. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 5

Et si quis confiteatur se recepisse de præterito, adhuc ei competere prædictā exceptionem, vt hic resoluitur, docent Mantica *de tacitis conuention. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 7. *& seq.* Trentacinq. *variar. lib.* 3. *tit. de solutionibus resolutione* 20. *num.* 17. versiculo: *primus est &c.* Costa *in dict. l.*

ſi ex cautione num. 10. & alij relati a Hermoſilla *in dicta l.* 9. *tit.* 1. *partita* 5. *gloſſa* 7. *nu.* 39. exquibus colliges receptiſsimam eſſe ſententiam quod quæuis verba dicta a debitore tempore confeſsionis de recepto, non ſunt illi impedimento, quominus dictam exceptionem habeat, & ſi addita fuerit clauſula *ex certa ſcientia, vt* docet idem Hermoſil, ibidē *n.* 60. vbi etiā *n.* 6. antecedtiē idē aſſerit, & ſi dicā fuerit: *Se recepiſſe de facto, & non ſpe futuræ numerationis* vel ſi dixerit: *Hanc confeſsionē facio nō ſpe futuræ numerationis ſed quia pecuniam recepi*, vel *promitto reſtituere viginti quos recepio* vel alia ſimilia verba, vide etiam Fachineum *lib.* 2. *cap.* 84. & Scacciam *de commerciis* §. 2. *gloſſa* 8. *num.* 5.

6 Ad numerum 5. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico &c.*

Confeſsione receptæ pecuniæ facta in vltima voluntate, quod in ea non habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ, vt hic reſoluitur, docent Maſcardus *de probationibus cōclu.* 359. *num.* 18. vbi ait quod confeſsio teſtatoris etiam iurata non nocet creditoribus ſed ipſi teſtatori, & eius heredibus, & noſter Gomezius *in l.* 45. *Tauri num.* 86. Coſta *in l. ſi ex cautione* verſic. *duodecimo fallit Cod. de non numerata pecunia*, Mantica *de tacitis conuention. lib.* 18. *tit.* 6. *num.* 19. Scaccia *de commerciis* §. 2 *gloſſa* 8. *num.* 13. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 302. *num.* 9. & alios referens Hermoſilla *in l.* 9. *tit.* 1. *par.* 5. *gloſſa* 7. *n.* 40. *& ſeq.* vbi declarat, primo ſi dicta confeſsio de recepto facta fuit per exiſtentem in extremis, tunc enim in ea non habet locum dicta exceptio, ſecundo niſi facta ſit in præiudicium creditorum vel legitimæ filiorum quia tunc eis non nocet, tertio declarat quod dicta confeſsio ſuſtinetur & ſi teſtator reuocet teſtamentum, & quod non poteſt reuocari quado pars fuit præſens & acceptans ſeu quando confeſsio eſt iurata, de quo videndi ſunt omnino Parladorus *lib.* 2. *quotid. cap fin.* §. 4. *num.* 18. Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. Recopilation, *num.* 16. Auendanus *in cap.* 29. *prat* 2. *parte ex num.* 10. *vſq; ad finem*, Caldas *in l. ſi curatorem* §. *ſi curatore nu.* 19. Mantica *de coniectur. vltim. voluntat. lib.* 9. *tit.* 8. *ex nu.* 10. Gutierrez *lib.* 3 *quæſt.* 97. Caldeira *de erroribus pragm. lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. Gratian. *diſceptat. lib.* 1. *cap.* 116. *num.* 55. Coſta *in dicta l. ſi ex cautione fallentia*, 12; Farinacius *in praxi quæſtione* 82. *tomo* 3. *num.* 15. Ioannes Gratian. *in regula* 126. *num.* 22. Menochius *lib.* 3. *præſumpt.* 35. *num* 32. Tuſchus verbo *confeſsio concluſione* 639. *& lit. T. concluſione* 134. Surdus *deciſ.* 250. apud quos hæc materia pleniſsimè agitur & quod teſtator virtute dictæ confeſsionis in vita non poteſt conueniri, vt etiam docet Hermoſilla *dicta gloſſa* 7. *num.* 44. & vide de hac confeſsione facta, in teſtamento, ſupra *tomo* 1. *cap* 12. *num.* 78.

Ibi: *Non ſicut in confeſsione debiti ex alijs cauſis, &c.*

In alijs contractibus præter mutuum dictā exceptionem tantum per triginta dies durare, vt hic reſoluitur docent & explicant, Petrus Rebuffus *tit. de chirograph. & Schedula recognit. in præfatione artic.* 2. *ex num.* 30. Maſcardus *concluſ.* 361. *num.* 15. Dueñas *regula* 260. Afflictis *deciſione* 105. Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſputatione* 302. *num.* 2. Hermoſilla *in l.* 9. *tit.* 1. *partita* 5. *gloſſa* 1. *ex num* 10. quem videas, & Coſtam *in dicta l. ſi ex cautione quæſt. vltima*, & D. Larream *deciſ. Granat.* 14. *num.* 7. vbi quod in depoſito non habet locum hæc exceptio & vide etiam infra *nu.* 8. *in annotatione* verſiculo: *Aduertendum tamen, &c.*

Ad

7 Ad numerum 6. ibi *Sed verior sententia, & opinio est, &c.*

Post biennium durare ciuilē obligationem sine naturali, efficacem tamē ad exigendum, vt hic resoluitur docent Costa *in dicta l. si ex cautione, declaratione* 3. §. *secundum hæc ex num.* 4. Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 302 *num.* 12. Pichard. *in principio institut. de literar. obligation, num.* 12. 30 & 35. Mantica *de tacitis conuēt. lib.* 18. *tit.* 2. *ex num.* 17. & hæc eadem resolutio comprobatur ex dicendis statim *num. sequenti*, & vide omnino Scacciam *de commercijs* §. 1 *quæst.* 7 *parte* 2. *ampliatione* 19. *ex n.* 82. vbi quod creditor recipiens post biennium solutionem mutui quod non numerauerat, illud restituere tenetur in foro conscientiæ.

8 Ad numerum 7. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c,*

Post biennium posse debitorem in se assumere onus probandi non fuisse numeratam pecuniam, & esse audiendum vt hic resoluitur, docent, & probant late Mascardus *de probation. conclus.* 695. Menochius *præsumptione* 145. *lib.* 3. *num.* 13. Gratianus *decis.* 164. *num.* 9. *& seq.* Mantica *de tacitis conuention. lib.* 18. *tit.* 2. Barbosa *in l.* 1. *ff. solutomatrim.* 6. *parte num.* 36. Scaccia *de commercijs* §. 2. *glossa* 8. *num* 2. Ossuald. ad Donel. *lib* 14. *cap.* 38. *notatis* Zeuallos *quæst.* 38 *&* 39. Molina *de iustitia tomo* 2. *disp.* 302. *num.* 2. Pichardus instituta *de literarum obligation. in principio num.* 12. 14. *&* 15. & latissimè vt solet plurimos referens Hermosilla *in l.* 9. *tit* 1. *part.* 5. *glossa* 5. *ex num.* 2. *vbi num.* 8 explicat *dictam l.* 9. quæ contrarium videtur innuere, & nouissimè D. Ioseph Uela *dissertatione Hispalensi* 25. *num.* 10. *& seq.*

Ibi: *Aduertendum tamen pro intelligentia prædictorum, &c.*

Et ibi: *Secus tamen est, &c.*

Quando confessio receptæ pecuniæ emanauit ad liberandum, vt si creditor ex quocumq; contractu confessus fuerit sibi solutionem debiti factam, quod tunc intra 30. dies possit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ vt hic resoluitur docent Fontanel. *de pact, nupt clausula* 4. *glossa* 18. 2. *parte num.* 16. Faber *in suo Codice tit. de non numerata pecunia lib.* 4. *definit.* 1. 5. *&* 7. Afflictis *decis.* 94. *num.* 2. Zeuallos *quæst* 38. *ex num.* 6. *& quæst.* 699. *num.* 7. *& seq.* Tuschus *lit.* E. *conclus.* 419. *num.* 1. & plures referens Hermosilla *in dicta l.* 9. *tit.* 1. *partita* 5. *glossa* 1. *ex num.* 12 vbi numeris sequentibus tres limitationes adducit eum videas. & Manticam *de conuentionibus lib.* 18. *tit.* 6. *ex num.* 41. & Molinam *de iustitia tomo* 2. *disput* 302. *num* 2. qui scilicet regulam constituunt, nempe quod in alijs contractibus præter mutuum exceptio non numeratæ pecuniæ locū non habet, præter quam si confessio facta fuerit ad liberandum, vt supra diximus, & tunc intra triginta dies tranfert onus probationis in contrarium, quod etiam docuit Costa *in l. si ex cautione Cod. de non numerata pecunia fallentia* 2. *num.* 1. *&* 12. quē laudat Pichardus *in principio* institutica *de literarum obligationibus num.* 33. & Hermosilla supra *num.* 7. vide etiam Scacciam *de commercijs* §. 2. *glossa* 8. *sub. num.* 2.

9 Magna est controuersia inter Doctores an renuntiatio dictæ exceptionis eodem instrumento facta eam excludat, vt constat ex Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 18. *tit.* 3. *& seq.* vbi etiam de renuntiatione iurata, Tuscho. *lit. E. conclus.* 421. *num.* 7. Dueñas *regula* 260. *num.* 4 Mencha ca *de succes. creatione lib.* 1. *num.* 22. Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 4. *nu.* 3. Costa *in dicta l. si ex cautione fallentia* 1. apud quos de iure communi dictam

ctam renuntiationem nihil obesse verius est de iure vero Regio ex Tex *in dicta l. 9. tit. 1. partita 5.* dictam renuntiationem validam esse etiam si fiat in eodem instrumento, docuerũt Suarez *in l. post rem iudicatam* post limitationes, versic. *sed proeuidentia num. 26.* Couarrubias, & Menchaca supra, Gutierrez *de iuramento confirmator 1. parte cap. 37. num. 9.* Azeuedus *in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recop.* Zeuallos *quæst. 365.* & Hermosilla late *in dicta l. 9. glossa 8. per totam* vbi declarat, & limitat, (*& num. 10. & seq.* agit quid si renuntiatio sit iurata plures etiam in hac parte referens) Pichardus *in rubrica* institutæ *de literarum obligationibus num. 2.* vbi etiam asserit quod non obstante dicta renuntiatione si debitor etiam intra biennium in se assumat onus probationis pecuniam scilicet non recepisse, audiendus erit etiam post *dictam l. Regiam.*

10 In confessione autem receptæ pecuniæ iurata, quid dicendum videndi sunt scribentes in l. finali Cod. de non numerata pecunia, & Morla *in emporio tit. 5. quæst. 1. num. 51. & tit. 9. quæst. 19. ex num. 12.* Osualdus ad Donel. *lib. 21. cap. 13. notatis lit. M.* Ioannes Gratianus *in regula 275.* Costa *in dicta l. si ex cautione fallentia 1. 9. & 10.* Fachineus *lib. 2. controuers. ca. 87.* late Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio 5. parte ex num. 46. & in l. 8. §. ob donationes per totum & in l. si alienam num. 67.* Richard. *in disput. de mora num. 76. & 77. & 191.* D. Ioseph Uela *dissertatione 25. ex num. 18.* qui cum Barbosa *in dicta l. 1. 6. parte nu. 46.* & Gutierrez *de iuram. confirm. 1. parte cap. 37. num. 1. 5. & 8.* & alijs plaribus quos refert, docet quod si iramen um accedat ipsi confessioni pecuniæ receptæ, tunc non procedat decisio tex. *in dicta l. fin. Cod. de non n. pecunia*, si vero accedat promissio ni soluendi tunc locum habeat con-

clusio *dicta l.* vt dictum iuramentum intelligatur secundum naturam actus cui adhæret, & subintelligatur illa conditio si pecunia scilicet numerata fuerit, & ita interpretari debet dicta promissio iurata, eos vide & Hermosillam *in dicta l. 9. tit. 1. partita 5. glossa 7. num. 2. & 3.* vbi etiam plures refert, & dictam opinionem sequitur licet *num. 4.* aliam contrariam referat & tandem cum supra relatis tutius esse ait quod impetretur, absolutio prius quam aduersus iuramentum aliquid allegetur.

Reliqua omnia in materia dictæ 11
exceptionis non numeratæ pecuniæ videri poterunt per ipsum Hermosillam *in dicta l. 9. per omnes glossas, vbi glossa 6.* per ampliationes, & limitationes declarat, quomodo biennium sit considerandum, in pupillo, minori, seu muliere coniugata & alijs, *& num. 37. & seq.* late disputat an hæc exceptio post biennium opponi possit per tertium? in quo duas communes contrarias opiniones adducit, cum omnino videas, & nouissimè Salgadum *in labirintho creditorum 3. parte cap. 13. num. 26.* vbi cum nostro Gomezio, Azeuedo, Auendaño, & alijs, docet etiam post biennium posse tertium opponere dictam exceptionem.

Item adde quod probato mutuo so- 12
let in controuersiam adduci an eius quantitas probetur iuramento? de quo videndi sunt Surdus *decis. 199.* Afflictis *decis. 339.* Ioseph Ladonis *decis Perusina 100.* Mascardus *conclus. 1085. num. 21. & seq.* Parlado *lib. 2. quotidian. cap. 18.* Fachinæus *lib. 2 controuers. cap. 51. & cap. 58.* Villadiego *in Politica cap. 1. num. 19.* & plures referens Hermosilla *in l. 9. tit. 1. partit. 5 glossa 7. num. 79.* vbi hoc intelligit dum res non sit magni præiudicij, & adsint aliquæ coniecturæ seu indicia, ex quibus iudex possit moue-

ri

ri ad fidē præstandā iuramento, tūc enim quantitas mutui poterit per illud probari, si verò coniecturæ non adsint, non poterit deferri iuramentum, nisi minima sit quantitas, & causa leuis, vbi etiam addit tunc esse deferendum iuramentum in defectum probationis in causa magna, quando semiplenè probatum fuerit.

Item adde an contra mutuantē possit opponi de defectu dominij de quo vidēdus est, Barb. *in l. si alienā, ff. solut. matrim. ex n. 6.* 13

CAPVT SEPTIMVM

DE COMMODATO, ET DEPOSITO.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de hac materia agentes.*

2 *De deposito agentes referuntur.*
Diffinitio commodati.
Commodatarius an possit rem alteri commodare.
Cōmodatarius tenetur de ōni culpa.
Non tamen de casu fortuito nisi in certis casibus.
Commodatarius aliquando furtum committit si vltra tempus, vel modum re vtatur.
Quid in foro conscientiæ.
Quid si culpa lata leuis & leuissima
Quid si commodatum fiat gratia commodantis, vel vtriusq;
Quid si res commodata fuerit estimata.
Differētia inter commodatū & precarium.
An commodatum possit reuocari ante tempus.
Commodatarius an liberetur dando rem æque idoneam.
Reliqua de commodato remissiue.

3 *Depositum restituendum deponenti etiam prædoni, vel seruo.*
Exceptionem dominij an possit opponere depositarius.
Casus in quibus depositum non est reddendum.
Compensatio an habeat locum in deposito.
De depositario negante rē depositā
Depositum retinetur ob expensas

CAPVT VII.

in eo factas.
An in depositariũ transeat dominiũ
Quid in rebus quæ pondere, numero seu mensura consistunt.
Quid in depositarijs generalibus, Hispaniæ.
Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa.
Culpa lata quomodo differat à dolo.
De caupone, vel stabulario reddente arcam, vel balistam apertam.
De probatione per iuramentum in hoc casu.
Iuramentum in litem quando, & quo modo deferatur.
Ad quid obligentur nautæ caupones, & stabularij.
Debitor speciem liberetur si eãdem dat seruo, vel alteri, qui fugiat cum ea, & quid in debitore quantitatis.
Depositũ nõ dicitur, quãdo res simpliciter relinquitur in domo alicuius.
4 *Depositum, vt sit legitimum, & liberet debitorem, quæ requirantur, & de iudice competente in hoc.*
5 *Depositarius liberatur si iudex removeat depositum, & quomodo hoc præcedat? & alia.*

§§§ D §§§

1 DE Commodato latissimè agũt Rebuffus *in tract. de exceptionibus ex n.* 815. Petrus Gregor *in syntag. lib.* 23 *cap.* 1. Tuschus *lit.* C. *conclus.* 480. *& seqq.* Mantic. *de tacitis conuentionibus lib.* 9. *per totũ*, Iul. Pac. *in tract. de commod.* Cardoso *in praxi iudiciũ, & aduocatum*, verb. *Commodatum*, Mozius *de contractib. tit. de commodato*, Vvesembechius *in paratitlis, tit. eod.* Azor *institutionum moralium pars* 3. *tit. de commodato, lib.* 7. Siluester, & reliqui Summistæ eodem verb. Duarenus etiam *hoc tit.* Pichard. *in* §. *itẽ is cui*, instituta *quibus modis re contrahitur obligatio per totum*, Molina *de iustitia tom.* 2. *disputat.* 294. *& trib. sequent.* Lessius etiam *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 27 *per tot.* Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæst.* 7. *par.* 1. *ex n.* 70. *&* §. 2. *glossa* 5. *num.* 196. *&* 230. *&* §. 1. *quæstione* 1. *ex numer.* 350. Reginaldus *in praxi, libr.* 2. *tractatu* 6. Mandelus *consilio* 144. *per totum*, & nouissime materiam explicans Hermosilla *titul.* 2. *per totum, partita* 5. & Barbosa etiam plures referens *in titul. de commodato in collectaneis Decretaliũ*, Filliucius *in summa, tom.* 2. *tract.* 34. *c.* 8.

De depositro etiam præter scribentes in locis ordinarijs videndi sunt Carrocius *in tractatu de depositò* Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 10. *per totum*, Tuschus *liter.* D. *conclusione* 298. *vsque ad* 214. Petrus Gregorius *in syntagmate, libr.* 23 *ca.* 3. Azor *institutionum moralium lib.* 7. *parte* 3. *ex capit.* 1. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 522. *& sequentibus, vsque ad* 527. Filliucius *in summa, tom.* 2. *tractatu* 34. *capit.* 1. *per totum*, Reginaldus *in praxi, lib.* 25. *tractatu* 7. Lessius etiam *de iustitia, libr.* 2. *capit.* 27. Bonacina *de contractibus, disputatione* 3. *quæstione* 13. *per totam*, Mozius *de contractibus, titul. de deposito*, Pichardus *in* §. *præterea*, instituta *quibus modis re contrahitur obligatio, per totum*, & *in* §. *actionum*, instituta *de actionibus quæst.* 20 Cancerius *variarum*, 3. *parte, cap.* 8. Trentacinquius *variarum lib.* 3. *titul. de deposito*, D. Larrea *allegatione fiscal.* 41. *ex n.* 6. *vbi plura*, & optime materiam comprehendens Hermos. *in tit.* 3. *per tot part.* 5. Rodrig. *in tract. de reddit. lib.* 3. *quæst.* 11. Fachin. *lib.* 2. *con-*

tro-

uersarum, cap. 93. Parladorus, *tom. 3. differentia* 134. & nouissimè Carleualius *de iudicijs, tom. 2 disputation.* 31. vbi de prælatione depositarij incõcursu creditorum & Salgado *in labirintho 1. parte, cap. 13. §. 1. & cap. 41. & parte 3. cap. 11. & de Regia protectione, 2. parte, cap. 16.* vbi etiam de sequestro, Scaccia *de commerciis. §. 1. q. 7. p. 2. ampliat. 10.*

Ad n. 1. ibi: *commodatum est, &c.*

De definitione commodati, quam hic tradit Comezius agunt Petrus Gregorius *in sintagm. lib. 23. c. 1. n. 1.* Pichardus *in §. item si cui.* institutæ *qui bus modis re contrahitur obligatio,* Mozius *in tit. de commodato in princ. n. 1.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 294. n. 1.* & alij relati à Hermosilla *in l. 1. tit. 2. partita 5. glossa 1. numer. 1. & sequentibus,* vbi *numer 6.* tradit differentias inter mutuum, & commodatum, de quo etiam Bonacina *de contractibus, disputatione 3. quæstione 15.* vbi etiam refert differentias inter hunc, & cæteros contractus *& n. 2.* probat † quod qui habet ius vtendi aliqua re potest eam alteri cõmodare nisi aliter conuentum fuerit cum domino.

Ibi: *Cum fiat gratia accipientis, &c.* Quod cõmodatarius teneatur de omni culpa lata, leui, & leuissima, vt hic resoluitur, docent Mozius *de contractibus, titul. de commodato, cap. de dimissione, n. 3.* Mantica *de conuention. lib. 9. tit. 2. n. 2.* Menochius *de arbitr. casu 390. num. 8.* Petrus Gregorius *in sintagmat. lib. 23. cap. 1. n. 1.* Osualdus *lib. 14. cap. 34. lit. B.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 295. per totã vbi nam. 3.* quod non teneatur de casu fortuito, præterquam si id in pactũ deductum fuerit (de quo etiam Larrea *decisione Granatin. 18. num. 30.*) aut aliter, seu ad aliud vsus est re cõmodata, quam ad id, ad quod fuit cõcessa, aut fuit in mora restituendi, arg. ex aliqua ex dictis causis processit quod res periret, aut deterior redderetur, quæ omnia *n. 4.* limitat ipse Molina, vt non procedant si eodem modo res peritura erat apud dominum, tunc enim commodatarius solum tenebitur ad æstimationem vsus, vltra id ad quod commodata res fuit, seu lucri cessantis, *& num. 5.* explicat quod si commodatarius putauit dominum rei contentum fore, vt ipse rem illam detineret, aut aliter, vel ad aliud ea vteretur, quã id ad quod fuit petita. & de hoc possit cõstare in foro exteriori, ad nihilũ teneatur, *& n. 6.* addit cum Couarru *lib. 3. variar resolution. cap. 15. n. 8.* quod & si commodatarius vtens re commodata cõtra commodantis voluntatẽ furtum committat, tamẽ quando certum non esset talem vsum esse contra domini voluntatẽ, commodatarium nõ esse damnandum vt furẽ, cum vide, & Farinac. *quæstione 169. ex nu. 1. vsque ad 44.* latissime, & Hermosillam *in l. 2. titul. 2. partita 5. glossa 2. ex numer. 1. vbi n. 2.* probat cum Molina supra, & alijs quod etiam in foro conscientiæ supra dicta procedunt, & ibi etiam explicat quæ sit culpa lata leuis vel leuissima, *& glossa 4.* docet quod si commodatum sit gratia vtriusque commodatarius tantum de leui, & lata culpa tenetur, si vero tantum gratia commodantis tunc de dolo, & lata culpa, de quo late Pichardus *in dicto §. item si cui* institutæ *quibus modis re contrahitur obligatio,* Molina *dicta disputatione 295.* Petrus Gregorius *in sintagmate dicto libr. 23. capit. 1.* & alij apud ipsum Hermosillam.

Ibi: *Num tamen est, &c.*

Si res cõmodata fuerit æstimata quod cõmodatarius teneatur de casu fortuito, vt hic resoluitur, docet cõmuniter Doctores asserẽtes emptionẽ quæ æstimatione fieri, de quo vide Farinac.

Couarrub. *in practicis quæstionibus, cap.* 28. *n.* 1. Bernardus Diaz *in regula* 228. & ibi Salzed. Ioannes Gratian. *reg.* 164. Barbos. *in l. si æstimatis. ff. soluto matrimonio, num.* 1. & 5. Quesad. *capit.* 14. *num. vltimo*, Gutierrez *practicarum. lib.* 3. *quæstione* 77. *num.* 2. & 7. Mascardus *de probationibus, conclusione* 664, *per totam*, vbi optime declarat, & in specie quod si res commodata æstimetur commodatarius tenetur de omni periculo docent Grat. *dicta regul* 164. *n.* 1. laudans nostrum Comezium in præsenti, & alij, & nouissimè Ioannes Marienzo Iunior *in repetitione l. contractus, ff. de regulis iuris, ex nu.* 176. sed contrarium imo commodatarium in hoc casu nõ teneri de casu fortuito, & illã æstimationem solum operari, vt cum certum sit rei commodatæ pretium, si forsã contingat eam amitti culpa commodatarij æstimata quantitas præstetur, nec de illius rei pretio *in* iudicio cõtrouertatur, seu probatio sit necessaria, ita probant Connanus *comment. iuris lib* 7. *c.* 3. *ex n.* 7. Cotofred. *in l. si vt certo* §. *nunc videndum*, verbo: *Periculum. ff. hoc titul.* Molin. *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 295. *n.* 9. Fachinæus *lib.* 2. *controuersiarum, cap.* 71. *in fine*, Mascardus *dicta conclusione* 664. *numer.* 18. Gregorius Lopez *in l.* 71. *glossa* 2. *tit.* 18. *partit.* 3.

Ibi: *Et ex prædictis infertur.*

Commodatum, fieri pro tẽpore certo, præcariũ vel ò quãdo non determinato tẽpore, & ad beneplacitũ concedentis, vt resoluit Gomez. docẽt Mozius *tit. de commod. in princ. n.* 4. Mãric. *de tacit. cõuẽt. lib.* 9. *tit.* 3. *n.* 1. Molina *de iustit. tom.* 2. *disputat.* 294. & 298. Azor *institutionum moral. part.* 3 *lib.* 7. *cap.* 2. *versic. Tertio & capit.* 6. *versicul.* 6. Petrus Gregor. *in sintag. lib.* 23. *cap.* 1. & 2. *n.* 5. Couarr. *libr.* 3. *variar. cap.* 6. *n.* 4. & *c.* 15. Tusch. *lit.* P *concl.* 472. & Gratian. *reg.* 359. Parladorius *to.* 3. *different.* 134. Cardos. *in praxi iudic. & aduocat.* verb. *Precarium*, & verb. *Commodatũ*, & (vt in vno plures referam) Hermosilla *in l.* 9. *tit.* 2 *partita* 5. *glossa* 1 *per tot.* vbi quinq; differentias cumulat: Prima, vt cõmodatũ non possit reuocari ante tẽpus: Secunda, quod commodatũ ad certũ tẽpus, & vsum conceditur, secus præcarium: Tertia quod ex cõmodato nulla transfertur possessio, ex præcario autem naturalis, de quo etiã Amaya *lib.* 3. *obseruationum, cap.* 1. §. 2. *n.* 33 & 39. vbi laudat annotationem Suarez hic (in quo contrariam etiam opinionẽ refert:) Quarta quod in præcario solũ venit dolus, & lata culpa: Quinta quod commodatũ morte dantis, nec accipientis non finitur, præcarium verò licet non finiatur morte concedentis finitur tamen morte eius cui conceditur. de quo Petrus Gregorius, Cardoso, Couarrub. Tuschus, & Molin. supra, & Barb. *in collectan. ad tit. de præcarijs in Decret.*

Et aduertit Hermosilla supra *nu.* 5. quod si commodãti æquale seu maius dãnum sequeretur ac commodatario poterit commodatum reuocare ante tempus, vel vsum expletum, referens pro hac parte Angelum, & Siluestrum, verbo: *Commodatum*, & Molinam *disputatione* 294. de quo Lessius *de iustitia, libr.* 2. *capite* 27. *dubit* 5.

Item aduertendũ quod commodatarius liberatur præstando rem æque idoneam si res commodata culpa sua perierit, ita docẽt Imol. *in c.* 1. *n.* 28. *de commodat.* Carroc. *decis.* 4. *n.* 7. Guzman *in tract. de euictionibus, quæst.* 17. *n.* 25. quod bene declarat Hermosilla *in l.* 2. *tit.* 2. *partita* 5. *glossa* 2. *num.* 13. vt procedat in rebus quæ recipiunt fũctionẽ in genere suo, vel habẽt terminos à facto hominis, vt vestimẽtũ, vas, & similia, in his enim tenetur cõmodatarius rẽ æque idoneã præstare

vt

vt probatur *ex dicta leg.* 2. ibi: *Tenudoes de pechar otra tal cosa, é tan buena, &c.*

Reliqua de commodato videnda sunt per relatos, *n.* 1. sup. maxime Mãtic. Tusch. Pichard. & Hermosil. qui omnia notabilia colligit.

3 Ad num. 2. ibi: *Tulis actio est bonæ fidei, & nimis priuilegiata, &c.*

Rem depositã esse restituendã ipsi deponẽti, etiã si sit prædo, fatemur, & ita resoluit Gomezius *in præsenti*, docent Bossius *in praxi criminali, tit. de carcere, nu.* 16. Carrocius *de deposito, 1. parte, titul. de casu, nu.* 76. *& in quæstione* 3. *tit. si prædo, vel fur deponat, nu.* 8. Tuschus *lit.* D. *conclusione* 214. *ex num.* 3. *vbi n.* 2. quod etiam si deponens iura sua cessisset alteri, adhuc ei potest solui depositum, *& conclusion.* 2. *eo ex n.* 6. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputat.* 526. *vbi n.* 2. ponit tres casus *in* quibus depositũ nõ debet restitui. Menoch. *de recup. remed.* 1. *n.* 388. Petrus Gregor. *in syntag. lib.* 23. *c.* 4. *vbi* erudite materiam explicat de iure diuino, & humano, Mant. *de tacit. conuentio. lib.* 10. *tit.* 9. *&* 10. Bonac. *de contract. disp.* 3. *quæst.* 13. *punct.* 3. *n.* 3. *vbi* quod si sunt plures depositarij insolidum tenẽtur, & idẽ in hæredib. depositarij modo res non fuerit inter eos diuisa, Barbosa *in l. si alienam, nu.* 25 *ff. soluto matrim.* Castillo *lib.* 3. *controuersiarum, cap.* 36. *nu.* 42. *vide* Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæstione*, 7. *parte* 2. *ampliat.* 19. *ex n.* 24. *&* 28. *et parte* 3. *limitatione* 18. *ex nu.* 4. *&* §. 2. *glossa* 5. *num.* 80. *& nu.* 261. *& sequentibus*, late Cancerius *variarum* 2. *parte, cap.* 6. *nu.* 39. *&* 40. *vbi* declarat, *&* 3. *parte cap.* 8. *num.* 38. *vbi* quod non restituens committit delictum, Farinacius *quæst.* 31. *num.* 87. *vbi* quod depositarius non gaudet beneficio excussionis. Hermosilla *in l.* 5. *tit.* 3. *partit.* 5. *glo.* 1. *ex n.* 2. *vbi* ampliat, licet de depositario opponat defectu dominij deponentis, & etiam *si* tertius protestetur depositario ne rẽ depositã restituat, præterquam si hoc fiat iudicialiter, quem etiã videas *in l.* 6. *eod. tit. glo.* 4. *vbi* ex ea lege notat quod *si* res furata apud rei dominũ deponatur, tunc ipse dominus illã reddere nõ tenetur, & quod exceptio dominij potest opponi per depositariũ quando dominiũ ante cõtractum depositi acquisierit ex Mant. *sup. d. tit.* 10. *n.* 21. de quo etiam Osuald. ad Don. *lib.* 20. *cap.* 2. *notatis lit.* P. Farinacius *in praxi, tom.* 1. *d. quæst.* 31. *n.* 77. & vide etiã in versiculo seq. *in casu* 3. & Larream *decis. Grant.* 14. *n.* 6. & Bolan. *in Curia*, 2. *p.* §. *fictamento*, *vbi* quid *si* res depositæ quæ erant diuersorum dominorum commisceantur, *n.* 29. *&* 30.

Sunt tamen aliqui casus in quibus depositum non est restituendum quos congerũt, Molina *dicta disputat.* 526. *tom.* 2. *n.* 2. Hermosilla *in dicta l.* 6. *tit.* 3. *partita* 5. *glos.* 1. nẽpe si deponens petit depositum in damnum suũ, vel aliorũ, etiã *si* depositarius iurauerit illud restituere: secũdus *si* bona deponentis sunt publicata, quia tunc non ei qui deposuit, sed fisco restitui debet depositum: tertius quando *si* mul perunt rem depositam fur qui eam deposuit, & dominus, tunc enim non est restituenda furi, sed expectandum an dominus probet suam esse, & si id probauerit, ei erit restituenda non furi, vel malæ fidei possessori, licet secus in dubio non constito de vero domino, vt ex Barbosa *in leg. si alienam ff. soluto matrimonio, nu.* 8. & Carrocio *de deposito*, 1. *par.* 3. *quæstione* 3. *titul. si prædo, vel fur, &c.* & Molina *dicta disputatione* 526. *numer.* 2. & alijs resoluit Hermosilla *in dicta leg.* 6. *glossa* 2. *numer.* 4. *vbi numer.* 5. ampliat, quamuis deponens sit bonæ fidei possessor, nam ex æquitate potior est causa domini, Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæst.* 7. *parte*

2. *ampliatione* 19. *ex num.* 28. *& parte* 3. *quæstion.* 7. *limitat.* 18. *n.* 4. Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 10. *tit.* 10. *numer.* 21. Barbosa *in dicta leg. si alienam, numer.* 8. quod totum intelligit ipse Hermosilla *ibidem numer.* 6. quando de dominio opponentis iam constat, vel quando incontinenti dominus vult probare dominium, *vide* etiam Reginaldum *in praxi lib.* 25. *tractat.* 7. *ca.* 146. *ex n.* 570.

Ibi: *Item non habet locum compensatio, &c.*

Compensationem non habere locum in depositio ad retardandam restitutionem etiam si quantitas compensanda sit liquida, docent, & explicant Cujacius *lib.* 8. *obseruationum, cap.* 16. *in fine*. Carotius *de deposito, titul. de casu. numer.* 15. Salzedo ad Bernardum Diaz *regula* 99. *limitatione* 4. Caldas *in l. si curatorem*, §. *læsis, num* 70. Couarrub. *in cap. quamuis pactum*, 1. *parte*, §. 4. *numer.* 9. Gutierrez *de iuramento confirmat.* 3. *parte, cap.* 6 *num.* 4. Barbosa *in collectanea, cap.* 2 *de deposito. num.* 5. *vbi* etiam quod re conuentio nõ admittitur, Cancerius 3. *parte, cap.* 8. *num.* 43. *vbi* etiam de depositio confessato, & late explicans Hermosilla *in l.* 5. *titul.* 3. *partita* 5. *glossa* 5. *ex num.* 1. *vbi* ampliat etiam in depositio confessato, de cuius numeratione non constat, dummodo ex eo iustertij non lædatur, vel cõfessio fuerit facta inter personas prohibitas, quia tunc priuilegia veri depositi non conueniunt cõfessato (de quo etiam Barbosa supra *n.* 6. *dicto cap.* 2.) Secundo ampliat, etiam si depositum sit quantitatis, & etiam si res depositia perdita sit, & agatur ad æstimationẽ, & etiam si debitum ex alia causa conuertatur in depositum, & ibi *n.* 14. *& sequentib.* tres limitationes adducit: Primã, si agatur actione depositi contraria: Secundam, si depositũ perueniat ad tertium, & esset quantitatis, vel ad æstimationẽ deueniatur: Tertiam, quãdo depositum est subrogatũ dependens ab alio contractu, eum vide.

Ibi: *Item si depositarius negauerit, &c.*

Explicat, & exornat Pichardus *in* §. *actionum* 28. instituta *de actionibus quæstione* 20. *ex n.* 24. Pradilla *de leg. pœnal. cap.* 47. 2. *parte*, Osualdus *libr.* 18. *cap.* 8. *lit.* N. & latius Hermosilla plures referens *in leg.* 8. *titul* 3. *partita* 5. *glossa* 1. vbi ampliat, *& glossa* 5. *numer.* 5. declarat esse iustam causam retinendi depositum pro expensis in eo factis, de quo videndus est Aluaradus *de coniecturata mente defuncti, libr.* 2. *cap.* 4 *n.* 38. & de negante depositum, Farinac. *in praxi quæst.* 168. *n.* 5. *& seq.*

Ibi: *Item adde quod in depositarium non trasit dominium, &c.*

Adde omnes supra relatos in titio huius capitis, maxime Hermosillam *in l.* 2. *titul.* 3. *ex numer.* 1. *glossa* 3. *&* 4. Corrascium *miscelaneorum, libr.* 3. *capit.* 10. *numer.* 4. Connanum *commentariorum iuris, libr.* 7. *cap.* 4. *in principio*, Barbosam *in l. si mora, ff soluto matrimonio, n.* 82. Castillo *lib.* 3. *controu. cap.* 16. *n.* 23. & vide Carleual. *de iudicijs, tom.* 2. *disp.* 28 *ex n.* 25. *& disput.* 31. *ex n.* 5. *vbi* etiam de depositio irregulari, Sccacia *de commercijs.* §. 1. *q.* 7 *p.* 2. *ampliat.* 3. *n.* 20. Salgad *in labirint.* 3. *c.* 11. *n.* 17.

Limitant supra dictam resolutionem doctores præterquam si res, quæ numer. pondere, vel mensura consistunt, deponantur ad numerum pondus, seu mensuram, tunc enim dominium in depositarium transire aiunt vt constat ex Barbosa *in dicta leg. si mora ff soluto matrimonio, nu.* 81. Petro Gregor. *in syntagm. lib.* 23. *capit.* 3. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 523. Bonacina *de contractibus*,

tractibus, disput. 3. quæstione 13. puncto 1. Cancerio 3. parte, cap. 8. ex num. 48. Castillo *lib. 3. controuersiarum cap. 16. num.* 33. Morla *in emporio tit. 8. in præmissis num.* 28. & alijs pluribus adductis a Hermosilla *in l. 2. tit. 3. partita 5 glossa 3. num. 2. vbi num. 3. & 4.* duas opiniones contrarias adducit in ea quæstione, an in prędicto casu depositum vel mutuum contrahatur? & esse depositum asserit, si in initio contractus, expresse vel tacite actum est, vt tantumdem reddere liceat, vel quod re deposita vtatur, secus si paulo post initum depositi contractum alteratur, & in mutuum trāsfertur. *& num. 6. 7. & sequētibus* agit late, & explicat quid si simpliciter depositum fiat ad numerum, & depositarius in suo esse conseruaret pecunias depositas, an tunc sit depositum reale, vel potius transferatur dominium in depositarium? & hoc vltimū tenendum esse asserit cum Carrotio *de deposito 2. parte quæstione 47. num. 4.* & Castillo *lib. 3. controuersiarum cap. 16. ex num. 122.* & alij quia in dubio ex numeratione præsumitur deponentem trasferre voluisse dominium pecuniæ in depositarium, & tacite egisse, vt tantumdem in genere restituere sufficiat, præterquam si aliqua præsumptio in contrarium adsit ex qua conijci debeat, fuisse depositum reale, nec dominium in depositarium transijsse, vide eum quia bene explicat, & plures refert præsumptiones ad hoc, & Barbosam *in dicta l. si mora* Manticam *lib. 10. de tacitis conuentionibus tit 9.* Castillo *lib. 3. dicto cap. 16. ex num. 17.* & nouissimè Carleualium *de iudicijs tomo 2. disputatione 31. vbi de prælatione, & alia* plura, & post eum, & alios optimè explicans Salgado *in labirintho. parte 3. cap. 11. ex num. 21* Larrea *decisione Granat. 14. per totam. & allegatique Fiscali 41. ex num. 22.*

In depositarijs generalibus qui communiter in Hispania creātur, certum est quod, & si pecuniæ ad numerum deponantur censentur depositæ vt species, aduertit ipse Hermosilla *dicta l. 2. tit. 3. glossa 3. num. 9.* quem vide, & Salgadum supra *num. 24.* & Larream *dicta decisione 14.*

Ibi: *Item adde quod talis depositarius tenetur tantum de dolo, & lata culpa, &c.*

Adde Petrum Gregoriū *in sintagmate lib. 23. cap. 3. num. 17.* Manticā *de conuentionibus lib. 10. tit. 9. num. 1. & 8.* Cancerium *lib. 3. variar. cap. 8. num. 67.* Pichardum *in §. præterea* instituta *quibus modis re contrahitur obligatio num. 2.* Azorium *institutionum Moral. lib. 3. parte 3. tit. de deposito cap. 7.* Molinam *de iustitia tomo 2. disputatione 527. vbi ait.* 1. ait quod si pactum interueniat vt de leuiori culpa teneatur, id seruandum erit, & idem de casu fortuito, & similiter tenebitur si mora interueniēte res pereat aut deterior reddatur, quod nō contigisset apud dominum, eum vide per totam disputationē vbi alias limitationes adducit, *& num. 6.* docet quod si quis de ponat seruum sciens furem esse tenebitur depositario de furto quod commisserit, si eum non admonuit, si vero ignorabat vicium serui, tenebitur satisfacere furtum vel darè seruum pronoxa, Farinaciū *quæstione 169. ex num. 14.* Larream *in decisione Granatensi 14. num. 2.* vbi quod etiam si expresse pactum fuerit vt periculum in se suscipiat depositarius adhuc de casu fortuito non tenebitur, & alia Scacciam *de commercijs §. 1. quæst 7. parte 2. ampliatione 3. ex num. 21.* & vide etiam latissimè Hermosillam *in l. 3. & 4. tit. 3. partita 1.* per omnes, glossas vbi omnes difficultates explicat, amplians limitans, & declarans, *& in glossa 7. dicta l. 3. num. 3. & sequentibus* dispu-

tat quæ sit culpa lata, & quomodo differat a dolo & vide Salgadum *in labirintho creditorum parte 3. cap. 11. ex num.* 38. vbi cum Hermosilla supra & alijs docet quod etiam tenetur de leui culpa quando in rebus depositi non adhibuit eandem diligentiam quam in suis, vel si pro custodia mercedem recepit.

Ibi: *Item addo quod si quis deposuit vas fardelum, arcam, &c.*

Nauta, caupo, stabularius, & alij similes si arcam, vel fardelum, vel aliã rem recipiant clausam, & eam reddant apertam, quod debeat stari iuramento deponentis, habita moderatione iudicis, vt hic resoluitur, docent, & explicant Plotus *de in lit. iurando* §. 10. *num.* 6. Tuschus *lit. I. conclusione* 538. *num.* 40. Bernardus Diaz *regula* 584. vbi ait quod debet constare quod cista fuerit tradita sigillata, & reddi dissigillatam, Menoc. *de arbitr. cas.* 208. *n.* 36. vbi ait quod non sufficit probare fuisse sigillatã sed necessarium esse quod probetur ita esse sigillatã quod de facili dissigillari non posset (vt aduertit Gomezius in præsenti) in quo maximum arbitrium cõcedi iudici docet ex Carrotio *Hermosilla in l.* 8. *tit.* 3. *partita* 5. *glossa* 6. *num.* 6. *vbi num.* 7. ait quod si cista tradatur sigilata vti deposita fuit, nulla actione tenetur depositarius, nec contra eum potest deferri iuramentum in litem, ex Menochio *dicto casu* 208. *num.* 30. licet deponens dicat fuisse aperta clauc adulterina vel alio modo, & iterum clausam: vide eum omnino *in dicta glossa* 6. *& 7 per totã & in glossa* 8 *vbi numero* 1. probat ex multis iudicem, qua ratione damnorum debere taxare, ante quam iuramentum deponenti deferatur, non vero post quam pars iurauerit, tunc enim non posset iudex aliquid ex iuramento diminuere, vt docet Azeuedus *in l.* 3. *tit.* 13. *lib.* 4. *Recopilationis, & num.* 48. *& in l.* 4. *tit.* 2. *eodem lib. num.* 19. quod intelligit ipse Hermosilla in iuramento veritatis non in iuramento affectionis cui iudex non teneatur stare, testante Azeuedo supra & Farinacio *in fragmentis lit. I. num.* 1129. quos vide, & maximè ipsum Hermosillam circa hanc probationem per iuramentum, & quod aduersus eam semper admittitur probatio etiam quando lex vel statutum disponeret vt, iuramentum habeatur pro plena probatione, vt aiunt Zeuallos *quæstione* 7. *& 97.* & Farinacius ibidem relati, vide etiam Ioannem Gratianum *in regula* 225. *per totam*, Anayam *lib.* 3. *observationum cap.* 1. §. 2. *num.* 34. vbi bene explicat verba dicti *in l.* 1. *ff. nauta caupones, &c.* Molinam *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 527. *num.* 3. vbi late explicat, & aduertit nautas, caupones, & stabularios, manere obligatos pro rebus positis in naui seu stabulo ipsis videntibus, & consentientibus, licet secus sit in alijs priuatis qui talia officia non habent (vt docet Gomezius in præsenti) de quotiã optimè Pichardus *in* §. *item exercitor* institutæ *de obligationibus quæ ex quasi delicto nascuntur, num.* 14. quem omnino vide.

Et circa obligationem quam habent nautæ caupones, & stabularij, videndi sunt Gregorius Lopez *in l.* 7. *tit.* 14. *partita* 7. Monterosecensis *in l. pastenouissima Cod. de pactis ex nu.* 50. Auendaño *de exequendis mandatis* 2. *parte cap.* 8. Menochius *dicto casu* 208. *ex num.* 26. Gratianus *dicta regula* 225. *& 396.* Parlad. *to.* 3. *differentia* 133. Gironda *de Gabelis* 12. *parte num.* 27. vbi an compellantur officiũ suum exercere? Pichardus *in repetitione tit. ff. de acquirenda hereditate cap.* 18. *num.* 50. *& in* §. *item exercitor* institutæ *de obligationibus quæ ex quasi maleficio nascuntur*, Fachinæus *lib.*

11. *controuersiarum, cap.* 88. *vbi an* nautæ caupones, &c. teneantur edere instrumenta aduersario ad fundandam intentionem? Auiles *cap.* 28. *pratorum, verbo: Acogidos vbi an* recipere hospites teneantur? Farinacius *in fragmentis* verbo: *Caupones*, Gratianus *disceptationum cap.* 625. *num.* 31. *vbi* quod non liberantur exhibendo famulum, idem Gratianus *cap.* 677. & 898. quasi per totum *& ibi num.* 22. an debeant milites recipere? Villadiego *in Politica cap.* 8. *num.* 75. Bolanus *in Curia Philippica* 2. *parte* §. *nauegantes* omnino, *& in* §. *daños num.* 29. *& quasi per totum*, Barbosa *in l. si alienam ff. solutomatrim. ex num.* 20. *& in l. si ab hostibus* 5. *finali, num.* 53. iterum Gregorius *in l.* 26. *tit.* 8. *partita* 5. iterum Richardus *in* §. *in his* institutura *de obligationibus quæ ex quasi maleficionum.* 7. *& sequent* apud quos hãc materiam latissimè explicatam reperies.

4 Ad numerum 3. ibi; *Adde tamen pro complemento prædictorum, &c.*

Quod commodatarius, depositarius vel alius similis, qui rem debitã tradit seruo vel famulo vel alij, qui fugiat cum ea vel eam perdat, ad nihil teneatur, si talis seruus vel famulus erat fidelis, licet aliud sit in debito quantitatis, vt hic resoluitur, docent latissimè explicantes Arison. *de solutionibus lib.* 1. *pag. mih.* 25. Cardoso *in praxi iudicum* verbo: *Commodatum num.* 17. Molina *de iustitia tom.* 2. *disputatione* 296 (quem omnino videas *ex num.* 8. *vsq; ad finem vbi num.* 13. *taxat* Gomezium in verficulo *item adde quod si creditor, & debitor &c.* Siluester, & reliqui summistæ verbo: *Commodatum* Farinacius *in fragmentis* verbo: *Debitor ex num.* 16 *vbi* ampliat limitat. & declarat, *& ibi num.* 28. quod debitor speciei nõ liberetur, eam tradendo famulo creditoris qui illam petit nomine suidomini, nisi ille famulus vel nuntius creditoris fuisset expresse missus ad recipiendum rem debitam, quod *num.* 23. declarat, præterquam si ille famulus esset cõsuetus nomine creditoris, similes res deferre, & communi opinione reputabatur fidelis, Imola in cap. significante de pignoribus, Sousa *in repetitione* §. *actionum cap. de pignorat. ex num.* 61. vbi latissimè distinguit omnino videndus, & nouissimè Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 2. *partita* 5. *glossa*, 1. *ex num.* 1. *vbi* declarat ampliat, & limitat, & exornat omnes declarationes nostri Gomezij, *& in glossa* 4. *&* 5. omnino. Vide eos.

Aduertendum etiam est quod depositum non contrahitur ex eo quod res in domo alicuius relinquitur simpliciter, vt docuit Mantica *de conuentionib. lib.* 10. *tit.* 13. *num.* 2. Carrotius *de depositor.* 1. *parte quæstione* 1. *in principio num.* 6. Paz *in praxi tomo* 3. *cap.* 6 §. 6. *num.* 21. Azeuedus *in l.* 4. *tit.* 2. *num.* 23. *lib.* 4. *Recopilationis* præterquam si ratione alicuius officij teneatur, vt nauta, caupo, vel stabularius nam tunc sufficit deponere in domo ipsis scientibus, vt cum alijs probat Carrotius *dicta quæstione* 1. *num.* 6. quando vero ipsis ignorantibus res fuit relicta, tunc habebit locum edictum, de quo *in tit ff. nautæ caupones, &c.* quod latissimè explicant Doctores relati supra, in verficulo, *& circa obligationem, &c.*

Ut autem depositum sit legitimũ & liberet debitorem, quæ requirantur? videndus est Hermosilla *in l.* 2. *tit.* 3. *partita* 5. *glossa* 3. *ex num.* 36. vbi latissimè quæstionem prosequitur. & quindecim requisita congerit eum videas post Scacciam *de commercijs* §. 2. *glossa* 5. *ex num.* 165. late, vbi etiam quod depositum potest fieri coram iudice ipsius deponentis cum ipse sit reus, & talis reputetur, & in loco vbi debebat fieri solutio vide eum

&

& Cancer. *variarum 3 parte cap. 8. ex num. 3.* vbi an releuet depositum sortis sine vsuris & interesse, & quid si non sit liquidum, *& num. 22. & 23.* vbi de iudice competente.

5 Item adde quod si iudex depositū eius mandato factum remouear etiā sine citatione partis, cuius interest, & alteri tradere iusserit; depositari⁹ liberabitur, Menochius *de arbitrar. iuss. casu 131. num. 14.* Azeuedus *in l. 13. tit. 9 lib. 3. Recopilationis num. 18* Gutierrez *lib. 1. quæstione 115. num. 9.* Gratianus *disceptation. cap. 485. n. 8.* Castillo *lib. 4. controuersiar. cap. 59. num. 40.* & alij plures apud ipsos quod sane intelligendum quando remotio depositi fit ex iusta causa, vel quando notorie non constat, quod iniuste remoueatur, semper enim pro iudice est præsumendum, si vero iudex sine iusta causa remoueri iusserit depositum, depositarius tenetur contradicere, si velit a sua obligatione liberari; tunc autem dicetur iudex iniuste procedere notorie, quādo non seruato iuris ordine procedit, & quando alteri, quam ei, ad quem depositum spectat, vel cui ipse depositarius est obligatus, reddere iubet, & tunc si sponte & absq. contradictione depositum restituat, non liberabitur, ex Azeuedo, Gratiano, & Castillo supra quos refert & sequitur Hermosilla *in l. 3. tit. 3 parte 5. glossa 1. ex num. 4.* apud quos magis obtinuit talem depositarium appellationem interponere non debere, præterquam si mandatum iudicis esset notorie iniustum vt explicat Azeued. *supra* quem videas omnino, & Auiles *in cap. 10. de sindicatu* verbo: *nombrare num. 4.* vbi quod depositarius post quam acceptauit depositum non potest sine causa relaxari, licet abinitio nemo teneatur acceptare cum suo damno, & Negusatium *depignor 2 parte 3. membro 5. part. princip. num. 27. & 28.* Didac. Perez *l. 1. tit. 18. lib. 3. ordinam* Azeued. *l. 1. ex num 20. tit. 12. lib. 4. Recop.* vbi quod deponens potest reuocare depositum præterquam si a creditore fuerit acceptatum, dequo etiam Bolaños *en Curia 2. part. §. cession nu. 14. & 15.*

CA-

CAPVT OCTAVVM

DE CONTRACTIBVS IN NOMINATIS

SVMMARIVM.

1 *Doctores hanc materiam explicantes referuntur.*

2 *quæsit differentia inter contractum qui re contrahitur, & inter eum qui reis interuentu celebratur.*
Ratione contractus quis sortitur forum.
Et an ratione distractus?
Quid de venientibus ad nundinas an ibi conueniantur?

3 *De virtute, & effectu contractus innominati.*
Implens ex sua parte an possit panitere, & quid petere possit?

4 *Ratio quare in contractibus innominatis est locus panitentiæ.*
Quare in contractu innominato naturalis obligatio non impedit repetitionem.
Si res quæ debet dari implenti ex sua parte pereat, an liberetur qui eã dare debeat.

5 *An hodie de iure Regio oriatur actio, & obligatio efficax ante implementum ex aliqua parte.*
Quid de iure canonico.
Ex contractu innominato ante implementum an oriatur obligatio naturalis de iure communi.
An exceptio non implementi hodie locum habeat.

6 *An hodie habeat locum repetitio ex capite panitentiæ, vel causa non secutæ.*
De permutatione, & an contrahatur quando datur species pro genere
De gabella in contractu permutationis.
De permutatione cum pacto vt fiat scriptura.

CAPVT VIII.

DE contractibus innominatis agunt materiam explicãtes, Offuald. ad Donel. *lib.* 14. *c.* 10. *notat. lit.* A. *& c.* 22. Souf. Lufitan *in relect. tit. de pact. artic.* 3. *&* 5. *& artic.* 6. *q.* 1. Barbofa *in rubrica ff. folutomatrimonio* 4. *parte ex num.* 34. *vbi an* dos fit contractus innominatus, Tufchus *lit.* C. *conclu fione* 995. *& tribus fequentibus, & lit.* M. *conclufione* 396. *num.* 7. *vbi an* in nominatus perdat fuam qualitatem fi mifceatur cum nominato, Menochius *lib.* 3. *præfumptio.* 39. Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 1. *tit.* 8. *vbi* in quo differant nominati a bin nominatis, de quo etiam Parladorus *differentia* 135. *tomo* 3. Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 9. *quæftione* 23. Menchaca *controuerfiarum vfufreq. cap.* 59. Valafcus *de iure emphiteu. quæftione* 6. Brito *delocato in rubrica* 1. *parte* §. 3. *ex num.* 7. Petrus Gregorius *infintagm. lib.* 28. *c.* 1. & fequentibus, item rum Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 24. *tit.* 1. *& fequentibus* Pichardus *in* §. *qua de caufa inftituta de locatione & conductione ex n.* 10. Lefsius, *de iuftitia lib.* 2. *cap* 17. *dubitatione* 3. Molina etiam *de iuftitia tomo* 2. *difputatione* 253. *per totam*, Zeuallos *quæftione*, 272. *&* 316. iterũ Pichardus *in rubrica inftituta quibus modis re contrahitur obligatio, & in* §. *item pratium inftituta de emptione, & venditione num.* 17. *& in* §. *actionum inftituta de actionibus, quæftione* 27. *per totam* D. Larrea *in decifione, Granat.* 40. *ex num.* 22.

Ad numerũ 1. ibi: *Dicas fingulariter, &c.*

Contractum qui interuentu rei celebratur quod requirat pactum, & conuentionem contrahentium, vt in contractu innominato, fecus contractus qui re contrahitur, vt depofitum commodatum, &c. vt hic refoluitur docent, Mantic. *de tacitis conuentionibus lib.* 24. *tit.* 4. Molina *de iuftitia tomo* 2. *difputatione* 253. *ex num.* 3. Pichardus *in* § *qua de caufa inftituta de locatione, & conductione num.* 17. *& in* §. *actionum inftit de action. quæft.* 27. *n.* 27. & fere omnes fupra allegati, ex quibus colliges confirmationem, & & comprobationem primæ illationis a noftro Gomezio confideratæ, vide Offuald. *lib.* 14. *cap.* 10. *notatis lit.* A.

Ibi: *Secundus effectus eft, &c.*

In loco pacti, conuentionis, feu cõtractus quilibet conueniri poteft, fi ibi inueniatur, ita Gomezius *hic.* & docent late explicantes, Suarez *in l.* 2. *tit. de los emplazamientos*, verficulo: *Vlterius nota num.* 5. *& fequent.* & in veficulo: *Sed attende num.* 35. *&* 36. *&* 37. *eodẽ tit.* vbi limitat, Couarrubias *in practicis cap.* 5. *num.* 3. *& cap.* 10. *num.* 3. Offualdus ad Donel. *lib* 17. *cap.* 14. *notatis lit. F.* Ioannes Gratianus *in regula* 213. Barbofa *in l. fi conftante ff folutomatrim.* §. *fin. ex num.* 19. *& in l. heres abfens* §. *proinde ff. de iudicijs* Cenedus *in colectan. ca. Romana* §. *contrahentes de foro compet. lib.* 6. Pareja *de inftrument. edit. tit.* 2. *refolutione* 9. *num.* 17. *& ex nu.* 110. *vbi* de ratione deftinatæ folutionis & alia, Scaccia *de commerciis* §. 2. *glofla* 5. *ex num.* 206. *late* Guzman *de euictionibus quæftione* 2. *ex num.* 15. Bolafius *in Curia Philipica* §. *fuero* 1. *parte num.* 36. *& in* 2. *parte lib.* 2. *in cap. conful. adoc ex num.* 31. *vbi* bene declarat, quid de mercatore qui habet mẽfam feu tabernam in aliquo opĩdo, & de eo qui contrahit ftatim receffurus, Caldas *in l. ficuratorem* §. *implorandum ex num.* 30. *vbi* de diftractu, Gutierrez *de iuramento* 3. *parte cap.* 16. Morla *tit.* 2. *quæftione* 20. late, *& tit.* 8 *num.* 80. Gratianus *difceptationum, tomo* 1. *cap.* 181. *& tomo* 2. *cap.* 389. *num.* 14. Auguftinus Barbofa *in l.* 1. *Ced. vbi conueniantur qui certo lo-*

eo dare promisserunt in collecteneis, vbi de foro ratione solutionis assignatæ in aliquo loco, & in l. 2. Co. vbi & apud què cognitio restitutionis, &c. & in l. 2. Co. de iurisdictione omnium, & in tractatu de iure ecclesiastico, cap. 39. §. 3. ex n. 72. vsq; ad 80. D Larrea de cession. Granat. 94. vbi de eo qui post contractum mutauit domicilium, Carleual. vbi infra quæstione 6. sectione 5. ex n. 447. & iterum Larrea decis. 62. ex nu. 17. Salgado de retention. 2. parte, cap. 27. per totum, Hermosilla in l. 32. tit. 5 partita 5. glossa 1. nu. 30). & latius in l. 56. glossa 11. ex numer. 136. vbi etiam quid si agatur de distractu, seu rescissione cõtractus, Narbona in tertiã partem nouæ Recopil. l. 10. tit. 6. gloss. 2. lib. 1. n. 30. & sequent. vbi quod si quis contraxit cum eo, quem scit statim recessurum non poterit eũ ibi cõuenire & in l. 25 tit. 21. lib. 4. glo. 17. & latius in l. 10. titul. 20. libr. 9. Recopilationis, glossa 2. vbi etiam agit quid de venientibus ad nundinas, an ibi conueniantur? de quo etiam Bolanus in Curia Philippica, 2. parte, §. ferias, num. 9. qui explicant text. in dictal. 10. tit. 20. lib. 9. Recopilationis, iterum Barbos. in ca. fin. de foro compet. in collect. & nouissimè Carleualius de iudicijs, tom. 1. disp. 2. quæst. 4. ante omnes.

3 Ad nu. 2. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Implemento sequuto ex vna parte, in contractu innominato, oriri actionem & obligationem efficacem contra alium recipientem, vt impliat promissa, alias condemnetur ad interesse, vt hic resolutur, docent Mantica de tacitis conuentionibus, lib. 24 tit. 9. ex nu. 8. vbi etiam agit an oriatur naturalis obligatio ante implementum? Tuschus lit. C. conclusione 996. vbi etiam numer. 2. ait quod oblatio pecuniæ non sufficit ad acquirendam actionem in contractu innominato, sed requiritur actualis depositio, Brito bene explicnas in tractatu de locato, & conducto in rubrica 1. parte, §. 3. num. 10. vbi ex nu. 7. agit de contractu innominato, & quomodo differat à venditione, & locatione, Noguerol, allegatione 18. n. 97. vbi quod etiam in contractibus nominatis, quando qualitas non impleta fuit causa finalis contrahendi, cõtractus rescinditur, Valascus de iure emphiteutico, quæstione 6. numer. 4. Lessius de iustitia. libr. 2. capit. 17. dubitatione 3. n. 14. vbi quod ex contractibus innominatis statim oritur obligatio naturalis non tamen ciuilis, nisi ex vna parte fit impletus, vel nisi vestiatur formula stipulationis, aut iuramento, aut alia ratione, Pichardus alios referens in §. actionum 28. institut. de actionibus quæstio. 27. ex n. 20. D. Larrea decis. 69. num. 28. Carleual. disputat 2. nume. 1078. vbi quod non potest per pactum effici, vt non sit locus pœnitentiæ, Salgado in labirintho, parte, 1. cap. 33. n. 15. vbi quod fauore dotis non est locus pœnitentiæ.

Ibi: *Adde tamen quod stille, &c.*

Implens ex sua parte potest agere ad implementum contra alterum, vel ad interesse, vel ad dissolutionẽ contractus ex capite pœnitentiæ, vel ex capite causæ non sequtæ, vt hic resolutur, docent Brito de locato, & conducto in rubrica 1. parte, §. 3. nu. 10. Tuschus lit. C. conclusione 998. vbi agit de differentia contractus nominati, & innominati in hoc, Parladorus differentia 135. num. 7. Gratianus regula 102. vbi decem & octo limitationes adducit, Guzman de cuictionibus. quæst. 29. nu. 11. Menchaca de successionum creatione, §. 12. num. 459. Molina optime explicans tom. 2 de iustitia, disputatione 258. numer. 2. & sequent. Pichardus in §. actionum, institut. de actionibus. quæst. 27. ex n. 28.

vbi probat quod non obstante naturali obligatione potest repeti quod datum est ab altera parte, *Mantic. de conuentionibus, lib. 1. tit. 8.* vide eum omnino, & Osualdum ad Donel. *lib. 14. cap. 22. notatis.*

4 Ad num. 3. in principio, vide allegatos numero præcedenti, & Sousam *in tit. de pactis articul. 3. num. 4. & sequentibus.*

Ibi: *Et si quaras quæ est ratio, &c.*

De rationibus, quare in contractibus innominatis est locus pœnitentiæ videndi sunt *Mantica*, Brito, Molina Pichardus, & reliqui supra allegati & Osualdus *d. c. 22.*

Ibi: *Nec obstat si dicas: &c.*

Comprobant rationem hic consideratam à nostro Gomezio supra allegati maximè, Molina *in dicta disputatione 258. numer. 5. & sequentibus*, vbi an locus sit pœnitentiæ secundum ius canonicum? Pichardus *in dicto § actionum, quæstione 27. numer. 29. & sequentib.* vbi etiam explicat rationem, quare ex vna, & eadem solutione liberatio, & repetitio procedat.

Aduertit præterea Cratianus disceptationum forensium, *tom. 2. capit. 307. ex numer. 36.* quod si res quæ debebat dari per alterum, cui iam fuerat impletus contractus, perierit, perit periculo eius qui eã erat recepturus, & qui iam impleuerat ex sua parte, ante quam mora contrahatur ex parte dare debentis, licet secus sit si ille qui iam impleuerat ex sua parte, pœnitet, & velit repetere ex capite pœnitentiæ, non ex capite causæ non impletæ, eum videas, & Sousam *tit. de pactis articul. 5.*

5 Ad num. 4. ibi: *Sed his non obstantibus &c.*

Quod hodie *ex leg. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilationis*, ante implementum ex aliqua parte, oriatur efficax actio, & obligatio, in contractu innominato, vt hic resoluitur, docent Gregorius Lopez *in leg. 3. titul. 6. partita 5. verbo: Qualquiera de las partes*, Didacus Perez *in leg. 3. titul. 8. libr. 3. ordinamenti*, Matienzo *in dictal. 2. titul. 16. lib. 5. Recopilationis glossa. 2. nu. 6.* vbi etiam Azeuedus *n. 13.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 35. n. 1.* Salzedo *in additionib. ad Bernardum Diaz in regula 49.* Lassarte *de decima venditionis, cap. 17. ex n. 27.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione. 258. n. 8.* Fortunius Garcia *in c. 1. de pactis, n. 30.* Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione 24. n. 58.* Gratianus *in regula 102. n. 9.* Sousa *in §. actionum, ca. exempto, & vendito, ex n. 7.* quem etiam videas *in tit. de pactis artic. 8. quæst. 2. n. 8.* & Pichardus *in § actionum*, institura *de actionibus, quæstione 27. ex nu. 37. vbi n. 39.* hanc sententiam admitendam asserit, si is qui cõtractum impleri desiderat, ex parte sua offerat, & impleat, vbi etiã docet de iure canonico *in his contractibus innominmrtis* actionẽ dari etiã ante implementũ de quo etiam, Molina *in dicta disputatione 258. num. 7.* & pleriq; ex supra relatis, & Fachinæus *libr. 11. controuersiarum, capit. 8.* qui contrariam opinionem defendit & vide Cancerium *variarum. 2. parte, cap. 5. n. 53.*

Ibi: *Præterea confirmatur: &c.*

De iure communi oriri obligationem naturalem in contractu innominato ante implementum, vt hic resoluitur docent plerique ex supra allegatis hoc numero, maxime Pichardus, qui veriorem dicit *in dicta quæstione 27. numer. 14. 31. & 39.* & Matienzo *in leg. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilationis, glossa 2. numer. 3.* vide etiam Sousam *titul. de pactis, articul. 8. quæstione 2. numer. 8.* & D. Larream *alleg. fiscali. 40.*

Ibi

Ibi: *Num tamen est, &c.*

Etiam hodie locum habere exceptionem non implementi, vt docet Comezius exornant latissimè Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione* 24. *ex num.* 27. de contractibus nominatis agens, & *num.* 55. *& sequentibus*, vbi de innominatis, vbi quamplurimos refert, Cäccerius *variarum* 3 *parte, capit.* 6. *num.* 110. D. Larrrea *allegat fiscali* 26. *ex n.* 10. *& quasi per totam.*

6 Ad num. 5. ibi: *Ex quibus notabiliter in foro. &c.*

Hodie non habere locum repetitionem ex capite pœnitentiæ, vel causæ non secutæ, vt resoluit Gomezius, docent relati supra numero præcedenti, maximè Didacus Perez *in dicta leg.* 3. *titul.* 8. *libr.* 3 *ordinamenti*, Parladorius *libr.* 2. *quotidianarum, capit.* 3. *num.* 32. Ioannes Gratianus *in regula* 107. *numer.* 9. Pichardus *dicta quæstione* 27 *ex numer.* 37. & reliqui.

Ibi: *Aduertendum tamen est, &c.*

Permutationem esse contractum innominatum, & celebrari quando res certa datur ab vtraq; parte, vt Comezius resoluit, docent Tuschus *lit.* P. *conclus.* 302. Petrus Gregor. *in singular. lib.* 28. *cap.* 1. *n.* 3. Guzman *de euictionibus quæstione* 29. *n.* 10. Molina *de iustitia. tom.* 2. *disputat.* 253. *n.* 9. Mantica *de conuentionib. lib.* 25. *tit.* 1. *nu.* 5. Lasarte *de decima venditionis, cap* 17. *ex n.* 1. Pachinæus *lib.* 2. *controuersiarum cap.* 45. Scaccia *de commersijs* §. 1. *quæst.* 4. *& quæs.* 6. *n.* 2. Cutierrez *in tractatu de gabellis, quæstione* 17. *& 29.* Pichardus *in* §. *actionum*, institutu. *de actionibus quæstione* 27. *num.* 15. & licet quoad secundam partem dictæ conclusionis, nempe an sit necessarium quod ex vtraque parte detur res certa, vt sit permutatio, doctores supradicti interesse contrarij existant, quibusdam affirmantibus, alijs verò negantibus verior tamen est opinio nostri Gomezij, scilicet requiri quod res certa detur ex vtraque parte ad vt sit permutatio, vt docet Pichardus *in dicto* §. *actionum, quæstione* 29. *num.* 10. quem videas ad hoc propositum, & Manticam. Lasartem. Molinam, & Gutierrez in locis supra citatis, qui etiam latissimè disputant, quando debeatur gabella ex permutatione in rebus certis, vel incertis? vide etiam Sousam *in titul. de pactis, quæstione* 4. *articul.* 3.

De permutatione autem facta cum pacto, vt fiat scriptura, vide dendi sunt Cutierrez *in tractatu de gabellis quæstione* 17. *ex numer.* 13. & Hermosilla *in l.* 6. *titul.* 5 *partita* 5 *glossa* 1. *ex numer.* 18. & generaliter materiam permutationis latissimè prosequitur Mantica *de conuentionibus dicto lib.* 25. per duodecim titulos, & supra relati.

CAPVT NONVM

DE CONTRACTV VERBORVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiã explicantes.*

2 *Quid sit pollicitatio, & de eius effectu.*
An pollicitatio de iure canonico producat actionem & obligationem.

3 *Pactum & pollicitatio in quo differant.*
Obligationis naturalis effectus.
Regula ad cognoscendum quando nascatur naturalis obligatio.
Pactum nudum an producat actionem de iure canonico.

4 *Quid sit stipulatio, & quomodo celebretur.*

Hodie ex pollicitatione, & pacto nudo oritur actio, & obligatio.

5 *An causa requiratur in contractu, pacto, vel promissione hodi de iure Regio.*

5 *Diuersitas inter contrahentes quãdo vitiet hunc contractum.*
Soluens vnam monetam pro alia an liberetur, & quid de moneta de proximo minuenda,

6 *Periti in aliqua arte quam fidem faciant & an vnus probet.*
De materia peritorum in aliqua arte, vel ministerio remissiuè.

1 CONTRACTV de verborũ præter scribentes in locis ordinarijs, videndi sunt, Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 14. per quadraginta, & sex titulos, Tuschus *litter.* S. *conclusione* 679. *& sequentibus*, Osualdus ad Donellum *libr.* 12. *capit.* 5. 9. & 11. Petrus Gregorius *in syntagmate, libr.* 24. *titul.* 1. & 2. Corracius *ad titul. ff de verborum obligationibus*, Mozius *de contract. tit. de stipulat.* Connanus *lib.* 6. *comment. ex cap.* 1. Cujac. etiã ad hũc tit. Didacus Perez *in l.* 3. *tit.* 8. *libr.* 3. *ordi-*

3. *ordinamenti*, Matienzo, Azeuedus & reliqui *in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis*, Pichardus instituta *de verborum obligationibus per totum titulum & in tit. de inutilibus stipulationibus*, Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 254. & sequentibus*, vbi de omni promissione acceptata, vel non, Morla *in emporio iuris, tit. 3. quæstione 3.* vbi de pollicitatione differit, Pachinæus *controuersiarum, lib. 13. cap. 24. & c. 18.* vbi an stipulatio requirat solemnitatem, quæ olim requirebatur, *& libr. 8. capit. 91. & libr. 11. capit. 47. & libr. 12. capit. 38.* Thomas Sanchez *de matrimonio libr. 1. disputatione 7.* vbi an possit quis alteri stipulari, & an ex ea stipulatione oriatur obligatio iure canonico? & alia.

Ad num. 1. ibi: *Pollicitatio est nuda & simplex, &c.*

Pollicitationem esse nudam, & simplicem offerentis promissionem absq; acceptatione tacita, vel expressa, quæ nullam producit obligationem, nisi fuerit facta ciuitati, collegio, seu hospitali, vt hic resoluitur, docet Tuschus *lit. P. conclusione 373.* cum Diuio *communium opinionum, opinione 612.* verbo *Pollicitatio* Mantic. *de tacitis conuentionibus lib. 1. tit. 1. n. 5. & lib. 19. tit. 3. nu. 7.* Morla *in emporio, titul. 3. in præmissis n. 6. & in quæst. 3. eodem tit. per totam*, Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, c. 25.* Barbos. *in l. 1. ff. solut. matrim. 3 parte ex 12.* Cancerius *3. parte, cap. 7. n. 188. & 1. p. cap. 3. n. 48.* vbi cum Thoma Sanchez *lib. 4. de matrim. disput. 7. n. 12.* ait in contractibus oneros is respectiuis vltro citroque obligatorijs licere notarius, vel alius stipuletur pro absente, non aliter contractum dici irreuocabilem, & perfectum, nisi sequatur consensus absentis, & sic ante quam absens suum exprimat consensum liberum erit à cõtractu resilire, Pichardus in principio instituta *de verborum obligationibus, num. 65.* Osualdus ad Donellum *lib. 12. cap. 5. notatis lit. B.* Pachinæus *libr. 8. controuersiarum, capit. 64.* & plures referens Barbosa *in collectanea, capit. 3. de pactis, numer. 3.* sed de hoc *vide* infra numero sequenti.

Ibi: *Item etiam habet locum &c.*

Nec de iure canonico oriri actionem, aut obligationem aliquam ex pollicitatione, vt hic resoluitur, probant Oroscius *in leg. iuris gentium, §. sed cum nulla, numer. 27. ff. de pactis*, Castillo *in l. 22. Tauri* & alij plures relati à Morla *in emporio iuris, titul. 3. dicta quæstione 3. ex numer. 5.* Matienzo *in leg. 7. titul. 10. lib. 5. Recopilationis, glossa 2. numer. 16.* de quo vide quæ dicentur infra *nu. 3.* in versiculo: *Hodie tamen de iure Regio*, &c.

Ad n. 2 ibi: *Sed aduertendum quod in puncto iuris* &c. 3

Pactum, & pollicitationem in hoc differe, ait noster Gomezius, quod pollicitatio sit promissio, quæ fit absenti, & etiã præsenti, si expresse nõ consentiat. pactum verò quando fit inter præsentes, & expresse consentientes & sic docẽt Duaren. *ad tit. de pact.* in scholio *duorũ plurium vi*, &c. Loriotus *de pactis axiomate 10.* Uaconius *lib. 5. declaration. capi. 65.* & alij plures relati & sequuti à Morl. *in emporio tit. 3 in præmissis, n. 8.* vers. *Sed profecto dicta cõmunis, vbi n. 6.* alias duas opiniones cõtrarias adducit: Primã, quod si fiat præsenti fit pactũ, si verò absenti pollicitatio: Secũdã, quod si fiat absẽti, vel præsenti & tacẽti ex causa onerosa fit pollicitatio, si verò ex causa lucratiua fit pactum cum in hac præsentia, & taciturnitas habeatur pro consensu, & hanc defendit Thom. Sanch. *de matrim. lib. 7. disputa*

tione 79. num. 19. Cancerius *variar. 1 part. cap. 8. n. 47.* quorum omnium fundamenta latius deducit, & resoluit Fachinæus *lib. 8. controuersiarum cap. 64.* vbi eleganter defendit supra dictam resolutionem, prout etiã post eum fecit Pichardus in principio institutæ *de verborum obligationibus, ex numer. 25.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 252. n. 3 & disputatione 258. n. 12.* vbi ait licitam esse de iure ciuili, & canonico pœnitentiam in pollicitatione, ante quã acceptetur, de quo infra vbi dicetur, quid de iure Regio? Itẽ de pollicitane, & pacto nudo, Souf. *in repetione tit. de pactis, articul. 2. ex numer. 2.* Morl. sup. *q. 1. 2. & 3.* & Osuald. ad *Donel. lib. 12. cap. 9. & 11.*

Ibi: *Et ista obligatio naturalis, &c.*

Quod obligatio naturalis obliget efficaciter de iure canonico, & in foro conscientiæ, & alios effectus habeat, vt hic resoluitur, docent Connanus *libr. 2. commentariorum, capit 3. per totum*, Osualdus ad Donelum *libr. 16. ca 15. notatis lit. Z.* vbi quod obligatio naturalis producit compẽsationem, *& lib. 14. cap. 11. lit. C.* vbi quod impedit conditionem indebiti, *& lib. 15. cap. 48. liter. G.* vbi quod ei accedit fideiussor, de quo etiam *libr. 16. capit. 4. & libr. 12. cap. 2. lit. D.* vbi de eius vi, & efficacia late differit, Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 13. tit. 2. nu. 6.* Tuschus *lit O. conclusione 28. per totam*, Matienzo *l. 1. tit. 4. lib. 5. Recopilat. glossa 10. nu. 11.* Couarrub. *in cap. cum esses de testamentis, n. 5.* Molina *de iustitia, tom 1. disputatione 224.* & alios referens Thomas Sanchez *de matrim. lib. 1. disputatione 7. ex n. 14 vbi num. 16.* tradit regulam, ex qua cognoscatur an ex aliquo cõtractu oriatur naturalis obligatio? Vincentius Filliucius *in suis quæstionibus moral. tract. 33. cap. 5.* Lessius *de iustitia, lib. 2. cap. 19. dubitatione 3.*

Item de pacto nudo an producat actionem de iure canonico? vide fere infinitos referentem Barbosam *in collectanea, cap. 1 de pactis, n. 6.* & Morlam qui late disputat, & plures refert *in titul. 3. quæstione 2. per totam*, & Zeuallos *quæst. 543.* Surdum *in tractatu de alimentis. titul. 8. quæstione 5.* vbi quod producit actionem in causa alimentorum, Carleualium *de iudicijs, libr. 1. disputatione 2. ex numer. 1024.* Cancerium *variar. 2. parte. cap. 5. num. 53. & 3. parte, cap. 7. num. 255. & 343.*

Ad num. 3. ibi: *Stipulatio solemnis in qua magis est insistendum, &c.* 4

Stipulationem esse cõtractum verborum factum præcedẽte interrogatione, & sequta responsione, & nõ posse celebrari per scripturam, vel signum, vel cifras, sed per verba apta, & congrua, vt hic resoluitur, docent, & explicant Mantica *de tacitis conuentionibus lib 14. tit. 3. per totum* vbi n. 3. quod eodem contextu, & nõ per lõgũ interuallũ debet fieri interrogatio, & responsio *& in tit. 10. ex. n. 7.* vbi quod verba sunt necessaria, & nõ sufficit signo, vel tuba, vel alio modo cõsensum exprimere, Osual dad Don. *libr. 14. cap. 36. & lib. 16. cap. 36. lit.* P. Tuschas *lit. S. conclusion. 700.* Mascardus *de prouationibus, conclus. 1340 & sequenti*, Matienzo *in l. 2. tit. 16. libr. 5. Recopilationis, glossa 3. numer. 1.* Parladorus *lib. 2. quotidianarum, capit. 3. num. 2* optimè Pichardus *in rubrica*, institutæ *de verborum obligationibus, numer. 7. & pluribus sequentibus, & in principio eodem tit ex n. 1. vbi n. 5. & 37.* disputat an aliquando stipulatio sine verbis cõsistere possit? & de stipulatione vera, & ficta agit, Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 254. ex num. 1.* vbi etiam bene explicat verba quibus interrogatio, & ref-

reſponſio fieri debent, *Morla in emporio tit. 3. quæſtione 2.*

Ibi: *Hodie tamen de iure Regio, &c.*

Hodie de iure Regio *ex l. 2. tit. 16 lib. 5. Recopilationis*, oriri actionem, & obligationem ex pollicitatione, & nudo pacto vel exqualibet promiſsione, vt hic reſoluitur, docent Parladorus *lib. 2. quotidian. cap. 3. num. 17. & 33.* referens Couarrubiam *in cap. quamuis pactum 2. parte §. 4. num 15.* Matienzo *in dicta l. 2. gloſſa 1. 2. & 3* & ibi Azeuedus, Gutierrez *lib. 4. quæſtionum ciuilium, quæſtione 68. ex num. 4.* vbi ait quod ſiquis vendat alteri fundum vt ex eius pretio ſatisfaciat creditoribus, tunc ipſi creditores abſq; ceſsione directe poterunt agere contra emptorem pro debitis recuperandis, de quo videas Thomã Sanchez *de matrimonio lib. 1. diſputatione 7. ex num. 27.* & latiſsimè Salgadum *in labirinth. creditorum 2. parte cap. 26. quaſi per totum* poſt Carleualium *de iudicijs lib. 1. diſput. 2. nu. 1015.* Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 254. numer. 7. & ſequent.* Pichardus *in rubrica* inſtituta *de obligationibus num. 29.* & plures pro hac parte refert dictus pater Thomas Sãchez, vbi ſupra *diſputatione 6. ex nu. 18.* vbi late agit de interpretatione *dictæ l. 2.* & alios etiam adducit *Morla in emporio tit. 3. quæſtione 3.* vbi ipſe defendit expollicitatione non oriri actionem etiam de iure Regio attẽta *dicta l. 2.* Sed verius eſt quod diximus.

Ibi: *Si vero non habet cauſam contractus, &c.*

Contractum vel pactum abſq; cauſa celebratum, non producere obligationem efficacem, ſed exceptione elidibilem etiam *poſt dictam l. 2. tit. 16. lib. 5. Recopilationis* vt reſoluit Gomezius, docent, & explicant de iure communi Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 14. tit. 12. per totum, & in tit. 13.* vbi quid ſi cauſa ſit turpis vel inhoneſta? Eduardus Caldeira *de erroribus pragmaticorum lib. 3. cap. 3. num. 3.* Oſſualdus ad Donellum *lib. 14. cap. 36. notatis lit. CC.* vbi in contrariam inclinat, Mẽdoza *li. 1. c. 4. num. 52. in ſuis diſputationibus Menochius de præſumptionibus lib. 3. præſumptione 132. num. 16.* & alij plures apud Barboſam *in cap. ſi cautio de fide inſtrumentorum num. 3. Et de iure Regio* Auendañus *in capitibus pretorum 1. parte cap. 30. num. 5.* Matienzo *in dicta l. 2. tit. 1. lib. 5. Recopilationis gloſſa 1. num. 8.* & Gutierrez in vtroq; iure late diſputans, *in tractatu de iuramento confirmatorio cap. 47. per totum in 1. parte* Queſada *diuerſarum quæſtionum cap 12 per totum* Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 257. ex num. 4.* Sanchez *de matrimonio lib. 1. diſputatione 5. num. 22.* & & alij plures relati a Parladoro, *lib. 2. quotidianarum cap. 3. ex num. 54.* a quibus ipſe diſcedit ibidem aſſerens cauſam non requiri de iure communi item q; de iure Regio, & eum ſequutus Pichardus in principio inſtituta *de verborum obligationibus nu. 15.* quos videas, & vide etiam infra *cap. 11. num. 4.*

Ad numerum 4. ibi: *In quo articulo facio ſequentes concluſiones, &c.*

De diuerſitate inter contrahentes quando vitiet ſtipulationem, facit in præſenti noſter Gomezius, nouem cõcluſiones, quas bene proſequuntur, & explicant Connanus *lib. 6. commentariorum cap. 1. num. 6. & cap. 4.* Menchaca *de ſucceſſionum creatione §. 5. num. 13. & §. 19. num. 42.* Azeuedus *in l. 2. tit. 16. lib. 5. ex num. 5.* Gregorius Lopez *in l. 26. tit. 11. partita 5.* Sarmiento *lib. 6 ſelectarum cap. 3. & 5.* & late Pichardus *in § præterea* inſtituta *de inutilibus ſtipulationibus per totum, & in §. quoties, eodem titulo.*

Ibi:

Ibi: *Quinta conclusio quando præcedit interrogatio alternatiua, &c.*

Uide Pichardum *in dicto* § *quoties num.* 7.

Ibi: *Octaua conclusio, &c. in versicu lo sed salua eorum pace, &c.*

Si præcedat interrogatio vnius monetæ, & sequatur responsio monetæ alterius materiæ, & formæ quod valeat stipulatio, & per consequens quod creditor teneatur recipere solutionem monetæ diuersæ materiæ, & formæ, nisi probet se damnum passurum, resoluit Gomezius in præsenti, & ita docent Pinelus *in rubrica Cod. de rescindenda venditione* 1. *parte cap.* 3. *ex num.* 16. Morla *in emporio iur.* 8. *quæstione* 13. *ex num.* 2. Pichardus in principio institutæ *quibusmodis re contrahitur obligatio num.* 36. *& sequentibus* Cratian. *disceptationũ cap.* 94. *num.* 70. *& cap.* 55. *num.* 29. *&* 36. vbi etiam an aliud pro alio solui possit? Gutierrez *lib.* 2. *quæstione* 179 Carranza *de monetis* 4. *parte c.* 1. §. 7 post Parladorum *lib.* 2. *cap. fin.* 5. *parte* §. 17 *num.* 26. *&* 21. & alij plures relati a Castillo *in lib.* 4. *controuersiarum capit.* 10. *ex numer.* 39. vbi hanc partem late comprobat, sed postea ipse met Castillo *ex num.* 45. contrariam opinionem defendit, quã etiã tuetur Guzman quam plurimos referens *in tractatu de emtionibus quæstione* 22. *num.* 12. Cancer. *variar.* 2. *parte cap.* 6. *num* 85. *&* 86. & nouissimè D. Franciscus de Amaya *in l.* 1. *Codice de collatione æris, lib.* 10. *ex nu.* 10. vbi eleganter præsentem quæstionem discutit, & tandem duabus conclusionibus eam resoluit: quarum prima, est, in mutuo solutionem esse faciendam in eadem pecunia aut moneta in qua prius creditum fuit. Secunda, quod si inter partes conuentum fuerit, vt pensio census vel alterius contractus, aut obligationis solutio fiat in pecunia argentea vel aurea, & non in alia, solutio fieri non poterit in alia moneta inuito creditore, & deriq; *numero* 35. adducit nouam pragmaticam Philippi IV. Domini nostri, editam anno 1623. quæ hodie est *l.* 19. *tit.* 21. *lib.* 5. *Recopil.* in nouissimâ impressione, eum vide as, & Valenzuelam *in consilio* 30. & Bolañum *in Curia Philippica* 2. *parte* §. *remate num.* 13. *& in* §. *moneda in labirintho commercij terrestris num.* 7, & Hermosillam *in l.* 2. *tit.* 3. *partita* 5. *glossa* 3. *num.* 38. *& sequent. vbi num.* 43. agit de pacto redimendi censum in eadem moneta & etiam de faciente solutionem vel depositum in moneta quam scit cito minuendam, & nouissimè vide Larream decisione Granat. 12. & multis sequentibus vbi omnia discutit, Noguerol *allegatione* 2. Salgado *in labirintho* 2. *parte cap.* 8 *ex nu.* 12. *item* Larrea *allegatione fiscali* 40. vbi an aliud, pro alio solui possit? late.

Ad numerum 5. ibi: *Sed resolutiue dico &c.* 6

Quod in quo libet negotio, peritus in aliqua arte fidem faciat, si fuerit assumptus de voluntate partium, secus vero si nõ fuerit assumptus vel electus de voluntate partium, tunc enim duo requiruntur si in ciuitate possint reperiri vel opido, alias vnus sufficit, ita resoluit Gomezius in præsenti, & comprobant Pinelus *in l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione* 3. *parte cap. vltimo num.* 5. Padilla *in l.* 3. *Cod. de iuris, & facti ignorantia num.* 23. Gratianus disceptationum *cap.* 228. *num.* 21. *&* 22. *& cap.* 233. *per totum* vbi late de hac materia, *& cap.* 263. *num.* 20. vbi an sint iudices vel testes? eum videas, & plures referens Ioannes Gratianus *in regula* 349. vbi ait regulariter duos requiri si commode haberi possunt, secus alias. vel quando agitur de paruo præiudicio, quia tunc vnus sufficit, si declaret vt

peri-

peritus, nam si deponat vt testis sem-per duo requiruntur, Garcia de *expensis cap.* 24. Barbosa *in collectanea cap. proposuisti de probationibus num.* 8. vbi Panormitano, & alijs, probabilius esse ait in rigore iuris quod in causis arduis duo periti sunt necessarij, ita vt si in opido vnus tantum sit alius ex viciniori accersiri debet, de quo late Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disputatione* 117. *num.* 7. *& per totam* vbi etiam alios refert, *& in Consilijs Moralibus, tomo* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *dubio* 10. & Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5. *partita* 5. *ex num.* 24. *glossa* 6. vbi limitat, & declarat, & uouissimè D. Franciscus de Amaya, *in l.* 2. *Cod. de iure fisci ex num.* 14. vbi optimè declarat dictam resolutionem.

De hac materia peritorum præter supra allegatos qui optimè eam pertractant, videnda sunt Menochius *de de adipiscenda remedio* 5. *num.* 161. *& præsumptione* 86. *lib.* 2. Tuschus verbo *Peritus*, Matienzo *l.* 6. *tit.* 11. *glossa* 2. Auendañus *cap.* 1. *pratorum num.* 29. Zeuallos *tomo* 3. *quæstione* 161. Farinacius *in praxi, tomo* 4. *quæstione* 127. *nu.* 101. & sequentibus, Matica *de tonsecturis vltimar. volunt. lib* 3. *tit.* 1. in fine, vbi de perito in aliqua lingua, qui potest declarare testamentum in ea lingua factum Auiles *cap.* 5. *de scindicatu* verbo: *Saber la verdad* vbi quod etiam publicatis attestationibus admittuntur alij peritiores, Gratianus *tomo* 5. *discepta. tionum cap.* 489. *num.* 10. Ossualdus ad Donellum *lib.* 25. *cap.* 14. *lit. C. & lib* 26. *cap.* 1. *notatis lit. G.* Gutierrez *in l. nemo potest num.* 124. vbi an periti debeant iurare? vide eos, & maximè Thomam Sanchez, Farinacium Hermosillam, Barbosam & Amayam qui omnes difficultates fusissime pertractant. & nouissimè Nogueiol. *allegatione* 18. *ex num.* 21. *& nu* 5. vbi quod peritus probat dicendo de credulitate si vt testis deponat, *& allegation.* 26. *num.* 232.

CA-

CAPVT DECIMVM

DE INDIVIDVIS

SVMMARIVM.

1 Doctores de hac materia agentes referuntur.

2 qualibet res materialiter diuidi potest.

3 Quando obligatio vel contractus dicatur indiuiduus, & quid in sententia.
Actio iudicatur mobilis vel immobilis secundum naturam rei pro qua competit.
Retractus an competat pro actione ad rem immobilem.

4 Contractus super re quæ ponderè, numero vel mensura consistit est diuiduus.
Quid in materia dotis.
Quid si defunctus præceperit, vel heredes inter se conuenerint vt vnus soluat debita.
Quid in possessore rei emphiteuticæ vel censualis seu rei hypothecatæ.

5 Quid si illi, qui in solidum tenebantur simpliciter condemnentur a iudice.
Supra dicta resolutio an habeat locum de iure canonico, & in foro conscientiæ.

6 Solutio partis pecuniæ debitæ an valeat.
Solutio in dubio in quam causam facta intelligatur.

7 Solutio partis liberat debitorem pro ea parte.

8 Contractus super re certa, & determinata an sit indiuiduus.
Dicta resolutio an habeat locum in debitore rei certæ, qui soluit vsum fructum eius.

9 Contractus super re particulari in genere an sit diuiduus.

10 Parte debiti soluta expromissione rei in genere, an liberatio pro parte contingat.

11 Si heredes debitoris rei generica discordant in solutione, quid faciendum.
Sortis iudicium quãdo locum habeat.

12 Si heredes creditoris rei generica dis-

discordant, quid?

13 *Contractus alternatiuus an sit diuiduus vel indiuiduus.*
In alternatiua an verumq; sit in obligatione.

14 *In actione noxali quilibet tenetur in solidum.*

15 *actio de aqua pluuia arcenda contra quem competat, & quomodo.*

16 *De seruitute vel re incorporali, an sit in diuidua.*

17 *An seruitus promissa possit diuidi inter heredes vt quilibet teneatur pro parte.*

18 *An seruitus in solidum debeatur cuilibet heredi creditoris.*

19 *Vsusfructus omni respectu diuiduus.*

20 *Seruitus vsus an sit diuidua vel indiuidua.*

21 *Obligatio alimentorum an sit indiuidua.*

22 *De obligatione ad factum an sit praecisa.*

23 *Quid de iure Regio.*

24 *De promissione facti alieni.*

De marito promittente quod vxor se obligaret.
An de iure Regio valeat promissio facti alieni.

25 *Pactum habitandi perpetuo in certo loco cum vxore an valeat.*
An dicta conditio valeat in maioratibus
Quid in legatis.

26 *Factum an sit indiuiduum, & quid in pœna apposita.*
Pactum de retrouendendo an possit pro parte exequi?
Quid si plures domini vendant rē cum pacto de retro.
Emphiteuta si decedat pluribus heredibus relictis, an si vnus non soluat in commissum incidat tota res.
Quid de iure canonico.
Pignus an possit pro parte lui ab vno ex pluribus heredibus?

27 *De communi seruo ab vno dominorum manumisso, an alter teneatur eum manumittere.*
Et quod in indiuiduis laicus gaudet priuilegio Clerici.

MATERIAM de indiuiduis quãsubtilissimam, & de apicibus iuris appellat noster Gomezius explicant latissimè Mantica de *tacitis conuentionibus lib* 14. *tit.* 36. Petrus Gregorius *in syntagm. lib.* 5. *cap.* 3. Connanus *commentariorum: lib.* 6. *cap.* 2. Faber *lib.* 3 *coniecturarum cap.* 7. Tuschus *lit.* I. *conclusione* 101. *&* 102. Donellus *commentariorum iuris, libr.* 15. *capit.* 6. *& capit.* 2. *& sequentibus* Valascus *de partitionibus cap.* 27 Polidorus Ripa. & Leander Calganetus *in suis tractatibus de seruitutibus* Caldas *in l. securatorem §. vel aduersarij dolo ex num.* 25. Fachinæus *lib.* 10. *controuersiarum cap.* 53. *& seq. vsq; ad* 62 Molina *de primogenijs lib.* 1. *cap.* 21. *ex num.* 28. Corrasius *in l. via. ff de seruitutibus* & plurimos referens D. Ioannes del Castillo *controuersiarum iuris lib* 1. *de vsufructu cap.* 31. Spino *in speculo testamentorum glossa* 13. *principali per totam* Fachinæus *lib.* 10 *controuersiarum cap.* 53. *& sequentibus vsq; ad* 62. Parladorus *lib.* 1. *cap.* 6. *& latissimè* Pichardus *in § si finium regundorum, instituta de officio iudicis* vbi hãc materiam cõprehendit per terdecim capita omnino videndus, & Sarmiento *lib.* 6 *selectarum cap.* 16. *&* Carleualius *de iudicijs tomo* 2. *disput.* 3. *num.* 32.

1

Ad numerum 1. ibi: *Et in primis pro capitali fundamento. &c.* 2

Omnes res dici diuiduas materialiter, quia per partes diuidi possunt, vt resolvit Gomezius, docent Petrus Grego

Gregorius *in sintagm. lib. 5. cap. 3. ex num. 2.* Spino *in speculo testimentorum glossa 13. num. 14.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 14. tit. 36. ex num 10.* vbi bene explicat quod homo, equus, & cætera animantia naturaliter diuidi non possunt, quia diuisæ corrumpuntur, ciuiliter autem bene & ideo secundum hanc explicationē dicēdum videtur quod materialiter diuidi potest animal non vero naturaliter, quod etiam docet Spino *in speculo dicto num. 14.* de quo Pichardus *in dicto §. si finium, institutæ de officio iudicis „in materia indiuiduorum num. 23. & in repetitione tit. ff. de legatis cap. 4. num. 30.*

3 Ad numerum 2. ibi: *Quod contractus, actus vel obligatio &c.*

Quod actus, contractus, vel obligatio, dicatur diuiduus vel indiuiduus secundum naturam rei in eo deductæ, vt hic docetur communis est resolutio, vt constat, ex Carolo *Molin. in labirintho diuidui & indiuidui, 2. parte secundæ partis quæstione 1. num. 258. & 251.* Salgado *de protectione, parte 4. cap. 14. ex num. 195.* vbi de sententia, Grarianus *disceptation. cap. 162. num. 29.* Corrasio *in dicta l. via ff. de seruitutibus num. 18.* Donelo *in l. 2. §. & harum num. 58. ff. de verborum oblig.* Larrea *decis. sidne Granat. 40. num. 23.* Molina *de primog. lib. 1. cap. 21. ex num. 28.* vbi an contractus qui non potest valere pro toto tempore valeat ad rempus permissum? Spino *in speculo, dicta glossa 13. num. 12. & 15.* de quo etiam Tiraquel. *de retract. linag. §. 23. glossa 1. per totam,* & nouissimè plures referens Salgado *in labirintho creditorum, parte 1. cap. 34. num. 14.*

Ibi: *Confirmatur quia semper actio, &c.*

Quod actio vel obligatio iudicetur mobilis vel immobilis secundum naturam rei pro qua competit, late prosequitur Tiraquel. *de retractu § 1. glossa 7. ex num. 14.* Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat lib. 9. tit. 2. num. 1.* & alij, exquibus verior resolutio, est quod iura, & actiones tertiam bonorum speciem constituunt, aliquando autem debent regulari secundum naturam rei, ad quam competunt, vt si minori, vel Ecclesiæ competit actio, ad rem mobilem, mobilis reputatur, si ad rem immobilem, immobilis quo ad alienationem prohibitam ita Menochius *consilio 300. num. 41. lib. 3. & lib. 4. præsumptione 142. ex nu. 16.* Valascus *consultatione 77.* Pereira *de resolutione emphiteusis c. 12. num. 9. & 10. & de emptione cap. 13. num. 11.* de quo etiam Sermonem facit doctissimus Pinel. *in rubrica de bonis maternis 1. parte num. 33.* Azeuedus *in l. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. num. 43.* Gutierrez *lib. 3 ciuilium, quæstione 86 num. 2.* licet proprie loquendo nec mobiles nec immobiles dicendæ actiones, sed tertiam bonorum speciem contineant, vt apparet ex supra relatis, & Marienzo *in l. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. glossa 1. num. 33.*

An autem consanguineus habeat ius ad retrahendam actionem ad sē immobilem competentem a consanguineo venditam? vide quod non regulariter loquendo, ex Tiraquel. *de retractu lign. §. 1 glossa 7 num. 31.* præterquam si quis vendat facultatem redimendi rem venditā eo pacto, quia tunc consanguineus hanc actionem retrahere poterit, si res erat parrimonialis, de quo etiam vide Marienzū *in l. 7. tit. 11. lib. 5. glossa 1. num. 49.*

Ad numerum 3. ibi: *Quando in cō tractu continetur res, &c.* 4

Omni respectu esse diuiduum contractum factum super re quæ ponderе numero vel mensura consistit, tam respectu obligationis, quam diuisionis inter heredes, vt hic resoluitur, docent Burgos de Paz *consilio 4*

ex

ex nu. 1. Gregorius Lopez *in l. 10. tit. 12. partita 5. glossa Su parte*, vbi diuisionem esse faciendam inter hæredes etiam si instrumentum haberet para tam executionem, Ioannes Gratianus *in regula 355. num. 21. & per totam*, vbi ampliat, & limitat, quod etiam procedit, quamuis defunctus in testamento, vel per contractum disposuerit, vel hæredes inter se conuenerint, vt onus æris alieni sustineat alter ex hæredibus, quia nihil ominus creditor aduersus omnes actionem debet proponere, vt probat Parladorus *libr. 2. rerum quotidianarum, capit. finali 4. parte*, §. 1. *numer. 13.* vbi etiam ampliat, quamuis aliter ex hæredibus efficiatur non soluendo, quia hoc non debet alios grauare (de quo Salgado infra) Morla *in emporio, 1. parte, titul. 11. quæstione 8. numer. 6.* Suarez *in leg quoniam, ampliatione 7 numer. 8.* vbi Valdesius *& in leg. post rem iudicatam, extensione 1.* vbi etiam ait, dictam resolutionem procedere, etiam si debitor diceret, quod quilibet hæres teneatur insolidum, Paz *in praxi, 4 parte, tom. 1. capit. 1. numer. 37.* Richardus *in § si finium*, instituta *de officio iudicis, cap. 7* vbi de indiuiduis, & etiam de dotis priuilegio in hoc, Salgado *in labirintho. 2. parte cap. 12. n 64. & 65. & cap. 11. nu. 41.* Osualdus ad Donellum *lib. 7. cap. 11.* Gratianus iterum *regul. 352.* Rodrig. *de redditibus lib. 1 quæst. 4. num. 34.* vbi quid si testator imposuit onus super aliqua re? Franchis *decisione 203* vbi quid in causa alimentorum? Gratianus *disceptationum for. lib. 1. capit. 16. & 36.* Surdus *decisione 90.* Bolanus *in Curia*, § *executado, nu. 4.* Richardus *in manuductionibus, 2. par. præcepto 2. §. 2. n. 3.*

Quid autem in possessore rei emphiteuticæ, vel censualis? Zeuallos alios referens *in quæstione 7. & ex n. 19* ait aduersus eum insolidum pro annuis redditibus faciendam esse executionem ex crebriori sententia, & alios contrarium tenentes adducit, & quid in alio quolibet possessore rei hypothecatæ? eum vide, & Rodriguez *de redditibus, lib 2. quæstione 9. ex nu. 62.* & Bobadillam *lib. 2. cap. 20 ex n. 53. in sua politica*, & Bolanum supra, & Richardum *in manuductionibus 2. parte §. 2. ex numer. 3.* latissime, & post eos Noguerol *allegat. 4. ex n. 44.* vbi affirmatiuam tenet vide Salgadum supra.

Ad nu. 4. ibi: *Pro qua sententia, & conclusione, &c.* 5

Qui in solidum erant obligati, si simpliciter condemnentur per iudicem, quod singuli teneantur pro parte, docet nolter Gomezius in præsenti, & comprobat Castillo *in l. 61. Tauri, n. 35.* quod explicat Gregor. Lopez *in leg. 4. titul. 27. partita 3.* præterquam si creditor vellet dimittere sententiã, & se adiuuare prima obligatione, vt etiã docent Ioannes Gratianus *in regula 355. n. 7.* & Bonadilla *in lib. 2. politica, cap. 20. nu. 58.* vide eos. & Gratianum *disceptat. cap 33. n. 51.* & plurimos referẽs Guzman *de euictionibus quæstione 9. n. 42.* & nouissimè Salgado *in suo labirintho creditorum, parte 2. cap. 11. ex numer. 45.*

Ibi: *Sed attende quod ista sentẽtia, &c.*

Quod resolutio tradita supra numero præcedenti locũ etiam habeat de iure canonico, & in foro conscientiæ, vt docet Gomezius, probant Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 542.* Couarrubias *in regula peccatum, 2. parte §. 12. num. 3. & lib. 3. variarum, cap. 3. num. 7.* Negusantius *de pignoribus, 2. parte, membro 4. n. 155.* Bonacina *de contractibus, disputatio 3. quæstion. 3. puncto 15. num. 14.* & alij apud Barbosam *in collectanea*

ad cap. tua nos de vſuris, ex quibus colligere licet, quod dicta reſolutio etiam *in* foro conſcientiæ, & de iure canonico procedat, quod etiam in reſtitutione vſurarum probat ipſe *Molina in diſputatione* 332. *num.* 4. aſſerens, pro rata reſtituendas ab hæredibus ſicut reliqua debita etiam ſi aliquis eorum non ſit ſoluendo, cum videas.

6 Ad numer. 5. ibi: *Tertio talis contractus dicitur diuiduus ratione ſolutionis, &c.*

Solutio partis pecuniæ debitæ facta volente creditore, valet, & liberat debitorem pro ea parte, creditor enim inuitus nõ cogitur recipere particularem ſolutionem, niſi debitum ſit pro parte liquidum, & pro parte incertum: ita reſoluit Comezius in præſenti, & docent, & explicant Gregorius per textum ibi *in l.* 12. *tit.* 4. *partita* 3 Fachinæus *lib.* 10. *controuerſiarum, cap.* 59. Gratianus *regula* 355. *num.* 13. vbi quod quilibet debitoris hæres poterit ſoluere pro ſua parte, & liberari inuito creditore, Afflictis *deciſion.* 18. *n.* 21. Socinus *regul.* 106 & 75 Felicianus *decenſib, lib.* 1. *cap.* 8 *n.* 16 Rodriguez *de redditibus, lib.* 1. *quæſtione* 18 *nu.* 35. Dueñas *regul.* 158 Petrus Gregorius *in ſintagmat lib.* 21 *cap.* 18. *n.* 11. Taſchus *lit. S. concluſion* 342. & *duab. ſeqq.* vbi late declarat, ampliat, & limitat, Morl. *in empor. tit* 8. *q* 8. *per totam*, & late, & optime explicãs Pichard. *in materia indiuiduum*, quam poſuit *in* § *ſi ſiniũ*, inſtituta *de officio iudicis, c.* 7. *per totũ*, vbi refert, & refutat opinionẽ eorũ, qui minus bene dixerunt inuitũ creditorem ſolutionem particularem recipere debere, eũ omnino videas, & Narbon. *in l.* 25. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. gloſ.* 16. *n.* 76. & 77. vbi quod plures pignorũ poſſeſſores non liberantur niſi integre debito ſoluto, de quo Salgado *in labirintho* 2. *p. c.* 11. *n.* 41.

Ibi: *Quod clare procedit, &c.*

Solutionem in dubio in cauſam duriorem factã intelligi, ſi autem debita ſint æqualia diuidendã ſolutionẽ pro omnibus, vt hic reſoluitur docẽt & explicãt Menochius duodecim caſus diſtinguens *lib.* 3. *præſumptione* 136, Maſcardus *de probationib. concl.* 1325 *ex num.* 4. Molina *de iuſtitia tom.* 2. *diſputatione* 565. *per totam*, Bolanus *in Curia* §. *paga, num.* 34. & *ſequentibus*, late Cancerius *variarum*, 2. *parte. cap.* 6. *ex num.* 8. & *numer.* 207. Gratianus *diſceptationum, tom.* 2. *capit.* 224. *per totum*, vbi per triginta, & quatuor concluſiones materiam explicat Tuſchus *lit. S. concluſione* 353. *per totam*, Larrea *deciſſ. Granat.* 42. *n.* 20. Noguerol *alleg.* 40. *n.* 46. & 65. poſt Scaciam *de commerciis*, §. 2. *gloſſa* 5. *ex n.* 91. late explicantem.

Ad nu. 6. ibi: *Quarto caſu talis con-* 7
tractus, &c.

Diximus iam ex multis relatis ſupra *nu.* 6. quod debitor ſoluens partem debiti liberatur pro ea parte, vide ibi.

Ad nu. 7. ibi: *Secundo caſu princi-* 8
paliquando in contractu, vel obligatione &c.

Quando in contractu deducitur certa res determinata, vt talis ſeruus, talis domus, &c. quod talis cõtractus ſit omni reſpectu diuiduus, vt hic reſoluitur, docent Petrus Gregorius *lib.* 5. *ſintagmat. capit.* 3. *numer.* 8. Eguinarius *lib.* 1. *de indiuiduis, capit* 3. & *libr.* 2. *capit* 2. Duarenus *in leg.* 2. §. *& harum, ff. de verborum obligationibus, & libr.* 1. *diſputationum, capit. penultimo*, Spino *in ſpeculo teſtamentorum, gloſſa* 13. *principali, num.* 15. & 16. & optimè explicans & laudans noſtrum Comezium in præſenti Pichar. *in d.* § *ſi ſiniũ*, inſtituta *de officio iudicis, cap.* 8 *in materia indiuiduorum.*

Ibi:

Ibi: *Item intellige, quando solueretur pars quoritatiua totius rei in proprietate & vsufructu secus vero si solueretur vsus fructus rei debita vel sola proprietas eius, quia debitor nõ remanet liberatus in ea &c.*

Adde D. Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu, capit.* 32. & Pichardum supra *dicto capit.* 8 *ex num.* 94. *omnino.*

9 Ad num. 8. ibi: *Si verò in cõtractu vel obligatione continetur, &c.*

Contractus super re particulari in genere vt seruus, equus, &c. est diuiduus respectu obligationis, & diuisionis inter hæredes, & respectu solutionis, non vero respectu liberationis, in quo est indiuiduus præter quam si liberatio contingeret per acceptilationem, vel sententiam absolutoriam in parte: ita resoluit Gomezius in præsenti, & docent Andræas Fachinæus *libr.* 10. *controuersiarum capit.* 63 *numer.* 40. Sarmiento *libr.* 6. *selectarum, capit.* 16. & Pichardus optime explicans *in dicto* § *si finium*, instituta *de officio iudicis in materia de indiuiduis, capit.* 9. *vbi ex numer.* 101. declarat, an in obligatione generali genus ipsum, an singulæ res sub genere comprehensæ contineantur?

10 Ad nu. 9. ibi: *Item etiam pro declaratione materiæ dico, &c.*

Promittens rẽ in genere si pro parte soluat, quod non liberetur pro parte, vt hic resoluitur, docent Fachinæus *lib.* 10 *controuersiar. cap.* 63. *ex n.* 40. Tuschus *lit.* I. *conclusion.* 101. *ex n.* 7. Ualascus *de partitionibus, cap.* 27. *ex n* 10. Mantica *de conuentionibus, libr.* 14. *titul.* 36. *numer.* 4. & 29. Petrus Gregorius *in sintagmate lib.* 5. *capit.* 3. *num.* 12. Pichardus *in dicto* §. *si finium* instituta *de officio iudicis in materia indiuiduorum, cap.* 9. *ex num.* 108. *vbi* bene explicat, taxatque nostrum Comezium *in* præsenti, quatenus explicat text. *in leg.* 2. §. & *hæc rum, ff. de verborum obligationibus*, in secunda ipsius parte procedere de æquitate primam vero de rigore iuris, eum vide.

Ad n. 10. ibi: *Sed præconcordia,* 11 *resolutione dico, &c.*

Debitore rei genericæ decedente pluribus hæredib. relictis, qui discordant in solutione, quod per iudicẽ cõpelli ad cõcordiã possunt, vt resoluit Gomez docent, cõmuniter Doctores quia ad officiũ iudicis spectat præcauere ne damna, & scandala in Repub. oriãtur, vt probat Paz *in praxi* 8 *parte* 1. *tom cap. vnico n.* 10. Tusch *lit.* I. *conclus.* 389. & *in lit.* C. *conclus* 554. & plurimos referens Bouadilla *in lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 43.

Ibi: *Quia respondeo &c.*

Sortis iudicium quod non solum habeat locũ in casibus in iure expræsis, sed etiam in alijs similibus, vt hic resoluitur, docent Castillo *in l.* 38. *Tauri*, Filliucius *in summa, tom.* 2. *tractatione* 37. *cap.* 3 *per totum*, Scaccia *de commercijs*, §. 1. *quæst.* 1. *ex n* 106. *et* 170. Tiraquel. *de primogen. quæst.* 17. Menchaca *illustrium, cap.* 49. *n.* 19. Aluarado *de coniecturata mente defuncti lib* 2. *ca.* 3. §. 1. *in fin.* Menoch. *de retinenda, remedio* 3. *n.* 743 Thom Sanchez *in summa, lib.* 2 *cap.* 38 *ex n.* 56. maxime *n.* 63. & 76. & *in consilijs moralibus, lib.* 1. *capit.* 8. *dubio* 36. & Barbosa *in collectanea ad capit. final. de sortilegijs*, & late comprobans multis locis sacræ paginæ nec non vtriusq; iuris Dom. Ioseph Uela *dissertatione* 4. *ex num.* 78. quem videas. & Caldas *in l. si curatorẽ*, §. *vel aduersarij dolo nu.* 13. Larrea *decis. Gran.* 45. *per totam.*

Ad num. 11. ibi: *In quo articulo vera* 12 *resolutio est, &c.*

In specie hoc numer proposita per nostrum Comezium, vera est eius resolutio iuriq; consona, fulcirique po-

poteſt ex dictis numero præcedenti, quoad primum membrum diſtinctionis, quoad ſecundum verò, nempe quod quando electio eſt debitoris poſsit ſoluere rem quam velit etiam hæredibus creditoris, cum obligationis qualitas non mutetur eorum reſpectu, notiſsimum eſt.

13 Ad num. 12. ibi: *Item adde quod omnia, &c.*

Contractũ alternatiuũ eſſe diuiduũ omni reſpectu, præter quam ratione liberationis, & effectus, quia in parte ſoluta non contingit liberatio, ſed eſt in pendenti donec alia pars ſoluatur, vt Gomezius reſoluit, docent Fachinæus *controuerſiarum, lib. 10. cap. 63. num. 40.* Connanus *libr. 6. commentariorum, cap. 2. num. 1.* Robertus *libr. 1. ſententiarum, capit. 1. ad finem*, Donellus *lib. 16. cap. 11.* & optime explicans Pichardus *in dicto §. ſi finium*, inſtituta *de officio iudicis in materia de indiuiduis, cap. 9. ex nu. 103.* vbi probat in alternatiua, nõ eſſe vt rũq; in obligatione ſimpliciter ſed alternatiue eo modo quo eſt in diſpoſitione, de quo etiã *in c. ſeq.* dicendũ *n. 40.* & vide Cancer. *variar. 2. p. cap. 6. nu. 90. & ſeq.* vbi de modo, & praxi petendi in hoc caſu.

14 Ad num. 13. ibi: *Ex quibus infertur &c.*

Plures dominos alicuius ſerui qui quidedit damnũ, vel plures hæredes, domini in ſolidum teneri, vt reſoluit Gomezius, docent communiter Doctores, & infertur ex ratione tradita ſupr. *n. 10. & 12.* & in ſpecie ita reſoluit laudans noſtrũ Gomezium, Ioannes Gratianus *in regula. 355. n. 17. & 18.*

15 Ad num. 14. ibi: *Item adde quod ſecus eſt &c.*

Pro opere damnum cauſante deſtruendo, poteſt agi contra plures, vel contra quemlibet in ſolidum, ſed ad damni æſtimationem contra quemlibet pro parte agendum eſt; ita docet Gomezius, & etiam eſt ſtabilitum in *leg. 17. titul. 32. partita 3.* vbi Gregorius dat concordantes, & Ioannes Gratianus *in dicta regul. 355. num. 18.*

Ad nu. 15. ibi: *Certé eſt notabilis, & ſubtilis articulus &c.* 16

Seruitus perſonalis, vel realis promiſſa, & non cõſtituta realiter quod ſit omni reſpectu indiuidua, vt hic explicatur, & reſoluitur, docent Vaconius *lib. 5. declarationum, cap. 73.* Petrus Gregorius *in ſintag. lib. 5. cap. 3.* Connanus *lib. 6. commentariorũ, cap. 2.* Spino *in ſpeculo. gloſſa 12. n. 16.* Corraſcius *in l. ad certam ff. de ſeruitutibus*, & ibi Cujacius *in poſthumis*, Fachinæus *lib. 10. controuerſiarum, c. 63. n. 41. 43. & 44.* Oſualdus ad Don. *lib. 11. cap. 9. lit. F. & in cap. 17. notatis*, Caſtillo *de vſufructu, cap. 31. ex n. 12.* latè & optimè materiam explicans Pichardus *in dicto § ſi finium*, inſtituta *de officio iudicis in materia de indiuiduis, cap. 11. per totum*, omnino videndus, & Parladorus *lib. 1. quotidianarum, cap. 6. §. 1.*

Ad num. 16. ibi: *Similiter, & ſecundo, &c.* 17

Etiam ratione diſtributionis, vel diuiſionis inter hæredes contractus, ſeu promiſsio ſeruitutis dicitur indiuidua, ita Gomezius in præſenti, & explicant ſupra relati numero præcedenti, & Morla *in emporio, titul. 6. n. 42.*

Ad num. 17. ibi: 18

Seruitutem inſolidum deberi cuilibet hæredi, vt hic reſoluitur, & explicat Gomezius notiſsimum eſt, & infertur planè ex ſupradictis docetq; in ſpecie Spino *in ſpecula teſtamentorum, gloſſa 13. numer. 17.* Donellus *in leg. 2. §. & harum, ff. de verborum obligationibus, ex numer. 58.* Corraſcius *in leg. via, ff. de ſeruitutibus, numer. 18.* Pichardus *in dicto § ſi finium*, inſt-

institutа *de officio iudicis*, *cap.* 11. *numer.* 153. & 158. vbi declarat Petrus Gregorius *in Syntagmat. libr.* 5. *cap.* 3. *num.* 8. & 10. *vide* etiam Salgadum *de protectione*, 4. *parte*, *capit.* 8. *numer.* 350. vbi quod sententia lata in indiuiduis alijs non vocatis, nocet.

19 Ad num. 18. ibi: *Seruitus verò mixta*, &c.

Vtium fructum omni respectu esse diuiduum, vt resoluit Comezius, docent late explicantes, Corrascius *in dicta l. via ff. de seruitutibus*, *num.* 14. Connanus *lib.* 4. *commentariorum*, *capit.* 5. *numer.* 11. Fachinæus *libr.* 10. *controuersiarum*, *capit.* 63. *numer.* 42. & *sequent.* Garcia *de expensis*, *capit.* 10. *numer.* 9. Pichardus *in dicto* §. *si finium*, institutа *de officio iudicis*, *dicto capit.* 11. *numer.* 148. & *sequentibus*, post Dominum Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu*, *capit.* 31. *per totum*, idem Pichardus in principio institutа *de vsu*, & *habitatione ex num.* 3. qui rem bene explicant, & rationem tradunt, quare vsusfructus diuiduus sit, non vero vsus.

20 Ad numer. 19. ibi: *Seruitus verò vsus*, &c.

Seruitutem vsus indiuiduam esse omni respectu, vt resoluit Comezius, docent omnes Doctores numero præcedenti allegati, qui ad hoc videndi sunt maxime Castillo *in dicto capit.* 31. *de vsufructu*, *numer.* 13. & Pichardus in principio institutа *de vsu & habitatione*, & *in dicto capit.* 11. *in materia indiuiduorum*.

21 Ad num. 20. ibi: *Sed ego vltra ipsum*, &c.

Et ibi: *Sed finaliter*, & *resolutiuè*, &c.

Obligationem alimentorum esse diuiduam resoluit Comezius in præsenti, vt vides, & idem tenent plures relati, & sequutì à Corduua *in leg. si quis à liberis*, §. *si quis ex his*: *ff. de liberis agnoscendis*, *numer.* 207. sed contrariam sententiam imo indiuiduam esse probat late Surdus *in tractatu de alimentis*, *tit.* 9. *quæstione* 14 *per totam*.

Ad num. 21. ibi: *Procuius perfecta* 22 *declaratione*, &c.

Promissio facti proprij quod obliget ad illud, vel interesse alternatiuè, vt hic resoluitur, docent Couarrubias *in capit. quamuis pactum*, 2. *parte*, §. 4. *numer.* 6. Duenas *in regula* 155. Parladorus *libr.* 1. *quotidianarum*, *cap.* 6. §. 2. Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte*. *capit.* 39 Marienzo *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilation. glossa* 6. *n.* 1. Baeça *de inope debitore*, *cap.* 1. *ex n.* 4 contrariã tamen opinionẽ nimirũ facti proprij promissorẽ non liberari præstãdo in eresse nec in eius electione esse, præstare illud vel factum, tenuerunt Cujacius *in l. stipulationes non diuiduntur*, Corrascius, Ferdinandus Mendoça, & alij relati à Castillo *in tractatu de vsufructu*, *cap.* 13. *n.* 13. qui eam quoqs sequitur, asserens tunc succedere obligationem ad interesse quãdo promittens factum post morã ad implere non potest, vel quamuis possit, tamen iam stipulatoris, vel creditoris non interest illud fieri, tunc enim fauore ipsius, & odio promissoris moro si succedit obligatio ad interesse, alias secus, eandemqs opinionem defendit Pichardus *in dicto*, §. *si finium*, institutа *de officio iudicis in materia de indiuiduis*, *ca.* 12. *n.* 197. quem opinion videas, ibi: *& in* §. *sed & tale legatum*, institutа *de legatis*, *& in principio*, institutа *de obligationibus*, *numer.* 61. & Domin. Ioseph Ocla *dissertatione* 20. *numer.* 6. vbi contrariam opinionem falsam apellat, de quo etiam vide Sousam *in repetitione*, §. *actionum*, *capit.* 2. *n.* 31. & Salgadum

de protectione, 4. *parte capit.* 5, *ex numer* 41. Gratianum *regula* 234. Carleualium *de iudicijs tom.* 2. *disputatione* 3 *quasi per totam in titulo* 3. *omnino.*

23 Ad numer. 22. ibi: *In qua re saluti æ dico, &c.*

Et ibi: *Nec corrigitur ista communis opinio, &c.*

Etiam de iure Regio promittentem factum, non posse præcisse obligari ad eius implementum, sed præstando interesse liberari resoluit Gomezius, quod exornat latius Osualdus ad Donelum *lib.* 15. *cap.* 2. & Zeuallos *quæstione* 62. & 324. sed contrariam opinionem, vt veriorem tenent citati numero præcedenti, non solum de iure Regio, sed etiam in terminis iuris communis, vt per eos videri potest maximè per Richardum Castillo, Gutierrez, & per Azeuedum *in l.* 2. *titul.* 16. *libr.* 5. *Recopilation. num.* 42. quos refert, & sequitur D. Ioseph Vela *dicta dissertatione* 20. *numer.* 6. *& de iure Regio*, contra nostrum Gomezium etiam tenet Gratianus *in regula* 184. vide Carleualium supra, & Amayam *lib.* 2 *obseruat. cap.* 13. *n.* 20. *vbi de venditore ad quid teneatur* post Osualdum ad Donel. *lib.* 13, *cap.* 2. *lit. A.*

24 Ad n. 23. ibi: *Tamen non potest promittere factum alienum, &c.*

Promissionem facti alieni irritam esse, nec subrogari obligationem ad interesse, resoluit Comezius in præsenti, & ita docent Socinus *in regula* 401. Connanus *lib.* 6. *comment. cap.* 3. *n.* 5. Couarrubias *in cap. quamuis pactum*, 2. *part.*, §. 5. Didacus Perez *in l.* 2. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordinamenti*, Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte*, *c.* 44. *ex n.* 1. Donellus *lib.* 12. *commentariorum, capit.* 19. *& capit.* 21. & ibi Osualdus, Cujacius *lib.* 12. *obseruationum capit.* 36. Matienzo, Azeued. & reliqui *in l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recop* & latissime explicans Pichard. *in §. si quis alium*, instituta *de inutilibus stipulationibus*, omnino videndus, nec non doctissimus pater Thomas Sanchez *tom.* 1. *de matrimonio, libr.* 1. *disputatione* 24. *vbi n.* 3. refert tres limitationes, quæ *in l.* 11. *titul.* 11. *partita* 5. exprimuntur: Primam, si quis suos hæredes aliquid daturos, seu facturos promittat: Secundam, si promissio fiat in iudicio, vt quod alius iudicio sistet, vel rē iudicatā ratam habebit, vulgo: *Estar a derecho, pagar juzgado, y sentenciado*: Tertiam, si quis promittat rem pupilli saluam futuram, & numeris sequētibus alias sex limitationes adducit, nempe si pœna adijciatur, vel si factum promissum sit illius, quem promissor cogere potest, veluti serui, vel filij, vel si promissio sit matrimonij alieni, vel si accedat iuramentum, vel si loquamur de iure canonico, vel in foro conscienciæ, eum omnino videas ibi & in disputatione sequenti, vbi de promittente factum alienum eum pœna an liber sit, si facta sufficienti diligentia id non potuit consequi, vide etiam Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione* 59. *per totam*, vbi late defendit quod maritus qui promisit vxorem se obligaturam pro euictione, & se ipsum hoc curaturum ad nihilum tenetur, nec ad interesse, si fecit quod potuit, vt vxor se obligaret.

Ibi: *Ex quibus nouiter infero, &c.*

Etiam de iure Regio non valere promissionem facti alieni, defendit noster Gomezius, vt vides, sed verius, & communius est de iure Regio attenta *leg.* 2. *titul.* 16. *libr.* 5. *Recopilationis*, dictam promissionem, & obligationē valere, & ita docēt Gregorius Lopez *in dict. l.* 11. *tit.* 11. *partita* 5. Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte cap.* 44. *num.* 6.

Ma

Matienzo *in dicta l.2.tit.16.lib.5.glo.6.num.5.* Azeuedus ibidem *num.41.* Zeuallos *quæstione 846.vbi* explicat *dictam l.2.* & probat quod ille qui promisit factum alienum liberatur, si fecit quod in se est Thomas Sánchez *de matrimonio lib.1.dicta disputatione 24.num.10.* Pichardus *in dicto § siquis alium* instituta *de inutilibus stipulationibus ex num.22.vbi num 26.* contra communem resoluit, alieni facti promissorem, qui suam operam, & diligentiam adhibuit, vt factum adimpleretur, non liberari, nisi effectus sequatur.

25 Ad numerum 24. ibi: *An valeat pactum, & promissio alicuius, &c.*

Pactum habitandi cum vxore perpetuo in certo loco vel ciuitate non valere, nisi constet de interesse vxoris, resoluit Gomezius, & ita docent Couarrubias *in 4.2.parte cap.7.in principio num.6.* Amescua *in tractatu de potestate in se ipsum lib.2.cap.18.num.2.* Salcedo *in additionibus Bernardi Diaz in regula 800.* Azeuedus *in l.11.tit.6.lib.5. Recopilationum.21.& seq.& in l.9.tit.15.lib.4.num.33.* & alij, sed contrarium imo tale pactum valere, tenent alij quam plures quos refert, & sequitur Thomas Sanchez *lib.1.de matrimonio disputatione 40.ex num.2.vbi num.3.* limitat, præter quam si noua causa recedendi superueniat, tunc enim recedere licebit, quamuis id pactum iuramento firmatum fuerit, *& num.6.* addit, quod si vir non obstante pacto, ab aliqua noua superuenienti causa domicilium mutet, vxor immunis erit ab obligatione ipsum comitandi *& nu 7.* probat dictam conditionem in primogenijs appositam valere, & tandē *num.8.* docet quod si legato apponatur conditio habitandi in certo loco illa reijcitur, non vero reijcitur modus si ita legetur *dum in tali loco habitauerit*, cum vide, & nouissimè, D. Franciscum de Amaya *lib.1 obseruationum cap.6.ex num.21.* Lara *intractatu de anniuersarijs, & Capellanijs lib.2.cap.8.ex num.66.* & Cancerium *variarum 3.parte cap.7.ex num.1.*

Ad numerum 25. ibi: *Dico quod re* 26
gulariter omne factū est indiuiduum, &c.

Factum omni respectu esse indiuiduum, ratione contractus, distributionis, solutionis, & liberationis, vt hic resoluitur, docent Vaconius *lib.5.de declarationum cap.72.num.8.* Connanus *lib.6.commentariorum cap.2.nu.8.* Menchaca *de successionum creatione §.21.num.9.* Bernardus Diaz *regula 279.* Dueñas *regula 291.* Parladorus *lib.1.quotidian.cap.6.in principio num.3.& sequentibus, & in §.1.ex num.9.* Fachinæus *lib.10.controuersiarum cap.63.num.49.& sequentibus* Gratianus *disceptationum forensium cap.248.num.10.& cap 641.num.24* Mantica *de tacitis conuentionibus lib.14.tit.36.num.24.& sequentibus,* Ioannes Gratianus *in regula 234.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib.5.cap.3.num.10.* & Pichardus omnino videndus *in § si finium* instituta *de offcio iudic. in materia de indiuiduis ea.12.& 13.vbi num.182.* improbat rationem a nostro Gomezio adductam, nempe quia factum pro parte non affert tantam vtilitatem respectu partis, quantam totum respectu totius, & latissimè distinguit quando obligatio facti indiuidua sit, & quando diuidua, & quid in pœna apposita? de qua Donel. *in l.5.§. fin. num.3. ff. de verborum obligat.* & D. Larrea *decis.78.num.5.*

ibi: *Quinto infere, &c.*

Re vendita cum pacto de retrouendendo, quod non possit ipsa res pro parte redimi, vt hic resoluitur, docēt plures relati, & sequitur Tiraquello *de retractu lign.§.23.glossa 1.num.8. & sequentibus.* Fachinæus *controuer-*

sia-

ſtarum lib.2.cap.2. Mantica *de tacitis conuentionibus lib.4.tit.32.num.29.* & Hermoſilla *in l.42 tit.5.parti.5 gloſſa 7.num.8.& ſequentibus* vbi probat contra alios poſſe vnum ex venditoribus totam rem redimere offerendo totum pretium referens pro hac parte Fachinæum vbi ſupra, Ioſeph Ludouicum *deciſione 112.ex n.12.* Manticam etiam vbi ſupra Azeuedum *in l.7.tit 11. lib.5. Recop. nu.49.* & alios.

Ibi: *Oſtauo infero, &c.*

Uide circa hanc illationem Zeuallos *quæſtione 76.ex nu.4.* Gratianum *diſceptationum tomo 1.cap.35.ex nu.15.* Clarum *receptarum, §.emphiteuſis quæſtione 8.num.3.* Quid vero ſit dicendum de iure canonico? agit ipſe Gratianus *dicto cap.36.num.27.* vbi ait veriorem eſſe opinionem, quod de iure canonico exploſa ſubtilitate, & rigore iuris ciuilis, indiſtincte non debeatur pæna propartibus impletis, ſiue in obligationibus faciendi, ſiue dandi, ſiue in hæredibus, ſiue in principali referens ad hoc Zeuallos *quæſtione 6.* & Cenedum, *in collectan. cap.potuit, num.41.* vide ſupra *num.5* & Gutierrez *de iuramento 3.parte ca.27.num.6.*

Ibi: *Non oſtauo infero, &c.*

Laudat noſtrum Comezium in præſenti Rodriguez *in tractatu de reddi tibus lib.2.quæſtione 16.num.34.* vbi etiam docet tertium poſſeſſorem vnius expluribus fundis hipothecatis pro annuo reditu, non poſſe offerre creditori ratam ſortis, & reliquorũ & fundum liberare, de quo vide latiſsimè Felicianum *de cenſibus tomo 2. lib.3.cap.4.num.17.* Fontanel. *de pactis nuptial tomo 1. clauſula 4. gloſſa 18.part.2.ex num.51.* & plures referentem Salgadum *in ſuo labirintho creditorum parte 2. cap.11.num.11.& 42.& 72.& ſequentibus vbi num.73.* declarat quod licet certiſsima ſit cõcluſio quod ſi pars bonorum hipothecatorum diminuta ſit vel euicta, totum ius hipothecæ remanet in bonis remanentibus, hoc tamen non procedit, quando ipſum creditum ſimul diminuitur, atq; reſoluitur, & diuiditur pro rata ipſius rei, quia tunc bona remanentia dumtaxat remanent obligata pro rata *ex l.quandiu Cod. de diſtractione pignorum l.ſi neceſſarias 8. §.ſi vnus ff. de pignoratitia actione* eũ vide.

Adde quod ſi ſeruus plurium ab vno manumittatur, alius etiam tenetur libertatem concedere pretio recepto, vt in Granatenſi ſenatu iudicatum fuiſſe ait D. Larrea *deciſione 90. per totam* quem videas. 27

Item quod laicus gaudeat priuilegio Clerici in indiuiduis Lara *de anniuerſ. lib.2.cap.9. num.15.*

(*)

CA-

CAPVT VNDECIMVM

DE QVALITATIBVS CONTRACTVVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores materiam explicantes referuntur.*

2 *De contractu puro.*

3 *Qui terminus debeat assignari in contractu puro ad solutionem, & in quo differat a termino conuentionali.*
Quid si creditor non petat debitum

4 *An contractus vel stipulatio sine causa valeat.*

5 *An promissio reciproca vulgo apuctha valeat sine causa.*
Promissio sine causa an valeat in foro conscientiæ.

6 *An hodie de iure Regio requiratur causa in contractu.*

7 *Quando confessio debitoris facta inter viuos valeat & probet.*

8 *An incertitudo vitiet contractum si sit ex parte promissoris.*
Quid si incertitudo sit ex parte creditoris.
Quid si in verbo executiuo.
Incertitudo circa tertiam personã nominandam per creditorem non vitiat.

9 *Incertitudo ex parte debitoris in vltimis voluntatibus non vitiat.*
Incertitudo circa personam heredis vel legatarij vitiat.
Incertitudo nõ viciat relictum pauperibus.
Incertitudo in ijs quæ pondere, numero, vel mensura consistunt vitiat dispositionem.

10 *De promissione vel legato in genere*

11 *Incertitudo an vitiet contractum vel dispositionem de iure canonico vel Regio.*

12 *Melioratio simpliciter facta sine expressione tertij vel quinti an valeat.*

13 *An contractus pure celebratus trãseat ad hæredes, & etiam eius obligatio & actio.*

14 *Quid si ex parte creditoris vel promissoris ponatur dictio taxatiua*
An dicta resolutio procedat etiam

in obligationibus facti.

15 *Heredum mentio quos heredes comprehendat*

16 *Debitor vel creditor an possint grauare vnum heredum in solidum vel vni acquirere in totum.*

Dicta resolutio non procedit in vltimis voluntatibus.

17 *An tot sint contractus, quot res deducta in ipso contractu.*

De sententia continente plura capitula.

De appellatione ad concilium ciuitatis hoc casu.

Appellatio vnius partis prodest alteri super eodem capitulo sententiæ

De minori læso in vna expluribus rebus venditis.

De euictione in vna expluribus rebus emptis.

18 *Solemnitas quando præsumatur interuenisse in aliquo actu.*

Venditio an probetur non facta mentione de pretio.

19 *Stipulatio vel promissio alteri facta quando valeat.*

Quid iure Regio.

20 *De stipulante copulatiue sibi, & extraneo.*

21 *Promittes Titio præsenti aut Scio absenti an valeat in persona Scij promissio.*

Quid de iure Regio.

22 *De contractu vel obligatione in diem certam.*

Quid si dies sit incerta.

De legatore relicto post mortem alterius.

23 *Debitor in diem certam an possit ante diem soluere.*

24 *Soluens ante diem non repetit secus si ante conditionis euentum.*

25 *Creditor subconditione agens potest repelli per iudicem ex officio si ante conditionis euentum agat, vel ante diem.*

De plus petitionibus.

26 *Si conditio extiterit pendente iudicio, an possit debitor condemnari?*

Debitore non opponente exceptionem, quæ constat exactis processus.

Quomodo intelligatur duplicati tempus contra plus petentem.

27 *Promittens dare tali die an intelligatur de primo proximo? & alia.*

28 *Quo tempore sit implenda promissio solutionis.*

Quando solutio facienda si dies non fuerit præfinita.

29 *Contractus conditionalis non producit actionem vel obligationem ante implementum, & ibi de modo.*

Debitor subconditione vel in diem an dicatur proprie debitor.

30 *Pendente conditione datur spes a iure approbata quæ plures producit effectus.*

Retractui terminus assignatus an currat a die contractus conditionalis.

Ratio quare contractus conditionalis transeat ad heredes, secus in vltimis voluntatibus, & an conditio potestatiua possit impleri per heredem.

31 *Conditione impleta purificatur contractus probatiq; debet implementum & an conditio possit impleri per aquipollens?*

Conditio quando pro impleta habeatur ex præsumpta testatoris voluntate.

Conditionis implementum retrotrahitur, ex quo plura inferuntur.

prior creditor conditionalis præfertur posteriori cui pure se obliganit debitor.

Ex contractu conditionali gabella debetur gabellario qui erat tempore contractus.

Quid si conditio erat potestatiua.

32 *Conditionis implementum an constituat debitorem in mora.*

33 *Si contractus contineat diem, & conditionem an vtrumq; debeat impleri.*

34 *In predicta quæst. quando dies, vel terminus incipiat currere.*

35 *Legatum vxori relictum sub conditione si non nubat, & quod post mortem restituat quando debeatur.*
Ad Tex. in l. vsumfructum villa ff. de vsufructu legato.

36 *Mater an priuetur hereditate filij, cui non petyt tutorem si filius moriatur in fine anni.*
Terminus ad se præsentandum, in gratia appellationis an currat ab ipso die appellationis.

37 *An contractus conditionalis transeat ad heredes.*
An conditio potestatiua comprehendatur in predicta conclusione, vel ius conditionis implendæ transeat ad heredes.
Ad Tex. in l. qui Romæ §. Augerius. ff. verborum obligationibus.
Promittens soluere quidquid constiterit Petrum debere facta calculatione si Petrus moriatur ante calculationem ad quid teneatur.

38 *Mutiana cautio an habeat locum in contractibus.*

39 *De conditione de præsenti vel de præterito, necessaria vel impossibili, & de pacto contra naturam contractus.*

40 *De contractu alternatiuo, & cuius sit electio, & an vtrumq; sit in obligatione.*

41 *An vnare ex alternatiue debitis peremptæ alia remaneat in obligatione.*
Libellus in alternatiuis quomodo concipiendus.

42 *Electio in alternatiuis transit ad heredes.*

43 *In alternatiua remediorum electio est creditoris.*
De debitore qui promisit soluere certo termino vel dare fideiussorem vel pignora & de obligatione soluendi vel præsentandi debitorem in carcere.

44 *In alternatiuis electio est legatarij.*

45 *De annuo contractu, & in quo differat à legato annuo.*
Gabella quomodo debeatur ex contractu annuo, & constitutione census.

46 *De præscriptione in annua prestatione si non soluatur per triginta annos.*

47 *Annua promissio an sit perpetua & transitoria ad heredes.*

48 *In quo conueniant annua promissio & legatum annuum.*
Iudicium an possit intentari super iure de futuro.

49 *Legatum relictum in diem vel iterabilem an debeat intelligi perpetuum vel pro vna vice.*

50 *Obligatio generis quid comprehendat.*

51 *In promissione generis promissor teneatur ad rem mediocrem.*

52 *Quando & quomodo debitor possit incarcerari.*
Decessione bonorum remissiue.

53 *Cedens bonis non incaceratur, & alia de hac materia.*
Cessionis remedium non habet locũ in delictis, sed debitor luit in corpore.

54 *An vxor præferatur alijs creditoribus in seruitio mariti cedentis bonis.*
An filius debeat tradi patri in casu cessionis.
Et an pater filio.

55 *Nobilis an possit pro debito carcerari.*
An possit renunciare priuilegio nobilitatis.
Nobilis quando possit incarcerari remissiue.
Nobilis an possit excommunicari pro debito ciuili.
De nobili negante se esse talem.
Nobilitatis priuilegium an amittatur ex exercitio officij vilis.

No-

CAPVT XI.

Nobilis exprivilegio an admittatur ad honores ordinum militarium

56 *An debitor in causis ciuilibus gaudeat immunitate Ecclesiæ*

57 *Cadaueris sepultura an possit impediri per creditores.*

58 *Debitor in diem vel sub conditione an teneatur præstare cautionem si efficiatur suspectus.*

59 *An omnes contractus sint bonæ fidei de iure canonico?*

DE Contractibus, & eorum qualitatibus agunt latissimè relati supra in capite 1. *hoc tomo* 2. *num.* 1. maximè Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 1. *& sequentibus* Tuschus *lit.* C. *conclusione* 979 *& pluribus sequentibus* Thomas Sanchez *de matrimonio tomo* 1. *per totum*. Petrus Gregorius *in syntagmate lib.* 21. *cap.* 1. *& sequentibus* Molina *de iustitia tomo* 2. *quasi per totum*, Donellus *lib.* 12. *commentariorum cap.* 6. *& sequentibus* Bonacina *de contractibus & restitutione disputatione* 3 *per totã*, Leisius *de iustitia cap.* 17. Couarrubias *in cap quamuis pactum, de pactis in* 6. Gutierrez *in eodem loco, & de iuramento confirmatorio quasi per totum*, Pinellus, *in l.* 2. *Cod. de rescindenda venditione*, late Filliucius *in summa tomo* 2. *tractat.* 33. *cap.* 1. *& seq.* latissimè Castillo *in l.* 55. *Tauri* verbo: *Contracto alguno* vbi quid continetur verbo: *Contractus.*

1

2 Ad numerum 1. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Et ibi: *Contractus pure, & simpliciter, &c.*

In contractu pure, & simpliciter celebrato statim oriri actionem & obligationem ciuilem, & naturalem vt hic resoluitur notum est in iure, & ita docet, Petrus Gregorius *in syntagmate lib.* 24. *cap.* 2. *num.* 10. Ossualdus ad Donellum *lib.* 15. *cap.* 7. vbi bene explicat, Pichardus *in* §. *omnis stipulatio* instituta *de verborum obligationibus num.* 5. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 1. *disputatione* 28. *num.* 1. Menochius *de arbitrarijs iudicum lib.* 2. *casu* 27. & alij penes ipsos.

Ad numerum 2. ibi: *Sed dubium est &c.* 3

Arbitrio iudicis concedendum esse terminum obligato pure, vt soluat, & hunc terminum triplicem differentiam habere cum termino conuentionali, nempe compensationis duplicationis inducias, si ante diẽ petatur, & præscriptionis, resoluit, vt vides, noster Comezius, & ita docent, Ossualdus ad Donellum *lib.* 15. *cap.* 7. Menochius *de arbitrarijs iudicum lib.* 2. *casu* 27. *num.* 5. referẽs alias diuersas opiniones, Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 564. *num* 8. vbi quid si pœna fuerit apposita? Mozius *de contractibus tractatu de stipulatione ex num* 4. vbi enumerat casus in quibus præter iudicis arbitriũ re ipsa pura stipulatio dilationem habet, de quibus etiam Decius *in l. in omnibus obligationibus ff. de regulis iuris*, Pichardus *in* §. *omnis stipulatio* instituta *de verborum obligationibus* quem omnino videas *ex num.* 5. quia optimè materiam explicat, & Gratianus *disceptationum cap.* 524. *num.* 57. & Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæst.* 1. *num.* 371. *& §.* 2. *glossa* 5. *ex num.* 1. Bolañus *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *paga. num.* 12. & vide etiam infra *num.* 28.

Addit præterea Thomas Sanchez *dicta disputatione* 28. *lib.* 1. *de matrimonio num.* 21. debitorem absq; diei præfixione solũ teneri debitum soluere si à creditore fuerit requisitus ex Tex. *in l. debitores præsentes Cod. de pignoribus*, quod intelligit in foro

conf-

conſcientiæ, niſi creditor petere non audeat, etiam ex timore reuerentiali, tunc enim quamuis creditor non petat conſtituitur in mora promiſtor: ſi enim petat tunc intrat, & locum habet ſupra tradita reſolutio, vt terminus aſſignetur arbitrio iudicis, ſic de etiam Cancer *variar. parte 2. cap 3. n. 97.* vbi addit cum alijs interpellationem eſſe neceſſariam licet promiſsio eſſet iurata.

4 Ad num. 3. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Quod mero iure vàleat, & teneat contractus, vel ſtipulatio ſine cauſa, tamen obſtet exceptio doli, & per eam creditor repellatur, cauſa non probata, reſoluit Gomezius, & docent Duarenus *in l. iuris gentium*, §. *quod ſere ff. de pactis*, Queſada *in ſuis quæſtionib. cap.* 12. Auendañus *in titulo de las excepciones, n.* 21. Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 1. *diſput.* 5. *num.* 22. Barboſa *in collectanea, cap ſi cautio de fide inſtrumentor. n.* 2. & 3 Paz *in praxi*, 1 *tom*, 4. *parte, capit.* 3. *numer.* 10 Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 14. *titul.* 12. *per totum*, & alij, plures relati à Parladoro *libr.* 2. *quotidianarum, capit.* 3. *nn.* 55. & quos adduximus ſupra *cap.* 9. *num.* 4. vbi contrariam partem cum ipſo Parladoro ſupra *numer.* 56. & Pichardo *in* principio inſtitutæ *de verborum obligationibus, numer.* 15. & latius *in* §. *in hac re, numer.* 7 & *ſequentibus*, eodem titulo veriorem diximus.

5 Ad num. 4. ibi: *Ex quibus reſultat maximum dubium, &c.*

Contractum reciprocum vulgo: *Apueſta*, valere etiam ſine cauſa, cum contingat conditionem, quæ pro cauſa habetur, reſoluit Gomezius, & ita tenent Couarrubias *in regula peccatum* 2. *parte*, §. 4. *numer.* 2. Azeuedus *in l.* 12, *titul.* 7. *libr.* 8. *numer.* 15. Morla *in emporio, titul.* 4. *n.* 7 Leſsius *de iuſtitia libr.* 2. *capit.* 26. *dubio* 1. *ex nume.* 2. Stracha *in tractatu de ſponſionibus*, 4. *parte*, verſiculo: *Ex prædictis*, Petrus Santerna *eodem tractatu*, 2 *parte, ex numer.* 8. vbi etiam probat quod non valet ſponſio, ex qua poteſt procedere occaſio delinquendi, Molina *de iuſtitia tom.* 2. *diſputat.* 508. Thomas Sanch. *in conſilijs moralibus, lib.* 1. *cap.* 8. *dubio* 32. *per totum*, Bolanus *in Curia Philippica*, 2. *parte libr.* 3. *cap.* 15 *per totum*, nouiſsimè Narbona *in tertiam partem nouæ Recopilationis l.* 31. *tit.* 7. *lib.* 1. *gloſ.* 11. *per totam*, qui erudite materiam explicat, & *nu.* 19. probat ſponſiones illorum qui ludentes inſpiciant eſſe licitas, & non obnoxias reſtitutioni, Carleualius *de iudicijs, tom.* 2 *diſp.* 8. *ſect.* 5. *n.* 55.

Ibi: *Ad aliam verò partem noſtræ difficultatis, &c.*

Laudat Gomezium hic Pater Thomas Sanchez *de matrimonio, libr.* 1. *dicta diſputatione* 5. *numer.* 22. ſed iam diximus *numer.* 4. ſupra, contrariam reſolutionem eſſe tenendam: in foro autem conſcientiæ promiſsionem ſine cauſa valere cum pluribus reſoluit ipſe Thomas Sanchez ibidem quod nos poſteriori iure dicere debemus.

Ad numerum 5. ibi: *An hodie in noſtro Regno ſtante lege ordinamenti, &c.* 6

Etiam hodie de iure Regio requiri cauſam in promiſsione reſoluit Gomezius, ſed vt diximus ſupra *n.* 4. verius eſt cauſam non eſſe neceſſariam de iure communi, & multo magis de iure Regio, vt docent ibi relati, maximè Parladorus, & Pichardus, & vide Souſam *in repetitione tituli de pactis artic.* 7. *n.* 11.

Ad num. 6. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.* 7

Confeſsionem extra iudicialem abſente parte factam, ſolummodo ſemi-

plenam probationem inducere, præterquam si sit geminata ex interuallo, vel facta in scriptura publica, vel priuata, quia scriptura semper loquitur, resoluit Gomezius, & docent late explicantes Mascardus *de probationibus*, *conclusione* 345. & 349. *numer.* 5. & *conclusione* 346. Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte*, *capit.* 47. & 54. Dueñas *in regula* 120. Gratianus *disceptationum forensium*, *cap.* 142. *n.* 8. Cardoso *in praxi iudicum*, & aduocat. verbo: *Confessio n.* 5. Farinacius *in praxi*, *quæst.* 82. *n.* 5. & *sequentib.* & latissimè Ioannes Gratianus *in regul.* 126. vbi duas & viginti limitationes cõgerit inquibus confessio extraiudicialis plenè probat quam plurimos Doctores referens, Augustin. Barbosa *in collect. c.* 2. *de confessis*, vbi quod confessio facta in iudicio probat plene eriã sine causa (de quo etiam Cancer. *variar.* 2 *p. c.* 3. *n.* 74. & *c.* 1. *n.* 90. & *c.* 8. *n.* 99) & *n.* 8. declarat, quæ sit confessio iudicialis & *n.* 10. & 11 late comprobat limitationes nostri Gomezij, & addit aliam nempe si confessio sit iurata, quæ etiam plene probat, vel si sit in causa pia, Bolanus *in Curia Philipica* 1. *parte*, 8. *prueba*, *numer.* 6. Valençuela *consilio* 27. *numer.* 2. & *consilio* 126. *ex numer.* 5. Borelus *in summa decisionum*, *tom.* 2. *titul.* 3. *ex numer.* 63. vbi latissimè.

8 Ad numer. 7. ibi: *Prima conclusio*, *&c.*

Incertitudinem in verbo dispositiuo ex parte promissoris vitiare contractum, & obligationem, vt si quis dicat: *Satisfiet tibi*, vel *Decem dabuntur tibi*. Et hoc procedere etiam hodie de iure Regio, resoluit Gomezius & docent Mantica *de tacitis conuentionibus*, *lib.* 14. *titul.* 29. *numer.* 49. vbi hanc dicit communem contra alios, quos refert, Tuschus *litter. I. conclusione* 65. & alios referens Augustinus Barbosa *in axiomate* 119. Suarez *in l. postremi indicatam in declaratione leg. Regni*, *limitatione* 4. *numer.* 8. vbi Ualdesius, Osualdus *libr.* 15. *capit.* 1. *notatis*, Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte*, *capit.* 64. *ex numer.* 1. Stephanus Gratianus *disceptationum forensium*, *tom.* 4. *capit.* 675. *ex numer.* 19. & vide Noguerol *allegatione* 37. *numer.* 73. Cancerium 3. *parte*, *ca.* 20. *n.* 115.

Ibi: *Secunda conclusio*, *&c.*

Incertitudo ex parte creditoris, vt si in præsentia alicuius, quis dicat: *Promitto dare decem*, quod non vitiet contractum, seu obligationem, vt hic probatur, docent Mantica *dicto libr.* 14. *titul.* 29. *numer.* 45. Pichardus *per textum ibi in* §. *siue autem*, instituta *de stipulatione seruorum. nu.* 4.

Ibi: *Tertia conclusio*, *&c.*

Incertitudinem in verbo executiuo tantum non vitiare contractum nec obligationem, vt hic resoluitur, docent omnes supra relati, maxime Mantica *de tacitis conuentionibus*, *libr.* 14. *titul.* 29. *num.* 46. Gratianus *disceptationum foren. tom.* 4. *cap.* 675. *n.* 20.

Ibi: *Quarta conclusio*, *&c.*

Incertitudo circa tertiam personam nominandam per creditorem non vitiat contractum, quando res restituenda creditori perpetuo est remansura penes eum, ita resoluit Gomezius in præsenti, quia ad hæredẽ verba dispositiua testatoris expresse vel tacite diriguntur, vt docent Peralta *in l. si quis Titio*, *ff. de legatis* 2. *numer.* 1. & *sequent.* & ibi Sarmiento *n. etiam* 2. Marienzo *in l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *Recop. glossa* 1. *n.* 32. & in omni dispositione hominis simpliciter facta, hæredes censetur nominari, vt tradit Cardinalis Tuschus *litter. H. conclusione* 75. *per totam*, Giurba *in tract. de gabellis*, 1. *part. n.* 55.

adeo

adeo vt aliquando etiam si adiecta fuerit dictio taxatiua, adhuc persona hæredis comprehendatur, vt videri potest per Antonium Gabrielem *in suis communibus, tit. de verborum significatione, conclusione* 5. Clarus *in* § *feudum, quæstione* 9. de quo in fra *numer.* 14. & vide omnino Hermosillam *in l.* 7. *titul.* 4. *gloss.* 5. *ex n.* 1. *partita* 5.

9 N. 8. ibi: *Quinta conclusio, &c.*

Quod incertitudo ex parte debitoris in vltimis voluntatibus non vitiet dispositionem, quia hæres intelligitur grauatus, vt hic resoluitur, comprobatur ex doctrina Peraltæ, Sarmiēto, & Ioannis Matienzo relata supra in quarta conclusione, nec non ex adductis supra *tom.* 1. *capit. vltimo in additione ad numerum* 45. vt & aduertit Soarez à Ribeira hic *litera* F.

Ibi: *Sexta conclusio, &c.*

Incertitudo circa personam hæredis vel legatarij vitiat dispositionē ita Costa *in cap si pater de testamentis*, 1. *parte*, verbo: *Pauperes, numer.* 2. Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *parte, cap.* 64. *ex num.* 1. Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 8. *tit.* 4 *num.* 1. & 20. & *de tacitis, conuentionibus lib.* 12. *titul.* 12. *num.* 2. Molina *de iustitia, disputatione* 197. *nu.* 1. Spino *in speculo testamentorum glossa* 10. *principali, ex numer.* 3. Pichardus *in* §. *incertis*, institutæ *de legatis, ex numer.* 1. Lara *de anniuersarijs & capellanijs libr.* 1. *cap.* 10. *num.* 1. qui alios plurimos referunt & vide Azeuedum *lege* 5. *tit.* 4. *libr.* 5. *Recopilationis, ex n.* 12. & Salgado *in labirinto, parte* 2. *cap.* 9. *n.* 6.

Ibi: *Octaua conclusio, &c.*

Quod incertitudo fauore pauperum non vitiet relictū, vt resoluit Gomezius, docent plures relati à Tiraquel. *de priuileg. pia causa, priuileg.* 56. *per totum*, Mantica *de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 8. *titul.* 5. *per totum*, Costa *in capit.* § *pater*, verbo: *Pauperes, num.* 15. & *sequentibus*, Menochius *de præsumptionibus, lib.* 4. *præsumptione* 125. *per totam*, vbi late explicat Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *parte, cap.* 64. *nu.* 10. & *seq.* Benedictus Egidius *in l.* 1. *Codic. de sacrosanctis Ecclesijs in initio prima partis, ex num.* 34. *vsque ad finem*, Lara *de anniuersarijs, lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 73. & 84. Matienzo Iunior *in repetitione*, §. *incertis*, institutæ *de legatis, numer.* 15. & 58. & *sequentibus*, vbi etiam agit de legato libertatis, Cancerius *variarum*, 1 *parte, capit.* 8. *numer.* 204. vbi quod non potest vnus tantum elegi, & alios plurimos referens Augustinus Barbosa *in collectanea ad l. id quod pauperibus, Cod. de Episcopis & Clericis, vbi nu.* 3. agit vtrum generalis pauperum institutio, quos Titius voluerit valida sit? & partem affirmatiuam tenet cum alijs, quando sola electio, vel declaratio voluntatis committitur alterius arbitrio iuxta resolutionem quam tenuit *in tractatu de iure Ecclesiastico, libr.* 3. *cap.* 27. *nu.* 71.

Qui autem dicantur pauperes explicat ipse Barbosa *in tractatu de appellatinis, appellatione* 192.

Ibi: *Nona conclusio, &c.*

Quod incertitudo in ijs, quæ pondere, numero, vel mensura consistunt vitiet dispositionem tàm in contractibus, quam vltimis voluntatibus, ita docent latissime Franciscus Ripa *in l. ita stipulatus. ff. de verborum obligationibus ex num.* 17. vbi sex limitationes adducit Tiraquelus *de priuilegijs pia causæ, priuilegio* 55. *in principio*, Pichardus bene declarans in principio institutæ *de verborum obligationibus, num.* 18. & 19. quem omnino videas, quod limitari debet præterquam in pia causa, vt ita

dunt Ripa, & Tiraquel, ibidem Gutierrez *de iuramento confirmatorio dicto cap. 64. numer. 7. & 9.* Spino *in speculo, glossa 10. numer. 15.* Mantica *de tacitis conuentionibus, lib. 12. tit. 12. num 3.* Larrea *de anniuers. lib. 1. dicto cap. 10. n. 98. & 99.* vide late Barbosam *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 3. parte, ex n. 45.*

10 Ad nu. 9. ibi; *Vndecima conclusio, &c.*

Ad materiã huius cõclusionis, & sequẽtiũ videnda sunt, quæ diximus sup. *tom. 1. c. 12. n. 35. pertot* ne eadẽ repetamus, & vide Fach. *lib. 12. controuer. cap. 37.*

11 Ad nu. 10. ibi: *Secus tamen est de iure canonico, &c.*

Incertitudinem nõ vitiare contractum, vel dispositionem de iure canonico vt hic resoluitur, docent plures relati à Peralta *in l. 1. ff. de legatis 2. n. 19. & sequentibus*, Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 64. numer. 6. & 7.* vbi ait posse attentari quod hodie etiam in foro ciuili sit seruanda hæc doctrina, ex dispositione text. *in l. 2. titul. 16. libr. 5. Recopilationis*, quod etiam testantur, Parladorus *quotidianarum, lib. 2. cap. 3. num. 31.* & Azeuedus *in dicta l. 2. num 5. & 6.* Augustinus Barbosa *axiomate 19. num. 5.* Gratianus *disceptationum, capit. 534. nume. 16.* sed contrarium, imo nec de æquitate canonica, nec de iure Regio dictam resolutionem procedere posse, probat Sarmiẽto *in l. quidam in testamento, ff. de legatis 2. nu. 13.* & nouissime eum referens Carpio *in tractatu de executoribus & commissarijs testament. lib. 1. c. 16. n. 54. & seq.*

12 Ad num. 11. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Melioration em factam simpliciter sine expressione tertij, vel quinti, valere in tertio, & quinto, resoluit Gomezius, & comprobatur ex communi Doctorum resolutione docentium incertitudinem non nocere quando aliunde certificanda venit, vt probant Bartolus *in l. quidam relegatus, ff. de rebus dubijs*, & ibi communiter Doctores, Alciatus *responso 551. numer. 1.* Surdus *decisione 338. numer. 12.* Benedictus Egidius *in leg. 1. Codice sacrosanctis Ecclesijs initio primæ partis numer. 32.* Spino *de testamentis, glossa 10. numer. 13.* & Pichardus *in §. incertis*, instituta *de legatis*, versiculo: *Et inter alias.* Et sic cum decisum habeamus per textum *in leg. 10. titul. 6. libr. 5. Recopilationis*, quod donatio simpliciter facta filio intelligitur melioratio terrij, & quinti, vt constat ex illis verbis: *Si el padre, ó la madre en testamento, ó en otra qualquier vltima voluntad, ó por otro algun contracto entre vuos hizieren alguna donacion a alguno de sus hijos, ó descendientes, aunque no digan que lo mejoran en el tercio, y en el quinto, entiendese que lo mejora en el tercio, y quinto de sus bienes*, fit consequens melioration em simpliciter factam intelligendam esse in tertio, & quinto, vt bene aduertit Gomezius in præsenti, & docent Matienzo, & cæteri Regnicolæ *in dicta leg. 10.* & Angulo ibi *glossa 2.* & in specie Gutierrez *lib. 2. quæstione 63. numer. 1.* vbi laudat Gomezium in præsenti.

Ad numerum 12. ibi: *In quo articulo magistraliter, & resolutiuè dico, &c.* 13

Contractum pure celebratum, & eius obligationem, & actionem transire ad hæredes tàm actiuè, quàm passiuè, resoluit Gomezius, vt vides, & idem comprobant communiter Doctores ex eo quod quando aliquid promittitur alicui, hæredi quoque eius videtur promissum, vt constat ex Cardinali Tuscho *litt.* H.

con

conclusione 75. *per totam*, qui latissime ampliat, & limitat Pachinæo *in consilio* 66. *numer.* 13. *libr.* 1. Tello Fernandez *in l.* 22. *Tauri, nu.* 19. *&* 20 Menochio *libr.* 3. *præsumptione* 47. *vbi* ampliat, & limitat, Caldas *in l. si curatorem, § suæ facilitate, numer.* 68 & Noguerol *allegatione* 4. *ex numer.* 12. Cancerius 2. *parte, capit.* 8. *nu.* 119. *& capit.* 3. *numer.* 92. Matienzo *in l.* 6. *tit.* 6 *glossa* 3. *n.* 3. *& glossa* 4. *n.* 4. apud quos videbis extensiones nostri Gomezij, & maximè apud Tuschum supra, & Antonium Gabrielem *titulo de verborum significatione conclusione* 5. vide etiam quæ diximus supra *tom.* 1. *capit.* 9. *de transmissione hæreditatis, numer.* 53. & Larream *decisione Granatens.* 33. *nu.* 41. 85. *& sequentibus.*

14 Ad num. 13. ibi: *Sed teneo contrarium, &c.*

Stante dictione taxatiua contractum, vel eius obligationē non transire ad hæredes tam actiuè quam passiuè, vt hic resoluitur, docent plures relati ab Antonio Gabriele *in titul. de verborum obligationibus, dicta conclusione* 5. *num.* 1. *vbi n.* 2. plures pro contraria parte adducit, & tandem *n.* 3. distinctionis fœdere quæstionem resoluit, quæ in effectu contraria non est nostro Comezio, cum eaque transit Tuschus *liter.* H. *dicta conclusione* 75. *numer.* 33. vide Menochium *lib.* 3. *præsumptione* 47. *nu.* 9. *& consilio* 80 1.

Ibi: *Secundo extende, &c.*

Etiam in obligationibus facti dictam resolutionem procedere, nēpe quod transeant ad hæredes, si factum aque commode per eos potest explicari, vt hic resoluitur, docent etiam Tuschus supra *dicta conclusione* 75 & Castillo *lib.* 4. *controuersiarum cap.* 60 *numer.* 46. & alij supra citati, præterquam si industria personæ fuerit electa, tunc enim ad hæredes transire non potest, vt docent Lucas de Penna *in l. per hanc, Cod. de erogatione militaris annonæ, libr.* 12. Tiraquellus *de priuilegijs pia causa, priuilegio* 31. *in principio.* Zifuentes *in l.* 31. *Tauri num.* 5. & ibi Gomez Arias *nu.* 6. noster Gomezius *nu. finali*, Tellus Fernandez *nu.* 4. Angulo *de meliorationibus, l.* 3. *titul.* 6. *lib.* 5. *glos.* 2 *n* 12. qui omnes in executoribus vltimarum voluntatum loquuntur, in quibus industria eligitur, & consideratur, & generaliter Tuschus *liter. H. conclusione* 105. *&* 106. Gratianus *in regula* 235. de quo etiam alibi diximus, & late exornat Carpio *in tractatu de executoribus, & commissarijs testamentor. libr.* 3. *cap.* 7. *per totum.*

Ad num. 14. ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Facta mētione hæredum in aliquo contractu, si contractus, vel dispositio est super re transitoria ad hæredes, omnes comprehenduntur in infinitum, si vero est super re nō transitoria ad hæredes, tunc mentio hæredis intelligitur de primo, ita Gomezius in præsenti, & docent latissimè Tuschus *liter. H. conclusione* 74. *per totam, & liter. O. conclusione* 326. *n.* 7. Gutierrez *de iuramento, 1. parte cap.* 48. *n.* 8. *&* 9. Tiraquel *de retractu conuentionali, §.* 1. *glossa* 6. *nu.* 21. Mantica *de coniecturis vltimarū voluntatū, lib.* 8. *tit.* 14. *n.* 21. *vbi* ampliat, vi procedat siue in numero plurali, siue in singulari fiat mentio hæredis, Prætis *de interpretatione vltimarum voluntatum folio* 198. *ex num.* 21. Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 32. *ex numer.* 60. & omnium latissimè Fusarius *in tractatu de substitutionibus, quæstione* 343. Menochius *de præsumptionibus lib.* 4. *præsumptione* 130. Castillo *de vsufruct. cap.* 61. *quasi per totum, maximè ex num.* 24. vbi etiam late agit de annuo legato, & de in-

interpretatione text. *in l. antiquitus Codice. de vsufructu, & l. in annalibus Cod. de legatis*, de quibus hic noster Gomezius, & nouissimè Augustinus Barbosa *in tractatu de appellationis*, verbo: *Hæres, ex numer.* 32. vbi quatuor limitationes ad suprædictam resolutionem adducit, quas latius prosequitur Fusarius *in dicta quæstione* 343. quem omnino videas, & Ioannem Gratianum *in regula* 392. & Barbosam *in l. quia tale. ff. soluto matrimonio, n.* 35. vbi de interpretatione *dictæ l. antiquitus, Cod. de vsufructu*, Thesaurum *quæstionum forensium, lib* 3. *quæstione* 110, vide etiam Cancerium *variarum* 3. *parte, capit.* 20. *ex n.* 48. late *& capit.* 21. *ex numer.* 345. & Pichardum *in* §. *& quid si tantum, cap* 7. *numer.* 147. *in repetione leg. Gallus*, & vide infra *capit.* 15. *numer.* 19.

19 Ad num. 15. ibi: *In subtili articulo &c.*

Creditorem non posse stipulari, vel acquirere vni hæredum totam obligationem sed tantum pro sua parte hæreditaria, præter quam in indiuiduis, resoluit Gomezius hic, & tenent Donellus, & Ofualdus ad eum *libr.* 12. *capit.* 17. *liter.* I. licet in aliquo dissentiant, Tuschus *liter.* H. *conclusione* 71. *per totam*, & alij infra referendi: de quo etiam Sousa *in titulo de pactis, articul.* 9. *quæstione* 1. *ex n.* 19. quod limitat noster Gomezius de iure Regio, ex cuius dispositione potest quis alteri stipulari, vt probari asserit *in l.* 2. *titul.* 16. *lib.* 5. *Recopilationis*, & nominatim docent Couarrubias *de pactis*, 2. *parte*, §. 4 *n.* 10 & 13. Gregorius Lopez *in l.* 7. *sit* 11. *partitas* 3. Gutierrez *in l. vnica, C. quando non petentium partes*, Matienzo *in dicta l.* 2. *glossa* 5. *num.* 6. à quibus tamen dissentit Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.* 1. *disputatione* 7. *numer.* 28. vt per eum videri potest, de quo alibi manet dictum vt de sup. *cap.* 10. *n.* 4.

Ibi: *Item etiam iuxta prædicta quæro, &c.*

De iure communi, & etiam Regio per viam contractus neminem posse grauare vnum ex hæredibus, vt totum debitum soluat, docet Gomezius in præsenti, eandemq; resolutionem comprobant latissime Tuschus *liter* H. *conclusione* 72. *per totam*, Surdus *decisione* 90. *per totam, vbi numer.* 8. limitat præter quam in causa dotis, Ofualdus ad Donellum *libr.* 7 *capit.* 11. Parladorus *lib.* 2. *capit. finali*, 4. *parte*, §. 1. vbi ampliat etiam si aliquis ex hæredibus efficiatur non soluendo, Zeuallos *quæstione* 76. *per totam, vbi etiam numer.* 13. probat quod nec ex contractu, nec ex testamento, potest effici, vt creditor inuitus vnum ex hæredibus in solidum conueniat, & late disputat per totam quæstionem, quid si vnus ex heredibus possideat rem hipothecariam emphiteticam, vel censui suppositam? Morla *in emporio, titul.* 11. *quæstione* 8. *numer.* 6. vbi etiam addit quod si vnus ex hæredibus soluat partem debiti pro sua portione hæreditaria, & pignus possideat, adhuc potest conueniri hipothecaria, vt pignus dimittat, vel residuum soluat & quod hæres qui pro sua parte soluit non potest petere, vt res pignori obligata ei adiudicetur in diuisione hæreditatis, ad hoc vt libera maneat *ex leg.* 1. *Codice de luitione pignoris*, Gratianus *disceptationum, capit* 16. *ex numer.* 7. vbi numeris sequentibus agit etiam de hipothecaria, & de causa dotis, *& numer.* 15. agit de annuis redditibus, & an pro eis possit vnus ex hæredibus insolidum conueniri, de quo Rodriguez *in tractatu de redditibus, libr.* 1. *quæstione* 4. *num.* 34. *& libr.* 2. *quæ-*

stione

ſtione 9. ex nu. 61. Pichardus *in manu duction. p. 2. præcep. 2. ex n. 3.* vbi etiã de hipothecaria, & vide ſup. *c. 10.*

Dictam vero reſolutionem non procedere in vltimis voluntatibus, inquibus ſiquis grauet vnum ex heredibus vt debitum ſoluat, cæteris præ legatum facere intelligitur, reſoluit Gomezius, & notum eſt in iure prælegarum enim, & melioratio etiã tacite ex coniecturis inducitur, vt conſtat, ex Gutierrez *lib. 2. quæſtione 63.* Morquecho *de diuiſione bonorum lib. 3. cap. 3. & alijs.*

17 Ad numerum 16. *In quo articulo ſit vera, & reſolutiua concluſio, &c.*

Tot eſſe contractus quot res in ipſo contractu deductæ, reſoluit Gomezius & docent Mantica *de tacitis cõuentionibus lib. 2. tit. 3. ex num. 12.* Tiraquel. *de retractu lignag. §. 23. ex num. 20. gloſſa 1.* Sarmiento *lib. 8 ſelectarum in l quoties ff. delegatis 2.* Caſtillo *in l. 71. Tauri*, Tuſchus *lit. C. concluſione 1004. per totam* vbi bene diſtinguit, *& lit. V. concluſione 61.* Matienzo *in l. 7. gloſſa 7. ex num. 26. tit. 11. lib. 5. Recopil.* D. Larrea *deciſ. 74. num. 15.* Cancerius *variarum 1. parte cap. 13. num. 16.* Azeuedus *in l. 10 eodem tit.* exquibus, & ex noſtro Gomezio eam doctrinam, & reſolutionem ſumere debes, quod in ſtipulationibus, legatis, donationibus, & reliquis contractibus qui ſine pretio celebrantur, tot ſunt contractus quot res, ex iuribus addactis per Gomezium: in venditionibus autem, & vbi pretium interuenit, diuerſa pretia requiruntur, vt ſint diuerſi contractus, & ita declat Gomezius hoc *eodem num. circa finem*, vide etiam Barboſam *in l. 8. § fin. 2 parte ff ſoluto matrimonio ex num. 42.* & Salgado *in labyrintho parte 2. cap. 11. ex num. 22. & de protect. 3. p. cap. 16. ex. nu. 127* vbi etiã quod apprehẽſa poſſeſsione vna re tenſetur apprehenſa in alia poſt Guzman *in tract. de quæſtionibus quæſtione 45.* vbi docent quod licet ſint diuerſi contractus, damnum vnius compenſatur cum vtilitate alterius, & excluditur remedium *l. 2 Cod. de reſcindenda*, & ſimiliter non habet locum ſeparatio, ſi venditor non venderet vnam ſine alia, de quo ſupra *cap. 2. num. 50.* Vide etiam Sotam *tit. de pactis artic. 8. quæſtion 1. n. 12.*

Ibi: *Secundo confirmatur, &c.*

Sententiam continentem plura capitula pro pluribus iudicari, vt reſoluit Gomezius, docent & probant Tuſchus *lit. C. concluſione 60. & lit. A. concluſione 366. & lit. S. concluſione 164. & 165.* Rebufus *1. tomo. conſtitutionum tit. de ſententijs prouiſionalibus articulo 2. gloſſa 4. in fine* Barboſa *in collectanea cap. 2. de conuerſione coniugat. num. 5.* Cancerius *variarum 3. parte cap. 17. ex num. 63* Groſcius *in l. finali ff. de iuriſdictione omnium iudicum num. finali* Gregorius *in l. 4. tit. 26. partita 3.* in verbo: De mas Azeuedus *in l. 7. tit. 18. lib. 4. Recopilationis, num. 6. & ſequentibus, & num. 32, & in Curia Piſana lib. 4. cap. 6. num. 21. & ſequentibus*, Salgadus *de protectione Regia 3. parte cap. 15. ex num. 1.* Paz, *in praxi tomo 1. parte 6. cap. 3. num. 16.* Villadiego *in Politica cap. 4. num. 95.* Bolañus *in Curia Philippica 5. parte §. 6. num. 1.* qui omnes tenent, appellationem interponendam eſſe ad concilium ciuitatis ſi ſententia contineat diuerſa capitula quorũ ſingula non excedant ſummam vigintimillium morapetinorum, hodie triginta mille ex nouiſſima pragmatica, quam adducit Narbona *in l. 18. tit. 18. lib. 4. Recopilationis gloſſa 1. num. 6.* Bouadilla *in Politica lib. 3. cap. 8 num. 222. & ſeq.* qui & Villadiego vbi ſupra docent, quod etiam ſi ſententia contineat plura capitula, ſi tamen ea proponã-

tur

tur sub vno contextu verborum, & vna summa, per vnam vel diuersas personas, & causas non poterit appellari ad concilium ciuitatis, & an e contra Summæ debeant coaceruari vt locum habeat aliqua appellatio? vide Salgadum *de protectione 2 parte cap. 7. num. 69. & seq.* & Cancerium supra.

Ex qua resolutione infert Zeallos *tomo 5. de cognitione per viam violentiæ quæstione 147.* quod iudex Ecclesiasticus appellationis faciet vim si inhibeat iudici a quo super tota causa, quando tantum fuit appellatum ab vno articulo seu capitulo sententiæ.

Ibi: *Tertius effectus est, &c.*

Quod appellationis effectus communis est vtriq; parti, & quod altera pars possit se iuuare appellatione ab altera parte interposita super eodem capitulo vel alterò ei annexo, vt hic resoluit Gomezius, docet Tuschus *lit. A. conclusione 363. ex num. 9.* & plures referens Zeallos *in dicto tractatu de cognitione per viam violentiæ quæstione 160. vbi num. 3.* probat quod si pars appellata fuit citata vt compareat coram iudice appellationis iam per hoc videtur ei inus quæsitum vt non possit appellans renuntiare appellationi, cum videas & Azeuedum *in l. 3. tit. 8 lib. 4. Recopilat. ex num. 54.* & Salgadum *de protectione Regia 3. parte cap. 15. num. 19 & seq. & num. 38. & seq.* vbi declarat.

Et adde quod si minor in vna expluribus rebus quas vendit, vel emit læsionem patiatur, in ea tantum restitutio ei conceditur, vt explicat Caldas *in l. si curatorem*, verbo: *Læsis nu. 79.*

Item circa euictionem contingentem in vna expluribus rebus emptis vide omnino Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione 45. per totam*, & Hermosillam *in l. 32. tit. 5. partita 5. glossa 1. ex nu. 141.* vbi etiam agit de euictione partis rei.

Ad numerum 17. ibi: *In quo articulo resolutiue dico, &c.* 18

Solemnitatem intrinsecam formalem præsumi interuenisse in quolibet actu, non vero solemnitatem extrinsecam nisi ex diuturni temporis lapsu, vt hic resolvitur, docent Tuschus *lit. S. conclusione 319. & sequentibus vsq; ad 333.* vbi latissimè materiam prosequitur amplians limitans & declarans omnes illationes, quas hic recenser noster Gomezius, Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 1. tit. 14. num. 11. & lib. 2. tit. 6 num. 19.* vbi docet quod ex verbis enunciatiuis notarij in contractibus fiscalibus solemnitas præsumitur, *& lib. 4 tit. 7. num. 15.* vbi quod ex diuturnitate temporis præsumitur præcessisse solemnitatem in distrahendis rebus Ecclesiæ necessariam. *& lib. 7. tit. 11. num. 10.* vbi quod solemnitas extrinseca præsumitur ex diuturnitate temporis in extraiudicialibus secus in iudicialibus *& n. 10.* hoc declarat, *& tit. 12. num. 8. & lib. 22. tit. 7. num. 23. & 24. & lib. 25. tit. 6. num. 27. & sequentibus* Suarez *in tit. de debitis num. 24.* vbi late examinat an ex diuturnitate temporis præsumatur licentia mariti in contractu vxoris? vbi Valdesius plures refert; Menochius *lib. 2. præsumptione 75. & lib. 3. præsumptione 132. per totam*, vbi declarat quæ solemnitas dicatur intrinseca, & quæ extrinseca? & materiam huius numeri latissimè explicat Barbosa *in collectanea cap. 4. de emptione, & venditione* vbi de tempore requisito *& in cap. 6. num. 5. de his quæ fiunt a prælatis, & in cap. 2. de transactio.* Hermosilla *in l. 4. tit. 5. partita 5 glossa 6.* vbi late disputat an ex interpositione decreti iudicis præsumatur cæteras solemnitates præcessisse *ex num. 21.* Flores de Mena va-

ria-

riarum quæſtione 23. *num.* 30. Caſtillo plures referens *in tractatu de vſufructu cap.* 54. *ex num.* 26. vbi etiam agit an licentia Regis, quæ requiritur ad alienationem terrarum, & terminorum de quibus *in l.* 11. *tit.* 7. *lib.* 7. *nouæ Recopilationis*, ex temporis diuturnitate interueniſſe præſumatur? Pichardus *in* §. *ſi ſcriptum inſtituta de inutilibus ſtipulationibus* quaſi per totum vbi probatur quod ſi in inſtrumento ſcriptum reperiatur aliquem promiſiſſe, efficax ſtipulatio ſemper præſumitur. *&* num. 1. plures refert D. Ioſep Uela *diſſertatione* 9. *num.* 48. Amaya *in l.* 1. *Cod. de fide, & iure haſtæ fiſcalis ex num.* 13.

Ibi: *Adde tamen circa prædicta, &c.*

Venditionem non probari ſufficienter, ſi inſtrumentum vel teſtes referant eam ſine certo pretio, docet Gomezius hic, & idem probat latiſsimè Maſcardus *de probationibus concluſione* 1408. ſed contrarium verius putat Pichardus *in* §. *pretium inſtituta de emptione, & venditione, num.* 12.

Ibi: *Item adde quod ſolemnitas, &c.*

Uide Pichardum omnino *in* §. *ſi ſcriptum inſtituta de inutilibus ſtipulationibus ex num.* 9.

Ibi: *Quarto infertur, &c.*

Adde Azeuedum *in Curia Piſana lib.* 1. *cap.* 12. *in fine* qui alios refert.

19 Ad numerum 18. ibi: *In quo articulo reſolutiue dico, &c.*

ſtipulationem alteri factam non valere reſoluit Gomezius in præſenti ex notiſsimis iuris principijs, præter quã incertis caſibus quos refert & ita docent Connanus *lib. commentariorum cap.* 4. *num.* 10. Antonius Gabriel *tit. de verborum obligationibus, concluſione* 1. Couarrubias *in cap. quãuis pactum* 2. *parte*, §. 4. *ex num.* 1. Oſſuald. ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 17. *lit. E. & X.* Menchaca *de ſucceſſionum creatione lib.* 3. §. 30. *ex num.* 28. Gutierrez *de iuramento confirmatorio lib.* 1. *cap.* 36. Matienzo *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopilationis gloſſa* 2. Azeuedus ibidem *num.* 30. *& ſequentibus*, Cujacius, & reliqui *in l. ſtipulatio iſta* §. *alteri ff. de verborum obligationibus* Pater Thomas Sanchez de matrimonio *lib.* 1. *diſputatione* 7. vbi latiſsimè exornat omnes caſus à noſtro Gomezio conſideratos, inquibus valet ſtipulatio alteri facta poſt Molinam *de iuſtitia diſputatione* 264. *per totam* & quid dicẽdum de iure canonico & in foro conſcientiæ? ipſe Thomas Sanchez *ibidẽ* omnino videndus, Valdes ad Suarez *in l. poſtrẽ iudicatam, notabili* 13. *& l. quoniam in prioribus in declaratione l. Regni* verſiculo: *Octauo quæritur num.* 8. Surdus *de alimentis tit.* 8 *quæſtione* 73. vbi quid in cauſa alimentorum? Cancer. *variar parte* 1. *cap.* 1. *num.* 137. *& ſeq.* vbi etiam quid de iure canonico? Zeuallos *quæſt.* 54 & 526 vbi quinq; limitationes addicit ad prædictam reſolutionem Gutierrez *lib.* 4. *quæſtione* 59. *ex num.* 2. Pichardus *in* §. *alteri inſtituta de inutilibus ſtipulationibus*, vbi per totum §. latiſsimè hanc reſolutionem explicat & quid ſi pæna adiecta fuerit prædictæ ſtipulationi? *& num.* 10. probat quod poteſt quis ſtipulari alteri ſi ſua intereſt, hoc autem intereſſe non affectionis ſed pecuniarium debere eſſe, *& in* §. *procurator inſtituta de ijs per quos agere poſſumus num.* 59. *lib.* 4. vbi de procuratoris ſtipulatione, & vide Fachinæum *lib.* 8. *controuerſiarum cap.* 91. vbi de ſtipulatione notarij, de qua etiam Cancer. 1. *part. ca.* 8. *num.* 48. omnino videndus

Ibi: *Hodie tamen de iure Regio, &c.* de iure Regio quem libet alteri ſtipulari poſſe, & ex huiuſmodi ſtipulatione actionem directam illi tertio acquiri, vt reſoluit Comezius, docent Couarrubias *in dicto cap. quamuis pactum* §. 4. 2. *parte num.* 10. Gutierrez

in

in dicta quæstione 59. num. 24. vbi nu. 26. ait quod ex iure Regio in *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* quæritur etiam illi tertio absenti ius exequendi, si cõtractus in instrumento publico fuerit celebratus, *& in tractatu de tutelis 2. parte cap. 17. num. 14.* Matienzo, & Azeuedus *in eadem l. 2.* qui alios refert, Zeuallos *in dicta quæstione 526. num. 2.* & alij communiter, sed a prædicta opinione recedit Thomas Sanchez *in dicta disputatione 7. num. 28* vbi docet talem stipulationem ante absentis acceptationem nihil operari, de quo vide quæ diximus *supra cap. 4. num. 3. & 4.* & Salgadum *in labirintho parte 2. cap. 26. ex num. 14. & 54. & seq.* vbi late exornat.

20 Ad numerum 19. ibi: *Dubium tamẽ est.*

Stipulantem copulatiue sibi, & extraneo sibi tantum acquirere promedietate, in alia vero inutilem esse stipulationem de iure communi, secus vero de iure Regio, vt hic resolvitur. comprobari facile potest ex adductis *num. præcedenti*, & quia per extraneam personam acquiri nobis nihil potest, vt docent Menchaca *vsufrequent. lib. 3. cap. 58.* Anto. Gabr. *tit. de verborum obligationibus conclus. 1.* Connanus *lib. 6. commentariorum cap. 4.* Matienzo *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* Gutierrez *lib. 3. quæst. 98. n. 9.* Barbosa *in l. Gaius ff. soluto matrimonio ex num. 17.* & in specie Pichardus omnino videndus *in §. quod si quis instituta de inutilibus stipulation.* vbi bene explicat dictam resolutionem, & an in hoc casu possit haberi locũ ius accrescendi? quod concedit in bonæ fidei contractibus non in alijs de quo etiam Parlador. *lib. 2. quotidianarum cap. 3. num. 29.* Ossualdus ad Donel. *lib. 7. cap. 12. notatis lit. L.*

21 Ad numerum 20. ibi: *Inquo articulo resolutiue dico, &c.*

Quod promissio facta Titio præsenti aut Seyo absenti non valeat in persona Seij vt hic resolvitur, docẽt duarenus *ad tit. ff. de solutionibus cap. 5.* Matienzo *in l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop. glossa 5. num. 8. & 9.* vbi laudat nostrum Comezium hic, & eius limitationes & extẽsiones comprobat, prout etiam facit Azeuedus *ibid. ex nu.* 37. vbi etiam sequitur, & laudat eandem resolutionem, nec non declarationem Villalobos *in antinomys lit. A. num. 20.* nempe quod quando constaret, tertium illum non esse adiectũ obligationi, sed tantum solutioni, velutri in illud, quod promittitur erat tãtum debitum stipulanti, tunc omni iure censebitur adiectus ad solutionem, & non aliud. Barbosa *in l. quia tale ff. soluto matrimonio num. 77. & in l. Gaius ex num. 17.* Ossuald. ad Donel. *lib. 10. cap. 18. lit. A.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 14. tit. 28. num. 19.* Richardus late explicans *in §. plane, instituta de inutilibus stipulation.* per totum, & Gutierrez *lib. 3. quæst. 98.* per totam, *& in tractatu de tutelis 3. parte cap. 33.* de quo etiam vide *D.* Ioan. del Castillo *lib. 4 cõtrouers. cap. 59. nu. 36.* & Zeuallos *quæst. 54.*

Ibi. *Pulchrum & singulare dubium est, &c.*

In prædicto casu valere stipulationem in persona tertij absentis, & alternatiuam resolui in coniunctiuam de iure Regio vt hic resolvitur, docent Matienzo, Azeuedus, Pichardus Gutierrez, & reliqui supracitati ex dispositione *Tex. in dicta l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* in quo aduertendum est quod si inter personas, positas in alternatiua caderet affectio, vel ordo charitatis, tunc alternatiua nõ resolueretur in coniunctiuam, vt probat Ioannes Gratianus *in regula 22. num. 1.* & plurimos referens Gratianus *disceptation. cap. 575. num. 23.* quem vide, & Salgadum *in labirintho credi-*

tor. parte 2. cap 26. num. 57.

22 Ad numerum 21. ibi: *Et omissis opinionibus, & disputationibus Doctorũ &c.*

In contractu vel obligatione in diem certam statim oriri obligationem, sed creditori agenti ante diem obstare exceptionem vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit. D. conclusione 2.* Joannes Gratianus *regula 397.* vbi etiam an mora purgari possit in contractu in diem celebrato? Connanus *lib. 4. commentariorum, cap. 8.* Duarenus *ad titulum ff. de obligationibus, & actionibus cap. 4.* Cujacius *in l. eum qui §. quoties ff. de verborum obligation.* & ibi Donel, Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 14. tit. 40. ex num. 26.* Ossualdus *lib. 15. cap. 8. & seq.* Surdus late *decis. 151. per totam* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 284. num. 6.* optimè Pichardus *in §. omnis stipulatio instituta de verborũ obligation. ex num. 11.* vbi argumentis contrarijs satisfacit, Zeuallos *quæstione 790 ex num. 43.* Salgado *in labirintho, 1. parte cap. 8.* late *ex num. 24.* qui alios refert.

Ibi: *Quod tamen primo limita, &c.*

Diem incertum pro conditione haberi, & ante eius implementum non oriri obligationem, docet Gomezius hic, & probant Costa *in lib. 1 selecta. cap. 18. num. 3.* vbi de die incerta *quando*, vt dies mortis, Mantica *de conuentionibus lib. 14. tit. 41. num. 16. & seq.* Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 284. num. 4.* Matienzo *in l. 14. tit. 4. lib. 5. Recop. glossa 1. nu. 43.* Scaccia *de commerciis §. 1. quæst. 1. num. 382.* Pichard. optimè explicãs *in §. omnis stipulatio instituta de verborum obligation. num. 29. & seq.* de quo etiam vide Ossuald. ad Donel *lib. 15. cap. 11.* & omnino Barbosam *in l. si constante. ff. Soluto matrimonio §. 1 num. 94. & seq.* & Zeuallos *quæst. 790.* vbi late de legato relicto post mortem alterius quod in diem, & nõ conditionale appellat, quem improbat late Castillo *lib. 4. controuers. cap. 56. ex num. 70.* quem etiam videas circa legatum relictum prædicto modo, & Cancerium *variarum 3. parte cap. 20. num. 8. seq.* Et quod creditor indiget incertam creditor non est, & sic ei solui non potest, Morla *in emporio tit. 8. quæst. 7.* D. Larrea *decis. Granat. 15. num. 8.*

Ad numerum 22. ibi: *Exquibus* 23 *primo infero notabiliter, &c.*

Debitorem in diem certam posse ante diem soluere, si dies gratia eius fuerit apposita, vt hic resoluitur, docent Gratianus *disceptation, forens tomo 1. cap. 127. num. 33.* vbi probat solutionem factam per debitorem procuratori reuocato ante scientiã reuocationis eum liberare, quamuis facta fuerit ancipate ante aduentum diei, ita vt procuratore effecto non soluendo debitor amplius non possit conueniri, de quo etiam late agit Zeuallos *quæst. 790. ex num. 43.* Pichardus *in §. omnis stipulatio instituta de verborum obligation. num. 28.* Surdus *de alimentis tit. 1. quæst. 44. num 61.* Ualascus *de partitionibus cap. 21. num. 7.* Cancer. *variarum 2. parte cap. 6. num. 135.* Morla *in emporio tit. 8. quæst. 21.* vbi alios refert, & docet quod etiam in casu dubio quãdo non constat an gratia creditoris vel debitoris fuerit dies apposita, potest ante eam fieri solutio, præterquam si ex ista præmatura solutione aliquod damnum resultaret creditori, *& num. 6.* explicat quid in emphiteuta, an possit plurium annorum solutionem facere anticipate inuito domino? & resoluit non posse; Ossualdus ad Donel *lib. 16. cap. 11. notatis lit. B.* Tuschus *lit. D. conclus. 51.* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 284. num. 9.* late D. Larrea *decisione Granat. 15 per totam*, & sic fieri rumor

mu-

mutationis monetæ creditor non teneretur anticipatam solutionem recipere: vt iam dictum manet, & explicat Ite Salgado *in labirintho creditor. parte 2. cap. 29. ex num. 35.* & D. Larrea supra.

24 Ad numerum 23. ibi: *Secundo infero quod si talis debitor, &c.*

Quod si debitor in diem certam soluat ante diem, non repetat, secus si sit debitor sub conditione vel in diem incertam, hic enim si soluat ali quo errore iuris, vel facti, repetere potest, si autem ex certa scientia quod solutum possit repetere deficiente conditione, & non antea, resoluit Gomezius hoc numero, & comprobatur ex dictis *num. precedenti* docentq; Menchaca *vsufrequent. cap. 63. num. 36. & num. 15. & 17 precedentibus* vbi bene probat, quod donatio non præsumitur in hoc casu: ex quo infertur debitorem sub conditione qui soluit scienter, repetere posse solutū, si conditio deficiat, vt recte docet Comezius, Gregor. *in l. 32. tit. 14. partita 5. Antica de conuentionibus lib. 14: tit. 40. num. 8.* Offuald. ad Donel. *lib. 14. cap. 14. notatis lit. A.* Molina *de iustitia tomo 2. disput. 284. num. 6. & disput. 567. num. 6.* vbi comprobat resolutionem Comezij, Menochius *lib. 3. præsumpt. 31. num. 11.* Pichard. *in §. is quoq; institutæ quibus modis re contrahitur obligatio num. 16. & indicto §. omnis stipulatio, institutæ de verborum num. 30.* Bolasius *in Curia tomo 2. §. pagan num. 44.*

25 Ad numerum 24. ibi: *Tertio, & quidem notabiliter infero, &c.*

Creditor sub cōditione ante eius implementum agens repelli potest per iudicem etiam parte non opponente: contra Gomezius hic, Snarez *in l. post rem vers sed prouidentia num. 38.* Azeuedus *in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. num. 33.* Salgado *de protect. 4. parte cap. 7. ex num. 99.* vbi plures refert & comprobant communiter Doctores asserentes quod male agit qui ante diem vel conditionem agit, & pœnas a iure statutas incurrit, vt ex Surdo *decis. 151.* docet Riccius in *collectan. decis parte 4. collectan 1389. ampliatione 3.* quia plus petere * dicitur, qui ante diem vel conditionē petit; vt probant idem Surdus *decis. 120. num. 1.* Auendañus *in tit. de exception. num. 22.* Azeuedus *in l. 2. tit. 21. lib. 4. Recop. num. 5.* Cardoso *in praxi verbo: Plus petere num. 2. & 5.* Farinacius *in fragmentis lit. C. num. 745.* Cancerius *variar. 2. parte cap. 6. ex num. 23.* late vbi an in expensis seu interesse condemnetur plus petens? & *cap. 7. num. 39.* vbi quod iudex non potest ferre sententiam pro actore agente ante diem, Tuschus *lit. D. conclus. 52.* & alios referens Augustinus Barbosa *in collect. ad tit. C. de plus petitionibus, in l. vnica num. 9.* vbi numeris sequentibus quatuor limitationes adducit, ad dictam resolutionem, quod etiam prius fecerat *in ca. 1. eodem tit. de plus petition in decretalibus* vbi etiam *num. 13.* alios plures Doctores refert ad eam quæstionem an scilicet successor maioratus possit viuo possessore petere vt declaretur maioratum ad se pertinere? late & optime D. Larrea *decis. Granat. 38.* & D. Franciscus de Amaya *in l. 1. Cod. de iure fisci ex num. 1.* vbi disputat an pœna contra plus petentem statuta habeat locum in fisco ante diē agente, Barbosa *in l. non potest videri 23. ff. de iudicijs ex num. 81.* Pichardus *institutæ de interdictis §. 1. cap. 4 ex num. 167.* vbi probat creditorem conditionalem vel in dē posse agere ex iusta causa aduersus debitorem, vt cautionem de debito persoluendo die vel conditione existente præstet, quod si non impleat, in possessionem bonorum mittatur, & in *§. actionum autem institutæ de action.*

quæst.

quæstione 13. *per totam*. quem omnino videas, ibi *& in* §. *si quis* 33. eodem titulo vbi bene explicat materiam plus petitionis, & vide omnino infra *numer.* 30. & Salgadum *in labirintho* 1. *parte, capit.* 8. vbi de hoc creditore conditionali admittendo ad concursum, & Cancerium *variarum*, 2. *parte, capit.* 10. *ex nu.* 15. vbi late de debitore suspecto pure vel sub conditione obligato.

26 Ad num. 25. ibi: *Vnum tamen est quod si pendente iudicio extiterit conditio, &c.*

Quod si pendente iudicio conditio extiterit possit debitor condemnari, vt hic resoluitur, docent Gregorius *in leg.* 25. *titul.* 2. *partita* 3. verbo: *Siendo librado*, Baldus *consilio* 150. *libr.* 2. Alexander *consilio* 177. *libr.* 2. *circa finem*. Gratianus *in regula* 300. *per totam*, vbi ampliat, & limitat Tuschus *lit.* I. *conclusione* 630. late Gratianus *discept. tom.* 3. *cap.* 546. *numer.* 40. Morla *in emporio, tit.* 2. *quæst.* 8. *n.* 9. & Barbosa *in l. non potest, ff. de iudicijs, num.* 99.

Ibi: *Secus tamen si creditor agat ante diem &c.*

Et ibi: *In quo articulo resolutiue dico, &c.*

Quatenus noster Gomezius hoc loco innuit, quod creditore agente ante diem qui fuit assignatus, non in ipso contractu sed ex interuallo, iudex possit debitorem condemnare, qui non opposuit exceptionem temporis non impleti, etiam si ex actis constet diem solutionis non venisse, dubium maximum continere eius resolutionem mihi videtur, maxime in hoc Regno, cum habeamus legem expressam constituentem, lites dirimendas secundum veritatem, non secundum subtilitatem iuris, vt habetur *in l.* 10. *tit.* 17. *libr.* 4. *Recopilationis*, quam late exornant Azeuedus, & alij relati à Hermosilla *in leg.* 56. *titul.* 5. *partita* 5. *glossa* 7. *ex numer.* 30. vide Cancerium *variarum*, 1. *parte. cap.* 18 *ex numer.* 23. vbi bene explicat, & Suarez *in leg. post rem iudicatam in principio*, & versiculo; *Sed pro euidentia, num.* 38. Auendañum *cap.* 16. *pratorum, numer.* 11. *lib.* 1. Azeuedum *in l.* 2. *titul.* 3. *lib.* 5. *Recopilation. num.* 53. Salgadum *de protectione* 4. *parte, capit.* 7. *ex numer.* 99. *& in labirintho* 3. *parte, capit.* 1. *ex numer.* 19. vbi opime exornat.

Ibi: *Non tamen debet duplicari totum tempus, &c.*

Non totum tempus duplicari contra plus petentem, sed illud tantum quod supereſt, vt docet Gomezius probant Pichardus *in* §. *si quis agens* 33. instituta *de actionibus numer. finali*, & reliqui citati supra numero præcedenti, quos videas; & Parladorum *quotidianarum*, *libro* 2. *capite finali*, 5. *parte* §. 1. *numero* 2.

Ad n. 26. ibi: *Item adde quod si quis simpliciter, &c.* 27

Quod promittens dare tali die intelligitur de primo proximo, vt hic resoluitur, docent Mantica *de tacitis conuentionibus, libr.* 14. *titul.* 40. vbi omnes casus à nostro Gomezio consideratos hoc numero explicat, *& num.* 10. probat quod obligatus aliquid præstare ad certum diem non liberatur, si eo die non potuit soluere, & duas opiniones contrarias refert, *ex numer.* 23. circa illum casum à Gomezio hic adductum, inempe quando quis promisit dare ante Kalendas, vel annum, an intelligatur ante Kalendas finitas? Molineus *in leg.* 1. §. *si quis simpliciter, ff. de verborum obligationibus, numer.* 75. vbi probat quod non potest agi nisi toto tempore elapso, quando tempus

fuit appositum gratia differendæ solutionis. quod etiam bene explicat Gregorius *in leg.* 15 *titul.* 11. *partita* 5. Tuschus *littera* T. *conclusione* 80. Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 284. *ex numer.* 8. vbi etiam refert casus hic considerandos Bolanus *in Curia, tomo* 2. *capit paga, num.* 12.

28 Ad num. 27. ibi: *In quo magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Pro distinctione nostri Comezij hic & eius comprobatione videndi sunt Doctores citati numer. præcedenti, maximè Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 14. *tit.* 40. Molina *dict. disputatione* 284. *n.* 9. & 10. Gregorius Lopez *in l.* 15. *tit.* 11. *part.* 5. *glossa* 2. vbi de promissione soluendi omnibus annis vel quolibet anno, quando obliguet & quomodo, Tuschus *lit.* S *conclusione* 335. vbi declarat, & limitat, & ibi remissiue de conductore, & emphiteuta, quando teneantur soluere? & delegato alimentorum, Gratianus *discept. tom.* 3. *ca.* 524. *n.* 57. vbi quod solutio statim est facienda, si non fuit assignatus aliquis terminus ad soluendum Bolanus *in Curia* 2. *tom.* §. *paga, nu.* 12. & *per totum*, vbi multa de solutionibus.

Et quod generaliter quando nulla dies solutioni præfinita fuit debitor gaudeat termino decem dierum ad solutionem faciendam docet Parladorus *libr.* 2. *quotidianarum, capit. final.* 5. *parte*, §. 1. *numer.* 25. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 299. verticulo finali, Rebellus *de obligationibus iustitiæ, libr.* 8. *parte* 3. *quæstione* 1. *sectione* 1. *num.* 11. Pichardus *in manuductionibus, 2. parte in præludijs*, §. 6. *numer.* 6. & 9. & *in* §. *omnis*, instituta *de verborum obligation. n.* 10. vide etiam Scacciam *de commerciis*, §. 2. *glossa* 5. & Cancerium *variarum*, 2 *parte cap.* 5 *num.* 145. vide etiam supra *nu.* 3.

Ad numer. 28. ibi; *Quidam est contractus promissio, vel obligatio &c.* 29

Contractum vel promissionem conditionalem, non producere obligationem, vel actionem, vt resoluit Gomezius, docent. & explicant Tuschus *lit.* C *conclusione* 579. & 593 Mantica *de tacitis conuentionib. lib.* 14. *titul.* 41. vbi etiam probat idem dicendum in tacitis conditionibus quando insunt ipsi obligationi secus si executioni (de quo etiam Castillo *libr.* 4. *controuersiarum, cap.* 56. *nu.* 8, & *tom.* 5. *cap.* 118 2. *parte*) & etiã quando dies incerta fuerit apposita, quæ pro conditione habetur, eleganter Pichardus *in* §. *sub conditione* 4. institutæ *de verborum obligation.* Suarez *in l. post rem iudicatam in declaratione l. Regni limitatione* 4. & 5. vbi Valdesius, Salgado *in labirintho creditor.* 1. *parte capit.* 8. *num.* 24. & *sequentibus*, qui etiam latè agunt de materia conditionis, de qua etiam Tuschus supra per 25. conclusiones, Fusarius *de fideicommissis, quæstione* 454. & *sequent.* Sousa *in repetitione tit. de pactis, q.* 5. late post Costam, qui latissimè de conditionibus agit, *in* §. *si arbitratu, limitation.* 6. & *lib.* 1. *selectarum, quasi per totum*, Osualdus ad Donelum *lib.* 8. *cap.* 31. & *lib.* 15. *cap.* 11. *notatis*, Basilius *de matrimonio, lib.* 3. *per totum*, Gratianus *discept. capit.* 514. *num.* 18. vbi quod non habet locum pœnitentia, licet non nascatur actio. Molina *de primogen. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4. & *seq.* Spino *in speculo*, vbi de legato sub conditione relicto, Menochius *lib.* 4. *præsumptione* 175. Mieres *de maioratu*, 2. *parte*, *quæstione* 4. *illatione* 8. Menochius *de arbitratu, casu* 494. *numer.* 9. & *casu* 498. Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 285. *num.* 4. Parladorus *differentia* 147. vbi de differentia inter conditionem & modum, Lara *de communibus, lib.* 2. *c.* 8. *n.* 19

vbi

vbi quod in dubio intelligitur modus, & non conditio, Barbosa *in l. si mora ff soluto matrimonio & in leg. si constante*, §. 1. *ex num.* 24. vbi quod verbum: *Nisi*, non facit actum conditionalem, Thomas Sanchez *de matrimonio, libr.* 5. *disputatione* 6. & plurimos referens Castillo *libr.* 4. *controuersiarum capit.* 55. *ex numer.* 2. Sarmiento *libr.* 2. *selectarum, capit.* 1. & 2. Fontanela *de pactis nuptialibus, clausula* 4. *glossa* 3. vbi eadem declarat quando dispositio sit conditionalis, de quo etiam Gratianus *disceptationum, cap.* 44. & 45. & 136. vbi etiam de modo, & vide etiam alia supra *tom.* 1. *c.* 12, *ex n.* 74.

Ibi: *Ex quibus colligitur, & infertur &c.*

Quod debitor sub conditione, vel in diem non dicatur proprie debitor vt docet Gomezius, comprobant Tuschus *lit.* D. *conclus.* 35. & alij relati à Barbos *in tractatu de apellatiuis*, verbo: *Debitor*, cum vide, & Matienzum *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopilation. glossa* 6. *n.* 33. Castillo *lib.* 6. *controuers. capit.* 153. & Menoch, *lib.* 4. *præsump* 127. Pichard. *in repetitione tit. ff. de legatis, capit.* 9. *num.* 60 Salgad. *in labirinthocredit.* 1. *parte, cap.* 8. *n.* 35. qui omnes exornat illationes nostri Gomezij hic.

Ad num. 29. ibi: *Aduertendum tamen, &c.*

Quod licet pendente conditione non oriatur actio, vel obligatio, detur tamen quædam spes à iure approbata, quæ aliquos effectus producit, de quibus Gomezius in præsenti, docent, & explicant Mantica *de coniecturis lib.* 14. *tit.* 41. *num.* 10. vbi quod ad hæredes transmittitur, Tuschus *lit.* T. *conclus.* 369. *numer.* 6. & *conclus.* 372. *nu.* 29. & *lit.* D. *conclusion.* 604. & 605 vbi quod dominium transfertur ex contractu conditionali traditione equata (quod etiam docet Matienz. *l.* 7. *tit.* 11. *glossa* 6. *nu.* 40) Couarrub. *in practicis, cap.* 38. *nu.* 4. Mozius *de contractibus, tractatu de stipulation.* § *de stipulatione pura ex num.* 15. Connanus *lib.* 6. *comment. cap.* 3. *n.* 11. Petrus Gregor. *in syntag. lib.* 24. *cap.* 1. *n.* 27. Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 285. *n.* 4. Pichardus late *in* §. *ex conditionali*, institut. *de verborum obligation. per totum*, Castillo *lib.* 3. *controuers. ca.* 19 *n.* 154 & alij plures relati à Hermosilla *in leg.* 7. *tit.* 4. *partita* 5. *glossa* 5. *num.* 2. & Salgado *in labirinthocreditor.* 1 *parte. cap.* 8. *ex num.* 26. post Fontanel. *de pactis nuptialibus, clausula* 4. *glossa* 9. *par.* 5. *ex num.* 27. & alios qui docent quod creditor conditionalis non impeditur agere ex iusta causa superueniente vel quando debitor formar concursum creditorum, & idem in debitor in diem.

Ibi: *Tertius effectus est, &c.*

Uide notata supra in additione ad num. 24

Ibi: *Quartus effectus ex hoc videtur resultare, &c.*

Terminum ad retrahendum non currere ante conditionis implementum in contractu conditionali, resoluit Gomezius hic & idem docent Zifuētes *in l.* 70. *Tauri* vers. *Tertio dubitatur*, & ibi Comez Arias *nu.* 31. & noster Gomez. *n.* 21. Couarrub. *lib.* 3. *variar. cap.* 11. *n.* 1. Matienzo *in l.* 7. *tit.* 11. *glossa* 6. *n.* 39. Curierr. *lib.* 2. *q.* 153 *ex n.* 3. quem videas, *vbi num.* 4. cum alijs probat hoc procedere etiam si traditio interuenerit, vel dominium fuerit translatum ante conditionis euentum, si verò retrahens id velit petere, & rem retrahere statim post venditionem ante conditionis euentum audiendus erit, vt probant Marienzo, & Curierrez supra.

De ratione autē quare contractus conditionalis transit ad hæredes,

non sic in vltimis voluntatibus, videndi sunt Donel. *in l. si. filius, ff. de verborum obligation. ex n.* 7. Antonius Fab. *lib.* 15. *coniectur. capit.* 6. & post cos, & alios Pichard. *in repetitione titul. ff. de legatis*, 1. *capit.* 9. *ex numer.* 47. *cum multis sequentibus*, vbi subtiliter, & contra communem quæstionem explicat, eum videas, & Castillo *lib.* 4. *controuersiarum, cap.* 55. *ex n.* 57. & Farinac. *quæst.* 25. *num.* 146. vbi etiam an dictum ius transeat in fiscum?

Item an ius conditionis potestatiuæ implendæ transeat ad hæredes? vide Bartolum, & Doctores *in l. si decem cum petiero. num.* 5. & 6. *ff. de verborum obligationibus*, & Fussarium *de substitution. fideicomm. quæst.* 454. *n.* 42. & D. Larream *alleg. fiscal.* 98. *nu.* 7. vbi post D. Solorzanum *de Indiar. gubernat. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 38. & alios docet ius conditionis potestatiuæ implendæ ad hæredes non transire, quasi illorum author illam ipse cauisse videatur, cũ potuit, & noluit conditioni parere, vide etiam infra *n.* 37. verſic. *Quod contractus conditione potestatiua.*

31 Ad num. 30. ibi: *Aduertendum tamen quod ita demum, &c.*

Impleta conditione, & eius implemento probato, contractus purificatur, & producit dictos effectus, ita Gomezius in præsenti, & probant Peregrinus *de fideicommissis, articulo* 43. *num.* 9. *& sequent.* Petrus Surdus *lib.* 1. *consil.* 91. *n.* 18. *& de alimentis, tit.* 5. *quæst.* 4. *n.* 13. *& seq.* Mantic. *de coniectur. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 16. *n.* 2. Tuschus *lit.* C. *conclusione* 596. *per totam*, Gail *practicar. obseruat. lib* 2. *conclus.* 132. *n.* 2. Surdus *decis.* 210. *n.* 5. qui omnes aiunt fundatem se in conditione eius implementum probare debere, cum id non præsumatur vtpote in facto cõsistens. vt docet, & late explicat Menoc. *lib.* 4. *præsumpt.* 182. *ex nu.* 1. & si plures conditiones appositæ fuerint omnes impleri debent, Fussarius *de substitution. quæstion.* 454. *nu.* 2. *& per totam, & quæst.* 455. late vbi declarat, Domi. Larrea *decisione Granaten.* 61. *numer.* 10. *& decisione* 76. *num.* 31. vbi quod sufficit conditionem momento temporis impleri, Carleualius *de iudicijs, tom.* 2. *tit* 3. *disputatione* 5 *numer.* 20. Sousa *in repetitione* §. *actionum, capit. familiæ erciscundæ. num.* 34. Barbosa *in l. si ab hostibus*, §. *final. ff. soluto matrim. n.* 5.

Item an conditio posit impleri per æquipollens? vide Surdum *decisione* 209. *& consilio* 453. Menochium *consilio* 326. *numer.* 10. *& consilio* 243. *num.* 4. *&* 5. Tuschus *lit.* C. *conclusione* 594. Salgadum *de protectione*, 4. *parte, cap.* 13. *num.* 58, Cancerium *variar.* 1. *parte, capit.* 1. *num.* 64. *&* 65. vbi optimè explicat, Scacciam *de commerciis*, §. 2. *glossa* 5. *numer.* 22. *&* §. 1. *quæstione* 1. *numer.* 152. & Dominum Larream *decisione Granatensi* 23. *num.* 11. *& melius allegatione fiscali* 40. *numer.* 26. vbi docet tanquam certissimum per æquipollens posse impleri, quando respicit certum finem, & etiam posse impleri ficte quando implementum fictum operatur eundem effectum, ac verum.

Aliquando autẽ ex præsumpta testoris voluntate conditio pro impleta habetur: Peregrinus *de fideicommis. articul.* 16. *ex nu.* 126. Mantica *de coniecturis vltimar. voluntat. libr.* 11. *tit.* 18. *&* 19. *& de tacitis conuentionibus, libr.* 14. *titul.* 45. *per totum*, Fussarius *de substitutionibus, quæstion.* 454. *numer.* 61. Barbosa *in l. si mora, ff. soluto matrim. n.* 75. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 14. *& sequent.* alter Molina *de iustitia, tom.* 3. *disputat.* 613. *&* 614. Thomas Sanchez *de matrim. lib* 1. *disp.* 33. *&* 34. & latissime Menoch.

lib.

lib. 4. præsumptione 183. & 184. & alij penes ipsos, & Gratianus *in regula* 83. & latissimè Castillo *libr. 4. controuersiarum. capit.* 25. & Domin. Larrea *allegatione fiscali* 29. *numer.* 29. vbi post Gratianum *disceptationum. cap.* 223. *n.* 41. docet conditionem haberi pro impleta si stat per illum cuius interest.

Ibi: *Item adde quod in tantum purificata conditione, &c.*

Implementum conditionis retrotrahi ad tempus contractus concludit Gomezius hic, & ex hac conclusione plura infert; & ita docent, & exornant Tuschus *liter.* C. *conclusione* 599. & 600. Couarrubias *practicarum, cap.* 39. *num.* 3. Mantica omnino videndus *de tacitis conuentionibus, lib.* 14. *titul.* 46. per totum, vbi comprobat illationes, & limitationes Gomezij, Peregrinus *de fideicom. articulo* 16. *ex numer.* 120 Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 337. *numer.* 10. alter Molina *de primogenijs, libr.* 2. *capit.* 13. Bernardus Diaz *regula*, 116. & ibi Salzedas, Ioannes Gratianus *in regula* 284. *ex numer.* 2. vbi imprimis probat retrotractionem non habere locum in legato sub conditione (de quo latè Barbosa *in leg. si constante, §. finali, numer.* 4. & 6. & 9. vbi alia, & quid si terminus est inhabilis) & postea *numer.* 9. idem Gratianus ait quod conditio in contractu non retrotrahitur in præiudicium tertij, & alia, Pichardus *in §. hæres, & pure*, instituta *de hæredibus instituendis, num.* 9. Marienzo *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil. glossa* 6. *nu.* 35. vbi laudat nostrum Gomezium, & eius illationes comprobat Barbosa *in l.* 1 *ff. soluto matrimonio*, 3. *parte, ex nu.* 33. vide etiam Carleual. *de indicijs, tom.* 2. *disp.* 23. *ex n.* 15. *maximè nu.* 25. & 26. omnino, vbi de retrotractione in præiudicium tertij, ad interpretationem tex. *in l. qui balneum*, & *l. potior*, §. *videamus*, ff. *qui potiores in pignore, &c.* Salgado *in labirintho, parte* 2. *capit.* 21. & *de protectione*, 2. *parte, capit.* 2. *ex numer* 31. vbi quod requiritur habilitas extremorum ad retrotractionem, & *capit.* 5. *numer.* 59. vbi quod hæc locum non habet quando aliquid resultat contra iuris dispositionem.

Ibi: *Secundus effectus, &c.*

Prior creditor conditionalis præfertur posteriori, cui pure debetur purificata cõditione ex text. *in l. potior, ff. qui potiores in pignore habeantur*, sic docet Gomezius in præsenti & comprobant Suarez *in leg. post rem iudicatam, limitatione* 7. *numer.* 2. Gutierrez *allegation.* 4. *num.* 17. Paz *in praxi.* 4. *parte tom.* 1. *cap.* 3. *numer.* 5. Balduinus *de hipotheeis, capit.* 13. Doncl. *eodem tractatu, cap.* 12. Connanus *libr.* 4. *commentariorum, cap.* 17. *nu.* 3. Cujacius *tractatu* 8. *ad Africanum sub l. qui balneũ, ff. qui potiores*; Pichar. *in repetitione tit. ff. de legatis* 3. *capit.* 9. *numer.* 56. Marienzo *in leg.* 7. *titul.* 11. *glossa* 6. *numer.* 35. vide etiam Carleual. & reliquos citatos versiculo præcedenti supra, & Salgadum *in labirintho, parte* 2. *capit.* 13. *ex n.* 19. apud quos etiam habetur differentia conditionis potestatiuæ, & casualis, vel mixtæ, vt illa non retrotrahatur, hæc vero secus, & idem Salgadus *cap.* 21. *ex n.* 3. vbi latè explicat.

Ibi: *Tertius effectus est &c.*

In contractu conditionali gabellam deberi gabellario, qui erat tempore contractus, vt hic resoluitur, docent Parladorus *libr.* 1. *quotidianarum, capit.* 3. §. 3. *nu.* 25. Marienzo *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recopil. glossa* 6. *num.* 36. & plures referens Gironda *in tractatu de gabellis*, 6. *parte in principio, num.* 1. & *seq.* Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 17. *lib.* 9. *Reco. ex n.* 96. & alios

referens Cutierrez *eodem tractatu de gabellis, quæstione 8. quinu. 8. & seq.* cum nostro Gomezio, Couarrub. Menochio, & alijs probant dictam resolutionem procedere in conditione casuali, vel mixta, non verò in potestatiua quæ non retrotrahitur, vt dictum manet, licet contrarium intendat probare Lassarte *de decima venditionis, capit. 5. numer. 13.* imo quamcumque conditionem casualem, vel mixtam, vel potestatiuam retrotrahi, de quo vide D. Ioseph Uela *dissertatione Hispalensi 2. n. 63.*

Item pro limitationibus adductis per nostrum Gomezium videndi sunt Doctores supra relati hoc numero in versiculo: *Item adde quod un tantum purificata conditione, &c.* maxime Mantica, & Tuschus, Peregrinus, & Bernardus Diaz.

14 Ad numer. 31. ibi: *Item quæro an ad nentus conditionis, &c.*

Implementum conditionis non constituere debitorem in mora sine interpellatione, vt hic resoluitur, docent, relati à Tuscho *liter. M. conclusione 375. n. 8.* vbi communem dicit Stephanus Gratianus *disceptationū, cap. 400. num. 14.* Scaccia *de commer. eijs, §. 1. quæst. 1. nu. 384.* vbi idem in die incerta asserit, quia per implementum conditionis contractus efficitur purus omnesque sortitur effectus, quos contractus purus, vt probat Matienzo *in l. 7. titul. 11. libr. 5. Recopilationis, glossa 6. nu. 35.* quem vide & Barbosam *in l. 5. ff. soluto matrimon. n. 46.*

33 Ad num. 33. ibi: *Et certè iste articulus est valde subtilis, &c.*

Præsentem quæstionem an scilicet in contractu qui continet diem, & cõditionem vtrumq; debeat impleri re soluit Gomezius quatuor conclusionibus, & ita etiã tenent alij Doctores citati ab infra referendis. & ab Osualdo ad Donel. *lib. 15. ca. 8. notatis*, sed quod hodie *ex l. 17. tit. 11 part. 5.* debeat expectari dies impleta conditione, indistinctè docent Gregor. Lopez ibidem *glossa 1.* Matienzo *in leg. 7. tit. 11. lib. 5. Recopilat. glossa 6. num. 37.* & Ioannes Gratianus *in regula 132.* vbi etiam laudat nostrum Gomezium in præsenti cui nihil addendum dicit.

Ad num. 33. ibi: *An dies incipiat cu* 34 *rere à tempore purificata conditionis, &c.*

Quod dies incipiat currere à tempore purificatæ conditionis in quæstione præcedenti, si dies non est certus, & determinatus, sed in genere, & reiterabilis, vt si dicatur: *Infra annum*, secus vero si dies est certus & determinatus, *vt dies Sancti Ioannis, talis mensis, & anni*, quia tunc incipit currere ex tempore contractus, resoluit Gomez hic, & idem docet Matienzo *in leg. 7. titul. 11. libr. 5. Recopilationis, glossa 6. numer. 37.* vbi nostrum laudat Gomezium, & confirmari potest, quia conditio semper respicit fauorem eius, qui sub ea obligatur, & sic ab eius implemento computari debet dies, vt probat Tuschus *liter. C. conclusione 588.* & vide Sarmientum *lib. 4. select. § si ita num. 2.*

Ad num 34. ibi: *Sed his non obstan* 35 *tibus teneo contrarium, &c.*

Legatum vxori, vel alteri relictum sub conditione: *Si non nupserit*, vel alia, & quod post mortem restituat Petro, quod si conditio verificetur, statim legatum sit restituendum ?, & idem si relinquat vxori vsumfructum vsque ad decem annos, & quod post eos restituat Titio, si ante decem annos decedat, statim facienda sit restitutio resoluit Gomezius, & ita docent

cent Mantica plures referens *de coniecturis vltimarum voluntatum lib. 3. tit. 19. num. 19.* Villalobos *in cõmunibus* verbo: *Legatum num. 12.* Crassus eodem verbo: *quæst. 45. & 52.* Matienzo *in l. 14. tit. 4. lib. 5. Recop. nu. 44. glossa 1.* Costa *lib. 2. selectar. cap. 14.* & alij plures relati a Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 62. ex num. 7. vbi num. 12.* casum etiam contrariũ ponit, nempe si testator vsumfructũ vxori reliquerit, si vidua permanserit, & si ad secundas transierit nuptias eundem vsumfructum Titio relinquit, an si vxor ante secundas nuptias decesserit, statim Titio vlusfructus debeatur? & statim deberi asserit, vide etiam Cancerium *variar. 1. parte cap. 1. ex num. 65.* & Thomam Sanchez *in summa lib. 7. cap. 13. num. 7. 8. & 9.*

De interpretatione autem *Tex. in l. vxori vsumfructum villa. ff. de vsufructu legato*, videndi sunt Costa *in §. si arbitratu, ampliatione 4.* Matienzo *in l. 14. tit. 4. lib. 5. Recop. glossa 1. num. 44.* & Fachinæus *lib. 10. controuers. cap. 48.* qui contra nostrum Gomezium tenet in prædicta quæstione principali hoc numero proposita.

36 Ad numerum 35. ibi: *Tertio, & quidem notabiliter infero, &c.*

*M*atrem non priuari hereditate filij cui non petijt tutorẽ, etiam si filius moriatur in fine anni, taliter quod non poterat prouideri tutela, quia necesse est quod totus annus labatur vt hic resoluitur, docent plures relati ab Anton Gabriel. *in suis communibus tit. de tutelis conclus. 1. num. 33.* Tuschus *lit. M. concl. 113. & 114. vbi* late materiam prosequitur, *& lit. T. conclus. 412.* Azeuedus *in l. 2. tit. 18. lib. 4. Recop. num. 30. vbi* cum nostro Gomezio hic, & *in l. 15. Tauri num. penult. & finali*, & Rebufo *in tit. de appellationibus articulo 4. glossa 1. nu. 14. & 15.* & alijs probat, quod ad pronuntiandum appellationem esse desertam ex lapsu termini debet expectari, quod totus terminus labatur etiam si certum sit in tempore remanente (vt ipse loquitur) nihil implere posse, Gutierrez *in tractatu de tutel. & curis 1. parte cap. 16. ex num. 82 vbi num. 84 & 85.* limitat, præterquã si annus legalis ad petendum tutorem fuisset restrictus per iudicem, vel si mater fuerit citata intra annum vt peteret tutorem pupilli periclitanti, & id facere neglexisset, tunc enim si intra annum moriatur pupillus privatur eius successione, eum videas, & Gratian. *in regula 478. num. 16.*

Ibi: *Quarto singulariter infero, &c.*

Quod terminus ad se præsentandum coram superiori in gradu appellationis currat a die appellationis, & non debeat expectari quod transeat omnis terminus concessus ad appellandum, vt hic resoluitur, docent Peralta *in l. statuliberum, §. Stichũ, n. 4. ff. delegatis 2.* Azeuedus *in l. 7. tit. 18. lib. 4. Recop. num. 50. & 88. & in Curia Pisana lib. 4. cap. 6. num. 93.* Paz *in praxi tomo 1. parte 5. cap. 1. §. vnico num. 9.* Gutierrez *lib. 1. quæst. 108. per totam* Pichardus *in manuductionibus 4. parte præcepto 20. num. 4.* Villadiego *in politica cap. 4. num. 67.* sed contrariũ semper practicari videmus in appellatione ad Cõciliũ ciuitatis vel opidi, nempe quod integer terminus currat, etiam si ante quintum diem quis appeller, vt testatur Castillo de Bobadilla *in Politica lib. 3. cap. 8. num. 201* Bolañus *in Curia Philippica 3. parte §. 6. nu. 4.* Narbona *in tertiam partem Recop. l. 17. tit. 18. lib. 4. Recop. glossa vnica num. 1.*

Ad numerum 36. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.* 37

Diximus iam in additione ad *numerum 29.* supra, contractum condi-

tio-

tionalem ad heredes transmitti, de quo plures retulimus Doctores materiam explicantes, & rationem quare in vltimis voluntatibus aliud sit nempe vt si conditionem habeat, ad heredes non transmittantur, de quo etiam diximus supra *tomo* 1. *cap.* 9. *num.* 53. & Matienzo *in l.* 2. *tit.* 11. *glo ss.* 6. *num.* 39. Barbosa *in rubrica. ff. soluto matrimonio* 1 *parte num.* 34.

Ibi: *Quod tamen intellige quando conditio apposita &c.*

Quod contractus conditione potestatiua celebratus, non transeat ad heredes vt hic resoluitur, docent communiter Doctores, vt videri potest per Couarrubiam *cap.* 29 *practicar. quæst.* & per reliquos supracitatos in additione *ad numerum* 29. versiculo *item an ius conditionis potestatiuæ*, de quo, & de interpretatione Tex. *in l si decem cum petiero. ff. de verbor. obligat.* videas Pichardum *in* §. *ex cõditionali instituta de verbor. obligation. num.* 14. vbi distinguit an talis sit conditio, quod pernonæ promissoris adhereat, vt *si consul fiat, si tabulam pingat* & similes, & hæc ad heredes transmitti non possunt, aut conditio ita ab herede impleri potest, vt stipulatoris non interfit, & tunc ad heredes trasit, vt *si decem? titio dederis* & ita interpretatur Tex: *in dicta l. si decem cum petiero* videetiam Salgadum *in labirintho creditorum* 1. *parte cap.* 33. *ex num.* 13. & Farinacium *in praxi quæst.* 25. *num.* 147. vbi laudat nostrum Comezium, & declarat quid in fisco, an in eum transeat hoc ius? vide relatos supra dicto versiculo *item an ius conditionis potestatiuæ &c.* post Manticam *de tacitis cõuention. lib.* 14. *cap.* 41 *num.* 10. & Matienzum *in l.* 2. *tit.* 11. *glossa* 6. *num.* 39 *lib.* 5. *Recopil.*

Ibi: *Item adde quod ius vel spes, &c.*

Ad resolutionem Gomezij hic, & interpretationem Tex. *in l. qui Romæ* 122. §. *Augerius. ff. de verborum obligationibus* videndi sunt Couarrubias *in pract. cap.* 39. *num.* 3. Gutierrez *de iuramento confirmat.* 1. *parte cap.* 37. *num. fin.* vel in additione quam ponit in fine dictæ primæ partis, latè Zeuallos *in quæst.* 727. *ex num.* 51. *& quæstione* 900. *ex num.* 50. Pichardus *in dicto* §. *ex conditionali num. fin. instituta de verbor. obligat.* Scobar *de ratiocinijs cap.* 34. *num.* 8. vbi plures refert; Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recop. num.* 8. Costa *lib.* 2. *selectar. cap.* 23. Offuald. ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 12. *notatis lit. B.* & Barbosa *in rubrica ff. soluto matrimonio* 1. *parte ex num.* 55.

Qui, & maximè Gutierrez, Scobar & Zeuallos latissimè disputant illã quæstionem, an si quis promittat pro mercatore vel alio debitore soluere quidquid constiterit debere facta calculatione, & ille debitor decesserit non facta liquidatione, committatur stipulatio, & ille promissor teneatur promissa implere?

Ad numerum 37. ibi: *Sed his non obstantibus contrarium est tenendum,* 38 *&c.*

Cautionem Mutianam non habere locum in contractibus sub conditione negatiua celebratis, vt resolui Gomezius, docent Costa *lib.* 2. *selectar. cap.* 5. *num.* 4. Cujacius *lib.* 4. *observation. cap.* 32. Mantica *de tacitis conuention. lib.* 14. *tit.* 42. *num.* 26 *& seq.* vbi de ratione differentiæ in hoc inter contractus, & vltimas voluntates *& num.* 27. *& seq.* vbi probat Mutianam cautionem in denatione causa mortis locum habere, & alia Tuschus *lit. C. conclus.* 177. *num.* 19. vbi numeris sequentibus addit alios casus in quibus non habet locum dicta cautio, & quomodo habeat locũ in vltimis voluntatibus, de quo etiam *conclus.* 578. *ex num.* 13. Molina *de primog. lib.* 2. *cap.* 12. *ex num.* 26. al-

ter-

alter Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione 285. num. 8.* vbi etiam agit quid in donatione cauſa mortis, & reliquis donationibus reuocabilibus? *& in diſput. 288. num. 9.* Oſſual. dus ad Donel. *lib. 8. cap. 33. notatis lit. P.* Optimè Pichardus *in §. ſiquis ita inſtituta de verbor. obligat.* vbi bene explicat, quare dicta cautio in vltimis voluntatibus locum habeat non vero in contractibus? Pater Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 7. diſputatione 91. num. 6.* vbi cum Gregorio Lopez, & Molina docet ſufficere iuramentum, quando quis ob nimiam paupertatem fideiuſſorem præſtare non poteſt in legato ſub conditione negatiua relicto, & quale priuilegium in hoc habeat libertas, & cauſa pia, & quod conditione non impleta, non ſolum fructus perceptos reſtituere tenetur prædictus legatarius, ſed, & percipiendos, vt ex alijs docet Molina *dicto cap. 12. num. 21.* Et *num. 7.* probat cum multis ipſe Thomas Sanchez ſupra dicta eſſe intelligenda quando conditio negatiua eſt perpetua, *vt ſi non nupſerit.* ſecus quando conditio eſt diſtributiua vt ſi alicui legetur *quandiu, vel quouſque, vel donec vidua fuerit*, in hoc enim euentu conditionem diuidi aiunt vt fructus perceptos dum vidua fuerit, non teneatur reſtituere, cum vide, & Pichard. *in relectione tit. ff. de ſubſtitutionibus cap. 4. num. 24.*

39 Ad numerum 38: ibi: *Alia eſt conditio neceſſaria, &c.*

De conditione de præſenti vel de præterito, item de neceſſaria, & impoſsibili videndi ſunt omnes relati ſupra *in additione ad numerum 28.* maximè Tuſchus *lit. C. concluſione 578. & 584. & 591.* vbi de conditione impoſsibili vel turpi, *& concluſ. 592.* vbi de conditione impediente matrimonium, Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 14. tit. 40.* vbi de conditione, quæ in præſens vel præteritũ tempus confertur, & de neceſſaria, & impoſsibili, Caſtillo *lib. 4. controuerſ. cap. 25. num. 41.* vbi quod conditio quæ præfinito tempore impleri non poteſt ob anguſtiã tẽporis, qua ſi impoſsibilis reputatur, & non vitiat legatum (dequo Menochius *de arbitrar caſu 480*) *& num. 61.* probat ipſe Caſtillo quod conditio quæ honeſtè impleri non valet, quaſi impoſsibilis etiam iudicatur, & pro non ſcripta habetur, latiſsimè Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 5. per totum* vbi de conditione intrinſeca & de neceſſario eueuntura, & de impoſsibili, ſeu turpi optimè agit, & quam plures Doctores refert, eum omnino videas, Oſſuald. ad Donel. *lib. 6 cap 18.* Scaccia *de commerciis § 1. quæſt. 7 parte 2. ampliatione 20. ex num. 13.* & Barboſa *in l. quæ dotis ff ſoluto matrimonio ex num. 126.* vbi depactis vel conditionibus contra naturam contractus, dequibus etiam Felicianus *decenſibus in proemio num. 24. & lib. 1. cap. 10. ex num. 28.* Cancer. *variarum. 1. parte 1. Reſponſo, ex num. 58.* vbi etiam de conditione depræſenti quę tacite ineſt ſi exprimatur, & Pichard. *in §. ſub conditione inſtituta de verbor. obligat. num. 7.* vbi quod conditio omnino extitura non eſt conditio, *& in §. conditiones eodem tit.* vbi de conditione de præſenti vel de præterito, quod ortum obligationis non impedit, *& §. impoſsibilis inſtit. de hæredibus inſtituendis* vbi latiſsimè de conditione impoſsibili, tam in contractibus quam in vltimis voluntatibus, Hermoſilla *in l. 5. tit. 4. gloſſa 1. num. 3.* vbi de conditione voluntaria, & neceſſaria, & de ſuſpenſiua, & reſolutiua remiſsiue, Petrus Gregorius *in ſintagmate lib. 42. cap. 32. ex num. 37.* vbi de omnibus conditionibus diſſerit, & Coſta *in §. ſi arbitratu limitatione 2. & 6.* & quaſi per totum

lib.

lib. 1. Fuffarius *de ſubſtitut. quæſt.* 454 *ex num.* 97. & nouiſsimè Salgado *in labirinth o creditor. parte* 1. *cap fina. ex num.* 96. vbi bene explicat cum Pichardo, & reliquis poſt Cancerium *variar.* 1 *parte reſponſorum iuris ex num.* 56. & 3. *parte cap.* 7. *ex num.* 27. Baſilius Ponze *de matrimonio lib.* 3. *cap.* 1. *ex num.* 5. & *cap.* 3.

40 Ad numerum 39. ibi: *Quidam eſt contractus alternatiuus, &c.*

In contracta alternatiuo ſuper rebus, in quibus non cadit affectio, vt inquantitate vel tempore, tantum, eſt in obligatione quod minimum eſt, & quod maiorem continet dilationem, in rebus autem inquibus cadit affectio vtrumq; eſt in obligatione, & debitoris eſt electio: ita reſoluit Gomezius in præſenti, & docent Tuſchus *lit. A. concluſ.* 316. vbi limitat & declarat, & *lit.* D. *concluſ.* 37. & *lit.* E. *concluſ.* 102. vbi omnino videas, Molina *de iuſtitia tom.* 2. *diſput.* 270. *n.* 4. & 5. Gratian. *diſcept. cap.* 338. *num.* 15. Scaccia *de commerciis* §. 2. *gloſſa* 5. *ex num.* 303. Petrus Gregorius *in ſintagmat. lib.* 21. *cap.* 18 *num.* 41. vbi materiam declarat late, & *num.* 30. *præcedenti* vbi de alternatiua inter perſonas, vt ſiquis promittat Titio aut Seio, Oſſuald. ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 2. Dueñas *in regula* 235. vbi de electione in alternatiuis, de quo etiam Couarrubias *in cap. indicante de teſtamentis num.* 3. Gregorius Lopez *l.* 1. *tit.* 13. *partitr* 2. Bernardus Diaz *in regula* 547. & alios quã plurimos referens Guzman *intractatu de euiction. q.* 22. *n.* 30. vbi declarat quando vtraq; res eſt in obligatione, & *n.* 31. vbi etiam declarat quando alternatiua cenſeatur in fauorem creditoris? Cancer. *variar.* 2. *parte cap.* 6. *ex num.* 90. Ioannes Gratianus *in regula* 61. *vbi num.* 1. ſic diſtinguit, nempe quod in contractibus ſi verba referuntur ad creditorem ipſi competit electio, aut ſucceſſori in debito & electio eſt debitoris: in vltimis autem voluntatibus eadem reſolutio adhibetur, niſi quod in debitore creditoris eſt electio, idemq; in iudicijs: ſed in dubio iudici electio datur: & ita mihi placet *lib.* 8. *ſelect. in l. ſi Titio. Valerio & in l. Lucio eodem libro* Gratian. *diſceptat. for. tomo* 2. *cap.* 248. *num.* 31. vbi quod ſicut debentur octo ſeruis aut pro ſingulis decem, non poterit diuidi electio, ita vt ſoluantur quatuor ſeruis, & quadraginta, ſed omnes ſeruis, aut octoginta ſoluendiſunt & *cap.* 239. Mantica late agens de obligatione alternatiua *lib.* 14. *de tacitis conuent. tit.* 30. *ex num.* 42. *vbi numer.* 44. quod quando electio eſt debitoris, licebit ei quoties voleat, mutare voluntatem in eo quod ſoluturus eſt, *ex* Tex. *in l. cum pure ſtipulatus ſim ff. de verbor. obligat.* & Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.* 569. *num.* 7. & vide omnino *infra num.* 43. *verſic. quod debitor promittens.*

Sed circa præſentem difficultatẽ an ſcilicet in alternatiuis vtrumq; ſit in obligatione vide *ſupra cap.* 10. *nu.* 13. & Molinam *dicto num.* 7. & Carlevalium *tomo.* 2. *de iudicijs diſputatione* 3. *num.* 25. & 49. & nouiſsimè de hac materia Salgadum *in labirintho credit. parte* 2. *cap.* 29. *ex num.* 37. & D. Larream *deciſsio. Granat.* 74. *num.* 29.

Ad numerum 40. ibi: *Vnum tamen* 41
eſt, &c.

Si vna ex rebus alternatiue debitis pereat, quod alia remaneat in obligatione, præterquã ſi vilior perijt, & pretioſior mãſit quia tũc ſoluẽdo ſtimationem peremptæ liberatur debitor, prout etiam liberatio contingit omnino poſt moram, & culpam creditoris in non recipiendo: ita reſoluit Gomezius hic, & docẽt Oſſualdus ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 2. *notatis lit. B*, aſſerens æquam eſſe reſolutionem

nem prædictam, & referens Briſſon *lib. 1. deſolution.* & Anton Fabrum *lib. 2. coniectur. cap. 15.* Guzman *de euiction. dicta quæſt. 22. num. 29.* Mantica *de tacitis conuen. lib. 14. tit. 30. ex nu. 44.* Caſtillo *in l. 19. Tauri* vbi de duabus ſpeciebus alternatiue legatis, quarum vna perijt, vide etiam Molinam *de iuſtitia tomo 2. diſput. 270. num. 4.* & Cancer. *variar. 2. parte cap. 6. num. 96.*

Ibi: *Sed in noſtro caſu vtraq; res ex alternatiue debitis eſt in obligatione &c.*

Vide ſupra *num. precedenti.*

Ibi: *Item adde quod talis creditor alternatiuus, &c.*

Quod creditor in alternatiuis alternatiue agere debet, & non vnam tantum rem petere, vt hic reſoluitur, docent, Tuſchus *lit. L. concluſione 313. ex num 11.* & Pichard. *in §. ſiquis agens 33. inſtituta de actionibus num. 30. & ſeq.* vbi probat quod plus cauſa perit, qui poſt alternatiuam ſtipulationem vnam tantum rem petit, cum vtramq; petere debeat, alternatiue, & ſic ferri ſententia, vt etiam probat ipſe Pichard. *in §. curare 32. eodem tit num. 6. & 17.* Barboſa *in collectan. l. 1. Cod. de plus petition. & cap. 1. eodem tit.* & vide Carleualium *de iudicijs tomo 2. tit. 3. diſput. 3. num. 49.* Cãcerium *variarum 2. parte cap. 6. num. 93.*

42 Ad numerum 41. ibi: *Itẽ adde quod mortuo debitore, &c.*

In alternatiuis quod ius eligendi (de quo ſupra) tranſeat ad hæredes vt reſoluit Gomezius, docent Burgos de Paz late probans *in l. 1. Tauri, nu. 427. & ſeq.* vbi etiam quod ad ſucceſſorem iudicis tranſit ius declarandi ſententiam, de quo Gomezius in præſenti & Scaccia *de re iudicata, gloſſa 14. quæſtione 17.* & Salgado *infra*, Molina *de primog. lib. 2. cap. 4. num. 62.* Pinel *in l. 2. Cod. de bonis maternis num. 11.* Caldas *de iure emphiteutico quæſt. 7.* Azeuedus *in l. 5. tit. 4. lib. 5. Recop. num. 16.* & alij relati a Carpio *in tractatu de executoribus, & commiſſarijs vltim. vol. lib. 2. cap. 19. num. 14.* Cujacius *lib. 18. quæſt. Paul. in l. ſi ſic pulatus 76. ff. de verbor. obligat.* vbi etiam Duaren. Flores *in addition. ad* Gamam *deciſ. 18.* Caſtillo *lib. 5. controuerſ. cap. 87. & in lib. 6. cap. 183.* D. Larrea *deciſ. Granat. 31. per totam* & quam plurimos referens, & optimè explicans D. Franciſcus de Amaya *in l. 60. tit. de decurionibus lib. 10. codicis ex num. 17.* vbi bene diſtinguit, quod ſi facultas eligendi ad aliquem pertinet ex iure proprio quo ad ſuã vtilitatem, commodum aut intereſſe ratione rei relictæ in teſtamento, vel ſtipulatæ, & electio debet fieri ex cauſa antecedenti, & præambulata, tunc bene tranſit ad hæredes, ſi vero facultas eligendi fuit alicui conceſſa ratione arbitrij vt ipſe eligat aliquem qui ſuccedat in maioratu vel Capellania, & alijs, tunc non fiat tranſmiſſio in quo omnes ſupra citati conueniunt, & vide Salgadum *de protectione 4. parte cap. 12. num. 6. 44. & quæſt. per totum.*

Ad numerum 42. ibi: *Item adde quod in alternatiua remediorum, &c.* 43

In alternatiua remediorum electionem eſſe creditoris vt hic reſoluitur, notum eſt in iure, ita vt comprobatione non indigeat, & conſtat ex principio *tit. 2. partita 3. & in l. 15. eiuſdẽ tituli*, & docent Suarez de Paz *in præxi 1. tomo 2. parte. ex nu. 2. & in 2. tomo, 2. parte, capit. vnico num. 10. & ſeq.* vbi an poſsit, alterum remedium intentare ſi per interatum non ſit ſibi conſultum, de quo etiam late Tuſchus *lit. E. concluſione 103.* & duabus ſequentibus, vbi quoq; agit, quando eligens vnam actionem alteri renuntiare videatur? & in ſpecie de hac electione in alternatiua remediorũ,

la

late Gratianus *discept. cap.* 338 *ex num.* 5. Scaccia *de commerciis* §. 2. *gloss.* 5 *ex num* 305.

Ibi *Ex quo infertur, &c.*

Quod debitor promittens soluere intra certum terminum, vel dare fide iussorem vel pignora, adueniente termino possit præcisse compelli soluere debitum, resoluit Gomezius cũ communi, & ita etiam cum Stracha, & alijs docet Tuschus *lit. E. conclus.* 102 *ex num.* 14. vbi ait hoc ita procedere, quia dicta promissio sic facta videtur in fauorem creditoris, quasi tendat ad maiorem cautionem ipsius Scaccia *de commerciis* §. 2. *glossa* 5. *num* 305. & Guzman *in tractatu de euictionibus quæst.* 22. *num.* 31. vbi idem tenet Gratian. *discept. cap.* 338. *num.* 6. vbi de obligatione soluendi vel præsentandi debitorem in carcere & Salgado *in labirintho credit. part* 2. *cap.* 29. *ex num.* 37. vbi etiam de condemnato soluere triticum vel eius æstimationem, quod tunc creditoris sit electio, D. Larrea *decis. Granat.* 74. *num.* 29.

44 Ad numerum 43 ibi: *Item, adde quod prædicta procedunt, &c.*

In vltimis voluntatibus electionẽ esse legatarij in alternatiuis, resoluit Gomezius, & docent, & explicãt omnes Doctores relati *num.* 40. vbi Ioannes Gratianus in regula 161 cõprobat expresse resolutionem Gomezij nempe quod electio pertinet ad heredem quando verba ad illum diriguntur, non si simpliciter proferũtur, quod etiam affirmant reliqui ibi citati, & Tuschus *lit. E. conclus.* 102. *num.* 26. Mantica *de coniecturis vltim. vol. lib.* 9. *tit.* 3. *num.* 27 qui aliquantulum discrepat, de quo etiam diximus *tomo* 1. *cap.* 13.

45 Ad numerum 44. ibi: *Quidam est contractus annuus, &c.*

Contractus annuus vel promissio annua in quo differat a legato annuo vt late explicat, & distinguit Gomezius in præsenti, docent, Mantica *de tacitis conuention. libr.* 14. *tit.* 12. *num.* 13. vbi quod stipulatio annua transit ad heredes, cum in se sit pura, & perpetua, præterquam si causam habeat expressam quæ heredibus stipulatoris non conuenit, tunc enim non transit ad heredem: veluti si quis decem annua promisserit alicui Doctori vt eius causas ageret, vel Medico vt eius infirmos curaret, & *in tit.* 40, *eodem lib. ex num.* 35. vbi bene explicat declarat, & limitat, & *n.* 38. addit quod si id quod abstipulatore impleri debet, cohæret eius persone, tot sunt stipulationes quot anni vt in exemplis suprapositis, Cujacius *in l. si Stichum* 16. §. 1. *ff. de verb. obligat.* Couarrubias *lib.* 3. *variar. cap.* 9. *ad fin.* Parlador. *lib.* 1. *quotidian. cap.* 1. §. 12. *num.* 5. Barbosa *in collectan. c. fin. de restitut. spoliat. num.* 9. Valdesius ad Suarez *in l. post rem in declaratione, l. Regni limitatione* 6. Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 2. *quæst. oue.* 15. *ex num.* 35. & optimè explicans, & argumentis contrarijs satisfaciens Richardus *in* §. *at si ita stipuleris institutea de verbor. obligat. vbi num.* 6. explicat rationem differẽtiæ inter stipulationem annuam, & annuum legatum, cum illa sit vna, & pura, hoc autem multiplex, & conditionale, & etiam agit de promissione *quoad viuam vel dum viuam* Menochius *lib.* 4. *presump.* 132. *num.* 14. vbi de annuo legato, & Fusarius de substitutionibus *quæst.* 242. *num.* 57. vide etiam Salgadum *de protectione* 4. *parte cap.* 7. *ex num.* 135. post Cancerium *variar.* 3. *parte cap.* 20. *num.* 36. vbi etiam explicat.

Ibi: *Secundus effectus est, &c.*

Quod ex contractu annuo vna, & sola gabella debeatur tempore contractus, & gabellatio tunc temporis existenti, vt hic resolvitur, & sic esse

obser-

obſeruandum in conſtitutione cenſus annui, docent Parladorus *quotidianarum capit.* 3. §. 4. *nu.* 38. Auendañus *reſponſo* 23. *numer.* 1. *& reſponſo* 29. *per totum*, Ualdeſius *in additionibus ad Suarez, titul. de arris, numer.* 9. vbi laudat noſtrum Gomezium, & plures referens Gironda *in tractatu de gabellis*, 5. *parte*, §. *vnico*, *ex numer.* 1. quamuis ipſe, & alij ab eo relati teneant, gabellam deberi tempore redemptionis cenſus reſeruatiui, & non tempore contractus, prout etiam idem tenuit in eodem cenſu reſeruatiuo, Bolanus *in Curia Philippica. tomo* 2. *capit.* 14. verbo: *Alcauala*, *numer.* 64. Sed indiſtincte dicendum eſt ex impoſitione cenſus configuatiui, & etiam ex venditione prædij ad cenſum reſeruatiuum, ſtatim gabellam deberi, & non tempore redemptionis, & hoc ex ſpeciali conſtitutione Regia: vide etiam Gutierrez *in tract. de gabellis, quæſtione* 54. late.

46 Ad numerum 45. ibi: *Quartus effectus notabilis, & quotidianus eſt, &c.*

Per lapſum triginta annorum præſcribi promiſſionem, vel præſtationem annuam, tàm pro primo anno, quàm pro ſequentibus, quamuis aliud ſit in vltimis voluntatibus, vbi pro primo tantum anno locum habet præſcriptio, reſolnit Gomezius in præſenti, & ita docent plures relati à Zeuallos *quæſtione* 567. Rodriguez *de redditibus, libr.* 1. *quæſtione* 17. *numer.* 101. *& 102. & libr.* 2. *quæſtione* 9. *numer.* 64. *& ſeq.* vbi etiam agit de tertio poſſeſſore, Parladorus *quotidianarum, libr.* 1. *capit.* 1. §. 12. *numer.* 5. *& ſequentibus*, ſed contrarium verius, imo quod indiſtincte pro primo tantum anno intelligatur impleta præſcriptio, non pro ſequentibus, & ſic de ſingulis; ita docent Paz *in praxi*, 1. *tomo*, 4. *parte*, *capit.* 31. *ex numer.* 15. Couarrubias *libr.* 3. *variarum, capit.* 7. *numer.* 1. Tuſchus *litter. P. concluſ.* 545. & id comprobat late Petrus Gregorius *in ſintagmat. libr.* 40. *cap.* 5. *numer.* 32. Gratianus *diſceptationum, tom.* 2. *capit.* 399. *numer.* 29. & Zeuallos *dicta quæſtione* 567. vbi tres opiniones refert, & Doctores qui eas ſequuntur, eum vide, & Oſualdum ad Donelum *libr.* 5. *capit. finali*, *notatis liter.* L. & Carleualium *de iudicijs*, *libr.* 1. *titul.* 3. *diſputatione* 4. *num.* 20. vbi etiam plures refert, & declarat, & *numer.* 18. & Salgadum ſupra, & Caſtillo *de vſufructu*, *capit.* 67. *numer.* 4. *&* 33. & Cancerium *variarum*, 3. *parte*, *capit.* 20. *numer.* 58. *& ſequent* & D. Larream *allegatione fiſc.* 16. *n.* 20.

Ad num. 46. ibi: *Tertio, & principaliter differunt. &c.* 47

Promiſsionem, & obligationem annuam perpetuam eſſe, & ad hæredes tranſire, vt hic reſoluitur, docent omnes doctores relati ſupra *numer.* 45. maxime Mantica, & Pichardus *in* §. *at ſi ita*, *inſtituta de verborum obligationibus*, vbi bene explicat rationem differentiæ in hoc inter contractus, & vltimas voluntates, & ibi *nnmer.* 9. agit, quid ſi annuum aliquid alicui vſque ad præfinitum diem relinquatur, an morte legatarij tale legatum finiatur? cum omnino videas, & Laram *de anniuerſarijs*, *libr.* 1. *capit.* 3. *ex numer.* 45. vbi quod anniuerſarium per contractum relictum perpetuum iudicari debet, cum antea dixiſſet perpetuum etiam eſſe, licet in vltima voluntate relinquatur fauore animæ, & non extingui prima vice, vide etiam Maricznm *in dialogo*

3. *parte, capit.* 18. *nu.* 11. & Salgadum *de protectione*, 4. *parte, capit.* 7. *ex nu-mer.* 135.

48 Ad num. 47. ibi: *Aduertendum tamen est, &c.*

Promissionem annuam, & legatum annuum in hoc conuenire, quod creditor vtroque casu potest agere, & petere, vt declaretur tale ius sibi competere, & debitorem condemnari etiam pro futuris annis, vt hic explicatur per Gomezium, docent communiter Doctores, & in specie laudans nostrum Gomezium Rodriguez *de redditibus, libr.* 1. *quæstione* 17. *numer.* 104. Gratianus *disceptationum, capit.* 151. *ex numer.* 35. Barbosa *in collectanea, leg.* 1. *Codic. de plus petitionibus, numer.* 12. *& cap.* 1. *eodem tit. numer.* 9. Pichardus *in* §. *& si ita stipuleris*, institura *de verborum obligationibus, ex numer.* 6. vbi etiam agit de differentia inter promissionem annuam, & legatum, & comprobatur resolutio Gomezij ex ea conclusione quam omnes constituunt, nempe quod si futura habent dependentiam à præterito, vel præsenti, recte iudicium ad ea acommodatur, vt ait Cardinalis Tuschus *liter.* I. *conclusione* 486. *numer.* 12. Suarez *allegatione* 4. *numer.* 4. vbi Ualdesius plures refert, Morla *in emporio, titul.* 2. *quæstione* 8. *ex numer.* 9. Molina *de primogenijs libr.* 3. *capit.* 14. *per totum*, Barbosa *in leg. non potest videri, ff. de iudicijs*, & plures referens Pichardus *in* §. *item is*, institura *de obligationibus, quæ ex quasi maleficio nascuntur, ex numer.* 42. & videomnino Salgadum *in labirintho creditorum*, 1. *parte, capit.* 8. *vbi numer.* 50. maxime laudat Gomezium hic.

49 Ad num. 48. ibi: *Item adde in materia, &c.*

Relictum in diem reiterabilem, verbi gratia, *in diem Sancti Ioannis*, quod debeat intelligi in perpetuum quoliber anno, vt hic resoluitur, docent plures relati à Barbosa, & reliquis infra, verius tamen iudicio dictum legatum regulariter loquendo non in perpetuum, sed pro prima vice præstandum, præterquam si concurrat aliqua coniectura ex *ijs* quas congerit *Menochius de præsumptionibus, libr.* 4. *præsumptione* 132. *per totam*, vbi bene explicat textus *in leg. cum quidam, ff. de annuis legatis* (de quo etiam late Barbosa *in leg.* 8. §. *quod in anno, ff. soluto matrimonio, ex numer.* 11) vbi perpetuum esse legatum innuitur, ex voluntate interpretatiua testatoris, qui respiciens communem vsum, & consuetudinem eorum, qui annuatim in die natali diuidebant, & donabant amicis suis pecunias, & alia id præstari iussit, vbi autem nulla coniectura reperitur in contrarium semel tantum legatum præstari debebit, pro quo plures Doctores refert Barbosa supra *numer.* 13. & ita etiam docent Palacius Rubios *in rubrica de donationibus*, §. 69. *numer.* 21. Antonius Gabriel *libr.* 6. *titul. de legibus, conclusione* 2. *numer.* 26. Mantica *de coniecturis vltimarum volantatum, libr.* 6. *titul.* 11. *numer.* 19. & alij plures in vnum congesti à Lara *in tractatu de anniuersarijs, libr.* 1. *capit.* 3. *numer.* 4. vbi per discursum late agit de anniuersario relicto, an intelligatur de prima vice, vel in perpetuum? *& numer. final.* laudans nostrum Gomezium in præsenti in versiculo: *Quod tamen intellige*, ait, quod si testator disponat quod aliquid erogetur in die mortis suæ, vel exequiarum, vel in fine anni, vulgo: *Cabo de año*, semel tantum præstabitur, & fiet.

Ibi

Ibi: *Item adde quod si testator, &c.*

Adde *Menochium*, & reliquos supra, & Barbosam *in dicto* §. *quod in anno, nu.* 11. *&* 12.

50 Ad num. 49. ibi: *Vnde in hoc subtili, & difficile passu, &c.*

Quod in obligatione generica debitor tantum teneatur ad vnam rei ex contentis sub genere, vt docet, & explicat Gomezius in præsenti, probat Lassarte *de decima venditionis, capit.* 7. *ex numer.* 10. vbi laudat Gomezium, & cum eo transit, latissime explicans dictam resolutionem, Otualdus ad Donelum *libr.* 15. *capit.* 1. *liter.* G. quamuis taxet eum *Molina de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 569. *numer.* 8. vbi ait in prædicta obligatione comprehendi omnia individua illius speciei, quæ non vilia, & abiecta sunt sub disiuntione tamen, vt in alternatiuis, vide tamen Pichardum *in* §. *si finium*; institutæ *de officio iudicis in materia de individuis quam ibi ponit, cap.* 9. *num.* 108. vbi ait quod in obligatione generis vna tantummodo res est in obligatione, vt in alternatiua, eum vide, & nouissimè D. Larream *decisione Granatensi* 14. *num* 9. *& decisione* 18. *num.* 11. vbi de debitore generis agit.

51 Ad numerum 50 ibi: *Item adde quod in hos contractu, &c.*

In promissione generica dequa numero præcedenti quod res mediocris debeatur, vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit. E. conclusio* 102 *num.* 5. referens ad hoc Baldum *cons.* 180. *num.* 4. *lib.* 2. Dinus Cagnolus, & reliqui *in l. semper in obscuris. ff. de regulis iuris* Capra *in regula* 113. *per totam*, & late, & optimè Stephanus Gratianus *discept. cap.* 700. *vbi num.* 1. statui regulam quod siue simus in contractibus, siue in vltimis voluntaribus supra dicta resolutio procedit, *& numer.* 8. probat, quod quando electio datur hæredi ad soluendum legatum potest eligere minimum, quod declarat latius Dinus *in dicta regula semper in obscuris*, quem videas, *& numer.* 11. probat cum multis pse Gratianus dictam resolutionem non procedere in causa pia, nec in dotali, quæ ei æquiparatur, vel quando considerata conditione personæ, cui legatum fuit relictum, debeat præsumi testatorem legasse quod maius est, non quod minus, ex *Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum, libr.* 6. *titul.* 11. Surdo *de alimentis, titul.* 8. *priuilegio* 25. *numer.* 11. & alijs, de quo etiam vide supra *tomo* 1. *cap.* 12.

Ibi: *Ex quo collige, &c.*

Quod solutio legati debeat fieri de rebus quæ sunt in patrimonio, vt hic resoluitur, notum est; si vero talis res non est in patrimonio, tunc quod est me diocre debet solui, Capra *in dicta regula* 113. *numer.* 41. & cum eo Gratianus supra *dicto capit.* 700. *num.* 18.

Ad numerum 51. ibi: *Et magistraliter, & resolutiue dico, &c.* 52

In causis pecuniarijs ex contractu descendentibus quod debitor non debeat incarcerari, sed citari, conuinci, & condemnari, & si facta executione non reperiuntur bona, tunc ad capturam procedi possit, resoluit Gomezius in præsenti, in quo aduertendum est quod antiquitus debitor, qui post condemnationem debitum soluere non poterat, addicebatur creditori in seruitutem lege nexus, & talis debitor addi

addictus dicebatur, vt ex alijs refert Couarrubias *libr. 2. variarum, cap. 1. num. 1.* post modum vero iure cautum fuit (vt probat Gomezius) quod si debitor facta executione nõ satisfaciat in carcere detineatur, donec debitum soluat, sic Couarrubias *in dicto cap. 1. num. 2.* Baeça *de inope debitore, capit. 1. ex numer. 25.* Azeuedus *in l. 19. titul. 21. lib. 4. Recopilat. ex num. 75.* quod ita intelligendum, & explicandum est, nempe quod debitor condemnatus per sententiam quæ transiuit in rem iudicatam, vel obligatus per instrumentum guarentigium, si bona in quibus fiat executio, non indicet, vel fide iussorem non præstet, qui caueat bona debitoris esse, & soluendo sufficientia, tunc eius persona in carcerem conijcetur, & non antea nisi debitum sit fiscale, vt bene explicat Valençuela *in leg. nemo carcerem, 2. Codic. de exactoribus tributorum, libr. 10. numer. 5.* vel iam debitor beneficio cessionis vsus fuit, Suarez de Paz *in sua praxi, 1. tom. 4. parte. capit. 6. & 9.* & late explicans alioſque referens Pichardus *in manuductionibus, 2. parte, 8 praceptoper totum, & libr. 4. institutionum, titul. 6. §. cum eo quoque 40. numer. 10. & 25.* & Narbona *in tertiam partem Recopilationis, l. 14. tit. 2. libr. 6. gloſſa 1. ex numer. 1.* & Salgado *de protectione, 2. parte, capit. 4. ex num. 125.* vbi de iniusta carceratione, *& num. 129. & 130.* vbi an iuste incarceratus, vel pro debito falso possit detineri pro verò?

Ibi: *Quam tamen capturam euitabit, &c.*

De cessione bonorum, de qua Gomezius in præsenti, videndi sunt præter ordinarios Paz *in praxi, 4. parte, 1. tom. capit. 5. per totum*, Azeuedus, Marienzo, & reliqui *in l. 4. & sequent. titul. 16. libr. 5. Recopilationis*, vbi etiam quod vestes ordinariæ sunt relinquendæ illi, qui bonis cessit (vt ait Gomezius) & insuper instrumenta suæ artis, Bolanus *in Curia Philipp. §. cesion de bienes*, Petrus Gregr. *in syntag. libr. 22. cap. 8. & seq.* Barbosa *in leg. maritum, ff. soluto matrimonio*, vbi denegante debitum, vel mentiente, & de contrahente debita cum sciret se non esse soluendo, & alia, *& in leg. alia*, §. *eleganter, eodem titul.* vbi de renuntiatione huius beneficij, & alijs casibus in quibus amittitur hoc priuilegium, Aulès *in capit. 18. pretorum*, verbo: *Qual conuenga, ex numer. 6.* Guzman *in tractatu de euictionibus, quæstione 10. numer. 19.* vbi an hoc beneficium prosit fideiussori? Villadiego *in politica, cap. 2. ex num. 173.* & *informa libellandi num. 25 & sequent.* Diana *resolution. moral. 7. parte, tractatu 8. per totum*, vbi etiam plures refert, Zeuallos *quæstione 70.* vbi etiam de renuntiatione dicti beneficij, & alia, & latissimè Pichardus *libr. 4. institution. titul. 6. §. cum eo quoq; 40. per totum*, Osualdus ad Donelum *libr. 37. capit. 9. notatis liter. P.* Scaccia *de commercijs*, §. 2. *gloſſa 5. & §. 7. gloſſa 5.* & nouissime plures referens Salgado *in labirintho creditorum, 1. parte, capit. 1. & capit. 14. & 3. parte, capit. 16. ex num. 1. & numer. 18.* vbi de differentia concursus creditorum, & cessionis, & alia plura, Comez Bayo *in sua praxi, quæstione 59.* apud quos hanc materiam satis explicatam inuenies.

Ad num. 52. ibi: *Item adde quod talis, &c.* 53

Cedens bonis non incarceratur, quia in bonis postea quæsitis non tenetur in plusquam facere potest, præterquã si dolose, & in fraudẽ debitor alienauit bona, ita resoluit Comez.

& do-

& docent relati supra numero præcedenti, maximè Barbosa, Guzman, & Pichardus qui *in dicto §. cum eo quoque, numer. 32.* probat, etiam hoc beneficium fideiussoribus non prodesse, vt ait Gomezius hic, & Salgado supra, quem etiam videas *in tractatu de protectione, parte 2. cap. 4. numer. 199.* vbi quod quando facit cessionem, & est tradendus creditori torque ferreo pro debiti satisfactione, non debet relaxari à carcere donec effectum habeat traditio.

Ibi: *Item adde quod si debitor conueniatur pro delicto, &c.*

Qui conuenitur pro delicto ciuiliter, quod non gaudeat dicto beneficio, sed luat in corpore, vt hic resoluitur, docent Bernardus Dias *in regula 73.* vbi refert Iasonem *in leg. si quis id quod, ff. de iurisdictione omnium iudicum*, qui quatuor modis limitat, vbi additionator Salzedus alios refert, Matienzo *in leg. 9. titul. 16. libr. 5. Recopilationis, glossa 2. numer. 3. & 4.* Bolanus *in Curia philippica*, §. *cession, numer 3.* Villadiego *in politica, capit. 2. numer. 175.* Gratianus *in regula 60.* vbi præter quatuor limitationes Iasonis alias duas adducit, & tandem notat, quod si talis debitor in corpore sit punitus, licet postea perueniat in pinguiorem fortunam, non tenebitur amplius, de quo etiam Matienzo *in leg. 4. dicto titul. 16. glossa 2. num. 12. lib. 5.* & circa illud axioma, quod non habens in ære debeat luere in corpore, videndi sunt Auendañus *in capit. 16. pretorum, 2. parte nu. 7.* Menochius *de arbitrarijs, casu 447.* Baeça *de inope debitore, capit. 11.* Auiles *in capit. 1. pretorum, verbo: De rechamente, num. 6.* Osualdus ad Donellum *lib. 27. capit. 9. notatis liter. Rr.* Cujacius *in libr. 1. quæstion. Papi. in l. libertas ff. de in ius vocando*, & alij plures relati à Pichardo *in §. pœnales*, instituta *de actionibus, n. 19.* Farinacius *tom. 1. tit. 3. quæst. 18. n. 56. & seq. & quæst. 26. per totam*, & Gomez Bayo *in collectaneis, liter. Q. nu. 25.* vide etiam Salgadum *in labirintho 1. parte, capit. 7. ex n. 1.* vbi refert Tesaurum *decisione 182. ex nu. 4.* & Farinac. sup. & alios distinguentes, quod si pœna parti applicatur in vindictam delicti, non habet locum cessio secus si pro damno, vel interesse.

Ibi: *Hodie tamen in nostro Regno, &c.*

De modo, & forma cessionis, & quomodo locum habeat in hoc Regno videndi sunt relati supra *numer. 52.* in versiculo: *Ibi quam tamen capturam euitabit, &c.* maximè Pichardus *in dicto §. cum eo quoque*, instituta *de actionibus, num. 46.*

Ad numer. 53. ibi: *Et videtur quod non. &c.* 54

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quod vxor præferatur in seruitio mariti cedentis bonis, pro solutione dotis, vt hic resoluit Gomezius, docent Parladorus *libr. 2. quotidianarum, capit. final. 5. part. §. 7. numer. 5.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 18. numer. 8.* Matienzo *in l. 6 glossa 3. num. 3. titul. 16. libr. 5. Recopilationis*, Paz *in praxi, 1. tom. 4. parte, capit. 8. numer. 4.* Bolanus *in Curia Ppilipica, §. cession num. 14.* Villadiego *in politica, cap. 2, num. 174.* qui omnes, & aliquos ex eis referens Pichardus *in dicto §. cum eo quoque*, instituta *de actionibus, numer. 47.* optime aduertunt absq; torque ferreo tradendum vxori maritum ob reuerentiam illi debitam, contra Auiles *in capit. 18. pretorum. num. 1.*

Item quod filius debeat tradi patri in simili casu cessionis, docent Gutierrez *in tractatu de iuramento confirm. 1.p.c.18.n.8.* & Azeuedus *in l. 6. tit. 16. lib. 5. Recop. n. 5.*

E contra autem pater non debet tradi filio, vt probat Baeça *de inope debitore, capit. 3. numer. 2. & 26. & in capit. 17. numer. 33. cum sequent.* & Gomez Bayo *in suis practicis quæstionib. libr. 2. quæstione 59.* qui alios referunt.

55 Ad n. 54. ibi: *Item adde quod nobilis in nostro Regno, &c.*

Nobilem pro debito non posse carcerari, nec teneri seruire modo supra dicto, nec posse renunciare huic priuilegio, resoluit Comezius & docent Couarrubias *libr. 2. variarum, capit. 1. num. 4.* Baeça *de inope debitore, cap. 16. num. 8. & 9.* Azeuedus *in l. 4. tit. 2. libr. 6. Recopilation. num. 27.* Garcia *de nobilitate, glossa 1. num. 8.* Otalora *eodem tractatu, 5. parte, sapit. vltimo, numer. 2.* Paz *in praxi, 4. parte, 1. tom. capit. 2. numer 33. & parte 8. capit. vnico, numer 20.* Bolanus *in Curia Philippica, 2. parte, §. prision, ex numer. 7.* Pichardus *in §. cum eo quoque, instituta de actionibus, ex numer. 20.* vbi de bonis nobilium in quibus non potest fieri executio, & alia, & nouissimè Narbona *in tertiam partem noua Recopilation, in l. 14. tit. 2. lib. 6. glossa 1.* & alij plures penes ipsos. Et quod nobilis non possit dicto priuilegio renuntiare (*vt* Gomezius resoluit) probant Otalora *de nobilitate, 3. parte. principali capit. 6. nu. 3.* Azeuedus *in l. 4. & 5. tit. 2. n. 14. lib. 6 Recopilat.* Gutierrez *de iuramento confirm. cap. 16, num. 37. & sequent.* Zeuallos duas communes contrarias referens *quæstione 668* & plurimos referens Narbona *in tertiam partem Recopilationis, l. 14. titul. 2. lib. 6. glossa 4.* ex cuius legis dispositione hæc resolutio iam non habet dubium, vbi *numer. 10.* idem dicendum probat in clerico, qui non potest renuntiare priuilegio fori clericalis.

Plures tamen sunt casus in quibus nobilis pro debito ciuili in carcerari potest, quos videre poteris per Gutierrez *lib. 4. practicarum, quæstione 14.* & omnes supra relatos, & per Noguerol *allegatione 33. ex numer. 70* vbi de conductore reddituum Regalium, & decimarum, Narbonam *in l. 14. titul. 2. lib. 6. Recopilat. glossa 1. per totam*, vbi omnes casus enumerat, post Tiraquel. *in tractatu de nobilitate, capit. 25. & sequent. & ex numer. 8.* late disputat ipse Narbona an nobilis in casibus, in quibus non potest incarcerari, possit excommunicari? & non posse probat, *& num. 50. & sequentibus*, docet non posse capi si fideiussor existat pro reo alicuius criminis, de iudicio sistendo, vel iudicato soluendo, ratione debiti ex huiusmodi fideiussione resultantis (de quo infra *capit 13. num 2.*) & alia plurima, cum omnino videas per omnes glossas, *& ibi num. 54.* declarat, quando debitum dicatur descendere ex delicto, & Bolanum *in Curia Philippica, 2. parte, §. prision, ex numer. 7.* Scobar *de ratiocinijs, cap. 35.* late Castillo *in politica, lib. 3. capit. 6. & 15.* Comez Bayo *in suis quæstionibus, lib. 2. quæstione 125.* vbi an nobilis possit excomunicari pro debito? & an pro debito poniti, *vulgo: Del posito?* Bobadilla *in politica libr. 3. capit. 3. num. 50.* Scobar *de ratiocinijs, capit. 35.* & Narbona *in dicta glossa 1. numer. 69.* & vide nouissime Salgadum *in labirintho creditorum, 1. parte, capit. 13. §. 1. ex numer. 24.* vbi de nobili administratore bonorum ciuitatis, vel bonorum concursus, & de nobili qui-

pro

promiſsit dare fideiuſſorem, & non dat: his enim caſibus incarceratur, *vide ibi, & cap. 41. per totum.*

Ibi: *Quod tamen notabiliter intelligo, &c.*

Nobilis ſe talem negans, quod poſsit in carcerari, vt hic reſoluitur, docent Gutierrez *de iuram confirm. 1. parte cap. 16. num. 25. & lib. 4. practicar quæſt. 14. num 9.* & noſter Gomezius *in l. 79. Taurinum. 4.* Azeuedus *in dicta l. 4. tit. 2. lib. 6. Recop. ex num 29.* vbi tres limitationes adducit, Ioãnes Gratianus *in regula 312. num. 2.* Ignatius del Villar *reſponſo 6. num. 13. lib. 1.* Narbona *in dicta l. 14. tit. 2. lib. 6. Recop. gloſſa 1. num. 71. vbi num. 73.* cum noſtro Gomezio *in l. 79. Taurinum. 4.* Baeza *de inope debitore cap. 16. num. 96.* & Azeuedo *ſupra num. 29* & alijs docet quod ſi nobilis citra fraudem nulla decipiendi intentione, ſed errore ductus, & falſa ſui æſtimatione deceptus, ſe nobilem eſſe negauit, conſtito poſtmodum de nobilitate eaq; probata ſufficienter, non debet ſuo priuilegio priuari, ne incarceretur.

Item quod nobilitatis priuilegia amittantur ex exercitio officij vilis, ſi nobilitas ſit ex priuilegio, ſecus ſi ſanguinis, reſoluit communis, vt cõſtat ex Garcia *in tractatu de nobilitate gloſſa 1. § 1. num. 58.* Gutierrez *lib. 1 quæſt. 137. num. 18. & 96.* & Norbona *in l. 14. tit. 2. lib. 6. Recopil. gloſſa 1. ex num. 90.* vbi plurimos refer, & late diſputat, verius tamen eſſe aſſerit D. Franciſcus de Amaya *in l. vnica Cod. de infamibus lib. 10. nu. 84.* quod per exercitium officij vilis ſolum amittitur illud priuilegium, quod a principe ſolet concedi, vt ſint exempti a tributis, & oneribus, qui vulgariter vocãtur: *Caualleros pardos*, quibus nulla nobilitas conceditur, ſed ſolũ dicta exemptio, & ſic idem Author *in l. 2. Cod. ſi ſeruus aut libertus ad decurionatum, &c. eodem lib. 10. ex n.* 64. late probat † nobilem ex priuilegio admittendum eſſe tanquam verè nobilem ad omnes illas res, quæ nobilitatem deſiderant, & ſic ad honores ordinum militarium, & ad confraternitates nobilitatem requirentes, & alia, dummodo verba priuilegij illud patiãtur, vt ſi dicat princeps verbis expreſsis quod facit eum nobilem, & ſuos deſcendentes vt tales reputentur, & ſint, iuxta forum, & cõſuetudinem Hiſpaniæ, & vt poſsint gaudere omnibus exemptionibus, priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus, quibus gaudent nobiles, eum vide, & Barboſam *de nominibus appellatiuis verbo nobilis num. 4.*

Ad numerum 55. ibi: *Et breuiter* 56 *de iure communi, &c.*

Et ibi tamen hodie de iure Regio, &c.

Debitorem in cauſis ciuilibus hodie non gaudere Eccleſiæ immunitate licet aliud fuerit de iure communi reſoluit Gomezius in præſenti, & idem tenent plures relati a Bobadilla *in politica lib. 2. cap. 14. ex num. 62* vbi id bene comprobat, licet ipſe *nu.* 67. dicat nunquam vidiſſe practicari dictam reſolutionem præter quam in debitoribus, qui bona ſua occultant, & ſecum deferunt, & ſic pro cõtraria parte refert Azeuedum *in l. 13 tit. 2. lib. 1. Recopilationis*, & Gutierrez *in lib. 1. quæſt. 1* qui cum alijs tenent debitorem immunitate gaudere, Suarez de Paz *in praxi 5. parte iomo 1. cap. 3. §. 3. ex num. 150.* Farinacius *in tractatu de immunitate Eccleſiarum cap. 3. ex num. 57.* Barboſa *in collectan. cap. inter alia, de immunitate Eccleſiarum num. 39. vbi num. 40. &* 41. agit de exactore tributorum, & de debitoribus fallitis ſeu decoctis, Diana *reſolution. Moral. 1. parte reſolutione, 32.* vbi etiam de decoctoribus.

Ad

57 Ad numerum 56. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Cadauer debitoris non posse detineri per creditores ob debita vt resoluit Gomezius, docent Couarrubias *lib. 2. variar. cap. 1. num. 10. & in cap. Raynaldus de testamentis* §. 3. Dueñas *in regula* 307. & plures referens Didacus Perez *in l. 4. tit. 8. lib. 3. ordinamenti* Baeça *de inope debitore cap. 1. num. 29.* Menochius *de arbitrar. casu* 487. *num. 16. & 20* Ioseph Ludouicus *decis. Perusina* 78. *num. 24.* Garcia *de expensis cap. 8. num. 19* Gutierrez *de iuramento confirm. 2. parte cap. 4. num. 17.* Spino *in speculo testament. glossa 2. principali ex num. 11.* & alios referens Cenedus *in collectan. ad decretales collectan. 40. num. 3.* & post eos Pichardus *in principio institut. de interdictis ex num. 136. vbi num. 138.* probat interdictã esse omnem appellationem quæ cadaueris sepulturam impedire potest, vide etiam Ualdesium ad Suarez *in l. post rem iudicatam extensione* 5. & Salgadum optimè *in tractat. de protectione Regia 2. parte c. 8. ex n. 72. vbi n. 75.* limitat cum Zerola *in praxi Episcop. 1. part.* verb. *Funus*, vers. 3. *Cadauer, &c.* in cadauere vsurarij, quod à iudice Ecclesiastico sequestrari potest, ne sepeliatur, donec heres caueat de restitutione.

58 Ad numerum 57. ibi: *Inquo articulo resolutiue dico, &c.*

Debitor in diem vel subconditione si post contractum efficiatur suspectus quod teneatur idoneam pignoris vel fideiussorum cautionem præstare aliàs detrudatur in carcerem, vt hic resoluitur, docent Gregor. *per Tex. ibi in l. 17. tit. 13. part. 5.* Padilla *in l. cum proponas num. 8. Cod. de transactionibus* Menochius *de recuper. pos. remedio 5. num. 25.* Gutierrez *in l. nemo potest. num. 181. ff. de legatis 1.* Morla *in emporio tit. 8. quæst. 15. n. 4.* vbi etiam ait quod si ad debitoris bona concursus creditorum fiat, poterit talis creditor ante diem agere, & si antiquior sit habebit prælationem: (de quo late & optimè Salgado *in labirintho creditorum 1. parte cap. 8. ex num. 24. vbi num. 26.* docet quod creditor in diem vel subconditione citari debet ad concursum, sua enim interest, ita quod si creditori posteriori fiat solutio, debeat tamen fideiussorem præstare de restituendo creditori conditionali anteriori conditione completa, & ad hunc finem, vt scilicet graduetur, & in sententia describatur, admitti debet) Azeuedus, & Matienzo *in l. 3. tit. 16. lib. 5. Reco.* vbi bene explicant, qualis debeat esse fideiussio præstanda a tali debitore suspecto, Bolañus *in Curia Philipica 2 parte* §. *falidos ex nu. 23.* Offualdus ad Donel. *lib. 15. cap. 8. notatis lit. A.* Ualdesius ad Suarez *in l. post rem iudicatam in declaratione l. Regni limitatione 7.* Fontanela alios referens *de pactis nupt. clausula 4. glossa 9. parte 5. ex num. 30.* Ioseph Ludouicus *decis. 41. per totam*, Paz *in praxi 3. tomo cap. 7. §. 3. num. 1.* Barbosa *in l. 2. ff. soluto matrimonio 2. parte ex num. 27.* latissimè, *& in l. 8. §. interdum num. 17. & seq. & num. 30. & in l. si constante eodem tit. num. 20. & seq.* Pichardus *in §. summa autem, institut. de interdictis num. 167. vbi num. 168.* dictam resolutionem non solum in bonæ fidei iudicijs procedere, sed etiam in stricti iuris, contra Cujacium, & alios *& num. 169.* probat, quod si debitor cautionem interponere recusat, creditor conditionalis vel in diem in possessionem bonorum mittitur, ablq; eo quod permittatur bona distrahere ante diem vel conditionem; hoc enim prohibetur, & dictam resolutionem etiam in legatario conditionali procedere asserit, imo quod etiam nulla subsistente causa potest cautionem

nem petere ab herede *ex Tex. in l. hac stipulatio* 14 *ff. vt legatorum nomine, &c.* Castillo *lib.* 4, *controuers. cap.* 59. *num.* 24. Ioannes Gratianus *in regula* 58. *num.* 12. vbi etiam quod debitor fugitiuus potest ante diem capi licet non dum dies solutionis aduenerit, Cancerius *variar. 2. parte cap.* 10. *ex num.* 15. & alios referens Salgado *supra num.* 32.

Item an omnes contractus sint bonæ fidei de iure canonico? vide Zeuallos *quæst.* 800. & Sarmiento *lib.* 3. *selectarum. cap.* 3. 52

CAPVT DVODECIMVM

DE DVOBVS REIS

SVMMARIVM.

1 *Doctores hanc materiam explicantes referuntur.*

2 *Duo rei qualiter obligentur.*
De sententia qua plures condemnãtur.

3 *Duo rei qualiter debeant conueniri*
Quid fuerit muratum in hoc per l. 1. tit. 16. *lib.* 5. *Recop.*
Quid si vnus ex reis debendi totam vtilitatem sentiat.
De marito, & vxore insolidum obligatis.
De creditore qui conuenit pro parte reum debendi.
Liberatio facta vni ex correis an prosit alteri.
Citatio facta vni ex correis quando noceat alteri, & quid in sententia.

4 *Si vnus ex reis debendi soluat insolidum, an possit partes repetere a correis, & de cessione facienda in hoc casu.*
In pluribus reis credendi vel stipulandi an debeat reliquis communicari quod vnus recepit.

5 *An reus possit petere a correo, vt eum liberet ab obligatione.*

6 *Pactum vnius ex duobus reis an noceat alteri, & quid in confessione?*

7 *Appellatio vnius ex correis an prosit alteri.*

8 *Lite pendente aduersus vnum ex reis debendi an liceat aduersus alium regredi?*

9 Tra-

9 *Tradens vni instrumentum debiti videtur donare etiam actionem contra correum.*

10 *Fideiussor vbi prohibetur, an admittatur correus? ad tit. Co. ne fideiussores dotium denuo.*

11 *Si creditor succedat vni ex duobus reis, quomodo confundantur actiones, vide Doctores in l. vranius ff. de fideiussoribus.*

1 MATERIAM huius capitis late explicant Tuschus, *lit. R. conclusione* 107. *& seq. & lit. L. conclus.* 451. *num.* 2 Lassarte *in tractatu de gabellis cap.* 9. Mantica *de tacitis conuentionibus lib.* 15. *per totum*, Duarenus *in paraphrasi huius tit.* Connanus *lib.* 6. *commentariorum c.* 5. Petrus Gregor. *in syntagm lib.* 24. *cap.* 8. Ossualdus ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 15. *& lib* 16. *c.* 15. Gratian. *disceptat. for. tom.* 2 *c.* 359. *& tom.* 3. *c.* 566. *tom.* 5. *c.* 966. & Afflictis *decis.* 215. Iacobus Cancer. *lib.* 3. *variar. cap.* 17. *ex num.* 292. Frâchi *decis.* 60. *parte* 4. & plura Vualdus *in tractatu de duobus fratribus per totum* Molina *de iustitia tomo* 2. *disputation.* 542. Scaccia *de re iudicata glossa* 14. *quæst.* 22. Pichardus *inst. de duobus reis per totum tit.* Scobar *de ratiocinijs cap.* 34. *nu.* 2. Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 6. *quæst.* 17 *nu.* 16. Valasc̃us *consul.* 35. *&* 127. *&* 143. iterum Surdus *decis.* 229. Barbosa *in l.* 2. *§. quod si nu.* 50. *& in l. si cum dotẽ §. transgrediamur num.* 38. *&* 39. *& in l. si constante num.* 108. *& seq. ff. soluto matrimonio*, & alij penes ipsos, & Felicianus *in tractatu de censib. lib.* 3. *cap.* 2 *per totum.* & Salgadum *in labirintho creditor.* 3 *parte cap.* 1. *§. vnico.*

2 Ad numerum 1. ibi: *Et magistratualiter, & resolusiue dico, &c.*

Si duo vel plures simpliciter obligentur vnusquisq; tenetur pro sua parte, præter quam si res promissa fuerit indiuidua, vel si expresse actũ fuerit vt insolidum obligentur: vel tacite apposito verbo distributiuo: ita resoluit Gomezius in præsenti, & docent Mantica *de tacit. conuentionibus lib.* 15. *tit.* 3. *num.* 14. *& per totum* vbi plures modos congerit in quibus tacite actum videtur vt duo rei constituantur, Tuschus *lit. R. concl.* 107. *per totam*, Molina *de iustitia tomo* 2. *disput.* 542. *num.* 1. *& seq.* Parladorus *lib.* 2. *quotidian. cap fin.* 5. *parte* §. 11. *num* 47. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5 *Recop. num.* 1. *&* 4. Petrus Gregor. *in syntagm. lib.* 24. *cap.* 8. *num.* 4. Guzmã *de euictionibus quæst. fin. num.* 45. Rodriguez *in tractat. de reddit. lib.* 2. *quæst.* 5. *ex num.* 14. Pichardus *in §. ex huiusmodi* instituta *de duobus reis num.* 15. Carleualius *de iudicijs lib.* 1. *disput.* 5. *numer.* 7. *&* 8 & alij relati numero præcedenti.

Ibi: *Idem est in sententia &c.*

Si eadem sententia plures condemnentur simpliciter, vnusquisq; tamũ tenetur pro parte: ita Gomezius in præsenti, & docẽt communiter interpretes, vt constat ex Afflictis *decis.* 215. Vicentio de Franchis *decis.* 218. Cancer. *variar. lib* 3. *cap.* 17. *nu.* 292. (cum quo, & alijs docet Salgado *de protectione* 4. *parte cap.* 12. *num.* 120.) quod si ex sexdecim obligatis insolidum quatuor tantum simpliciter consentientes condemnentur, pro rata condẽnati censentur: habito respectu ad sexdecim obligatos, (cum vide bene declarantem) Scaccia *de re iudicata glossa* 14. *quæst.* 22. Castillo *l.* 61. *Tauri* verbo: *Fiadora*, & verbo: *Mancomun* Ossuald. ad Donel. *lib.* 27 *cap.* 2. *lit. N.* Gratian. *regula* 155. alter Gratianus *discceptat. forens. lib.* 1. *cap.* 33. *ex num.* 50. *& cap.* 15. Barbosa *in sol. bet. ad auth. causa quæ Cod. de Episcopis*,

pis, & Cleric. num. 4. Bobadilla *in Politica lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 58. *& cap.* 21. *ex num.* 251. vbi etiam agit de sententia, in qua plures condemnantur in solidum, licet ipsi insolidum non fuerint obligati, Guzman *in tractatu de euiction. quæst. fin. num.* 42. vbi etiam probat plures condemnatos simpliciter, intelligi in partes viriles condēnatos, & si ipsi insolidum sint obligati, de quo etiam Bobadilla supra *dicto cap.* 20. & alij plures laudati ab eodem Guzmā, & Barbosa *in collectan. l.* 18. *Cod. de pactis*, Salgado supra *ex num.* 114. *& in labirintho credit.* 3. *par. 2e cap.* 1. §. *vnico ex num.* 2. & Carleualius *de iudicijs lib.* 1. *disput.* 5. *num.* 42 *vbi nu.* 43. quod non obstante exceptione rei iudicatæ poterit quilibet in solidum conueniri exprimitiua obligatione, & actione.

3 Ad numerum 2. ibi: *Et magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Et ibi: *Hodie tamen, &c.*

De iure antiquo quemlibet ex duobus reis posse insolidum conueniri, hodie vero ex Tex. in authent. hoc ita pro parte esse conueniendos præter quam si prædicto beneficio fuerit renuntiatum, vt hic resoluitur docent relati supra numero præcedenti in principio maximè Mantica *de tacitis conuention. lib.* 15. *tit.* 5. *num.* 6. *&* 7. Tuschus *lit. R. conclus.* 107. Petrus Gregor. *in syntagm lib.* 24 *cap.* 8. *num.* 4. Richardus *in principio* institutæ *de duobus reis num.* 18. & Carleual. *de iudicijs lib.* 1. *disput.* 5. *ex num.* 44. *vbi num.* 45. probat in causa criminali non esse locum beneficio cessionis secus beneficio diuisionis.

Sed quid hodie dicendum sit circa principalem resolutionem huius numeri, extante *l.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil.* videndi sunt Marienzo & Azeuedus ibidem, Gutierrez *de iuram. confir.* 1 *parte cap.* 23. *ex num.* 10. *& quæstione* 96. *lib.* 3. Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 14. Felicianus *de censibus lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. apud quos magis probatur dictam l. derogare voluisse dispositioni Tex. *in dicta auth. hoc ita*, & sic quod si duo rei insolidum obligentur non competat eis beneficium diuisionis eos vide, & notata infra *cap.* 13. *nu.* 16. & Lassarte *de decima venditionis cap.* 9. & Molinam supra *tomo* 2. *disput.* 542. *num.* 6.

Ibi: *Quæro tamen, &c.*

Quod si vnus ex reis totam vtilitatem sentiat, possit alter reus si conueniatur, excipere, & petere quod prius conueniatur, qui vtilitatem percepit, dummodo hoc fiat eius expensis, vt hic resoluitur. docent plures relati ab Antonio Gabriele *in suis communibus tit. de fideiussoribus conclus.* 2. *num.* 3. & ab Scaccia *in tractatu de re iudicata glossa* 14. *quæst.* 22. *ex num.* 20. & Molina *de iustitia supra num.* 10 Quesada *diuersar. quæst. cap.* 32. *num.* 31. Bobadilla *in Politica lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 66. Felicianus *de censibus lib.* 3 *cap.* 2. *num.* 12. Noguerol. *allegatione* 11. *num.* 40. & noster Gomezius *in l.* 61. *Taurinu.* 3. versic. *Ex qualege* vbi ex dispositione illius textus docet, quod si maritus & vxor tāquam duo rei debendi obligentur non tenetur vxor in aliquo nisi pro ea parte, qua vtilitas ad eam peruenit, de quo late Azeuedus, & Marienzo *in l.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop.* & Villadiego in forma libellandi in via executiua *ex num.* 5. 7. 14. *&* 15. de quo etiam optime Noguerol *allegatione* 29. *ex nu.* 90. vbi quod alienatio rei dotalis vel alius contractus recipitur si vxor ex eo maneat indotata, *& allegation.* 34. *ex num.* 6. *&* 28 post Barbosam *in l.* 1 *ff. soluto matrimonio* 5. *parte ex num.* 50. qui in aliquibus dissentit a reliquis, vide etiam Cancerium *variar.* 3. *par. 2e cap.* 15. *num.* 102. vbi an inspiciatur

ad

ad hoc tempus contractus, seu repeti tionis dotis? & hoc vltimum tenet, & numeris sequentibus alia plura cumulat, vide etiam Gratian. *discept. cæmo* 1. *cap.* 108. *ex num.* 8. vbi etiam de indotatione vxoris, & nouissimè D. Larream *allegatione Fiscali* 35. *ex num.* 25, vbi bene prosequitur, & explicat requisita necessaria, ad hoc vt mulier rescindat contractum ex indotatione, & præcipue quod probetur rem, super qua contenditur esse dotalem, nec sufficiat esse paraphernalem, & quod læsio seu indotatio consideretur tempore contractus, & non executionis: in quo idem tenet Salgado infra citatus, laudans eundem D. Larream, Rodriguez *in tractatu de reddit ibus lib.* 2. *quæst.* 5. *num.* 15. vbi laudat nostrum Gomezium hic, & *num.* 16. late prosequitur materiam Tex. *in dictal.* 9. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recopil.* & prædictam quæstionem de marito & vxore insolidum obligatis, etiam cum iuramento ipsius vxoris, quem videas, & Zeuallos *quæst.* 727. *per totam*, & Salgadum *in labirintho parte* 2. *cap.* 9. *num.* 21. & *cap.* 4. *num.* 68. & *sequentibus*, vide etiam infra *cap.* 13. *num.* 17.

De creditore qui conuenit pro parte vnum vel plures reos debendi, videndi sunt Mantic. *de tacitis conuentionibus lib.* 15. *tit.* 5. *per totum* vbi late declarat, Connanus *commentariorum lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 3. Pereira *de emptione, & venditione, cap.* 33. *num.* 54. & *seq.* vbi limitat, & declarat, & cum eo Barbosa *in collectan. l.* 18. *Cod. de pactis*, vbi *num.* 5. ait quod si correus non sit soluendo, potest creditor reintegrare petitionem suam, & *nu.* 6. quatuor limitationes adducit Gratianus *discept. tomo* 2. *cap.* 359. & *tomo* 3. *cap.* 566. *ex num.* 20. (& *tomo* 5. *cap.* 966. *ex nu.* 16. vsq; ad finem † vbi an quietatio seu liberatio facta vni ex duobus reis profit alteri?) Suarez *in l. post rem iudicatam in declaratione l. Regni, versic. visum. &c. ex num.* 1. vbi Valdesius plures refert ad dictam quæstionem principalem de creditore conueniente pro parte vnum ex reis debendi. Felicianus *de censibus, tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. & *seq.* Moria *in emporio tit.* 3. *in præmissis num.* 17. Azeuedus *in dictal.* 1. *tit.* 16. *lib.* 5. *Recopil. num.* 8. Gomez Bayo *in praxi lib.* 2. *quæst.* 142. Barbosa *in l. si constante. ff. soluto matrimonio ex num.* 108. Rodriguez *de reddit ibus lib.* 2. *quæst.* 5. *num. fin.* & vide Noguerol *allegatione* 15. *num.* 50. vbi quod exceptio personalis * vni competens alteri prodest, quando illi aliquod damnum sequeretur, si alteri non prodesset, & Salgadum *in labyrintho, parte* 3. *cap.* 1. §. *vnico. num.* 45. *

An autem citatio facta vni ex correis noceat alteri? vide Rodericum Suarez *tit. de los emplaçamientos*, §. *sed pone quæstionem, num.* 17. & 19. Gregor. *in l.* 20. *tit.* 22. *partita* 3. *glossa* 5. Silua *responso* 1. *per totum*, Noguerol *allegatione* 11. *nu.* 54. vbi de protestatione facta vni ex correis, Salgado *de protectione*, 4. *parte cap.* 8. *ex num.* 350. Cuzman *de cuictionibus, quæst.* 36 *ex num.* 38. vbi probat cum multis sententiam latam contra vnum ex pluribus reis posse mandari executioni pro rata, contra omnes non citatos, Scobar *de ratiocinijs cap.* 34 *nu.* 2. Barbosa *in l. si constante, ff. soluto matrimonio ex num.* 113. sed vide Salgadum *in labyrintho creditor.* 1. *parte cap.* 17. *num.* 48. vbi quod sententia contra vnum correum non nocet alteri, sed fauorabilis prodest, & iterum *in* 3. *parte cap.* 1. *num.* 178. & *seq.* vbi quod in iuribus indiuiduis, & inseparabiliter connexis res iudicata quoad omnes operatur, allegans Couar. *in practicis, cap.* 4. *num.* 5. Perez de Lara *in compendio vitæ humanæ, cap.* 7.

num.

num. 51. Valençuelam *consilio* 90. *numer.* 112. *& consilio* 92. *num.* 61. *& 66. & 68.* Scobar *de puritate sanguinis*, 1. *parte*, *quæstione* 17. §. 1. *numer.* 4. 33. *& sequen. & n.* 54. Noguerol *allegatione* 15. *ex num.* 45. & Scacciam *de re indicata*, *glos.* 14. *quæst.* 12. *ex n.* 106.

4 Ad num. 3. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Quod si vnus ex pluribus reis debendi solidum soluat ex causa onerosa, possit partes suas à correis repetere præterquam si soluens tantũ vtilitatẽ percepit, si vero sint rei ex causa lucrativa, quod tũc soluens nihil reperat. resoluẽs Gomezius in præsenti (*& in tit. de legat. n.* 17.) & ita docent, & explicant Tusc. *lit.* L. *conclus.* 451. *n.* 2. Mant. *de tacit. conn. lib.* 15. *tit.* 6. *n.* 10. Petrus Gregor. *in synt. lib.* 24. *c.* 8. *n.* 4. Baeça *de dote*, *c.* 12. *n.* 5. *& 5. & c.* 35. *ex n.* 12. Gratian. *cap.* 702. *in suis discept.* omnino videndus, Barbos. *in l. ff soluto matrim.* 4 *parte*, *n.* 106. *vbi ex n.* 102. agit an in duobus reis vnus videatur pro alio fideiubere? (de quo etiã *in l. si cũ dotẽ*, §. *transgrediamur*, *n.* 38. *& 39. eod. tit.* & Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 31. *glossa* 1. *num.* 9.) Surdus *decis.* 308. *ex num.* 7. *vbi* de cessione in hoc casu facienda, & de differentia inter reos, & fideiussores, Ioannes Gratianus *in regula* 431. *numer.* 2. Molina *de iustitia*, *tomo* 2. *disputatione* 542. *n.* 11. Salgado *in labirintho creditor.* 1. *parte*, *capit.* 18. *ex numer.* 33. *vbi* alios refert, *& numer.* 38. probat quod verba: *Habuisse*, vel *Recepisse*, inserta in cessione, vulgo: *Lasso*, non significant tempus præteritum cum interuallo, & sic non nocent cessioni, Noguerol *allegatione* 11. *ex numer.* 48. *vbi* quod si vnus ex pluribus reis soluat ad extinguendam propriam obligationem, vel cum protestatione obtinendi cessionem, tunc cessio fieri potest ex interuallo, & soluens fisco sine ea agit; *ibidem numer.* 58. & Bolanus *in Curia Philippica*, 2. *parte*, *lib.* 2. *capit. cession.*, *numer.* 43. vbi de expensis in hoc casu agit, & quod etiam absque cessione potest vnus ex duobus reis, qui solidum soluit, partes suas repetere à correis prout ad eos peruenit vtilitas (quod etiam prosequitur Salgado supra *parte* 2. *capit.* 7. *numer.* 59.) act. one negotiorum gestorum, Carleualius *de iudicijs*, *tomo* 2. *disputat.* 35. quod etiam prosequitur ipse Bolanus *n.* 44. *vbi* alia, Felicianus *de censib. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 11. *& sequent.* late, vide etiam *infra cap.* 13. *n.* 27.

Ibi: *Idem est per contrarium, &c.*

Prædictam resolutionem procedere etiam *in* pluribus reis credẽdi, docent supra citati, maximè Tusch. *d. concl.* 451. Gratian. *etiam d. reg.* 431. *vbi nu.* 1. agit quid si reus requisitus intra quatuor mẽses nõ cõmunicaret correis suas partes? & resoluit quod si id nõ faceret requisitus, toto debito priuari deberet, Zeual. *q.* 148 *per tot.* Sur. *decis.* 229. *n.* 38. *vbi* etiã an si vnus ex reis credẽdi liberet debitorẽ per acceptilationẽ, vel pactũ de non petendo, vel recipiendo solutionem hoc præiudicet soc. ō?

Vtrum autem reus possit petere 5
à correo, vt eum liberet ab obligatione? vide Aluarum Valascum *consultation.* 36. qui affirmatiuè respondet, & vide etiam Cancer. *variar.* 2. *part. cap.* 5. *n.* 83.

Item an pactum vnius ex reis 6
noceat alteri? & an possit nouare actionem, vel obligationem in præiudicium alterius, videndus est Barbosa *in l.* 2. §. *quod si*, *numer.* 50. *ff. soluto matrimonio*, Valasc. *con-*

fulcat. 143. Mantica *de coniecturis, libr.* 15. *tit.* 6. *num.* 7. Faber *lib.* 3. *coniectur. cap.* 3. Osualdus ad Donel. *lib.* 16. *cap.* 20. *lit. Q.* & post eos D. Larrea *allegation. fiscali* 34. *num.* 14. Cancerius *variar. 2. parte, cap.* 6 *nu.* 206. vbi ait confessionem extrajudicialem non nocere alteri correo, bene tamen iudicialem ex Bart. *in auth. hoc ita, Cod. de duobus reis, nu mer.* 57.

7 Item an appellatio vnius ex duobus reis prosit alteri? vide Gratian. *discept. forens. tom.* 1. *cap.* 115. *per totum*, vbi etiam de prorrogatione instantiæ, & alia, Tuschum *lit. A. conclus.* 362. Cancer. *variar. lib.* 1. *cap.* 17. *ex n.* 96. vbi quod licet appellâs renuntier non nocet alteri, & alia plura, Caldas *in l. si curatorem*, §. *vel aduersarij dolo ex num.* 28. cum pluribus sequentibus, Augustinus Barbosa *in collect. cap. vna sententia* 72. *de appellation.* & D. Larrea *decis. Granatensi* 63. *nu.* 16. *& decis.* 89. *n.* 9. *&* 10. *& ex nu.* 7. post Scacciam *de appellation. quæst.* 1. *articul.* 1. *nu.* 58. & Trentacinq. *variar. tit. de appellationib. resolut.* 7.

8 Item an lite pendente aduersus vnum ex reis debendi liceat ad alium reuerti? videndi sunt Parladorus *libr.* 2. *quotidianarum cap. fin.* 5. *parte*, §. 11. *numer.* 21. Tusch. *liter. R. conclusione* 107. *ex numer.* 16. Guzman *de euictionib. quæst.* 32. *num.* 49. Carrasco *ad leges Recop. cap.* 11 *num.* 286. Felician. *de censibus. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. Gomez Bayo *in suis quæstionibus, libr.* 2. *quæstione* 142. *per totam*, Caldas Pereira *de emptione & venditione, capit.* 33. *ex n.* 51. Noguerol *allegatione* 4. *ex n.* 26. *& allegatione* 7. *nu.* 48. & plurimos referens, & latissimè explicans Salgado *in labirintho creditorum, parte* 1. *capit.* 17. *ex num.* 10. vbi late probat quod etiam post sententiam contra vnum correum, vel fideiussorem, licet regredi contra alium, *&* n. 34. addit quod etiam in concursu creditorum post sententiam graduationis hoc ei licebit.

Item adde quod si creditor tradi 9
dit instrumentum debiti vni ex duobus reis, non solum videtur illi remittere debitum, sed etiam donare ius, & actionem contra correum, ita latissimè Castillo *libr.* 2. *controuersiar. cap.* 23. & nouissime Salgado *in labirintho, parte* 1. *capit.* 29. *n.* 12.

Fideiussio vbi prohibetur, velu 10
ti pro dote quam recipit maritus, etiam prohibetur obligatio correi, ita Dom. Larrea *ex alijs decis. Granatens.* 7. *nu.* 24. *&* 25. quem omnino videas post Angulum *de melior. rationibus, l.* 9. *glossa* 3. & alios ab eis commemoratos.

CA-

CAPVT DECIMVM TERTIVM

DE FIDEIVSSORIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores materiam explicantes referuntur.*

2 *Fideiussor an possit accedere cuilibet obligationi?*
Sententia contra principalem lata an possit exequi contra fideiussorem, & an fideiussor possit appellare à sententia lata contra principalem,
Et an soluens virtute sententiæ habeat executionem contra principalem.

3 *Fideiussor an possit obligari in duriorem causam.*
Efficatius tamen potest obligari, & plura ex hoc inferuntur.

4 *Qui promisit soluere creditori quantum minus à debitore consequi possit, an sit fideiussor? & de fideiussore indemnitatis.*

5 *An sit fideiussor qui promittit mihi soluere quod alter debet.*

6 *An mittens litteras credētiæ pro aliquo maneat obligatus pro eo.*
De verbis adulatorijs, vel per medium consilij, & de abonatoribus.

7 *Qui teneatur dare fideiussorem an debeat illum dare in loco, & domicilio creditoris?*

8 *Si fideiussor efficiatur non soluendo an debitor iterum debeat alium fideiussorem dare?*

9 *Fideiussorem qui dare debet an impleat dando mulierem, minorem, vel clericum?*
Fideiussor idoneus quis dicatur generaliter.

10 *Si debitor efficiatur non soluendo ex mora creditoris in petendo an fideiussor liberetur.*

11 *Fideiussor an, & quando possit petere vt debitor eum liberet à fideiussione.*
Quid in fideiussore in censu, vel annuo redditu.
Quando fideiussor dicatur diu stetisse in obligatione.

12 *De fideiussore pro debitore ignorante vel invito.*
Qui fideiussit de mandato cessatoris non repetit.

13 *Protestatio fideiussoris quod non intendit obligari an valeat? & quid si fideiussor denuntiet creditori ne tradat rem debitori?*

14 *Confessio de recepto facta à creditore in favorem fideiussoris an noceat debitori? & an é contra confessio debitoris noceat fideiussori?*

15 *Fideiussor an possit conueniri ante principalem sine excussione?*
De excussione remissiue.

16 *Fideiussores plures an insolidum teneantur?*

17 *Quæ personæ prohibeantur fideiubere, & de muliere, & iudice.*
Mulier fideiubens pro marito non tenetur.

18 *Mulier an possit renuntiare Velleiano?*
De iudice fideiussore.

19 *Clericus an possit esse fideiussor, &c.*
Fideiussorem dare debens an possit dare clericum, & an possit pro Petro dari alius æque idoneus? & alia, & an dari possit pignus pro fideiussore?

20 *Minor 25. annis an possit esse fideiussor?*
De fideiussoribus minorum remissiue.
De milite fideiussore.
De agricola fideiussore, & de fideiussore pro agricola.
De vassallo fideiussore pro domino.

21 *Quomodo liberetur fideiussor à sua obligatione, & an teneatur de eo quod iudicatur in appellatione.*
De liberatione per nouationem, & quid si alius fideiussor detur.

22 *An prorrogato termino liberetur fideiussor? & de fideiussore officialis, seu tutoris finito officio, vel tutela.*
Fideiussor potest soluere de bonis debitoris, & non potest uendere ea.
Fideiussor potest assignare bona debitoris in quibus fiat executio.

23 *An fideiussor qui habet priuilegium ne incarceretur, possit incarcerari si fideiubeat in causa criminali.*

24 *Fideiussor cuius periculo recipiatur.*

25 *Fideiussor repetit à principali debitore omnia damna, et totum interesse, et ibi quod fideiussor teneatur de vsuris, et accessionibus, et an pro pœnis?*
Fideiussorem dare debens an impleat faciendo cautionem iuratoriam?

26 *De fideiussore pro dote restituenda, & an maritus eum dare teneatur, vel possit?*

27 *De cessione obtinenda per fideiussorem soluentem, & quando & quomodo obtineri debeat, vt sit valida.*

28 *Fideiussor condemnatus iniustè si non appellet an possit repetere à debitore?*

26 *De fide iussore eius qui conuenitur in quantum facere potest, & de fideiussore familiaris Sanctæ Inquisitionis, vel clerici an gaudeat priuilegio fori? & alia, & quod fideiussor potest vti exceptionibus quæ competunt principali, & assumere defensionem causæ.*

MA-

MATERIAM de fideiussoribus latissime explicant præter ordinarios Duarenus *in parat. phrasi huius tituli*, Connanus *libr. 6. commentariorum, cap. 6. & seq.* Antonius Gabriel *tomo 3. communium titul. de fideiussoribus.* Petrus Gregorius *in syntagmate. libr. 24. capit. 3. & sequent.* Dueñas *regula* 328. *& sequent.* Bernardus Diaz, & reliqui regularum consarcinatores, verbo: *Fideiussor*, & omnes Summistæ eodem verbo. *Mascardus de probationibus, conclusione* 781. *& sequent.* Antonius Hering *in tractatu de fideiussoribus*, Bacça *de debitore, capit. 5.* vbi etiam an fideiussor dicatur debitor? Gutierrez *de iuramento confirm. 1. part. cap. 21. & seq.* Matienz. *in l. 10. tit. 16. lib. 5. Reco.* Mantic. *de tacitis, conuent. lib. 16. per totum*, Menoch. *de præsumptionib. lib. 3. præsump.* 143 *& 146. & præsumption.* 45. & 49. Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione* 539. *& sequent. vsque ad* 547. Parladorus *differentia* 59. *& seq.* Fachinæus *libr. 8. cap. 51. & seq.* Barbosa *in collectan. hoc titul. in decretalibus*, Cancerius *variar. lib. 2. cap. 5.* Maurus. Aretinus *eodem tractatu*, Pichardus in instituta *hoc titul. per totum*, Gazman *in tractatu de euictionibus, quæst. 3. per totam*, Anilès *in cap. 4. prætor. verbo. Sca obligado, ex numer.* 20. vbi de fideiussore pro officiali publico, *& in cap. 10. verbo: Execucion, n. 46. & in cap. 3. de sindicatu*, vbi plura Tuschus *lit. F. conclus.* 290. *& seq vsque ad* 332. Rodriguez *de reditib. libr. 2. quæst. 5. & 12.* Osualdus ad Donel. *libr. 15. capit. 48.* Escobar *de rationibus, cap. 6. ex num. 80.* vbi de incommodo, damnis, & periculo fideiussionis, Caldas *in l. si curatorem, §. sua facilitate*, & Castillo *lib. 4. controuers. cap. 26. ex n. 16.* & alij plures ab eis relati.

Fideiussorem accedere posse obligationi ciuili, & naturali, & ciuilitatum, vel naturali, vel pro eo qui tantum tenetur officio iudicis, vt hic resoluitur, docent, & explicant Tuschus *liter. F. conclusione* 292. *per totam*, Mantica *de tacitis conuentionibus, libr. 16. titul. 5. num. 5. & titul. 9. nu. 9. vt* 16. Petrus Greg. *in syntagm. lib 24. capit. 3. numer. 17.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputat.* 539. *num. 5.* Gregor. Lopez *in l. 59. titul. 18. part. 3. glossa 9.* vbi ait, quod quando principalis non est obligatus ciuiliter nec naturaliter, si tamen apponatur clausula: *Quod fideiussor obligatur, vt principalis*, tenebitur, Pichardus *in §. in omnibus*, in institua *hoc titul. per totum*, Cancerius *variarum, 2. parte, cap. 5. numer. 1. & 2. vt numer. 49.* vbi quod obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor, *et capit. 1. ex numer. 50.* vbi alia, vide etiam Osualdum ad Donel. *lib. 15. cap. 48 notatis lit. K.* Farinacius *in praxi, quæstione* 35. *ex nu. 24.* vbi de eo qui fide iussit pro carcerato contrahente in specie text. *in leg. qui carcerem, ff. quod metus causa*, & vid. eum etiam in additione ad decisionem 44. *libr. 1. liter. C.*

Ibi: *Imo quod magis est sententia lata, &c.*

Quod sententia lata contra principalem possit executioni mandari contra fideiussorem sine nouo processu, vt resoluit Comenzius, probant Maranta *de ordine iudicior. am, 6. parte, numer.* 32. Gail *libr. 2. obseruationum, titul. de citatione, n.* 300. Couarr. *in practicis, cap. 13. n. 6.* Surdus *decis.* 218. *n.* 11. *&* 13. Clarus *in praxi criminu. §. fin. quæst. 95. num.* 1. Mastrillus *decision. 20. parte 1.* Escobar *de rationibus, cap. 34. num. 31.*

Scaccia *de re iudicata, glossa* 14. *quæstione* 12. *numer.* 70. *& sequent.* vbi etiam de fideiussore in causa criminali, & latè Guzman *de euictionibus, quæst.* 16. *ex numer.* 32. Suarez *in leg. postrem iudicatam, in declaratione l. Regni*, verficul. *Visum est*, vbi Valdesius, Cancerius *variarum*, 2. *parte, capit.* 5. *numer.* 120. 124. *& sequent.* late, & 3. *parte, capit.* 12. *num.* 106. *& sequent.* Gutierrez *consil.* 29. Castillo *in l.* 63. *Tauri, numer.* 43. & 44. & alij multi relati, & secuti à D. Ioanne del Castillo *libr.* 4. *controuersiarum capit.* 14. *numer.* 29. (*vbi nu.* 33. *& sequent.* quod fideiussor potest appellare à sententia lata contra principalem, *& numer* 32. quod soluens virtute sententiæ habet executionem contra eum, de quo etiam Cancerius *variarum*, 2. *parte, capit.* 5. *nu.* 24.) qui omnes distinguunt inter fideiussorem iudicis, qui scilicet cauit de iudicato soluendo, & fideiussorem iudicio sistendi, *vel* contractus, vt contra primum exequi possit sententia lata contra principalem, & si non fuerit citatus, absque nouo processu, & libello, non verò contra secundum, nempe fideiussorem contractus, *vel* de iudicio sistendo, eum omnino videas, & Tuschum *liter.* F. *conclusione* 311. & Cancerium 2. *part. c.* 5. *n.* 124 & Carleual *de iudicijs, to.* 1. *disp.* 2. *n.* 318. & Noguerol *allegatione* 21. *num.* 35. Salgadum *de protectione Regia*, 2. *parte capit.* 16. *numer.* 86. *& 4. parte, capit.* 11. *numer.* 32. vbi de fructibus soluendis ratione rei iudicatæ, & D. Larream *allegat. fisc.* 78. *ex n.* 5. vbi comprobat late principalem resolutionem huius numeri.

3 Ad numerum 2. ibi: *Vnum tamen est. &c.*

Quod fideiussor non possit obligari in duriorem causam quam principalis, & si contra factum fuerit quod vitietur fideiussio in eo quod excedit obligationem principalis, docet ex iurisprincipijs, Tuschus *liter.* F. *conclusione* 293. *per totam.* Mantica *de tacitis conuentionibus, lib.* 16. *tit.* 9. vbi declarat, *& n.* 12. probat, quod si interueniat iuramentum, possit in causam duriorem obligari (quamuis ipse, *numer.* 2. in totum vitiari fideiussionem in duriorem causam dixerit) de quo etiam Fachinæus *lib.* 8. *controuersiarum cap.* 51. Osualdus ad Donel. *libr.* 15. *ca.* 48. *notatis lit. I.* & Cancer. *variarum*, 2. *parte, capit.* 5. *ex num.* 100. Scaccia *de re iudicata, glossa* 7. *quæstione* 3. *limitatione* 4. *nu.* 58. Petrus Gregor. *in syntagmat. lib.* 24. *cap.* 3. *nu.* 3. Gregor. Lop. *in l.* 7. *tit.* 12. *part.* 5. Couarr. *in cap. quamuis pactum.* 2. *parte*, §. 6. *num.* 3. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *parte, cap.* 22. *nu.* 3. qui scilicet Gregorius & Gutierrez addunt, quod etiam si creditor, & fideiussor conueniant, quod fideiussor de excessu teneatur, cum renuntiatione iurium de hac re loquentium. ad huc obligatio in excessu erit nulla. quia illud non fuit statutum in fauorem fideiussoris. sed pro forma, cum quibus tamen sit Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputatione* 541. *numer.* 3. Richardus *in* §. *fideiussores*, instituta *de fideiussoribus* vbi bene comprobat dictã resolutionem. & explicat text. *in l. græca.* 8. *illud ff. de fideiussoribus*, quæ ei videbatur obstare de iure communi. Zeual. *quæst.* 382. *n.* 1. & nouissimè Salgado *in labirintho part.* 2. *c.* 4. *ex n.* 98 quẽ videas ibi: *& in tractat. de protect. Regia*, 4. *part. c.* 14. *n.* 200. *& seq.* vbi alia post Gratianum *discep. ca.* 162. *nu.* 31. vbi declarat.

Ib: *Ex quo primo infero cum versiculis sequentibus, &c.*

Fideiussorem efficacius posse obligari, & sic quod licet principalis non fuerit obligatus ex instrumento

gua

guarentigio, fideiussor possit obligari ex eo, vel addendo hipothecam vel iuramentum vel omittendo excussionem: ita probant plures ex supra relatis maximè Tuschus *dicta conclusione* 293. *ex num.* 21. Mantica *dicto tit.* 9. *ex num.* 6. vbi alias limitationes adducit, & Molina *dicta disputatione* 541. *num.* 7. vbi optimè declarat quatuor illationes nostri Gomezij, & alias duas addit, nempe quod fideiussor possit se obligare ad pœnã licet principalis eam non promiserit, quia tunc pœna incurritur ex propria culpa ipsius fideiussoris (de quo etiam videas Zeuallos *quæst.* 382. *in fine*) item posse se obligare fideiussorem ad standum iuramento creditoris in litem circa interesse, quod amisserit ex eo, quod fideiussor non soluerit tempore debito, ad quod etiam videndus Gregor. *in dicta l.* 7. *tit.* 12. *part.* 5. Gratianus *discept. cap.* 124. *per totum*. Baeza *de dote, cap.* 30. *num.* 11. vbi quod non tenetur fideiussor obligatus in fraudem legis, & Socinus *regula* 146.

Item de eo qui fideiussit in contra&u facto a carcerato, in casibus in quibus hic contractus est nullus, vide Cãcerium 3. *parte, cap.* 1. *nu.* 41. & 2. *parte, cap.* 5. *num.* 49. vbi de fideiussore in obligatione præscripta.

4 Ad numerum 3. ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Illum qui promisit creditori, quãtum minus a debitore consequi potuerit non esse proprie fideiussorem sed ex promissorem (de quo Perrus Gregor. *in singular. lib.* 24. *cap.* 3. *nu.* 8. Cujacius *lib.* 13. *obseruation. cap.* 35 *in fine* & alij apud Richard. *in rubrica huius tit. num.* 4.) & sic tantum teneri ad illud quod a debitore exigi non possit; & in hoc & etiam in fideiussore indemnitatis excussionem debere præcedere, vt conueniantur, resoluit Gomezius in præsenti; de quo videndi sunt Cancerius *variar.* 2. *parte, cap.* 5. *num.* 45 & 78. & 3. *parte, cap.* 1. *num.* 124. Gratianus *discept. cap.* 549. vbi etiam de promissore indemnitatis, Zeuallos *quæst.* 727. *ex num.* 60. & *quæst.* 900. *ex nu.* 50. qui bene considerat Tex. *in l.* 16. *tit.* 11. *partita* 5. Mantica *de tacitis conuentionibus, lib.* 16. *tit.* 1. *ex num.* 12. & *tit.* 12. *per totum*, vbi de fideiussore indemnitatis; Tuschus *lit. F. conclus.* 310. *ex num.* 14. Bobadilla *in Politica, lib.* 5 *cap.* 1. *num.* 85. Hering *de fideiussoribus*, 1. *part. cap.* 27. *ex num.* 142 & *ca.* 4. *num.* 61. Azeuedus *in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recop. num.* 178. Barbosa *in l. si cum dotem*, §. *transgrediamur ff. soluto matrimonio num.* 14. Parlador. *lib.* 2. *ca. fin.* 4. *parte* §. 7. Gutierrez *de iuram. confirm.* 1. *parte, cap.* 23. *num.* 19. & *seq.* Gama, & ad eum Flores de Mena *dec. cis.* 389. *vel.* 382. Ualenzuela *in l.* 1. *Cod. de decurion. lib.* 10. & *in l.* 1. *Cod. de conueniendis fisci debitoribus, eodem lib.* & Amaya *in dicta l.* 1. *Cod. de decurion. ex num.* 7. quem videas, & Molinam *de iustitia, tomo* 2. *disput.* 545. *ex num.* 9. & Nouissimè Carleual *in apologia ad decisionem* 79. Rouiri *num.* 9. Noguerol *alleg.* 2. *nu.* 113. & *allegatione* 40. Salgado *in labirinth. creditorum*, 1. *parte, cap.* 23. *nu.* 83. D. Larrèam *allegat. Fiscali* 112. *num.* 45.

Ad numerum 4. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* 5

Proprie fideiussorem esse illum qui promisit soluere quod alter debet, resoluit Gomezius in præsenti, quem notat, (vt vides) Soarez a Riberra *in suis annotationibus, lit. F.* asserens in hoc casu locum habere dispositionẽ Tex. *in l. qui Romæ* §. *Agerius ff. de verbor. obligation.* de quo Sermonem habuimus supra *cap.* 11. *num.* 37. *versic item adde quod ius &c.* ibi vide.

Ad numerum 5. ibi: *Et breuiter, &* 6

reſolutiue dico, &c.

Mittens litteras credentiæ pro aliquo ſi ſunt generales, vt ſi dicatur *debitis plenam fidem ſatori quia eſt perſona fidelis, de quo poteritis confidere, &c.* non manet obligatus pro eo, ſecus ſi dicatur, *quod recipiētis litteras mutuet ei vel tradat ei aliquā rem vel contrahat cum eo*, vel ſimilia, ita reſoluit Gomezius hoc numero, & docent bene explicantes Mantica *de tacitis conuention. lib. 7. tit. 3. ex num. 12.* Vincentius Carocius *deciſ. 46.* Alexander Trentacinquius *variar. lib. 3. tit. de ſolutionibus, reſolutione 18.* Gregor. *in l. 14. tit. 1. partita 7.* Cancer. *variar. 1. parte, cap. 22. n. 31.* Oſſuald. ad Donel. *lib. 13. cap. 10. notatis lit. K.* Tuſchus *lit. L. concluſ. 366.* vbi alios refert, maximè Maſcardum *de probation. lit. E. concluſ. 628* Pichard. in principio inſtituta *de fideicommiſ. hereditat. num 10. & in l.* Gallus *in praeludijs, cap. 3 num. 52.* Barboſa *in l. 1. ff ſoluto matrimonio 3. parte num. 16. D.* Ioannes del Caſtillo *lib. 4. controuerſ. cap. 40. num. 20. & ſeq.* vbi numeris antecedentibus late agit de verbis adulatorijs vel dictis per modum conſilij, plures Doctores materiam explicantes referens, de quibus etiam agunt Suarez *receptarum*, verbo: *Donatio* Barboſa *in collectan. cap. cum veniſſent de inſtitutionibus, num. 5.* & Aluarado *de coniecturatamente defuncti, lib. 4. ca. 2. num. 42.* Bolañus *in Curia Philip. 2. parte, cap. falidos, num. 39. & ſeq. & cap. factores, num. 5.* & Cratianus *diſ. cepe. cap. 683.*

Ibi: *Facit etiam Tex. in l. & elegan ter, &c.*

De abonatoribus ſeu de ijs qui affirmãt aliquem eſſe diuitem, ſeu idoneum, videndi ſunt Baeza *de inope debitore cap. 1. num. 29.* Auendañus *in dictionario* verbo: *Almoneda* Azeuedus *in l. 13. tit. 9. lib. 3. Recop. & in l. fin. tit. 21. lib. 4. nu. 80.* Cutierrez *in practicis, lib. 1. quaeſt. 132.* Gironda *in tractatu de gabellis, 3. parte, ex num. 22.* Uilladiego *in politica cap. 5. §. 17 num. 39.* Bolañus *in Curia Philip. 2. parte, §. nauegantes. num. 16.* Amaya *in l. 1 Cod. de decurionibus, lib. 10. nu. 5.* Paz *in praxi 1. tomo 4. parte, cap. 7. num. 5.* & Narbona *in tractatu de etate anno 25. quaeſt. 10. num. 9.*

Ad numerum 6. ibi: *In quo articulo breuiter, & reſolutiue dico, &c.* 7

*Fide*iuſſorem quis tenetur dare, illum dare debet in domicilio creditoris, ſi ex partium conuentione ad illū dandum tenebatur, ſi vero ex legis diſpoſitione, poterit illum dare in alieno loco, & iuriſdictione, ita Comezius. & comprobant Tuſchus *lit. F. concluſ. 301.* Suarez *tit. de compere dinationibus*, verſic. *Vlterius quaeritur, ex nu. 11.* vbi declarat, & quinq; limitationes adducit, Clarus *in praxi crimin. §. fin. quaeſt. 46.* Mutienzo *in l. 3. tit. 16. lib. 5. Recopil. gloſſa 1. num. 7.* optimè Pichard. in principio inſtituta *de obligation. quae ex quaſi maleficio, num. 23.* Gratianus *diſcept. for. cap. 13. num 18. & tomo 2. cap. 230. num. 4. & ſeq.* vbi bene declarat, Oſſuald. ad Donel. *lib. 23. cap. 9. notatis lit. O.* Farinacius *in praxi quaeſt. 38. ex num. 41.* vbi de fideiuſſore carcerati, vide etiam Carleual. *de iudicijs, tomo 2. diſput. 18. num. 2.* & Salgadum *de protectione, 2. parte cap. 4. num. 221.* Cancerium *variar. 2. parte cap. 5. num. 163.* D Larream *allegat. Fiſcali 34. num. 24.* vbi laudat Gomezium hic.

Ibi *Exquo infero ſingulariter, &c.*

Uide ſupra citatos maximè Rodericum Suarez, & Molinam *de primogenijs. lib. 4. cap. 4. nu. 13. & ſeq.* vbi optimè explicat. agens de ſub rogatione in locum bonorum maioratus quæ alienantur, & Surdum *deciſſio. 156.*

Ad

8 Ad numerum 7. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Quod fideiussor datus ex legis dispositione, si efficiatur non soluendo, alius debeat dari, secus autem si ex partium conuentione datus fuerit resoluit Gomezius in præsenti, & & ita docent, & explicant Marsilius *in rubrica de fideiussoribus ex num.* 74. Surdus *in consilio* 18. *lib.* 1. Gratianus *disceptation. for. tomo* 1. *cap.* 8 *num.* 2. iterum Surdus *intractatu de alimentis tit.* 7. *quæst.* 20. *nu.* 23. Auēdañus *in l. de las excepciones num.* 38. *versic. Item si præstita fideiussione &c.* Ioannes Brechæus *in l.* 188. §. *cautum ff. de verbor. significatione ex num.* 8. Guzman *intractatu de euictionibus quæst.* 17. *num.* 16. vbi numeris antecedentibus agit, quid si ab initio fideiussor minus idoneus recipiatur? Tuschus *lit. F. conclus.* 319. *num* 6. Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 59. *num.* 25. Barbosa *in collectan. cap fin. de restitutione spoliator. ex nu.* 7. Bolañus *in commercio terrestri cap. falidos num.* 29. Cancerius variar. 2. *parte cap.* 5. *nu.* 157. & Dominus Larrea *decis. Granat.* 7. *num.* 13.

9 Ad numerum 8. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dic, & oc.*

Qui fideiussor eundare promisit, quod impleat dando mulierem, minorem vel Clericum, dummodo mulier renuntiet Velleiano, vel si ipsa vel minor iuramento obligationem confirment, ita resoluit Comezius & comprobatur ex dicendis *infra in additione ad numerum* 16. & 17. & *seq.* de quoctiã vide Anton. Hering. *de fideiussoribus cap.* 7. *num.* 63. Surdum *consil.* 46. & 81. & Narbonam *intractatu de ætate anno* 25. *quæst.* 15. quasi per totam maximè *num.* 14. & *vide infra num.* 20.

Et generaliter quis dicatur fideiussor idoneus vide Farinacium *in præ quæst* 57. *tit.* 6. *nu.* 9. vbi docet quod fideiussor idoneus dicitur qui tot immobilia possidet, quantum valet causa in qua fideiubet, Tuschus *lit. F. cõclus.* 331. *per totam*, & multum valere in hoc iudicis arbitrium colliges ex Menochio *de arbitrar. casu* 142. & alijs pluribus relatis a Barbosa *in collectan. cap.* 8. *de restitutione spoliator. num.* 8. *et intractatu de nominibus appellatinis appellation.* 98. Morquecho *de diuisione bonorum lib.* 2. *cap.* 7 *num.* 15 vbi quod cauilosus, & qui in lite non solueret non est Idoneus fideiussor, Barbosa *in l. si constante ff. Solutomatrimonio num.* 107. *et seq.* vbi etiam an fideiussoris diuitiæ faciant quod debitor dicatur esse soluēdo? & alia; vide etiam D. Larream *allegatione fiscali* 29. *num.* 10. vbicũ Alexandro *cons.* 37. *num.* 3. & alijs ait allegantem vt fundamentum iuæ intentionis dedisse fideiussores idoneos debere probare idoneitatem.

Ad numerum 9. ibi: *Et certe isse* 10 *est passus valde notabilis, &c.*

Fideiussor in subsidium, seu quanto minus a debitore principali consequi possit, quod liberetur, si ob culpam seu negligentiam creditoris debitor efficiatur non soluendo, si vero fideiussor sit simpliciter acceptus in forma communi, quod debeat præcedere requisitio seu petitio fideiussoris aduersus creditorem, vt debitoré conueniat, ad hoc vt liberetur, vt explicat Gomezius do cẽt Tuschus *lit. F. conclus.* 318. *ex num.* 11. Surdus *de alimentis tit.* 7. *quæst.* 17. *num.* 33. Mantica *de tacitis conuention. tit.* 17 *num.* 45. *lib.* 16. Gregor. Lopez *in l.* 8 *tit.* 28. *part.* 5. *glossa.* 4. Bolañus *in commercio terrestri lib.* 2. *cap. falidos num.* 48. & vide Menchacam *controuers. illust. cap.* 33. Cancerium, *variarum* 2. *parte cap.* 5. *num.* 46. Noguerol *allegatione* 40. *ex num.* 58. *late & allegatione* 2. *num.* 124. & Salgadum

in

in labirintho 1. parte cap. 27. ex num. 56. & 3. parte cap. 10. num. 56.

Ibi: *Et adde quod idem ſit &c.*

Idem tenent Gregor. Lopez. & Bolañus & alij ſupra.

11 Ad numerum 10. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Fideiuſſor poteſt debitorem conuenire vt eum liberet a fideiuſsione ſi diu ſterit in obligatione poſt eam commiſſam, vel quãdo debitor principalis iam eſt condemnatus, vel ſi debitor cepit bona dilapidare, vel quando pactum interceſsit de liberãdo fideiuſſore poſt certum tempus, ſecus aliàs, ita reſoluit Gomezius, & docent late explicantes Afflictis *de cæſ.* 241 Socinus *in regula fideiuſſor qui diu ſtetit in fideiuſsione, &c.* Auiles *in cap. 10 prator*, verbo: *execucion numer. 40 & de ſindicatu, cap. 3.* vbi de fideiuſſore iudicis, Ualaſcus *conſultatione* 36. Tuſchus *lit. F. concluſ.* 316. vbi alios caſus adducit, Azeuedus *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopilat. nu.* 25. Guzmã *in tractatu de euictionibus quæſt. 3. per totam* vbi latiſsimè declarat, Villadiego *in Politica cap. 8. ex num. 118.* Menochius *de arbitrar lib. 2 caſu* 41. *in additione*, Suarez *allegatione 4. num. 7.* Molina *de iuſtitia tomo 2. diſput.* 546. & ante omnes Barbola *in collectan. cap. fin. de fideiuſſoribus* quem commendo quia bene materiam explicat, Cancerius *variar 2. parte cap. 5. num. 84. & ſeq.* Scaccia *de re iudicata gloſſa 14. quæſt 24. ex num. 28. 41. & ſeq.* vbi etiam quid ſi pretium accepit pro fideiuſſione? & D. Larrea *deciſ. Granat. 7. num. 23. & deciſ. 93.* per totam, vbi alios plures refert, & hanc quæſtionem examinat, Rodriguez *intractatu de redditibus lib. 2. quæſt. 13. per totam* vbi etiam agit quid in fideiuſſore cenſus vel redditus annui, vel in materia euictionis? Felicianus *decẽſibus lib. 3. cap. 3. num. 9.* & D. Larrea *dicta deciſ. 93. num. 12* vbi concludit ex iuſta cauſa poſſe compelli debitorem ad redemptionem cenſus per ipſum fideiuſſorem, & refert Gratian. *deciſ. 133. num. 17.* Heringium *de fideiuſſ. cap. 25. num. 30.* & Gregor. Lopez *in l. 14. gloſſa. 1. tit. 12. part. 5.*

Quando vero dicatur fideiuſſor diu ſtetiſſe in obligatione? videas Guzman *intractatu de euictionibus dicta quæſt. 3. ex num. 44.* vbi plures refert, Barboſam *in collectanea dicto capitulo finali de fideiuſſoribus num. 4. & in tractatu de dictionibus* verbo: *Diu* vbi etiam quam plurimi referuntur, ex quibus colliges in hac materia totũ in arbitrio iudicis poſitum eſſe, de quo etiam D. Larrea *deciſ. Granat. 93. num. 6.*

Ad numerum 11. ibi: *Et dico quod ſic, &c.* 12

Fideiuſſorem prodebitore ignorãte recuperare quod ſoluit actione negotior. geſtorum; fideiuſſorem autem prodebitore inuito non poſſe repetere vlla actione quod ſoluit; reſoluit Gomezius, & docent Paulus de Caſtro *conſil. 244. lib. 1. num. 2.* Emanuel Suarez *in Theſauro receptarum* verbo: *Fideiuſſores* Cardinalis Tuſchus *lit. F. concluſ. 296. num. 13. & cõcluſ. 314. num. 68.* quos vide, & Oſualdum ad Donel. *lib. 15. cap. 16. notatis lit. E.* Barboſa *in collectanea l. 24. Cod. de negotijs geſtis num. 8.* Mantica *de tacitis conuention. lib. 16. tit. 22. num. 33. & 40.* & Molina *de iuſtitia tomo 2. diſputatione. 544. num. 9.* vbi de eo qui fideiuſsit pro abſente de mandato alterius, vel pro præſente & tacente, Pichardus *in § furioſus inſtituta de inutilibus ſtipulation. num. 20.*

Item quod nec repetit fideiuſſor quod ſoluit, quando fideiuſsit ex mãdato teſtatoris, docent ſupra relati, maximè Tuſchus *dicta concluſ. 314. num. 13.* Mantica *dicto tit. 22. num. 41*

Sur-

Surdus *decis.* 109. Pinelus *de bonis mater. l.* 1. *parte* 2. *num.* 76.

13 Ad numerum 12. ibi: *Breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Protestatio fideiussoris quod non intendit obligari, nihil illi prodest, si non fuerit intimata creditori: ita Gomezius in præsenti: & docent communiter Doctores hoc pro regula constituentes, vt apparet ex incerto Authore post regulas Socini *reg.* 16. versic. *Protestatio debet fieri illi cuius interest* vbi ponit tres limitationes seu tallentias. Prima, est quando persona cui debet fieri protestatio, est incerta, quia tunc sufficit publice protestari. Secunda, quando negotium non tangit principaliter taliperſonæ. Tertia, quãdo non potest haberi copia personæ cui debet fieri protestatio, *Mascardus de probation. conclus.* 47. *ex num.* 9. & melius *conclus* 1242. Cancer. *variar.* 2. *parte cap.* 5. *num.* 147. vbi laudat nostrũ Gomezium in præsenti, *& cap.* 14. *ex num.* 124. *& cap.* 1. *num.* 36. *&* 124. *& cap.* 6. *num.* 50. *& seq. & cap.* 8. *num.* 142. *&* 3. *parte cap.* 16. *ex num.* 8. *&* 10 *& cap.* 1. *ex num.* 106. Barbosa optimè explicans *in l. si alienam ff. soluto matrimonio ex num.* 1. Tuschus *lit. P. cõclus.* 936. vbi bene declarat, & pluribus sequentibus, & verbo: *Metus conclus.* 223. *ex num.* 23. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 112. *&* 127. *ex num.* 9. Farinacius *in fragm. lit. M ex num.* 190. Villalobos *in suis communibus lit. P. num.* 366. exquibus colligas quod quando contractus celebratur metu, quælibet protestatio excusat etiam non intimata alteri contrahenti, si intimatio fieri non posit ob eundem metum. Silua *responsorum responso* 2. *per totum* bene Philipus Decius *in l. in omnibus causis, ff. de regul. iur. num.* 12. *&* 13. Cardoso *in praxi* verbo: *protestatio* Zeuallos *quæst.* 489. *&* 490. *&* 696. qui materiam protestationis late prosequuntur, nec non Ioannes Gratianus *in regula* 396. vbi alios refert, & plures limitationes adducit remissiue, Couarrubias *in* 4. *decretal.* 2. *parte cap.* 2. *n.* 3. *&* 3. *parte, c.* 3. §. 5. *num.* 12. Bernardus Diaz *regula* 616. & ibi Salcedo, & in regulis seq; plura de hac materia, Surdus *in tractatu de alimentis, tit.* 1. *quæst.* 43. *& tit.* 6. *quæst.* 3. *& quæstione* 8. *num.* 66. vbi quod protestatio declaratoria animi potest fieri parte absente, Mãtica *de conuentionib. lib.* 16. *tit.* 7. *iterum* Farinacius *consil.* 54. *nu.* 18. vbi quid si fiat actus contrarius protestationi? Mogollon *in tractatu de his quæ vi cap.* 10. §. 3. bene Pichardus *in repetit. tit. ff. de acquirenda hered. cap.* 18. *num.* 14. *& seq. maximè num.* 54. Barbosa *in collect. cap.* 23. *de rescriptis num.* 5 vbi quod protestatio non requiritur, vbi aduersarius non reperitur, & quod omitti potest vbi non est profutura, *& in cap.* 11. *de officio iudicis ordinarij num.* 14. *& in cap.* 1. *de his quæ vi metus ve causa fiunt num.* 4. *&* 5. vbi quod protestatio clandestine fieri potest ex causa, *& in cap.* 50. *de electione & electi potestate num.* 6. vbi quod vt nocear protestatio, requiritur expressus consensus eius cui fit, Matienzo *in l.* 8. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. glossa* 9. Paz *in praxi tomo* 1. *parte* 4. *cap.* 3. *num.* 38 Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 2. *disput.* 45. *num.* 24. Gratianus *discept. cap.* 260 *num.* 11. vbi an præsens, & non contradicens protestationi videatur consentire? *& tomo* 4. *cap.* 719 *num.* 3. Noguerol *allegatione* 2. *num.* 19. *& allegatione* 10. *ex num.* 57. *& allegatione* 29. *num.* 68. *& allegat.* 38. *ex num.* 43. & Nouissimè Salgado optimè declarans *in labirintho credit.* 1. *parte cap.* 38. *ex num.* 30. apud quos materiam protestationis explicatam inuenies.

Et quod non obstãte denuntiatione

ne fideiussoris facta creditori, ne nu numeret vel tradat debitori, poterit numerare vel tradere, nisi debitor factus fuerit non soluendo: docuit Imola *in cap. cum pro quo num. penultimo de fideiussoribus*, & cum eo & Bart. Costa *in l. si ex cautione Cod. de non numerata pecunia* versic. *Vtilior succedit quæstio, &c. num.* 8.

14 Ad numerum 13. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Confessionem creditoris, quod receperit solutionem a fideiussore, valere, & virtute eius posse debitorem conueniri ab ipso fideiussore, docet Gomezius in præsenti, & late cõprobant Afflictis *decis. 91. num. 3. & 94. & decis. 150. num.* 35. Tiraquel. *de retractu lignag glossa 16. num.* 84. *& de retractu conuentionali glossa. 6 nu.* 17. Gratianus *disceptation. cap. 286. num.* 12. Dueñas *regula* 337. *num.* 4. Auiles *in cap. 10. prætor*, verbo: *Execucion num.* 39. Gutierrez *de iuramento com firm. 1. parte cap. 63. num.* 12. Felicianus *de censibus lib. 3. cap. 3. num.* 8. Macardus omnino videndus *concluf.* 373. vbi late ampliat, & limitat Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 16. tit.* 22. *num.* 38. vbi declarat dictam resolutionem procedere, si fuerit renuntiatum exceptioni non numeratæ pæcuniæ, vel transierit tempus opponendi eam, nempe triginta dies, de quo etiam Menchaca *lib. 2. vsufrequentium cap.* 28. *num.* 4. Cancerius 3. *parte cap.* 1. *num.* 196. & Zeuallos *quæst. c.* 99. *per totam* vbi duas cõmunes contrarias sententias adducit in quæstione principali vide etiã Cenedum *in collectaneis 2. parte collect* 152. *num.* 7. & Osualdum ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 30. *notatis* vide etiam Scacciam *de re iudicata glossa* 15. *nu.* 8. *&* 12. *& seq.* vbi quod fideiussori datur actio mandati etiam si nihil soluerit, si ei fuit remissum debitum.

Quid autem è contra de confessione debitoris an noceat fideiussori, verbi gratia si debitor confiteatur se recepisse a creditore centum, an hæc confessio noceat fideiussori, qui se obligauit pro eo quod acciperet debitor? vide Cancerium *variar. 3. parte cap. 1. ex num.* 191. vbi sequitur Balduum *in l. tam mandatori nu. 26. Cod. de non numerata pecunia.*

Ad numerum 14. ibi: *In quo articulo magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Fideiussorem hodie non posse cõueniri ante principalem, præter quã si principalis sit absẽs extra iurisdictionem, vel fideiussor renũtiauerit beneficio authenticæ, vel si debitor notorie non sit soluendo, vel si fideiussor non opposuerit dictam exceptionem, vel si fideiussor sit publicus cãpsor, vel quando debitor principalis de facili non poterit conueniri ex causa de nouo superuenienti, vel si fideiussor negauit se esse talẽ vel si facta excussione, quãuis bona principalis reperiantur, non tamen reperitur emptor, vel cum difficultate, & dilatione, in his enim casibus absq; excussione potest conueniri fideiussor, ex Gomezio in præsenti, & ita docent latissimè explicantes Antonius Gabriel *in suis communibus tit. de fideiussoribus conclusione 1. per totam* vbi comprobat limitationes nostri Gomezij, & alias plures addit, Barbosa *in l. si constante num. 116. ff. soluto matrimonio* Fachinæus *lib. 3. cap.* 15. vbi de fideiussore obligato cum iuramento (de quo etiam Gutierrez *de iuramento confirmat. 1. parte cap.* 23. vbi etiam dictam resolutionẽ late explicat) iterum ipse Fachinæus *lib. 8. cap.* 51. *cum sequentibus, & lib. 10. cap.* 64. vbi de fideiussore in censu, Osualdus ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 48. *lit. L. &* N. Flores de Mena *quæst.* 11. Aluaradus *de coniecturatamente defuncti lib. 4. cap. 2. nu.* 11. vbi quod fide-

fide iussor sub conditione expressa: *Si principalis non soluerit*, teneatur sine excussione. Tuschus *lit. F. conclus. 310. per totam*, Mantica *de tacitis conuentionibus, lib. 16. tit. 16. & 17. & 18.* vbi latissime hanc materiam explicat, & plures alios casus adducit, Cancerius *variar. 2. parte, c. 5. nu. 30.* vbi de fideiussore qui promisit soluere sine aliqua exceptione, *& nu. 125.* Auilès *de syndicatu capit. 10.* verbo: *Apele, numer. 4.* vbi de fideiussore officialis, Molina *de iustitia, tomo 2. disputatione 545. per totam*, vbi etiam de fideiussore indemnitatis (de quo supra in additione ad nu. 3.) Bolanus *in Curia Philip. 2 par. §. paga, n. 10.* & quam plures referens Barb. *in collectanea, c 2. de fideiuss.* vbi quindecim limitationes congerit, Pichardus *in §. si plures, institutæ de fideiussoribus, numer. 14.* & Salgado *in labirintho creditorum, 1. parte, capit. 23. vbi numer. 21.* docet quod quando principalis difficilè conueniri potest, petat fideiussor, vt suis expensis conueniatur. Et quod Princeps non debeat petere excussionem contra eum pro quo fideiussit, Anton. Hering. *in tractatu de fideiussoribus, cap. 27. p. 256.* vide eum.

De excussione autẽ, & quomodo facienda contra principalem, siue contra tertium possessorem rei hipothecæ subiectæ, videndi sunt supra relati & Tuschus *lit. E. verb. Exceptio discussionis, conclus. 401. & seqq.* Suarez *tit. de los emplazamientos*, vers. *Nunc oportune, num. 19.* vbi Ualdesius. Antonius Gabriel *tit. de de fideiussoribus, dictae conclus. 1.* Fachinæus *lib. 8. contro. c. 51. & seq.* Scaccia *de commercijs, §. 2. glossa 5. n. 268. 295. & seq.* Flor. de Men. sup. vbi an censeatur appositæ clausulæ renuntiationis excussionis si fuerit omissa à tabellione? Menoc. *de adipiscenda, remed. 5. nu. 143.* Castillo *in l. 63. Tau. ver. Hipoteca*; vbi agit quãdo non sit necessaria excussio? Bolanus *in Curia Philip to. 2. ver Falides n. 50.* vbi quod beneficium excussionis cessat *in* cambio, vel bancho, Barbos. *in c. ex rescripto de iur. iurãdo. n. 5.* vbi an sit necessaria excussio si fideiussor se obligauit cũ iuramẽto? Farinac. *in praxi, q. 31. nu. 87. & seq. & conf. 165.* omnino, Gratianus late *in regula 338.* vbi ampliat, & limitat, Cancer. *variar. 2. parte, cap 5 ex n. 172. & n. 29.* Greg. Lop. *in l. 14. titul. 13. partita 5.* Molina *libr. 4. de primogen. capit. 7. ex nu. 30.* Felicianus *de censibus, libr. 3. capit. 4.* Baeça *de debitore, cap. 5. ex num. 31.* item Farin. *quæstion. 25. num. 171.* vbi quod fideiussor potest opponere de excussione facienda in fiscum, Gutierrez *de iuramento, 1. parte, cap. 23.* vbi etiam late agit, quãdo excussio non requiratur, Gratianus *discept. cap. 230.* vbi an fieri debeat excussio in bonis extra territorium? *& cap. 723. num. 19.* Parladorus *libr. 2. quotidianar. c fin. §. 7. parte 4.* item Suarez supra vers. *Vlterius quæritur, n. 4.* vbi an fieri debeat excussio in bonis positis extra locum iudicij? Barbosa *in l. si constante. ff. soluto matrimon. ex nu. 58.* Castillo *lib. 4. controuersiarum, cap. 26. num. 30. & capit. 40. ex num. 68.* Hermosilla *in l. 56. tit. 5. part. 5 glossa 7. n. 49. & 50.* vbi agit, quando non sit necessaria excussio: Noguerol *allegatione, 2 ex num. 112. & allegat. 4. num. 41. & allegatione 19. 29. & 35.* Carleual *de iudicijs, tom. 2. disput. 18.* Salgado *in labirintho creditor. 1. parte, capit. 23 per totum, & 2. parte, cap. 5. ex n. 25.* & alij penes ipsos.

Ad num. 15. ibi: *In quo articulo re* 16
solutiue dico, &c.

Quod si vnus ex pluribus fideiussoribus conueniatur insolidũ possit

opponere exceptionem diuisionis si aliter fit soluendo. præterquã si huic beneficio fuerit renuntiatum, vt docet Gomezius, comprobant Mantic. *de tacitis conuentionib. lib. 16. tit. 19* vbi bene explicat, limitat, & declarat, Tusch. *lit. F. concl. 299. per totã*, Azeuedus *in l. 1. tit. 16. lib. 5. Recop.* & ibi Matienzo *glos. 2. ex. n. 1.* Pinel. *in l. 2. Cod. de resc. ind. vend. ca. 3. n. 8.* Greg. *in l. 8. tit. 12. part. 5.* verb. *Cada vno de ellos*, Osualdus ad Donel. *lib. 22. cap. 8. notatis*, & Molina *de iustitia, tom. 2. disput. 543. vbi n. 7. & seq.* adducit casus in quibus non competit beneficium diuisionis, *& n 10.* docet cum Gregor. Lopez hodie non habere locum in hoc Regno beneficium diuisionis, ac proinde non esse necessarium illi renuntiare, de quo videndus omnino Pichard. *in §. si plures*, instituta *de fideiussoribus, n. 18. & per totum*, vbi optime explicat resolutionem hoc numero traditam, & cum Azeuedo, & alijs supra concludit hodie non esse necessariã renuntiationem beneficij epistolæ diui Adriani, nam si fideiussores expresse *in* solidum sunt obligati, insolidum conueniri poterunt, *ex dicta l. 8. tit. 12. part. 5. & l. 1. tit. 16. lib. 5. Recopilation.* si vero simpliciter sint obligati ipso iure fit diuisio ex dictis legibus, & non ex beneficio epistolæ, cuius renuntiatio in primo casu non est necessaria, in secundo verò non sufficit, quia debet etiam renuntiari beneficio dictarum legum, vide etiam Rodriguez *in tractatu de redditibus, libr. 2. quæstione 5. numer. 14.* & Carleual *de iudicijs, tom. 1. disputatione 5. numer. 10.* & Dom. Larrea *allegation. fiscali 112, ex numer. 31. vbi* quod fideiussores tutorum insolidum tenentur.

De reme medio autem quod competit ei qui totum soluit, vide supra *cap. 12. n. 4.* & Cancer. *variarum. 2. parte, cap. 5. ex numer. 32.* vbi quod si ei fuerint cessæ actiones, potest agere insolidum contra confideiussores dempta sua parte, & Barbosam *in leg. maritum. ff soluto matrimonio, num. 36. & sequent.* vbi quod non competit repetitio soluenti solidum ante sententiam secus si post eam.

Ad num. 16. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* 17.

Quod mulier non possit efficaciter fideiubere pro alio, quia licet mero iure teneatur, tamẽ competit illi exceptio Velleiani ad non soluendum etiam in foro conscientiæ, & si soluit potest repetere, & hæc exceptio competit etiam post sententiam. Ita resoluit Gomezius, & docent Tuschus *liter. M. conclusione 421. per totam*, Scaccia *de commercijs, §. 7. glossa 5. num. 155.* vbi quod mulier fideiubens animo decipiendi non iuuatur hoc beneficio, Barbosa *in l. 1. ff soluto matrimonio, 3. parte, ex numer. 53.* vbi etiam quid si mulier fideiubeat in causa dotis (de quo etiam Gratianus *disceptat. cap. 735. numer. 8.*) & quid si constituat se debitricem pro alio, vel consentiat obligationi mariti, vel alterius? *& 4. parte, numer. 101. & parte 5. ex num. 54. & in l. 2. eod. tit. 2. parte*, vbi de muliere obligante se pro marito, vt eum liberet à carcere, Petrus Gregorius *in sintagm. libr. 24. cap. 3. n. 25.* Rodriguez *in tractatu de redditibus, lib. 2. quæst. 5.* vbi de muliere simul obligante se cum marito, vel cum extraneo, *& n. 27. vers. Non obstat*, adducit aliquos casus in quibus cessat Velleianum, Osualdus ad Donel. *lib. 12. cap. 29. & seq.* vbi latissimè materiam explicat, *& libr. 18. cap. 11. lit. I.* vbi de muliere procuratrice, Castillo *in l. 61. Tauri* vbi etiam omnes Regnicolæ, Gutierrez

de

de iuramento confirm. 1. parte, ca. 20. n. 1 & per totum, Azeuedus *in l. 9. tit. 3. lib. 5. Recopilat.* Molina *de iustitia tom. 2. disp. 340.* vbi bene explicat laudans nostrum Comezium *& n. 14* sex limitationis adducit, Thomas Sanchez *de matrim. lib. 4. disput. 9. n. 14.* vbi etiam quod tuta conscientia mulieres vti possunt hoc beneficio, Lessius *de iustitia, libr. 2. capit. 28. dubitatione 2.* vbi laudat resolutionem Comezij, & omnes casus distinguit cum suis limitationibus, Lara *de anniuersarijs, capit. 22. numer. 5.* Mexia *ad leg. Toleti in respon sione ad sextum, numer. 15.* vbi de muliere hæretica quod non iuuetur Velleiano, Bonacina *de contractibus & restitutione, disputatione 3. quæstione 9. puncto 2.* vbi etiam bene declarat, & septem limitationes congerit, in quibus mulier non gaudet dicto beneficio, Socinus, *regula 273 & 274.* vbi de renuntiatione huius beneficij, Couarrubias *in cap. quamuis pactum, 2. parte, §. 3. nu. 5.* vbi probat valere renuntiationem absq; iuramento, Matienzo *in dictal. 9 titul. 3. libr. 5.* omnino videndus Spino *in speculo testamentorum, glossa 11. principali, ex numer. 109.* Gratianus *disceptat. cap. 961. ex num. 14.* vbi de muliere quæ fideiubet pro alia muliere, Carleualius *de iudicijs, tom. 2. disputatione 17. n. 7.* vbi quod dicta exceptio opponi potest post sententiam.

Quando autem mulier pro marito obligatur, tunc non tenet, nec valet obligatio, nisi in quantum in eius vtilitatem conuertatur, ita docent ferè omnes supra citati maxime Matienzo, Molina, Lessius, Bonacina, & Rodriguez, & latissime disputãs Zeual. *& q. 727. q. 900. ex n. 1. vsq; ad 24.* Suarez *tit. de arris, ex num. 43.* vbi Valdesius, Menochius *de arbitrar. casu 348. n. 14.* vbi quod nec pro socero potest obligari mulier, Ofuad. ad Donel. *lib. 12. cap. 30. notatis lit. C.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matr. 4. p. n. 101. & par. 5. ex n. 54.* & omnes Regnicolæ *in dictal. 9 tit. 3. lib. 5. Recop.* & vide quæ supra diximus *cap. præcedenti, n. 3.* & Villadiego *in sua politica in forma libellandi in via executiua. fol mihi 84.* Thomas Sanchez *de matrimonio, libr. 4. disputatione 9. numer. 15.* vbi de vxore quæ viro morienti promisit soluere eius debita, vel illi permisit legare quidquid vellet, & alia; Gutierrez *de iuramento confirmator. 1. parte, cap. 1. numer. 17. & capit. 55.* & D. Larrea *decisione Granat. 9. num. 5. & allegatione fiscali 35. ex nu. 28.* omnino videndus, & Salgado *in labirinto creditorum, 2. parte. c. 4 ex n. 68.* vbi quid si ex fideiussione mulier manet indotata? de quo supra dicto cap præcedenti, *n. 3.*

Ad num. 17. ibi: *Quod primò limita, & c.* 18

Et ibi: *Sed hodie, & c.*

Renuntiationem Velleiani valere etiam absq; iuramento, vt hic resoluitur, docẽt fere omnes citati numero præcedenti, & in specie Gutierrez *de iuramen. confirm. 1. part. c. 20. n. 1,* vbi ait, quod licet de iure communi fuerit in hoc maxima controuersia, hodie tamen *ex l. 3. titul. 12. partita 5.* nullam habet dubitationem, Petrus Gregorius *in syntagm. libr. 24. cap. 3. numer. 25.* vbi de iure communi hanc opinionem tenet, Padilla *in l. ne passim, Cod. de iuris, & facti ignorantia, ex nu. 7* Osualdus ad Donel. *libr. 12. cap. 32. notatis lit. D. & lib. 21. cap. 13. notatis lit. H.* vbi de muliere non certiorata iurante, Fachinæus *lib. 2. controuers. cap. 60. & seq. & libr. 11. capit. 65.* vbi quid si tabellio ignoret quid sit Velleianum? Rodriguez *de redditibus, lib. 2. quæst. 5. num. 39.* Bonacina

alios referens *de contractibus, & restitutione, disputatione 3 quæstione 9 puncto 2.* Matienzo *in l. 9. tit. 3. libr. 5. Recopilationis glossa 1. nu. 3. & 4.* Zeualios *quæstione 515. & 562.* vbi duas communes contrias opiniones refert, *& quæstione 723. ex n. 6.* vbi de renuntiatione iurata absque certioratione dicti beneficij de quo etiam *quæstione 727.* iterum Gutierr. *in tractatu de tutelis, 1. parte, capit. 8.* vbi de matre renuntiante Velleiano, vt tutelam filij consequatur, Molina *de iustitia, tomo 2. disputatione 540.* vbi postquam dictam difficultatem latissime disputauit, & opinionem nostri Gomezij fuit sequutus, *in numer. 8.* docet quod de iure huius Regni renuntiatio prædicta valet *ex dicta l. 3. titul. 12. part. 5.* dummodo mulier renuntiet sciens sibi competere hoc priuilegium, vel de eo certiorata sit, quod probari debet, & numeris sequentibus late pertractat, quomodo fieri debeat hæc certiorati, de quo etiam agunt supradicti doctores, & de muliere iurante in fideiussione Augustinus Barbosa *in collectanea, ca. ex rescripto, de iure iurando,* & vide D. Larream *decis. Granatens. 66. n. 8.*

Item de iudice an in causa coram se pendente possit esse fideiussor? vide Auiles *de syndicatu, capit. 3. num. 23.*

19 Ad num. 18. ibi: *Secundo prohibetur principaliter clericus, &c.*

Clericum obligari si fideiubeat, & eius obligationem valere, licet de consilio prohibeatur fideiubere vt docet Gomez. probant Oroscius *in l. 1. ff. si quis in ius vocatus non iverit, n. 5.* Menochius *lib. 2. præsump. 46. ex n. 2. & de arbitrarijs, cas. 432* Humada *in l. 45. titul. 6. part. 1. glossa 3.* Gutierrez *de iuramen. confirm. 1 parte, cap. 72. n. 2.* Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 28. dubitat. 2. num. 19.* vbi explicat textum *in ca. 1. de fideiussoribus,* ibi: *Clericus fideiussionibus inseruiens abijciatur,* vt intelligi debeat, de eo clerico, qui huic rei vacat, idque forte obquæstum, quod verum mihi videtur, colligique ex ipsis verbis, ibi: *Fideiussionibus inseruiens,* quæ consuetudinem denotant, & non vnum, vel alterum actum, obidque acriter puniendum asserit textus (quod maximum dubium faciebat Petro Cenedo *in collectan. ad decretales, collectan. 164.* Bonacina *de contract. disputatione 3. quæst. 9. puncto 2.* versic. *Quarto clericus, &c.* optime Molina *de iustitia, tom. 2. disputat. 540. num 21.* vbi etiam modo prædicto explicat dictum textum, Barbosa *in collectanea ad dictum cap. 1.* vbi alios refert, *& cap. 3. eodem tit. n. 2.* vbi ait se eus esse si clericus fideiubeat coram non suo iudice, tunc enim cum Surdo ait fideiussionem non valere, Farinacius *in praxi, quæstione 27. numer. 66.* vbi quod clericus fide iussor conuenitur in quantum facere potest.

Ibi: *Ex quo infertur, &c.*

Adde Gutierrez *dict. cap. 72. de iuramento confirm. num. 2.* vbi laudat, & comprobat resolutionem Gomezij in præsenti.

Et an si quis promisit dare Petrum fideiussorem, possit dare aliũ æque idoneum? vide Pinelum *de rescindenda, 2. parte, cap. 1. ex num. 21.* Guzman *de euictionibus, q. 17.* Zeuallos *quæst. 846. numer. 24.* vbi quod remanet liber faciendo quod in se est, qui promisit aliquem dare fideiussorem, Grarianus *discept. ca. 229 nu. 12.* vbi quod fideiussorem vnum dare debens non auditur volens duos dare diuisiue, Barbosa *in leg. 2. ff. soluto matrimonio. 2. parte, num. 37.* vbi quod non cogitur creditor

fide

fideiussorem alium recipere loco illius qui datus fuit, de quo Castillo *libr. 4. controuersiar. cap. 10. numer. 38. & 57.* vbi explicat, & Gratianus *disceptationum, dicto capit. 229. n. 31.* Bolanus *in Curia Philippica, 2. parte, §. nouacion, n. 8.* Cancerius *variar. 2. parte, cap. 5. nu. 159.* vbi quod post quam fideiussor est datus, non cogitur creditor pro eo alium accipere, secus antequam detur, Giurba *decisione 113. numer. 19 & decisione 4. ex numer. 9.* & Salgado *in labirintho, 1. parte, capit. 8. numer. 46.* vbi quod ille qui tenetur dare fideiussorem pro securitate in futurum non potest dare pignus, seu hipothecam inuito creditore, de quo etiam Dom. Larrea *allegation. fiscali, 34. num. 2.* Gratianus *dicto cap. 229.* Tuschus *liter. H. conclus. 120.* & vide sup. *cap. 3. n. 3. vers. Quod fideiussorem, &c.*

Ibi: *Vnum tamen est, &c.* sub num. 18.

Quod Clericus fideiussor in primis sit conueniendus in rebus patrimonialibus, secundo in redditibus, seu prouentibus sui beneficij deficientibus bonis patrimonialibus, dummodo illi relinquatur congrua, vt decenter viuere possit, vt resolunt Comezius, docent Abbas, & Doctores *in cap. peruenit de fideiussoribus*, Couarrub *lib. 2. variar. c. 1. n. 9.* Dueñas *regul. 275. limitatione 11.* Gigas *in tractat. de pensionibus quæst. 39. nu. 4.* Beller. *disquisit. Clerical. 1. parte, titul. de clerico debitore, §. 1. num. 11.* Gutierr. *de iuram. confirm. 1. parte, cap. 17. ex num. 17.* Barbosa *in collectanea, dicto capit. peruenit de fideiuss. nu. 22.* & alij adducti à Salgado *in labirintho credit. 1. part. cap 42. n. 10.*

20 Ad num. 19. ibi: *Tertio, & principaliter prohibetur minor, &c.*

Minor viginti quinq; annis si fideiubeat, licet mero iure teneatur, restitui potest, quia præsumitur læsus præterquam si fideiubeat pro patre incarcerato, ita resoluit Gomezius, & docent Tuschus *liter. F. conclusione 302.* Petrus Greg. *in syntagmate, lib. 24. cap. 3. num 26.* Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 540. num. 25.* Lessius etiam *de iustitia, lib. 2. cap 28. dubit. 2. nu. 18.* Mantica *de tacitis conuentionib lib. 16. tit. 4. n. 1.* & alij adducti à Fontan *de pactis nuptial. 1. parte, clausula 4 glossa 18. parte 2. n. 28. qui ex numer. 45. & 52.* læsionem non præsumi, sed probandam, ait, vt restitutio locum habeat, vide omnino Nogueirol *allegatione 34. ex numer. 8.* vbi optimè explicat, & Narbona *de ætate anno 25. quæstione 15. per totam*, & D. Larream *decis. Granat. 70. n. 19.* & vide etiam infra *cap. 14. n. 10.*

De fideiussore autem qui pro minori se obligat, videndi sunt Osualdus ad Donel. *lib. 21. cap. vltim. lit. F.* Caldas *in leg. si curatorem, §. minoribus, ex numer. 48.* Gregorius *in l. 59. titul. 18. part. 3.* Barbosa *in leg. maritum, ff soluto matrimonio, num. 87. & seq. & in l. quia tale, ex n. 67.* latissime Gratianus *discept cap. 12.* Mantica *de conuention. lib. 16. titul. 15. n. 31.* Farinac. *decision. 44. lib. 1.* Matien. Iunior *in repetitione leg. 1. ff de minoribus ex numer. 79.* late, Cancerius *variar. 2. parte, c. 1. ex numer. 49.* Richardus *in §. exceptiones institutæ de replicationibus, libr. 4. ex nu. 9.* Barbosa *in collectanea, ad titul. Codic. de fideiussoribus minorum*, Petrus Gregorius *in syntagmate, libr. 24. capit. 3. num. 30.* & vide ante omnes D. Larream *decisione Granat. 31. num. 24.* vbi aduertit, quod quando fideiussio pro minori omnino respicit ius reale, tunc etiam fideiussorem comprehendet

restitutio veluti si intercederet pro minori tanquam hærede, si talis minor desineret hæres esse beneficio restitutionis etiam fideiussio cessabit, & ita interprætandos esse ait textus *in l. 2. §. 1. ff de administratione tutorum, leg. minor. 51. ff de procuratoribus, leg si pupillus 89. ff. de acquirenda hæreditate,* & idem dicendum asserit in qualibet exceptione reali, veluti si minor dolo deceptus fuerit in contractu, vide etiam Narbonam *in tractatu de ætate anno 25. quæstione 33. numer. 2.* vbi ait sic minoribus denegari sine tutoris, vel curatoris auctoritate posse existire in iudicio, vt nec naturaliter obligentur, indeque nec fideiussores ab eis interpositi adstricti manebunt.

Ibi: *Quartò prohibetur miles, &c.*

Adde Petrum Gregorium *in syntagmate, lib. 24. cap. 3. numer. 22.* vbi etiam numeris sequentibus agit de filiofamilias, & seruo an fideiubere possint? Molina *de iustitia, tom. 2. disputat. 540. num. 20* vbi etiam de religioso, de quo etiam Bonacina *de contractibus, & restitutione, disputatione 3 quæstione 9. puncto 2. n. 2.* & Thomas Sanchez *in summa lib. 6. cap. 14. n. 38. & seq. & lib. 7. c. 5. n. 34.* vbi de nouitio.

De agricola autem an possit esse fideiussor videndi sunt Molina *de iustitia disputatione 540. n. 24.* Parladorus *tom. 3. differentia 79. capit. 5. & capit. 2.* vbi an fideiussor agricolæ gaudeat eius priuilegio? & notissimè Narbon. *in leg. 25. tit. 21. lib. 4. Recopilationis, glossa 18.* vbi quod nec pro domino, nec pro alio fideiubere potest agricola, nisi pro alio agricola, de quo etiam Hermosilla *in leg. 13. tit. 5. partita 5. numer. 33.*

Item de vassallo pro domino fideiubente, & de rustico, vide Anton Hering *in tractatu de fideiuss. cap. 7. ex n. 181. & capit. 8. ex n. 106.* & reliquos supra citatos.

Ad num. 20. ibi: *Et magistraliter,* 21
& resolutiue dico, &c.

Fideiussorem à sua obligatione liberari solutione principalis debitoris, vel ipsius fideiussoris, vel nouatione, vel præscriptione, vel pacto de non petendo, vel confusione actionis per successionem non facto inuentario, resoluit Comezius, & ita docent Tuschus *litera F. conclusione 317.* vbi de liberatione per nouationem, *& conclusione 318.* vbi de liberatione per mutationem status principalis debitoris, *& conclusione 320.* vbi quomodo fideiussor semel liberatus possit reincidere in obligationem, *& conclusione 326. & sequent.* vbi agit de fideiussore *de iuditio sisti, & iudicato soluendo, & liter. D. conclusione 42. & seq.* vbi plures modos liberationis refert, Parladorus *lib. 2. cap. 3. num. 21.* vbi de pacto de non petendo, Guzman *de euictionibus, quæstion. 28. numer. 6.* Scaccia *de commercijs, §. 2. glossa 5 num. 291.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 16. titul. 20.* vbi alios modos liberationis congerit, *& titul. 21.* vbi de fideiussore obligato ad tempus certum, an eo tran facto liberetur? Barbosa *in collectanea, l. 2. Cod. de procuratorib n. 2. et seq.* vbi de fideiussore *de iuditio sisti, vel iudicato soluendo*, quando, & quomodo liberetur? de quo etiam Farinac. *consilio 57.* late Marienzo *in l. 10. tit. 16. lib. 5. glossa 1. num. 8. et seq.* Zeuallos *quæstione 900. numer. 50* vbi quod fideiussor non tenetur soluere debitum procedens ex calculatione facta post mortem principalis, optimè Molina *de iustitia, tom. 2. disputation. 546. per tot.*, vbi lau

laudat noſtrum Gomezium in præſenti iterum Barboſa *in collectanea, cap fin. de fideiuſſoribus num.* 18. *&* 19 vbi quod fideiuſſores in priori obligatione dati non liberantur per poſteriorem obligationem, licet in hac alij intercedant fideiuſſores, niſi nouatio facta fuerit, & dicto *num.* 19. ad ducit illam quæſtionem maximè controuerſam, num ſcilicet fideiuſſor ad certum tempus datus ab obligatione liberetur prorrogato termino ſolutionis ipſi debitori ſe inſcio? Doctores pro vtraq; parte referens, & eas conciliat hoc modo, nempe vt negatiua procedat quando fideiuſſor ſimpliciter fideiuſſit, pro eo qui ad certum vſq; tempus futurus eſt debitor. affirmatiua vero, & ſic quod fideiuſſor liberetur procedat quando fideiuſſor interceſſit pro aliquo ad certum dumtaxat tempus, Azeuedus *in l.* 7. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recop. num.* 8. *& ſeq.* vbi de liberatione ex præſcriptione, Oſſuald. ad Donel. *lib.* 16. *cap.* 4. *notatis lit.* B. iterum Farinacius *in fragm.* verbo: *Mixtum num.* 268. Pichardus in principio inſtituta *quibus modis tollitur obligatio num.* 9. *& per totum* vbi de liberatione per ſolutionem vel per pactum de non petendo, vel per compenſationem vel per confuſionem actionum ex aditione hereditatis *& in* §. *item per acceptilationem, & in* §. *præterea* vbi de nouatione, apud quem plures Doctores relatos inuenies, explicantes omnes modos liberationis. Iterum Scaccia *de re iudicata gloſſa* 7. *quæſt.* 4. *ſpecie* 1. *ex num.* 42. & optimè Salgado *de protectione* 4. *parte cap.* 7. *num.* 160 *&* 161. D. Larrea *deciſ Granat.* 89. *nu.* 16. vbi quod datione in ſolutum fideiuſſor remanet liberatus, licet res data poſtea euincatur, de quo etiam *num.* 4. vbi idem ſi debitum fuerit cõſignatum a debitore, & alia *num* 2. poſt D. Ioann del Caſtillo *lib.* 4. *controuerſiarum cap.* 59. *ex num.* 61. Item de confuſione actionum per aditionem hereditatis plures refert Barboſa *in collectanea ad l. debitor Cod. de pactis*, & deliberatione per nouationẽ latiſsimè Tuſchus *lit. N.* verbo: *Nouatio*, Menochius *de præſump. lib.* 3. *præſumpt.* 134. Parlador. *lib.* 2. *quotidian. cap. fin.* 1. *parte* §. 12. *limitatione* 6. *et tomo* 3. *differentia* 50. Caſtillo *lib.* 4. *controuerſ. d. cap.* 59. *nu.* 29. *& ſeq.* vbi plura omnino videnda, Cancerius *variarum*, 2. *parte cap.* 5. *num.* 4. vbi an creditor poſsit liberare vnum ex fideiuſſoribus in aliorum præiudicium? de quo Gutierrez *allegatione* 2. *num.* 12. & alij, Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *quæſt* 16. *num.* 61. Mantica *de tacitis conuention. lib.* 17. *per totũ*, Gutierrez *de iuram confirm.* 1. *parte cap.* 63. *per totum*, Bolañus *in Curia Philip. in commercio terreſtri* 2. *parte cap.* 5. *lib.* 2. iterum Salgado *in labirintho credit.* 1. *parte cap.* 18. *vbi ex num.* 8. agit de liberatione per ſolutionem, vel nouationem, & an fideiuſſor cauſæ principalis teneatur de eo quod iudicatur in cauſa appellationis? Caſtillo *lib.* 4. *controuerſiarum capit.* 14. *ex num.* 34. & quod ſemel datus fideiuſſor non liberatur etiam ſi alij dentur D. Larrea *allegat. fiſcali* 34. *late.*

Ad numerum 21. ibi: *Sexto, & vltimo fideiuſſor liberatur, &c.* 22

Et ibi: *Sed ego teneo contrarium, &c.*

Quod liberatus non cenſeatur fideiuſſor ex eo quod terminus ſolutionis prorrogetur debitori, reſoluit Gomezius contra alios, & ita tenent Anton. Gabriel. *lib.* 3. *commun. tit. de fideiuſ. concluſ.* 3. Maſcardus *de probationibus concluſ.* 1107. *num.* 12. Gutierrez *de iuram confirm.* 1. *parte cap.* 49. *num.* 14. vbi agit *de l.* 10. *fori, tit.* 18. *lib.* 3. Mantica *de tacitis conuentiõ. lib.* 16. *tit.* 21. *num.* 7. & alij relati a Bar-

Barbosa *in collectan. cap fin. de fideiussoribus num.* 19. vbi etiam Doctores contrarium tenentes refert, & concordiam, & conciliationem adducit, quam numero præcedenti retulimus, Morla *in emporio tit.* 8. *num.* 85 Zeuallos *tomo* 3. *quæst.* 754. *ex nu.* 37. omnino videndus, Auenda. *cap.* 17. *prætor. num.* 8. & Auiles *in cap.* 22 verſic. *Torres num.* 22. vbi de fideiuſſore officialis. vide etiã Fachinæum *lib.* 2. *cap.* 89. *& lib.* 12. *cap.* 30. Bollañus *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *porrogacion ex num* 10 *&* 16. vbi declarat, Matienzo *in l.* 6. *tit.* 7. *gloſſa* 5. *num.* 15. *lib.* 5. *Recop.* vbi de fideiuſſore Correctoris vel officialis, Cancer. *variarum* 2. *parte cap.* 5. *num.* 107. Scaccia *de re iudicata, gloſſa* 7. *quæſt.* 4. *ſpecie* 1. *nu.* 33. *& ſeq.* omnino videndus, Noguerol *allegatione* 21. *per totam* vbi late, & Nouiſsimè Salgado *in labirintho, credit parte* 1. *cap.* 34. *vbi ex num.* 4. illam quæſtionem explicat, an fideiuſſor teneatur pro tempore prorrogato, quando in contractu principali appoſitum fuit tẽpus obligationi finiendæ, data tamen facultate prorrogandi, ſi effectiue facta fuit prorrogatio, vt ſi principalis cõduxit domum, vſq; ad annum, & amplius, ſi amplius habitet, vel pro tempore quo habitare volet, an (inquã) fideiuſſor tali contractui accedens prorrogato tempore ſecundum formam contractus liberetur? inquo cõtra alios, & contra Noguerol, *dicta allegatione* 21. *num.* 26. reſoluit non liberari, latiſsimè id comprobans vide etiam D Larream *accoiſ. Granat.* 22. *num.* 16. & Gratianum *diſcept. ca.* 718. vbi alia: & de fideiuſſore tutoris an teneatur finito officio? ibidem & vide etiam D. Ioan. del Caſtillo, *lib.* 4. *controuerſ. cap.* 45. *ex num.* 50. vbi de fideiuſſore magiſtratus & officialium, & iterum ipſum Salgadum ſup. 2. *parte cap.* 27. *ex num.* 71.

Ibi: *Item pro complemento materiæ, &c.*

Fideiuſſor quod poſsit ſoluere debitum ex bonis debitoris, vt hic reſoluitur, docent relati a Gomezio, ſed hoc intelligitur, dummodo ipſe fideiuſſor habeat penes ſe bona debitoris, vel quando ipſe fideiuſſor non eſt ſoluendo, & periculum eſt in mora, ne in carcerem detrudatur, vt apparet ex Mantica *de tacitis, conuẽcion. lib.* 16. *tit* 22. *num.* 44. & 45. Tuſchus *lit. F. concluſ.* 295. *num.* 2. *& cõcluſ.* 296. *num.* 8. & vide Baezam *de inopedebitore cap.* 5. *nu.* 28. vbi alios refert, & comprobat reſolutionem noſtri Gomezij, & Suarez infra relatus, Cancerium *variarum* 2. *parte cap.* 5. *num.* 104. *& ſeq.* Barboſam *in l. venditor. ff. de iudicijs num.* 203. & Bolañum *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *pagana num.* 2. *& parte* 1. § *remate num.* 22 (vbi etiam de fideiuſſore emente bona debitoris, de quo etiam Villadiego, *in Politica in via executiua, num.* 154. Cancer. *variarum*, 2. *parte, c.* 5. *n.* 23. & Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *quæſt.* 12. *num.* 8. *& quæſt.* 17. *n.* 22. *& ſeq.*) & Menoch. *lib.* 3. *præſump.* 21.

Adde quod fideiuſſor contra quẽ fit executio nominare vel aſsignare poteſt bona debitoris in quibus fiat executio, Auiles *in cap.* 10. *prætor verbo: Execucion, num.* 39. Suarez *tit. de los emplazamientos* verſic. *ſed pone ex num.* 25. Guzman *de euictionibus quæſt.* 16. *num.* 48. Bolañus *in Curia Philip.* §. *execucion, num.* 1.

Item an fideiuſſor in cauſa criminali qui eſt priuilegiatus ne incarceretur pro debito ciuili, poſsit incarcerari vt talis fideiuſſor? in quo Caſtillo *in l.* 79. *Tauri in fine*, & alij tenent poſſe, & non gaudere dicto priuilegio, & ita iudicatum aſſerit Bobadilla *in Politica lib.* 3. *cap.* 15. *ex num.* 24. *vbi nume.* 27. quandam diſtinctionem adducit, & eum ſequitur 23

Bola

Bolañus *in Curia, in via executiua* §. *priſion num.* 13. ſed Nouiſſime Narbona *in l.* 14. *tit.* 2. *lib.* 6. *Recopilationis gloſſa* 1. *ex num.* 48. contrariam partem imo priuilegiatum ne poſsit incarcerari putanobilem, vel alium non poſſe incarcerari, ſi fideiubeat in cauſa criminali, latiſsimè defendit, contrariumq; conuincit euidentiſsimis fundamentis referens pro ſua opinione Girondam *in tractatu de priuilegijs quæſt.* 113. *num.* 606. & *quæſt.* 252. *cap.* 33 *num.* 1413. vide etiã Farinacium *conſil.* 85. *ex num* 43. & Villar Silua *reſpon. reſp.* 6. vbi quod fideiuſſor publicani non amittit immunitatem nobilitatis.

24 Item adde quod fideiuſſores aliquando recipiuntur periculo iudicis aliquando vero periculo tabelionis de quo videndiſsunt Clarus *in praxi crimin.* §. *finaliquæſt.* 46. Farinacius *tomo* 1. *tit. decarceribus quæſt.* 33. *nu.* 88. & *conſ* 165. *lib.* 2. Gutierrez *de tutelis* 3. *parte cap.* 16. *num.* 29. Villadiego *in Politica, cap.* 3. *num.* 288. Bouadilla *in Politica lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 104. & *cap.* 14. *num.* 99. qui bene diſtinguit, & declarat, aſſerens quod regulariter fideiuſſores recipiuntur periculo tabelionis præter quam in tutelis, & curis, & in negotijs Reipublicæ inquibus periculum eſt iudicis & tandem addit quinq; caſus inquibus a tabelio excuſabitur, & Bolañus *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *nauegantes num.* 16.

25 Item adde quod fideiuſſor repetit a reo principali omnia damna, & totum interteſſe, quæ ſine culpa ſua, ex ſolutione facta proueniunt: Dueñas *in regula* 337. *ampliatione* 2. Scaccia *de commerciis* §. 1. *quæſt.* 7. *parte* 2. *ampliatione* 8. *nu.* 277. & 287. vbi quod ſi accepit pecunias ſub vſuris ad ſolutionem faciendam eas etiam repetit a principali, Antonius Faber *in Codice tit. de fideiuſſoribus diffinitione* 2. Tuſchus *lit. F. concluſ.* 314. quaſi per totã, Gratianus *diſceptat. cap.* 130. *num.* 28. & 29. Bolañus *in Curia Philip.* 2. *parte* §. *ceſſion num.* 43. & §. *intereſſes num.* 23. idem Gratianus *tomo* 1. *cap.* 107. *num.* 5. vbi quod ſi deiuſſor pro penſione domus tenetur etiam pro deterioratione, & *nu.* 6. docet quod regulariter fideiuſſor tenetur etiam pro vſuris, & acceſſionibus, de quo etiam Scaccia *ſupra* Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 9 *quæſt.* 31. *ex num.* 73. & *tit.* 6. *quæſt.* 3. *num.* 18. & *deciſsione* 212. Auiles *in cap.* 1. *prætor.* verbo: *Mandado ex nu.* 17. & *cap.* 10. verbo: *Execucion num.* 40. Bruno *delocato, & conducto in rubrica* 1. *parte* §. 4. *num.* 53. Cuiman *de euictionibus quæſt.* 13. *num.* 64. & *ſeq.* Mantica *de conuention. lib.* 16. *tit.* 22 *num.* 47. Barboſa *in collectan cap. peruenit de ſideiuſ. num.* 19. Rodriguez *in tractatu de redditibus lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 70. Souſa *in reperition.* §. *actionum cap.* 2. *num.* 34. vbi diſtinguit inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris, Salgado *de protectione* 4. *parte cap.* 9. *num.* 210. Cancerius *variar.* 2. *parte cap.* 5. *num.* 113. D. Larrea omnino videndus *deciſ. Granat.* 37. *num.* 3. & 29. & 30. & *allegatione fiſcali* 39. *num.* 2. & 14. vbi an fideiuſſor teneatur ad pœnam?

Item adde quod ille qui tenetur dare fideiuſſorem ſi cum non inueniat, admittitur ad cautionem iuratoriam, præter quam ſi fideiuſsio requiratur pro forma, ita poſt alios probant Barboſa *in l. diuortio* §. *interdum ex num.* 26. & *in l. ſi conſtante* §. *quoties ff. ſoluto matrimonio*, & Nouiſsimè Salgado *in labirintho, parte* 1. *cap fin.* per totum omnino videndus poſt Tuſchum *lit. C. concluſ.* 16. Zeuallos *quæſt.* 66. & alios plures ab eodem Salgado relatos, idem Salgado *de protectione* 2 *parte cap.* 4. *num.* 223, quos vide, & Farinacium *quæſt.*

33 & late Castillo *de vsufructu cap.* 18. *per totum.*

26 Item de fideiussore prodore restituenda, & an maritus illum dare teneatur vel possit? late Dominus Larrea *decisione Granat.* 7. *per totã* quem videas post Gratianum *discep tation. cap* 233. *ex num.* 33. *& cap.* 712 Zeuallos *quæst.* 258. Suarez *in tit. de arrhis num.* 24. Ossualdum ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 48. *notatis lit. F.* Gratianum *regula* 193. Rodriguez *de redditibus lib.* 2. *quæst.* 12. *num.* 4. Fachinæum *lib.* 3. *controuers. cap.* 18. *& lib.* 8. *cap.* 76. Barbosam *in l. maritum ff. solutomatrim. num.* 81. *& in l. si cum dotem* §. *transgrediamur num.* 28. *& seq. & in l. si constante num.* 20. *& seq.* & D. Ioannes del Castillo *l b.* 4. *controu. cap.* 26. & Pichardus §. *in omnibus in* stituta *de fideiussoribus.*

27 Item quando, & quomodo fideiussor soluens obtinere debeat cessionem; vt sit valida? vide *in cap. præcedenti num.* 4. & Cancer. *variar.* 2 *parte cap.* 5. *num.* 148. *& seq.* vbi an fideiussor cui non sunt cessæ actiones præferatur creditoribus medijs inter solutionem, & fideiussionem? & de creditore liberante vnum ex fideiussoribus, & reseruante cessionem faciẽdam alijs confideiussoribus, Gratianus *disceptat. cap.* 409. *num.* 30. *& seq* & quomodo fideiussor agat sine cessione, Villadiego *in Politica iuris executiua num.* 45.

Item fideiussor condemnatus in 28
iuste si fit pauper, licet non appellet, potest repetere a debitore ex doctrina Auiles *cap.* 34. *prætor* verbo: *Pobres num.* 5.

Item de fidçiussore eius qui conue 29
nitur in quantum facere potest, Gutierrez *de iuramento confirmat.* 3. *parte cap.* 15. *late*, Ossuald. ad Donel. *lib.* 27. *cap.* 9. *lit. X.* Barbosa *in l. maritũ ff. solutomatrimonio: num.* 83. *& seq.* vbi de assumente defensionem alterius, & de fideiussore eius qui impetrauit inducias quinquennij, de quo etiam Farinacius *quæst.* 29. *num.* 25. *& seq.*

Et de fideiussore Familiaris Sanctæ Inquisitionis vel Clerici an gaudeat priuilegio fori? vide quod non Bobadillam *in Polit. lib.* 2. *cap.* 18. *ex num.* 246. Clarũ, §. *finali quæst.* 36. *n.* 9. late Cenedum *quæst.* 12. *per totam*, Farinaciũ *quæst.* 34. *ex num.* 25. Gratianum *disceptat. cap.* 12.

Et quod possit vti exceptionibus quæ competunt principali, & inse assumere defensionem causæ vide late explicantem Castillo *lib.* 4. *controuers. cap.* 14. *ex num.* 38. *& 41. &* Cãcerium. *variar.* 2. *part. cap.* 5. *num.* 199.

(*)

CAPVT DECIMVM QVARTVM

DE RESTITVTIONE MINORVM

SVMMARIVM.

1 Doctores materiam explicantes referuntur.

2 De contractibus minorum, & quomodo obligentur, & qui dicantur minores in iure.
An minor lasus restituatur aduersus contractum vel ad supplementum pretij?
De restitutione aduersus donationem.
De restitutione aduersus transactionem.
vel diuisionem hereditatis, vel rei communis, & alia.

3 Minor an possit restitui quando dedit amplam dotem?
Quid si iuramento firmetur?
An minor lasus in contractu matrimonij vel sponsalibus restituatur,
Quid si minor in mutuo sit lasus.

4 De restitutione aduersus praescriptionem.
Quid in causa retractus.
De praescriptione seruitij famulorum, & in via executiua.

5 Minor an possit restitui in solutione sibi facta, & quid in cessione.
Quid è contra in solutione facta per minorem.
An minor restituatur aduersus aditionem vel repudiationem hereditatis.
An aduersus electionem rei vel diuisionem hereditatis.

6 De restitutione aduersus omissam probationem.
Quid si minor sit Doctor vel aduocatus.
De restitutione aduersus sententiã
Quid sit probandum ad restitutionem, & qualis debeat esse lasio?

7 An hoc remedium transeat ad heredem vel successorem particularem?
An hoc beneficium transeat contra tertium possessorem?

8 In-

CAPVT XIV.

8 *Intra quantum tempus sit restitutio petenda.*

9 *Restitutio qualiter deducatur in iudicio.*
Quid si proponatur per viam exceptionis.

10 *An hoc beneficium competat fideiussori.*
De ipso minore fide iubente pro alio

11 *An maior consors minoris gaudeat hoc beneficio?*

12 *Si minor ratificet post 25. annum gesta in minori ætate excluditur a restitutione.*
De ratificatione contractus habentis nullitatem.
Quid si maritus ratificet contractum uxoris minoris?
De ratificatione tacita.

13 *De minori qui veniam ætatis impetrauit.*
De pragmatica Regia anni 1623. in fauorem matrimonij.
Impetratio veniæ ætatis non prodest ad publica munera subeunda.

13 *De alienatione rerum minoris.*
De redemptione cẽsus faciendam minori.
Pater an possit alienare bona filij minoris sine decreto?
An filius viuo patre possit ea vindicare vel post eius mortem?
De præscriptione contra filium in prædicto casu.

15 *Prohibitio alienationis bonorum minoris quæ comprehendat?*

16 *Minor an possit facere compromissum super re immobili sine decreto?*
Confessio minoris an valeat, & teneat, & de restitutione aduersus eam vel recognitionem chirographi,

17 *An pater possit dare licentiam filio ad alienationem immobilium?*
Ex testamento nullo, & invalido probatur voluntas testatoris, & sumitur eius declaratio,

18 *Qui iudex sit competens ad interponendum decretum ad alienationem.*
Qui iudex possit dare tutorem, & curatorem?

19 *De contractu minoris iuramento confirmato.*
An iuramentum possit præstari per procuratorem?

20 *An contractus iuratus transeat ad heredem?*
Coram quo iudice conueniatur iurans, & eius heredes?
Iuramentum ex parte eius cui iuratur an transeat ad heredes?

21 *Minoris contractus iuramento cõfirmatus an possit rescindi ob læsionem.*
Quid in contractu non confirmato iuramento.
De filio renuntiante paternæ hereditati, si in hoc fuit læsus.
De iuramento non contraueniendi etiam ratione enormissimæ læsionis & quæ sit talis.
Quid in contractibus lucratiuis.

22 *De relaxatione iuramenti.*

23 *Quis sit iudex competens in actu vel contractu iurato.*
An valeant leges prohibentes iuramentum apponi in contractibus.
Casus in quibus iuramentum potest apponi secundum dictam legem.

24 *Promissio iurata sine causa an obliget efficaciter?*

25 *Contractus nullus quando firmetur iuramento.*
Quid si est contra bonos mores
De pacto super hereditate viuentis
De donatione omnium bonorum an firmetur iuramento?
De contractu nullo ex eo quod sit contra publicam vtilitatem.
Quid in contractu super re, cuius non est commercium an confirmetur iuramento,
De contractu nullo odio creditoris an confirmetur?

26 *Contractus nullus ex defectu solẽnitatis an confirmetur iuramento?*

27 *Con*

27 *Contractus annullatus fauore alicuius personæ an firmetur iuramento?*
Quid si verba legis prohibentis dirigantur in personam.
De decem illationibus Gomezij hic.
De renuntiatione futuræ hereditatis, & text. in capit. quamuis pactum.
De arris promissis vltra decimam partem bonorum.
De transactione super alimentis de futuro.

28 *De contractu mulieris, aut filij vel alterius metu reuerentiali inito.*

29 *Intellectu carens, veluti furiosus, vel mente captus, quod non possit contrahere.*
De contractibus ex iracundia celebratis.
De amoris impetu capto, & eius contractibus.

30 *Mutus, & surdus an possit contrahere?*

31 *De prodigo cui bonis interdictum est.*
Vtrum restitutio sit concedenda prodigo.

32 *Notorié prodigus an possit contrahere ante interdictionem sibi factam*
De requisitis ante interdictionem.
Quid si fiat interdictio alicui tanquam prodigo cum non sit.

33 *An prodigus obligetur iuramento.*

34 *An propter malos mores, vel animi vitium possit fieri interdictio bonorum?*
De contractu tutoris, iudicis, aduocati, medici, &c.
De medici contractu cum infirmo.

35 *Quale mandatum requiratur ad petendam restitutionem.*

36 *In contractu pro redemptione captiui an habeat locum restitutio?*

37 *Restitutio an impediat executionem?*

38 *An minor restituatur si deficiat in solemnitatibus appellationis?*

39 *An minor restituatur aduersus amissionem bonorum ob adulterium vel ob non petitum tutorem pupillo, vel aliam omissionem? & alia.*

40 *An aduersus pacem, seu concordiam ob homicidium, vel aliud delictum?*

41 *Quadriennij quando incipiat currere his qui veniam ætatis impetrauerunt.*

42 *Iudex minor an restituatur? & ibi de tabelione.*

43 *Quid in meliorationibus factis in re sit dicendum concessa restitutione?*

44 *De restitutione ad appellandum & quomodo verificetur læsio?*

45 *Restitutio fit cum fructibus, & quomodo?*
Res debet esse integra, vt locum habeat restitutio.

46 *Restitutio an impediatur ex eo quod possit agi contra procuratorem, vel tutorem?*

47 *Restitutio an concedatur in spiritualibus, seu beneficialibus?*

48 *Restitutio an concedatur minori aduersus probationem omissam in via executiua?*

49 *Minor an restituatur aduersus non impletum præceptum testatoris, vel legis, modum, seu conditionem.*

50 *Sublata exceptione non intelligitur sublata restitutio.*

CAPVT XIV.

1 MATERIAM restitutionis in integrum explicant latissimè præter scribentes in locis ordinarijs, Tuschus *liter. M concluſ.* 258. *& ſeq. & lit. R. concluſ.* 276. *& ſeq. vſq; ad* 298. Petrus Gregor. *in ſintag. lib.* 13. *capit.* 4. Rodriguez *de reddit. lib.* 1. *quæſt.* 10. *&* 14. Cujacius *in rubrica, ff. de in integr. reſtitut.* Coſta *in* §. *& quia ſi tantum* 2. *parte, ex nu.* 45. *vſq; ad* 90. Oſuald. *libr.* 21. *cap.* 3. *& ſequent. in annotation. ad Donel.* Caſtillo *in leg.* 5. *Tauri*, vbi etiam an reſtitutio competat contra teſtamentum? de quo Suarez *allegatione* 20. vbi Ualdeſius agit, quid in donatione cauſa mortis? & Oſualdus ſupra *cap.* 5. *lit.* P. Caldas *in l. ſi curatorem* latiſsimè, Mauritius, & Oddus *in ſuis tractatibus*, Morla *in emporio*, *titul.* 5. *per totum*, Pichardus *in* §. *extraneis*, inſtitua *de hæredum qualitate, & differentia omnino videndus, ex numer.* 27. *vbi* etiam plures diffinitiones adducit, Gratian. *regula* 316. late, Molina *de iuſtitia, tom.* 2. *diſputatione* 573. *per totam*, Barboſ. *in collectanea ad hunc titul. in decretalibus, & in titul. Codic. de in integrum reſtitut., & titulis ſequentibus*, vbi alios plures refer, Hermoſilla *in leg.* 4. *titul.* 5. *partita* 5. *gloſſa* 12. *per totam*, *& in leg.* 56. *eodem titulo, gloſſa* 11. vbi latiſsimè Filliucius *in ſumma*, *tomo* 2. *tractatu* 33. *capit.* 4. *per totum*, Leſsius *de iuſtitia*, *libr.* 2. *capit.* 17. *dubitatione* 9. *& ſequent.* Bonacina *de contractu, & reſtitutione, diſputatione* 3. *quæſtione* 1. *puncto vltimo*, Flores de Mena *quæſtione* 5. vbi de minore hærede maioris, Matienzo iunior *in repetitione l.* 1. *ff. de minor. per totam.* Zeuallos *quæſtio.* 834. *& multis ſequentibus*, Cancerius *variarum*, 3. *parte*, *capit.* 15. *&* 2. *parte, capit.* 1. Narbona *de ætate anno* 29. *& anno octuageſimo*, *quæſtione* 3. *vbi* an ſenex reſtituatur, & nouiſsimè Salgado *in labirinto*, *parte* 2. *capit.* 2. *vbi* etiam de vniuerſitate, & miſerabili perſona, & vide tomo 3. *capit.* 1. *numer.* 61. *vbi* quid in crimin alibus?

Ad num. 1. ibi. *In primis prohibetur minor, &c.* 2

Infantem, ſeu pupillum infantiæ proximum non poſſe contrahere, nec naturaliter obligari, puberem verò ſi non habet curatorem obligari ciuiliter, & naturaliter, ſecus ſi eũ habeat, vt hic reſoluitur, docent relati ſupra *cap.* 1. *n.* 8. *hoc tomo* 2. & optimè Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæſtion.* 7. *parte* 2. *ampliatione* 19. *n.* 70. *&* 73. *&* §. 1. *quæſtione* 1 *ſub num.* 508. *vbi* quod licet contractus non ſit damnoſus tamen eſt nullus *volente* minore, optimè Thomas Sanchez *de matrimonio*, *lib.* 6. *diſp.* 38. *per totam.* vbi late explicat, Molina *de iuſtitia, tom.* 1. *diſputat.* 224. Pichardus omnino *videndus in* principio inſtituta *de authoritate tutorum, & melius in* §. *pupillus* 11. inſtitu *de inutilibus ſtipulationibus*, Gratianus *diſcep. cap.* 279. *ex n.* 46. Hermoſilla *in l.* 3. *titul.* 1. *partita* 5. *gloſſa* 4 *n.* 1. *& ſequent. & l.* 5. *gloſ.* 1. *vbi* de mutuo.

Qui autem dicantur minores in iure in hac materia reſtitutionis, explicant Connanus *lib.* 3. *comment. capit.* 12. Donel. *libr.* 11. *capit.* 7. Cujacius *in l.* 3. *ff. de minoribus, et in leg.* 98. *ff. de verborum ſignification.* Pinel. *in l.* 2. *Cod. de reſcindenda venditione* 2. *parte, capit.* 2. *num.* 9. Felicianus *de cenſibus*, *libr.* 2. *capit.* 2. *num.* 2. verſicul. *Finitur verò*, Farinacius *quæſt.* 92. *nu.* 11. Thomas Sanchez *de matrimonio, libr.* 2. *diſp.* 24.

quæſt.

quæstion. 4. *numer.* 22. Perez de Lara *in compendio vitæ hominum, capit.* 22 *num.* 2. iterum Thomas Sanches *in summa, libr.* 4. *capit.* 35. *numer.* 3. & plures referens Narbona *in tractatu de ætate anno* 25. *quæstione* 2. vbi duas opiniones refert: Primam, minorem dici ab ipso natiuitatis die: Secundam, à tempore pubertatis, & tandem asserit quod si verbum *minor* generaliter consideretur, tunc ab exordio ætatis esse, & vocari minorem, si autem in specie, tunc à pubertate vsq; ad 25. annum, & tandem, vtroq; casu hi tantum conuenire posse qui nondum vigesimum quintum annum excesserunt.

Ibi: *Ex quo primò infertur, &c.*

Minorem restitui aduersus ipsum contractum, si in contrahendo fuit læsus, si verò in prætio læsus fuerit quod tantum agat ad suplementum, resoluit Gomezius, & tenent plures relati à Morla *in emporio, titul.* 5. *quæstione* 1. *numer.* 30. vbi etiam alteram opinionem omnino contrariam adducit, & latissime cõprobat, nempe quod indistincte minor læsus, vel Ecclesia ad rescissionẽ contractus admittatur, & non ad supplementum pretij, de quo etiam Barbosa *in collectanea, capit.* 1. *de in integrum restitutione, num.* 10. & nostrum Gomezium in præsenti sequuntur Garcia *de expensis, cap.* 18. *ex nu.* 23. *& in tractatu de nobilitate, glossa* 6. §. 1. *nu.* 56. Gratianus *discep. cap.* 27. *nu.* 41. *& capit.* 242. *n.* 26. Costa *in l. gallus,* §. *& quid si tantum, n.* 72. *& seq.* Suarez *inter communes, lib.* 4. *titul. de rescindenda venditione nume.* 54. Farinacius *in fragmentis, verb.: Iudais,* vbi de illorum restitutione, Rodericus Suarez *allegatione* 21. *numer.* 5. Oddus *de restitutione morum,* 2. *parte, quæstione* 57. *articulo* 4. *numer.* 26. Rodriguez *in tractatu de redditibus, libr.* 1. *quæstione* 10. *num.* 19. Auendanus 2. *part. capit.* 12. *præceptorum, numer.* 12. vbi agit de locatione, Gutierrez *libr.* 4. *quæstione* 69. *nu.* 23. Pichardus *in* §. *extraneis* institutæ *de hared. qualit.* omnino videndus, & Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5 *part* 5. *glossa* 11. *nu.* 114. & Matienzo Iunior *in reperit. l.* 1. *ff. de minor. n.* 133. quem vide, & Pachinæũ *lib.* 2. *controuersiar. cap.* 90. & Dom. Larream *decisione Granatensi* 76. *numer.* 12. & Salgadum *de protectione* 4. *parte, capit.* 14. *numer.* 36. vbi quod restitutio concessa aduersus venditionem nocet etiam publicano in vectigali, Cancerius *variar.* 1. *parte, capit.* 13. *numer.* 14. & 2. *parte, capit.* 1. *numer.* 274. vbi quod læsio consideratur tempore contractus, & *num.* 287. vbi bene declarat iterum Gutierrez *in tractatu de gabellis, quæstione* 13. & *lib.* 2. *practicarum, quæstion.* 159. vbi de restitutione ob affectionem ad rem, de quo etiam Matienzo *in l.* 7. *titul.* 11. *glos.* 1. *num.* 2.

Ibi: *Secundò infertur, &c.*

Quod minor restituatur aduersus donationem absque iusta causa factam, vt resoluit Comezius, docent optime distinguentes, & explicantes Cujacius, & Vbesembechius *in rubrica, Codic. si aduersus donationem,* Tuschus *liter. M. conclusione* 247. vbi declarat quando talis donatio non valeat, & quando valeat, sed restituatur aduersus eam Molina *de iustitia, tom.* 2. *disputat.* 573 *num.* 13. Cancerius *variarum,* 3. *parte, cap.* 7. *n.* 88. vbi de donatione iurata, Castillo, *in leg.* 17. *Tauri,* verbo: *No se pueda renocar,* vbi de donatione facta filio, Caldas *in l. si curatorem,* verbo: *Contractum fecisti. numer.* 37. Gutierrez *in tractatu de tutelis,* 2. *parte, cap.* 5. *n.* 57. *& sequent. & cap.* 6. *et cap.* 14. *num.* 17. *et*

in authent. sacramenta puberum, num 118. Stephanus Gratian. *discept. capit.* 233. ex quibus etiam, & alijs pluribus congestis à Hermosilla *in l. 1. tit. 4. partit. 5. glossa 5. numer. 2.* colliges minorem regulariter etiã cum iudicis authoritate, & curatoris præsentia donare non posse, quia adhibitio solemnitatum nihil operari potest, quando est certum minori esse damnosum contractum, quod ampliat ipse Hermosilla *numer. 3.* etiam si veniam ætatis impetrauerit minor, vel adsit statutum quod maior 18. vel 20. annorum, habeatur pro parte legitima ad contractus, & numeris sequentibus nouem limitationes adducit, quas per eum videre poteris, vide etiam Farinacium *consil.* 42. & Valdesium ad Suarez *allegation. 20.* vbi de donatione causa mortis, & alia plura Cancer. *variar. 1. parte ca. 7. n.* 136. & 142. & Narbonam *de ætate anno 7. quæstion. 22. ex numer. 5.* post Simoncel. *de decretis, lib. 1. titul. 2. inspectione 2.* & ipsum Narbonam *anno 25. quæstion. 11. per totam*, omnino.

Ibi: *Tertio infertur, &c.*

De restitutione aduersus hæreditatis diuisionem, vel transactionem videre poteris *Mauritium in tractatu in integrum restitutione capit. 210.* Caldas *in l. si curatorem*, verb. *Læsis nu.* 153. & alios relatos à Barbosa *in collectanea ad titul. Codic. si aduersus transactionem*, & ad plures titulos antecedentes, & sequentes, vbi plures Doctores refert agentes de restitutione aduersus omnes actus, & contractus, & Tuschum *lit. M. conclus.* 247. *& seq.* Suarez *allegation. 22.* & ibi Valdes *n. 4.* & Osuald. ad Doncl. *lib. 21. c. 9. notatis lit. Q.* & D. Larr. *decis. Granat. 68. num. 24.* vbi reprobat Osuald. sup. existimantem maximam requiri læsionem in minori, vt restituatur contra transactionem; & probat ex alijs læsionem leuem sufficere (quamuis in muliere, & rustico similem restitutionem petentibus læsio enormissima requiratur ex Greg. *in l. 34. tit. 14. part. 5. glos. 2.*) & explicat text. *in l. de fideicommisso 11. Cod. de transact.*

Ad num. 2. ibi: Quarto infertur 3 *quod si mulier &c.*

Quod si mulier dedit nimiam dotem possit restitui, vt hic resoluitur, docent, & explicãt Couarr. *lib. 1. variar. cap. 5. nu. 8.* vbi quod licet non possit restitui aduersus matrimonium, potest tamen aduersus dotis assignationem, Negusantius *de pignoribus, parte 8. membro 1. nu. 26. & parte 2. membro 4. nu. 75.* noster Comezius *in l. 50. Tauri, num. 16.* Donel. *commentar. lib. 21. cap. 10.* Oddus *de in integrum restitutione quæst. 59. ex numer. 13.* omnino videndus, quia declarat, Morla *in emporio titul. 5. quæst. 4.* per totam, Cancerius *variarum, 2. parte cap. 1. num. 283* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescindenda vendit. 1. parte cap. 1. nu. 11.* Surdus *de alimentis, tit. 9. quæstion. 44. n. 58. & decis. 178. & 287.* Barbosa *in l. si ante, num 13. & in l. si æstimatis, num. 23. et seq. ff. soluto matrimonio.* Tuschus *lit. M. conclus. 248.* (vbi quod minor non potest cõstituere dotem in immobilibus sine decreto, de quo videndi sunt Cratianus *discepration. cap. 367. et 583.* Barbosa *in l. 1. parte 4. nu. 128. et in l. si ante numer. 23. ff. soluto matrimonio* Gutierrez *de tutelis 2. parte, capit. 5. ex numer. 51.* Azeuedus *in leg. 2. titul. 2. libr. 5. Recopil. num* 12. & ibi Matienzo *glossa 2. numer. 3.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 6. disputat 38. ex num. 37.* vbi *numer. 43.* cum Azeuedo supra ait, quod si promissio, vel assignatio firmetur interueniente tunc valebit, etiã in immobilibus absq; curatoris authoritate iudi-

iudicisque decreto, Hermosilla *in l.1.tit.4.parrit.5.glossa 5.ex num.9.* qui omnes idem esse asserunt in donatione propter nuptias, constitutione arrarum, & sponsalitia largitate) Barbosa *in collectanea ad leg. vnicam, Codic. si aduersus dotem,* vbi quod hoc beneficium restitutionis transit ad hæredes, & declarat cum Morla supra textus *in leg. sine generalis. ff. de iure dotium, & l. si ex causa, §. in dotis. ff. de minoribus*, quæ inter se pugnare videbantur, de quo etiam Osualdus ad Donel. *libr.21. capit.10. liter.* C. & vide nouissime Narbonam *in tractatu de ætate anno 25.quæst.14. per totam.*

Ibi: *Vnum tamen est, &c.*

In matrimonio non esse concedendam restitutionem, vt hic resoluitur probant Gratianus *disceptation cap.367.n.11.* & plures doctores relati, & sequuti à Zeuallos *quæst.831.* vbi ampliat *numer.10.* etiam si minor læsus fuisset enormiter *in* contractu matrimonij vt si vidua & vetula amore capta adolescentis, dixit se habere amplum patrimonium & sic cõtraxit cum ea, cum re vera esset pauper, *& num.12.* probat ex alijs aliud esse dicendum in sponsalibus, in quibus, si interueniat læsio, datur restitutio, eum vide, & Barbosam *in collectanea, cap.13. de restitution spoliat.* & Narbonam *de ætate anno 25.quæstione 37.n.20.* & D. Larream *decision. Granat.59. n.13.* Canc. *variar.3. part.cap.11.ex n.219.* vbi etiam de matrimonio spirituali.

Ibi: *Quintò infertur, &c.*

Mutuo facto minori sub vsuris, quod semper præsumatur læsus, & restituatur, nisi probetur per creditorem *in* eius vtilitatem versum, secus si mutuum fuerit gratuitum, vt hic resolunt, docent Oddus *de restituent. in integr. 2. part. q.51. artic. 5.n.46. & seq.* Mancic. *de ætatis conuention. libr.8. tit.6.n.6.7. & 8.* Molina *de iustit. tom.2. disp.300. nu. fin. & disp.573.n.15.* Mascard. *de probat. conclus.1167. ex n.5.* relati à Barbosa *in collectan. ad l.1. Cod si aduersus creditorem, n.8. & 9.* vbi alios plures refert pro contraria opinione, nempe quod indistincte onus probationis incumbat creditori. & hãc sequitur Rodriguez *de reddit. lib.1. quæst.14.n.35* & Hermosilla *in l.3. titul.1. partit.5. glossa 4. nu.5. & seq.* vbi alios quam plures pro ea refert vide etiam Morlam *in emporio, titul. 8. num.3.*

Ad numerum 3. ibi: *Sexto infertur, quod si minor amisit rem suam, &c.* 4

Quod in pupillari ætate nulla præscriptio currat contra minorem cõtra adultum vero quod currat sub distinctione hic tradita, & similiter quod currat, si fuerit cepta contra maiorem, sed contra eam restitutio competat, vt hic resoluitur, docent Tuschus *lit. P. conclus 548. & conclus.581. & 587.* Menchaca *de succession. creation. §.10. lib.1. ex n.39.* late, Couarrub. *in regula possessor, 3. parte, §.3.* Bernard. Diaz *in regula 467. & seq.* vbi quod minori etiam pupillo currit præscriptio legalis cepta cum defuncto, sed concedi tur restitutio, Flores de Mena *variarum, lib.1. quæst.5. num.37.* Molina *de iustitia, tom.1, disput.78. numer.7. & disputation.79. numer.9. & disputatione 80.* Barbosa *in collect. ad l.1. Cod si aduersus vsucapionem, & in l fin. Cod. in quibus causis in integrum restitutio non est necessaria,* vbi plures refert, & comprobat dictam resolutionem, quem videas, & Cald. *in l. fi. curatorem,* verb. *Contractum fecisti, n.4.* & in ver. *Sua facilitate, num.46.* Zeuallos *quæst.538.* vbi de

præscriptione statutaria duas communes contrarias opiniones adducit, & n. 2. aduertit, quod causa rectractus ex l. 8. tit. 11. lib. 5. Recopilation. contra minorem currit præscriptio, vide etiam Morlam in emporio, tit. 5 quæst. 5. per totam, vbi late disputat prædictam difficultatem, an & quando contra minorem currat præscriptio? & Matienzum in dict. l. 8. tit. 11. lib. 5. glossa 1. & 12. & nouissimè D. Larream decision Gran. 70. per totam. vbi probat minorem restituendum aduersus omissionem retractus conuentionalis probata læsione, & Noguerol allegat. 2. numer. 89. vbi etiam de restitutione aduersus præscriptionem, & latissimè Narbonam in tractatu de ætate anno 25. quæst. 23. per totam.

De præscriptione vero in materia seruitij famulorum, & in via executiua, an hæc præscriptiones currant contra minorem? videndi sunt Oddus de restitut. in integrum, 1. parte, quæstion. 19. artic. 4. Azeuedus in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recopilation. numer. 18. Flores de Mena quæst. 8. §. 1. post Auilesium in capit. 10. prætorum, verbo: Execucion, ex numer. 69. Ualençuela consil. 168. num. 39. tom. 2. Zeuallos quæst. 48. n. 16. D. Ioseph Vela dissert. 8. num. 14. Hermosilla in l. 4. tit. 5. part. 5. glossa 12. numer. 6. & 7. & quod etiam cum mala fide procedat vtraque præscriptio probat D. Franciscus de Amaya in l. 6. Codic. de iure fisci, lib. 10. ex n. 20. post alios: Scaccia de commerciis, §. 7. glossa 7. numer. 3. Bolanus in Curia Philippic. in via executiua, §. 1. num. 10. Gironda de gabellis, 4. parte §. 2. ex n. 35. vsq; ad finem, vbi n. 39. quod minor restituitur aduersus lapsum 10. annorum in via executiua, & tandem numer. finali concludit contra communem minorem non restitui in causa seruitij aduersus lapsum triennorum, Villadiego in politica c. 2. n. 38. vbi de præscriptione in via executiua, de qua etiã late, & de eius interruptione, Carleu de iudicijs, to. 2. tit. 3. disput. 4. ex n. 2. post Salgadum de protectione Regia, 4. part. ca. 2. Vide etiam Narbonam in tractatu de ætate anno 25. quæst. 23. nu. 12. vbi cum Brito docet minori non nocere dictam præscriptionem triennalem.

Ad num. 4. ibi: *Septimo infertur*, § *&c.*

Solutione facta soli minori sine authoritate tutoris, vel curatoris debitor nõ liberatur, nisi pecunia in vtilitatem minoris fuerit versa, si vero solutio fuerit facta authoritate tutoris, vel curatoris, ipso iure debitor liberatur, sed si pecunia fuerit deperdita minor restituitur, si autem cum authoritate iudicis, & tutoris cessat restituio, ita resoluit Gomez, & docẽt latissime explicantes Oddus de in integrum restitutione, 2. parte quæst. 52 articul. 2. Mauritius eodem tractatu, cap 176. & seq. Costa in l. gallus, §. & quid si tantum, 5. parte. nu. 26. & seq. Caldas in l. si curatorem, verb. Læsit num. 60. & 61. & seq. Menchaca vsufreq cap. 66. & 67. & omnium latissime Gutierrez de tutelis, 2. parte, cap. 22. per totum, Scobar de ratiocinijs, cap. 40. vbi etiam agit de solutione reliquorum facienda per tutorem ipsi minori, Morla in emporio, titul. 5. quæstion. 1. nu. 44. Osuald ad Donel. lib. 16. cap. 10. liter. F. Rodriguez in tractatu de redditib. libr. 2. quæst. 15. n. 83. vbi etiam addit quod si restitutio concederetur contra redemptionem census, ea non comprehenderet redditus, qui postea possent currere: & etiam addit quid si solutio fieret causa conditionis implendæ an facta tutori liberet debitorem? referens Stracham in tractatu de adiecto, 3. parte, n. 31

n. 31. Barb. *in collect. ad l. 1. Cod. si ad uersus solution.* late, vbi etiam de solutione facta curatori minoris, Molina *de iustitia tomo 1. disput. 224. num* 35. vbi quod si solutio fiat sola iudicis authoritate plene liberat: & vide Nouissimè Narbonam *in tractatu de ætate anno 25. quæst.* 18. *& quæst.* 25. *vbi* quod etiam non valet cessio minori facta.

E contra vero de solutione quam facit ipse minor quando, & quomodo aduersus eam restituatur? *vide*ndi sunt Caldas *in l. sicuratorem* verbo: *Læsis num.* 69. Garcia *de nobilitate glossa* 6 §. 1 *num.* 9. & late Barbosa *in collect. l.* 2. *Cod si aduersus solutionem* & Morla *in emporio tit.* 8. *quæst.* 10. *per totam*, & Narbonam omnino supra, *anno* 25. *quæst.* 18.

Ibi: *Quo anno infertur, &c.*

Quod minor restituatur aduersus additionem vel repudiationem hereditatis vt hic resoluitur, docent, & exornant Oddus *de in integr. restit. parte* 2. *quæst.* 62. *&* 63. Cujacius, & Vbesembechius *in rubrica Cod. si vt omissam hereditatem*, &c. Gregor. *in l.* 13. *&* 18. *tit.* 6. *partita* 6. & late explicantes Morla *in emporio tit.* 5. *quæst.* 9 *per totam*, & Barbosa *in collect. ad l. Cod si minor ab hereditate se absti neat, & in tit si vt omissam hereditatem, &c. & in cap. Raynaldus de testamentis num.* 6. Gutierrez *de tutelis*, 2 *parte cap.* 1. *num.* 50. Pichardus *in relectione tit. ff. de acquir. hæredit. cap.* 12. *ex num.* 21. vbi an si minor restituatur aduersus additionem conualescat substitutio? & affirmatiue resoluit: vide etiam Molinam *de iustitia tomo* 2. *disput.* 573. *num.* 7. Tuschum *lit. R. conclus.* 284. *ex num.* 13. Hermosillam *in l.* 32. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 6. *num.* 49, Mantica *de conuentionib. lib.* 5. *tit.* 9. *num.* 3. vbi de locatione post repudiationem, alteri facta quod non rescinditur, in præiudiciũ illius tertij, licet minor aduersus repudiationem restituatur.

Ibi: *Nono infertur, &c.*

Aduersus electionem alicuius rei vel diuisionem hereditatis etiam cõpetit restitutio: ita comprobari potest ex supra relatis maximè Tuscho *lit. R. dicta conclus.* 284. Caldas *in l. sicuratorem* §. *vel aduersarij dolo ex num.* 12.

Ad numerum 5, ibi: *Decimo infertur, &c.* 6

Quod minor restituatur aduersus omissam probationẽ, etiam publicatis attestationibus vt resoluit Gomezius, docent late, explicantes Tuschus *lit. M. conclus* 284. *in principio* Caldas *in l. sicuratorem* §. *vel aduersarij dolo ex num.* 19. *vbi num.* 34. an minor possit renuntiare huic termino iam concesso per viam restitutionis? Azeuedus *in l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recopil. vbi num.* 26. an fidejussori competat hoc priuilegium? Menochi. *de arbitrar. quæst.* 35. *num.* 19. vbi quod conclusio in causa non tollit restitutionem, Gutierrez *lib.* 1. *quæst.* 66. *& seq. vsq; ad quæst.* 70. vbi late disputat, quid si minor non litiget tanquã principalis sed tan quam tertius vel tan quam defensor? *& quæst.* 67. an hoc priuilegium prosit consorti litis *& quæst.* 68. an concedatur dictum priuilegium ad liquidationem faciẽdam post sententiam; *& quæst.* 69. an hoc priuilegium concedatur ad terminum vltra marinum? *& quæst.* 70. quid in criminalibus? eum omnino vide ibi: *Et quæst.* 32. *&* 33. *lib.* 3. *& quæst.* 34, vbi de minori reo in criminali causa, & Farinac. *consil.* 95. *num* 21. & latius *in quæst.* 75. *ex num.* 431. Menchaca *vsu freq. cap.* 31. vbi an hæc restitutio concedatur maiori rustico, vel mulieri? & an restituatur ad accusationem furti, vel iniuriarum? & alia: vide Cald. *in* §. *læsis ex n.* 17. *vsq; ad* 27. Paz *in praxi tomo* 1. *part.* 1

tem

tempore 8. *num.* 159. *& seq.* Pichardus *in §. extraneis* instituta *de hered. qualit. & differ. num.* 27. *& seq.* Bayo *in praxi lib.* 2. *quæst.* 92. Pareja, *de inst. trum. edition. tit.* 9. *resolutione.* 5. *vbi* quid in criminalibus? de quo etiam Cancerius *variar. tomo.* 3. *cap.* 1. *n.* 61. *& 2. parte cap.* 16. *nu.* 12. *vbi* quid si minor se opponat vt tertius? & D. Larrea *decisione Granat.* 70. *num. fin.*

Et prædicto beneficio gaudet pars aduersa minoris, nisi minor rentiñet Barbosa *in collect. cap. finali, de dilationibus, & in l.* 6. *Cod. de temporibus in integrum restit. & in l. final Codice de dilation.* & de consorte eius dem litis idem Barbos. *in collect. dict. l.* 6. *Cod. de tempor. in integrum restit. & in dict. l. fin Cod. de dilation.* cum vide, & Bolañam *in Curia Philip.* 1. *parte* § *dilaciones ex num.* 21. *cum multis seq.* & Flores de Mena *quæst.* 5. *num.* 3.

Ibi: *Quod limita, & intellige præter quam, &c.*

Quod minor Doctor vel aduocatus non gaudeat dicto beneficio vt hic resoluitur: docent Paz *in praxi tomo* 1. *tempore* 8. *num.* 115. & alij ab eo relati nec non Morla *in empor. tit.* 5. *in præmissis nu.* 9. sed contrarium imo gaudere, tenent Cancer. *variar.* 2. *parte cap.* 1. *num.* 295. Sarmiento *lib.* 3 *select. cap.* 12. *per totum*, & cum eo Richard. *in §. extraneis* instituta *de hered. qual. & different. num.* 61. cum vide, & Auiles *in cap.* 33. *prat.* verbo: *A menos costa, &* Zeuallos *quæst.* 805. & D. Franc. de Amaya *in rubrica Cod. de muneribus patrimo. lib.* 10. *num.* 3. Narbonam *de ætate anno.* 17. *quæst.* 2.

Ibi: *Vndecimo infertur, &c.*

Quod etiam competat restitutio aduersus sententiam in causa ciuili vel criminali vt docet Gomezius cõprobant Rebuffus *ad leges Galiæ tomo* 2. *tit. de restitutione artic.* 10. *ex num.* 20. Oddus *de restitutione* 2. *parte quæstione* 72. Caldas *in l. ficuratorem* verbo: *implorare num.* 46. Auiles *in cap.* 6. *prat.* verbo: *Sentencias* vbi an prohibita restitutione intelligatur de sententia difinitiua? Tuschus *lit. R. conclus.* 291. Fachinæus *lib.* 9 *contra uers. cap.* 41. Auendañus *responso* 36. Osuald. *lib.* 27. *cap.* 7. *lit. N.* vbi, an ex instrumentis de nouo repertis? Flores de Mena *lib.* 1. *quæst.* 5. & late Morla *in emporio tit.* 5. *quæst.* 3 *per totam* Gutierrez *lib.* 3. *quæst.* 34. vbi quod restituitur aduersus sententiam in absentia latam, ad recuperanda bona, vel condemnationem pecuniariam, & quid in expensis? (quod etiam docet Gomez Bayo *in praxi quæst.* 92. *num.* 5.) Barbosa latissimè *in collect. ad tit. Cod si aduersus rem iudicatam* vbi plurimos refert, *& in l.* 4. vbi quod sententia lata contra minorem indefensum est ipso iure nulla, *& nu.* 7. notat, quod confessio minoris non nocet, si curatore carens, deliquisse fateatur, *& in l.* 5. late agit, an restitutio concedatur contra sententiam vbi appellare ab ea poterit? *& num.* 5. probat quod etiam si lex deneget appellationem seu nullitatis remedium non censetur negata restitutio. & alia: vide etiam Caldas *in §. per quod pristinum ius num.* 51. vbi an restitutio sit pinguius remedium? item vide Narbonam *in tract. de ætate anno* 25. *q.* 35. *ex n.* 12. *vbi* quod minor restituitur aduersus sententiam contumacialem, post Noguerol *allegatione* 12 *num.* 34. & alios, Zeuallos *quæst.* 808. *ex num.* 40. Cancer. 2. *parte cap.* 1. *num.* 263. Farinacius *quæst.* 101. *ex nu.* 35. vbi an fiscus restituatur aduersus sententiam absolutoriam rei? *& consil.* 40 *numer.* 59. *& seq.* & D. Larrea *decis. Granat.* 78. *num.* 15.

Ibi: *Quæro tamen pro declaratione &c.*

Mi-

Minorem ſe eſſe, & læſum debere probari, vt reſtitutio locum habeat, docent latiſsimè explicantes Gregorius *in l.4.tit.14.partit.3.* Dueñas *regula* 258. Mauricius *de reſtitutione in int.cap.*316. Oddus *eodem tractatu 1. parte quæſt.*37. Caldas *in l. ſicuratorem* verbo: *Minoribus num.*10. & verbo: *Sine curatore num.*33. vbi an reſtituatur aduerſus geſta hereditate iacente? & verbo *Intra legitimum, num* 19: & verbo *per quod priſtinum ius ex num.*1: Gratianus *regula* 150. *num.*28. vbi quod hæc cauſa ſummarie tractãda eſt, Menochius *de præſumption. lib.*2 *præſumptio.*50. *num.*18. *& de arbitrar caſu* 75. Maſcardus *de probat. concluſ.*666. *num.*2. *& concluſione* 1059. *num.*8. *& concluſ.*1194. aliàs 1200. *num.* 46. Tuſchus *lit. R. concluſ ſione* 286. Gaucerius *var.* 2. *parte ca.* 1. *num.*283. *& ſeq. & num.*242. *& num.* 244. vbi quod ſi lite pendente reſtitutio poſtuletur, debet concedi abſq; læſionis probatione, Gratianus *diſcep.cap.*439. *num.*44. omnino Gironda *de Gabel.*2 *parte*, §.1. *num.*5. *&* 3. *parte num.*30. Barboſa *in collect. l.*4. *&* 5. *Cod. de in integ. reſt.* Molina *de iuſtit. tom.*2. *diſp.*573. *n.*3. qui de ætatis probatione latiſsimè agunt, & circa læſionem videndiſsimi Donel. *comment. lib.*21. *cap.*9. *&* 10. (& vide infra *num.*21. vbi qualis debeat eſſe læſio in contractu iurato) Maſcardus *concluſ* 963. *&* 1273. Parlador *differẽtia* 114. Caldas ſup. verbo: *Vel aduerſarij dolo ex num.*1. Morla *in emporio tit.*5. *in prælud. num.*7. *vbi num.*8. ſex caſus congerit, in quibus ſufficit læſionem allegare abſq; probatione *& num.*11. & late *quæſt.*10 *per totam*, Hermoſilla *l.*4. *tit.*5. *part.*5. *gloſſa* 12 *ex num.*24. *& l.*56 *gloſſa* 11. Pichard. *in* § *extraneis* inſtituta *de hered. qualit. & diff. ex num.*63. omnino videndus Suarez *allegatione* 20. *num.*8. Sarmiento *lib.*3. *ſelect. cap.*13. *num.*2. D. Larrea *deciſ. Granat.*70. late vbi de intereſſe affectionis, Salgado *in labir. part.*2. *cap.*2. *ex num.*7. vbi quod læſio debet eſſe inſexta parte.

Ad numerum 6. ibi: *Et breuiter di* 7
co, &c.

Quod hoc remedium reſtitutionis tranſeat ad heredes, vt hic reſoluitur, comprobãt, Medicis in tractatu *mors omnia ſoluit concluſ.*97. Afflictis *deciſ.*211. Tuſchus *lit. R. concluſ.*288. vbi etiam an reſtitutio competat minori heredi maioris? de quo etiam Coſta de non numerata pecunia verſic. *ſecundum hæc in fine* Oddus *de in integ. reſt. parte* 1. *quæſt.*50. *artic.*1. *ex nu.*3. vbi ampliat, & limitat, Caldas *in l. ſicuratorem* §. *læſis num.*16. *et* §. *minoribus num.*52. vbi declarat, Oſſualdus *lib.*21. *cap. fin.* Molina *de iuſtitia tomo* 2. *diſput.*573. *num.*18. vbi etiam quod ſimiliter reſtitutio competit contra heredes, Pichardus *in* §. *exceptiones* inſtituta *de replicationibus num.*13. Barboſa *in collectanea l.* 6. *Codice de integrum reſtitutione*, & *in l.*5. *Cod. de temporibus in integrum reſtitution.* vbi de tempore in quo debet heres hoc ius intentare Barboſa *in l. quia tale ex num.*48. *ff ſoluto matri.* late vbi etiam de ſucceſſore particulari, Cancerius 3. *parte c.*21. *n.*131 Hermoſilla *l.*4. *tit.*5. *part.*5. *gloſſa* 12. *num.*21. vbi quomodo computetur quadriennium: Larrea *deciſione Granat.*59. *num.*7.

Ibi item *Quæro, &c.* & ibi: *In quo articulo reſolutiue dico, &c.*

Quod hoc beneficium tranſeat cõtra tertium poſſeſſorem in diſtincte; quando læſio minoris cõſiſtit in hoc quod ei non expediebat rem alienare, ſi vero læſio conſiſtit in pretio vel intereſſe tunc demum competit reſtitutio contra tertium, quando is emit vel acquiſiuit rem ſcienter, vel quando is qui contraxit cum minore, non eſt ſoluendo, ita docet Gomezius, &

tenent Couarrubias *lib.2.variarum resolutionum cap.3.num.10.* Costa *in §.& quid si tantum 2.parte num.49.* Pinel *in l.2.Cod.de rescindenda vendit.2 parte cap.2.num.33.& in authẽtica nisi tricenale Cod. de bonis maternis num.35.* Cancerius *variar.cap 11.parte 1.num.31.* Fabianus *de emptione,& venditione quæstione 8.num.28.* Rebufus *tomo 2.ad leges Gal. tit. de restitutione num.31.* Caldas *in l. si curatorem §.in integrum restitutione num.15.& 16.* Garcia *de expensis ca. 18.num 20.* Menochius *de recuperanda remedio 10.num.103.* Molina *de primogenijs lib.3.cap 2.num.13.* Matienzo *l.1.tit.11.lib.5. Recopilationis glossa 8.num.24* Barbosa *in collectanea ad l.1.Cod. si aduersus venditionem pignoris*,& quod restitutio aduersus venditionem noceat publicano in vectigali, vide supra *num.2.& alij* apud Valdesium *in additionibus ad* Rodericum Suarez *allegatione 21.n.7.*& rem optimè explicans Morla *in emporio tit.5.quæstione 2.* per totam vbi laudat,& declarat resolutionem nostri Comezij: Molina *de iustitia tomo 2.disputatione 573.num.19.* Hermosilla *l.4.tit.5.glossa 12.num.8.*

8 Ad numerum 7. ibi: *Et breuiter,& resolutiue dico,&c.*

Infra quadriennium post annum vigesimum quintum petendam esse restitutionem a minore, in Ecclesia vero,Republica,& alijs,quadriennium esse computandum a die contractus,vel læsionis,vt hic resoluitur docent Donellus *commentariorum lib.21.cap.5.* in fine,*& cap.9.per totũ* Balbus *de præscriptionibus 1.parte 6. principal.num.27.* Bernardus Diaz *regula 65.* plures limitationes adducens, Gratianus *regula 316.num.43.* Zeuallos *quæstione 54* Cancerius *2.parte cap 1.num.240.* vbi de Ecclesia,& Republica *& num.233.* vbi quod quadriennium est vtile: Couarrub. *lib.1.variar.cap.3.num.11.* Cujacius *lib.16.obseruat.cap.12.* Surdus *decis.136.* Morla *in emporio tit.5.in præmissis ex num.15.* Tuschus *lit.R,conclus.297.& 298.* Molina *de iustitia tomo 2 disputatione 573.num.3.* Scaccia *de commerciis §.7.glossa 7.num.3.* vbi quod procedit cum mala fide:& plurimos referens Barbosa *in collectanea l.finalis Cod.de temporibus in integrum restitutionis*, vbi cum Morla supra, & alijs limitat si læsio esset enormissima si ad sit probabilis ignorantia, vel legitimum impedimẽtum, vel expartium consensu,& præterea si adsit aliqua rationabilis causa arbitrio iudicis in, his enim casibus post quadriennium potest locum habere in integrum restitutio, eum omnino videas,& Morlam:*& num.12 ibidem* docet ipse Barbosa,& probat cum multis quod hoc quadriennium intelligitur ad inchoandam non finiendam litem,Richardus *in §.extranei instituta de heredum qualitate num.67.* Parlador. *tomo 3. differentia 114.num.4.* vbi quod datur vsq; ad triginta annos si adsit enormissima læsio.& Hermosilla *in l.4.tit.5.parte 5.glossa 12.num.11.& seq.*

Ad numerum 8. ibi: *Et magistraliter dico quod dupliciter,&c.* 9

Dupliciter posse deduci hoc remedium restitutionis nempe implorando officium iudicis,& per modũ exceptionis compertum est,& ita docent Tuschus *lit. R.conclusione 282.& 285.* Oddus *de restitutione in integrum 1.parte quæstione 19.articulo.5.* Morla plures referens *in emporio tit. 5 in præmissis num.6.* Caldas *in l. si curatorem habens §.infra tempus,nu. 15.*& verbo: *Implorandum ex num.1.* vbi *num.2.* docet quomodo debeat concludere libellus, & late probat quod pater, vel consors potest petere restitutionem sine mandato Barbosa *in collectanea cap.9.de in integrum*

grum restitutione num. 2. Molina *de iustitia tomo* 2. *disputatione* 573. *num* 22. Ossualdus *lib.* 21. *cap.* 10. *lit. T.*

Ibi: *Iuxta quod tamē necessario quæ &c.*

Etiam si restitutio proponatur per viā exceptionis, quod debeat intra quadriennium intentari, docent, Oddus *de restitutione in integrum parte* 1. *dicta quæstione* 19. *articulo* 5. *num.* 50. Alexander Trētaciquius *in titulo de restitutione in integrum resolutione* 4. *num.* 13. Bernardus Diaz *in regula* 653. Matienzo *in l.* 1. *tit.* 11. *lib.* 5 *Recopilationis glossa* 10. *num.* 8. Caldas *in l. ſiguratorem* §. *infra legitimum tempus num.* 15. Barbosa *in collectanea ad l. final. Cod. de temporibus in integrum restitution. num.* 5. Molina *de iustitia dicta disputatione* 573. *num.* 22. & ratio est quia licet ex vulgari axiomate annalia ad agendum sint perpetua ad excipiendum, vt ex multis comprobat Barbosa *in axiomate* 28. hoc tamen intelligendum est quando tale ius non potest proponi in iudicio principaliter agendo sed tantum excipiendo, secus alias, Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 12. *num.* 11. & optimè Carleualius *de iudicijs tomo* 2. *disputatione* 16. *nu.* 9

Ad numerum 9. ibi: *In quo articulo breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Quod exceptio realis causata respectu rei competat etiam fideiussori secus exceptio personalis vt beneficium restitutionis, quod causatur tantum respectu minoris, & eius ætatis, resoluit Gomezius, & docent Rebusfus *ad leges Gallia tomo* 2. *tit. de restitutione articulo* 2. *glossa* 3. *num.* 4. Dueñas *in regula* 330. Connanus *commentariorum lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 8. Antonius Faber *lib.* 8. *coniecturarum ca.* 3. Gregorius *in l.* 4. *tit.* 12. *partita* 3. & *l.* 59. *tit* 18. eadem partita Cancerius *variar.* 2. *parte cap.* 5. *num.* 161. Molina *de iustitia, tomo* 2. *disputatione* 540. *num.* 26. Caldas *in l. ſigurato-rem* §. *minoribus num.* 48. & *ſequentibus* Ossualdus *lib* 21. *cap. vltimo lit. F.* Barbosa *in l. maritum ff. ſolutoma-trimonio num.* 87. & *ſequentibus, & in l. quia tale ex num.* 67. Latissimè maximè *num.* 70. Farinacius *in deciſsione* 44. *lib.* 1. *in additione in fine* Gratianus *diſceptationum for. cap.* 12. *lib.* 1. Mantica *de conuentionibus lib.* 16. *tit.* 15. *ex num.* 31. Gratianus *in regula* 316. *num.* 6. Cenedus *quæſt.* 12. *num.* 3. Matienzo Iunior *in repetitione l.* 1. *ff. de minoribus ex num.* 79. optimè Pichardus *in* §. *exceptiones autem* instituta *de replicationibus ex numer.* 9. vbi bene explicat Barbosa *in collectanea ad titulum Cod. de fideiuſſoribus minorum l.* 1. & 2. apud quos materiā latissimè disputatam reperies, Zeuallos *quæſtione* 834. *nu.* 7. vbi ait quod si fideiussor habet recursum cōtra minorem, potest ipse minor assumere defensionem pro suo fideiussore, & vti beneficio restitutionis contra creditorem inuitum, pro quo refert Gregorium *in l.* 4. *tit.* 12. *partita.* 5. Dueñas *regula* 330. & Gratianum *in dicta regula* 316. *num.* 7. quem videas, & Larream *deciſsione Granat.* 31. *num.* 23. & 24. & vide supra *cap.* 13. *num.* 20. & Stephanum Gratianum *diſceptationum, dicto cap.* 12. *nu.* 6. *qui bene loquitur.*

Quid autem è conuerso dicēdum sit de ipso minore fideiubēte, an eius obligatio saltim confirmetur iuramēto? vide supra *cap.* 13. *num.* 20. in quo duas sentētias contrarias refert ipse Zeuallos *dicta quæſtio.* 834. & in hoc casu restituendum censet minorem, Gratianus *diſcept. cap.* 108. *ex num.* 41. & *cap.* 513. vbi quod non restituitur si fidei usit pro patre incarcerato, Noguerol *allegatione* 29. *num.* 57. *et alleg.* 34. & vide Cancerium 3. *parte cap.* 7. *num.* 159. Gutierrez *de Gabellis, quæſt* 132. Hermosi. *l.* 4. *tit.* 5. *glos* 12. *n.* 36.

Ad

11 Ad numerum 10. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* Et ibi: *Sed verior, & communior &c.*

Quod restitutio minoris non prosit maiori communem causam habenti vt resoluit Gomezius docent Menchica *vsufrequentium 2. parte cap. 23. num. 12.* Donellus *comentariorum iuris lib. 21. cap. vltimo*, & alij communiter, inter quos est disputatio quid si res vel causa sit indiuidua? & magis receptum video, quod si causa verè est indiuidua restitutio prodest maiori, vt constat, ex Afflictis *decis. 213.* Menochio *de recuperanda remedio. 15 num. 131.* Surdo *de alimentis tit. 9. quæstione 14. ex num. 1.* Caldas *in l. fœneratorem* verbo; *Vel aduersarij dolo ex num. 25.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio parte 3. numer. 63.* Gutierrez *practicarum lib. 1. quæstione 67.* quos refert, & sequitur cõtra nostrum Gomezium Salgado *de retentione 2. parte cap. 11. num. 63.* Cancerius *variar. cap 1. num. 231. 2. parte*, Augustinus Barbosa *in l. vnica Cod. si in communi eademq; causa, &c. num. fin.* quem videas & Molinã *de iustitia tomo 2. disputatione 573. num. 31.* & eundem Barbosam *in l. 6. Cod de temporibus in integrum restitutionis, & in l. fin. Cod. de dilationibus*, & Salgad. *in labirintho 2. parte cap. 2. num. 40.*

12 Ad numerum 11. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Quod ratificatio post vigesimũ quintum annum tollit beneficium restitutionis si contractus fuit validus, sed subiectus restitutioni; si autẽ contractus fuit nullus quod ratificatio valeat, & confirmet contractum & tollat beneficium restitutionis ob minorem ætatem, non autem beneficium competens maioribus, resoluit Gomezius hic, & docent Tiraquellus *de iure constituti limitatione 30. num. 11.* Rebuffus *ad leges Galliæ in proœmio glossa 5. num. 73.* Cratianus *disceptation. cap. 27. num. 41.* vbi quod est in electione minoris, dicere de nullitate vel approbare contractum Menochius *de recuperanda remedio 15. ex num. 110.* latissimè, Oddus *de in integrum restitutione 1. parte quæstione 15. articulo 5. num. 39. & sequentibus* Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 573. num. 32.* Ossualdus *lib. 21. cap. 12. notaris lit. A.* Mascardus *de probationibus conclusione 1261. num. 56.* vbi probat, quod maior ratificãs actum in minori ætate celebratum, non amittit beneficium restitutionis si dolo aduersarij læsus fuit, vt si quis emit a minori non seruatis solemnitatibus, quod etiam docet Mauritius *de in integrum restitutione ca. 312. circa finem*, & optimè Menochius *dicto remedio 15. num. 132.* Gratianus *disceptationum cap. 513. num. 12.* præter quã si ratificatio fuerit facta ab eo qui sciebat dolose se fuisse deceptum, non si scientia supervenerit approbationi, vt optimè aduertit Oddus *1. parte, quæstione 15. articulo 7. num. 63.* in quo Perez de Lara *in tractatu de vita hominis cap. 22. num. 53.* nimis Generaliter loquitur, & est declarãdus ex Doctrina Gratiani *dicto cap. 513. num. 27.* Uide Hermosillam *in l. 4. tit. 5. partita 5. glosso 12. num. 46.* omnino.

In ratificatione autẽ cõtractus qui erat ipso iure nullus oportet, quod minor maior factus sciat talem nullitatem, aliàs non videtur ratificare Menochius *dicto remedio 15. de recuperanda num. 185.* Mastril. *decisione Sicil. 111. ex num. 37.* Gratianus *dicto cap. 513. num. 11.* Scaccia *de commerciis §. 1. quæst. 1. num. 593.* & alij apud Barbosam *in collectanea ad l. 1. Codice si maior factus ratum habuerit*, Hermosilla *l. 4. tit. 5. partita 5. glosso 7. ex num. 13.*

Ratificato vero contractu per minorem

norem maiorem factum, licet tollatur beneficium restitutionis non tamen tollitur beneficium vel ius competens maioribus, veluti remedium *l. 2. Cod. de rescindenda venditione* (vt etiã Gomez.) hoc tamen intelligẽdũ est nisi ratificatio fuerit generalis, & ampla respectu cuius liber iuris sibi competẽtis, aliàs enim ratificatio nõ extẽditur ad incogitata, ex Cardinali Zabarela *consil. 44. n. 5. & sequent.* & Gratiano *disceptation. ca. 513. n. 9*

De ratificatione contractus vxoris minotis facta per maritũ, videas Castellum *in l. 54. in principio* vbi ait quod licet vxor contrahat de licentia mariti, attamen restituitur si est minor.

Ibi: *Item adde, &c.*

Tacita ratificatio in hac materia quomodo inducatur, videndi sunt Menochius *dicto remedio 15. ex num.* 150. Cddus *de in integrum restitutione parte 1. quæstione 25. articulo 6. ex num.* 58. Mastrillo *decisione 131. num. 22.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 4. tit. 6. num.* 65. & alij relati a Barbosa *in l. 1. Codic. si maior factus ratum habuerit num. 10. & sequentibus.*

13 Ad numerum 12. ibi: *Et breuiter dico, quod si masculus sit, &c.*

Minor masculus 20. annorum, & femina 18. potest impetrare veniam ætatis si probet sehabilem ad administrationẽ bonorum, & ea obtenta amittit beneficium restitutionis, bona tamen immobilia non alienat sine decreto, & si alienet cum decreto, potest restitui, ita Gomezius in præsenti ex notissimis iuris principijs, & explicant latissimè Donellus *commentariorum iuris cap.* 12. Caldas *in l. si curatorem verbo: Hunc contractum num.* 21. & verbo: *Implorare num.* 47. Morla *in emporio tit. 5. in præludijs num. 9.* Molina *de iustitia tomo 1. disputatione* 224 *num. 25.* Mastrillo *decisione 8 & cilia 13. num. 24.* Gutierrez *de tutelis 2 parte cap. 5 num. 71.* Cddus *de in integrum restitutione quæstione 23. parte 1. articulo 11. num. 47. & seq.* Tuschus *lit. V. conclusione 91.* Cancerius *variarum 1. parte cap. 7. num. 15. & 2. parte cap. 1. ex num.* 191. Gratianus *disceptationum cap.* 233. *ex num. 24.* Rodriguez *de reditibus lib. 1. quæstione 14. num. 12.* Garcia *de nobilitate glossa 21. num.* 29. Suarez *allegatione 12. ex num. 6.* Offualdus *lib. 21. cap. 12. notatis lit. Y. & sequẽs.*, Costa *in §. & quid si tantũ 5. par, n. 46. et sequent.* Lara *de anniuersarijs, et capel li. 2. c. 4. n. 107.* vbi quod legitima ætas intelligitur 25. annorũ, & nõ de concessa per veniã. Farinac. *in praxi tomo 1. quæstione 6. num. 27. et quæstione 29. num. 95. et sequentibus, et quæstione 81. ex num 368. et consilio 46. num. 10. et consilio 47. num. 3. 6. et sequentibus, et consilio 53.* late D. Ioseph Vela *dissertatione Hispalensi 6. quasi per totam vbi num.* 43. agens de pragmatica anni 1623. in fauorem eorum qui matrimonium contraxerunt ante decimum octauum annum, ait eos potiri priuilegio in integrum restitutionis, & sic non æquiparari omnino eis qui veniam ætatis impetrauerunt, sed tantum in fauorabilibus, ac prõ in de posse dicere de nullitate actorum in iudicijs, curatoremq; ad eadari debere, cum omnino videas ibi, *et differt. 5.* vbi latissimè interpretatur dictam pragmaticã, & Matienzo Iun. *in repetit. l. 1. ff. de minoribus ex n. 105.* & vide eriã de hac materia veniæ ætatis, Barbos. *in collectanea ad titulum Co. de his qui veniã ætatis &c.* Narb. *de ætate anno. 25. q. 1. n. 15.*

Et quod impetratio veniæ ætatis nõ prosit quo ad munera publica subeẽda tenent, Padilla *in l. si quis maior, Cod. de transactionibus num. 7.* Perei-

in l. fœuroremem verbo: *Hunc contra Hum num.* 42 & 43. & cum eis Barbo sa *in collectanea l.* 3. *Cod. de his qui veniam ætatis &c. vbi in l.* 3. *num.* 3. Docet cum Socino Curtio, & Tiraquel. quod statutum faciens quemli bet maiorem cẽ ferri, non intelligitur quantum ad alienationem bonorum: nec quo ad munera publica Cancerius *variarum* 1. *parte cap.* 7. *num.* 5. *infine.*

14 Ad numerum 13. ibi: *In quo articulo magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Decretum iudicis ex iusta causa legitimè probata, requiri n alienatione rerum minoris immobilium, seu mobilium, quæ seruando seruari possant, vt hic resolutur, docent & explicant late. Gregorius Lopez *in l.* 4. *tit.* 5. *part.* 5. Menoc. *de arbitrarijs li.* 2. *centuria* 2 *casu* 171. *& de recuperanda possess remedio* 15. *n.* 104. *& sequentibus.* Menchaca *de successionũ creatione lib.* 1. § 10 *ex num.* 71. Alfli ctis *decisione* 81. Caldas *in l. Procuratorem habens* verbo: *Contractum feceris ex num.* 1. *vsq; ad numerum* 8. Stephanus Gratianus *decisione* 130. *&* 134. *&* 182. Gutierrez *in tractatu de tutelis* 2 *parte cap.* 5. *per totum & 1. parte cap* 16. vbi de iudice competenti ad interponendum decretum *num.* 19. *& in* 2. *parte, cap.* 13. *num.* 3. vbi an tutor alienans sine decreto teneatur de euictione? *& in cap.* 21. vbi de alienatione mobilium, iterũ Caldas *in* § *sua facilitate n.* 6. & 7. *vbi* de cõmunicatione bonorũ ex dispositione iuris, *& in* §. *læsis n.* 12. vbi de alienatione ad redẽptionẽ captiuorũ, *& num.* 37. vbi de minore præposito ad aliquã negotiationẽ an possit bona hipothecare? Gratianus *regula* 316. *n* 41. vbi alios plures refert. Farin. *in fragmento*. verbo *decretum* vbi quod decretũ tollit præsumptionẽ doli vel metus, Rodriguez *de reditibus lit.* 2. *q.* 15. *ex n.* 49. vbi de subrrogatione in locum primi contractus an valeat sine solemnitate? & per totam quæstionem Fachin. *libr.* 3. *controuersiarum, capit.* 1. 2. *&* 3. Menochius *de adipis. cẽda remedio* 5. *num.* 24. Barbos. *in l. si constante ff soluto matrim. n.* 120. *& sequent.* vbi de hipotheca tacita bonorũ minoris, & alia, & quod pactũ de retro vẽndendo obligat minorẽ sine decreto iudicis. Farinacius *to.* 1. *tit.* 2. *q.* 15. *late, & consilio* 42. *n.* 16. vbi quod sine causa interpositũ decretũ non valet, Gratian. *discept. c.* 27. vbi de inuectis, & illatis per minorẽ in domũ conductã, & de alienatione tacite inducta à lege, quod valeat sine decreto, *& c.* 242. *ex n.* 1. *vbi* de *pacto* de retrouendendo appositio per minorẽ, & alia, *& inc.* 367. *vbi* de constitutione dotis in immobilibus *& cap.* 583. vbi etiam quid de contractu vtili ipsi minori, Matienzo *l.* 2. *tit.* 3. *lib.* 5. *Recop. glossa* 1. *num.* 17. Parladorus, *differentia* 58. *in fine* Pichardus *in* §. *vtiq; tamen*, institura *de emptione num.* 6. Tomas Sanchez *de matrimonio lib.* 6. *disputatione* 3. *ex num.* 13. vbi de alienatione iurata Offualdus ad Donel *lib.* 9. *cap.* 10 *lit.* p. *& lib.* 21. *cap.* 6. *lit.* B. Barbosa *in collect. l.* 1. *Cod. si aduersus vsucapion* Zeuallos *quæstione* 805. late. Hermosilla *in l.* 4. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa.* 2. *& sequentibus*, quem omnino videas quia latissimè materiam prosequitur omnes casus distinguens, Scobar *de ratiociniis cap.* 16. vbi etiam de locatione rerum minoris, Farinacius iterum *in decisione* 206. *post librum secundum consiliorum* vbi de falsa causa adiecta in alienatione, Galascus *de iure emphiteutico quæstione* 35. *per totam*, iterum Gratianus *tomo* 4. *discceptationum capit.* 704. *numero* 18. vbi an possit minor ibi præiudicare in possessione sine

decreto

decreto. Et Salgado *in labirintho parte 3. cap. 4. ex num. 5.* vbi quod si solemnitas præcedat ad hipothecandum, non requiritur alia noua ad vendendum, Narbona *de etate anno 25. quæstione 51.* vbi an minor possit ad diuitionem prouocare? & an peccet mortaliter emes sine solemnitate? Menchaca *vsufrequentium cap. 10. num. 25.* Molina *de iustitia tomo 1. disputatione 224. ex num. 20* Sed ante omnes vide Hermosillam *supra*, D. Ioannem del Castillo *lib. 4. controuersiarum cap finali, ex num. 30.* vbi late probat annuũ censum non posse imponi super bonis minoris immobilibus absq; decreto iudicis, & similiter quid dicendum in redemptione census ipsi minori faciendæ? & alia plura practicabilia in materia plures Doctores referens vt solet, & tandẽ *n. 35.* concludit cũ Feliciano inutilem esse redemptionem census factã minori sine decreto iudicis; eũ vide & Rodriguez *in tractatu de reddit. lib. 1. quæstione 14. & lib. 2. quæstione 15. num. 78.* qui contrariam partem tuetur, imo quod redemptio census facta minori authoritate tutoris vel curatoris valida, & legitima sit, subiecta tamen restitutioni si pecunia soluta pereat, Cancerius *variarum 2. parte cap. 6. num. 119. & 120.* & quid comprehendatur prohibitione alienationis? latissimè Fusarius *de fideicommissis quæstione 673. & pluribus sequentibus* Salgado *de protectione Regia parte 2. cap. 14. ex num. 21.* vbi de decreto iudicis in hoc casu, *& in labirintho 1 parte cap. 1. §. 2.* vbi de cessione & omni alienatione, & concursu.

Ibi: *Quod primo extende &c.*

Et ibi: *Et ista opinio est tenẽda, &c.*

Quod pater possit alienare vt legitimus administrator bona aduentitia filij sine decreto, docet Comezius in præsenti, quod intelligendum est legitima subsistente causa, & ita tenẽt Pinelus *in l. 1. Cod. de bonis maternis in tertia par. ex n. 21.* Mascard. *de probat. cõclus. 1149. n. 18.* Menoch. *de arbitrarijs li. 2. cẽturia 2 casu 171. nu. 54.* Couar. *variarũ li. 1. c. 8. n. 5.* Gratian. *disceptationum 1. to. c. 107. ex nu. 11.* quem etiam vide *cap. 519. num. 29 & seq.* Caldas *in l. fiduratorem habens* verbo: *Contractum feciſti num. 5.* & verbo: *Lasis num. 139.* quos, & alios in vnum cõgerit, & pro hac parte refert D. Ioannes del Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 3. ex num. 68. vsq; ad 75.* vbi sex casus distinguit, *& num. 70.* concludit, quod ex causa legitima, & necessaria poterit pater legitimus ad ministrator filij in eius potestate existentis alienare eius bona aduentitia, *& num. 73.* agit an filius possit viuo patre reuocare alienationem ad ventitiorum factam à patre sine causa? de quo latissimè disputat Valascus *consultatione 69. & num. 16.* resoluit non posse, dum est in patris potestate, contra *Couarrubiam lib. 1. variarum cap. 8. ex num. 5.* quibus vide, & Pinelum *dicta l. 1. parte 3. Codice de bonis maternis num. 74.* Gratianum *discceptationum cap. 491. num. 2.* & Aioram *in tractatu de partitionibus 2. parte, quæstione 32. sub num. 15.* vbi agit quid post mortem patris? de quo etiam latissimè Valascus supra, & Gomez Bayo *lib. 2. quæstione 75.*

De præscriptione autem contra filium in hoc casu vide Matienzum Iuniorem *in repetitione cap. finali de præscriptionibus ex num. 41.* & vide Cancerium 1. *parte cap. 1. num. 44.* vbi quod pater mortuo filio tenetur satisdare, licet eo viuo nõ teneatur cum sit legitimus administrator.

Ad num. 14. ibi: *Tertia extẽdo, &c.* 15

Et ad totum numerum.

Sex extenſiones congerit Gomezius in præſenti ad prohibitionem alienationis immobilium factam minori, nempe ſi renuntiet legatum ſeu fidei commiſſum; ſi promittat rem immobilem alteri dare; ſi permutet rem immobilem: ſi fiat diuiſio hereditatis in qua continetur res immobilis; ſi eam hipothecæ ſubmittat vel ſeruituti reali, vel ſuper ea tranſactionem faciat: quæ omnes extenſiones latiſsimè comprobantur per Doctores iam relatos ſupra nu. præcedenti in principio, & Tuſchum *lit. M. concluſione 249. & lit. A. concluſione 257. & 261. ſequentibus* de quo etiam videndiſunt Cald. Pereira *de extinctione emphit. ea. 5. n. 43.* Valaſ. *conſult. 53. n. 4.* qui inſpecie probãt quod diuiſio cõprehẽdatur in prohibitione alienationis quia dominiũ transfertur in partes diuiſas, quod declarat Tuſc. *lit. A. cõcl. 257. n. 8.* vt intelligatur in prouocãte ad diuiſionẽ, de quo late Narbon. *in tract. de ætate anno. 25. q. 51.* Et de tranſactione videndiſunt Pinel. *in l. 1. Co. de bonis mater. 3. par. n. 44.* Cald. perei. *d. c. 5. n. 29.* & Molin. *de primog. li. 4. c. 9. n. 10.* & Barb. *in collect. l. 1. Cod. ſi aduerſus trãſact.* & alter Moli. *de iuſtit. to. 2. diſput. 557.* Pichard. *in §. item ſiquis* inſtituta. *de actionib. n. 17.* vbi de repudiatione legati, Thomas Sanc. *de matrim. lib. 6. diſp. 4. ex n. 11.* vbi etiã quid in prælato? Oſſual. *li. 21. c. vltim. lit. Q.* Et de pignore & de hipotheca Couar. *li. 2. variar. c. 16. n. 7.* Rodoan. *de rebus Eccleſ. nõ alienãd. q. 1. n. 6. & 11. & q. 2. c. 6. n. 9. & ſeq.* Maſcar. *de prob. cõcl. 1236. n. 108.* & plures referẽs Fuſar. *de ſubſt. q. 703.* vbi declarat prohibitionẽ non procedere in pignore iudiciali, & prætorio quia eſt neceſſariũ. Et de ſeruitutis cõſtitutione videndiſunt Moli. *de prim. l. 1. c. 20. ex n. 1.* alter Moli. *de iuſtitia diſp. 464.* Peregrinus *de fidei commiſſis arti. 40. n. 114.* Rodoan. *d. q. 2. c. 16.* Fuſſar. late *de fidei comm. q. 527. per tot.* vbi generaliter loquitur de prohibito alienare per fidei cõmiſsũ, & ſic declaratio tradita ibi: *n. 5.* nẽpe quod prohibitus alienare poterit cedere, ſeu vẽdere fructuũ cõmoditatẽ, ſeu perceptionẽ, tẽpore iuriſdi non habebit locum in minori, ex infra dicẽdis circa locationẽ. Itẽ circa locationẽ quod minor non poſsit locare ad longũ tẽpus quia ex ea dominiũ vtile tranſfertur, videndi ſunt Couar. *var. lib. 2. c. 16. n. 2.* Afflict. *deciſ. 365. n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſ. 5. n. 1.* Mant. *de conuent. lib. 3. tit. 45. n. 11.* Cald. Per. *d. c. 5. n. 32.* Scob. *de ratiot. c. 16.* late Fuſſar. *de fidei comm. q. 525. & 702. per tot.* vbi declarat. Item circa permutationem videndi ſunt, Rebuf. *in l. alienationis verbo, ff. de verb. ſignif.* Molina *de prim. lib. 4. c. 4. num. 1.* Tuſchus *lit. A. concluſione 257. num. 9.* & alij ſupra relati Et de ea quo ad fideicommiſſarium, Fuſſarius late *in quæſtione 530. per totam.* Et circa conceſsionem emphiteuſis videndi Tuſchus ſupra *num. 16.* Flores de Mena ad Gamam, *deciſsione 16. num. 3.* Rebufus ſupra *dicta l. 28. ff. de verborum ſignificatione*, & Generaliter de his, & alijſmodis alienationis, vide Tuſchum ſupra, & Fuſſarium *in dicto tractatu de fidei commiſsis quæſtione 694. & ſequentibus vſq; ad finem*, & Barboſam *in tractatu de appellatiuis appellatione 34. per totam*, & melius Hermoſillam *in l. 4. tit. 5. part. 5. gloſſa 2. per totam.*

Ad numerum 15. ibi: *Ex quo ſubdecitur, & infertur, &c.* 16

Minorem nõ poſſe facere cõpromiſsũ ſuper re immobili ſine decreto, vt hic reſoluitur, docẽt Tiraq. *de legibus cõ nubialibus gloſ. 5. n. 202.* Rodoan. *de rebus Eccleſ. nõ alinãdis q. 2. c. 1. n. 9. & c. 36. per totum* Caldas Perei-

Pereira *de extinctione emphiteut. dicto cap.5.numer.44.* Gutierrez *in authen. sacramenta puberum, num.124.* vbi quod valet, si iuratum fuerit hoc compromissum, Molina *de iustit. disputatione 557.num.1.* Pinelus *in l. 1. parte 3. Cod. de bonis maternis, num. 44.* vbi limitat in compromisso necessario, quod etiam tenet Caldas *in l. si curatorem habens*, verb: *Lasis, nu.5.* Gratianus *disceptationum, cap.379.n.10.* & alios referens Fussarius *de fideicommiss quæstione 708.* Tuschus *lit. M. conclusione 250 per totam* & vide Narbonam *de ætate, anno 25. quæst.40.* late.

Ibi: *Nonô extendo, &c.*

Et ibi: *Sed salua eius pace, &c.*

Confessionem minoris validam esse, & ex ea posse condemnari, vt resoluit Comez. docent *Mascard. de probationibus, conclusione 371. nu. 2.* vbi ait, quod valet etiam absq; curatoris auctoritate, & alij ab eo relati (de quo plene Narbona infra) sed in hoc casu si confiteatur debitum de quo aliter non constabat, quod possit restitui etiam sine probatione læsionis, tenent Oddus *de in integrum restitutione, parte 2. quæstione 6. numer. 33. & 34. & quasi per totam*, vbi late de hac materia, Gironda *de gabellis, 3. parte, numer. 29* Gratianus *discceptationum, capit. 109. ex numer. 51.* Menochius *de arbitrarijs, casu 28.* vbi quid in criminali? Gutierrez *libro 1. quæstione 123.* Morla *in emporio, titul. 5. quæstione 7. num. 12.* Tuschus *lit. M. conclusione 252. num. 15. & liter. R. conclusione 283.* Caldas *in leg. si curatorem, §. vel aduersarij dolo num. 40.* Hermosilla *in l. 3. tit. 5. glossa 12. numer. 37.* Barbosa *in collectanea, capi scripta de fide instrumentorum*, vbi quod minor restituitur aduersus recognitionem chirographi sine tutore factam, & de confessione iurata idem Barbosa *in collectanea, auth sacramenta puberum, num. 14.* Cancerius *2. parte, cap. 1. num. 245.* & Narbona *de ætate anno 25. quæstione 37. & quæstione 83.* vbi verius dicit quod confessio, seu recognitio sine curatore non valet, & sic restitutione non eget, & recte notat Auendanum *respons. 4. n. 7.* & alios qui asserũt quod apocha recognita à minori etiam sine curatore potest mandari executioni, & bene probat quod quælibet recognitio, vel confessio facta à minori sine curatoris auctoritate nullitatem continet, cũ eius tamẽ auctoritate valet siue in iudicio, siue extra iudicium, ob noxia tamen manet restitutioni iuxta supra dicta, & laudat nostrum Comezium, vide etiam Sceaciam *de iudicijs, libr. 2. capit. 7. ex num. 713.* late Paz *in praxi, 1. tom. 5 parte, capit. 3. §. 4. ex numer. 5.* quid autem in criminalibus dicetur infra, *tom. 3. cap. 2. nu 66.* & agit Sarmiento *lib. 3 select. cap. 13.* & Narbona sup.

Ad num. 16. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 17

Patrem posse dare licentiam filio minori ad alienationem immobiliũ, vt hic resoluitur, comprobant, & exornant Menchaca *de successionum creatione, §. 10. nu. 75. & seq.* vbi ampliat, Caldas Pereira *in l. si curatorem habens*, verbo: *Contractum fecisti. numer. 15.* Gutierrez *de tutelis, 2. parte, cap. 5. nu. 62.* Gratianus *decisione 131.* Surdus *decisione 77. numer. 2.* Simoncel. *de decretis, lib. 2. tit. 6. inspectione 11. ex nu. 1. & lib. 3. tit. 8. inspectione 4. ex numer. 30.* Castillo *libr. 4. controuersiarum, capit. 61. numer 24. 42. & 43.* vbi alios plures refert.

Ibi: *Ex quo nota, & collige, &c.*

Quod ex testamento inutili & inualido probetur voluntas defuncti, vt hic re-

resoluitur, docent Burgos de Paz *in l. 3. Tauri, num.* 388. Gama *decisione* 327. Peralta *in l. si quis in principio testamenti, ff. delegatis* 3. *n.* 215. Tiraquel. *de retract. linag. §. 26. glossa 2. ex num.* 5. & late, & optime Ualascus *consultatione* 61. *ex n.* 15. vbi optime declarat, & addit quid in cõtractu nullo an ex eo declaretur *voluntas* contrahentis? & melius Menochius *de arbitrarijs, casu* 171. *numer.* 70. *& de præsumptionibus, libro* 4. *præsumptione* 5. *per totam*, bene explicans, & quatuor casus considerans, Castillo *tom.* 5. *controuersiarum, cap.* 108. Pareja *de instrumentorum editione titul.* 1. *resolutione* 3. §. 5. *n.* 35. *& tit.* 5. *resol.* 1. *n.* 20. Salgado *in labirinth. p.* 1. *c.* 9. *n.* 13. *& ca.* 30. *num.* 6.

18 *Ad* nu. 17. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Siue iudex originis, siue habitationis, siue iudex loci, in quo res sita est, potest interponere decretum: ita resoluit Gomezius in præsenti, & comprobant Gutierrez *de tutelis*, 1. *parte, cap.* 16 *n.* 19. Gratianus *disceptationum forensium, cap.* 555. *nu.* 6. & alij relati à Hermosi. *in l.* 4. *tit.* 5 *part. ita* 5. *glossa* 8. vbi refert tres opiniones: Primam, quod iudex domicilij sit competens: Secundam, quod iudex territorij vbi res sita est: Tertiam, quod vtriusque iudicis decretum requiritur, Molina *de iustitia, tom.* 1 *disputatione* 224. *num.* 29. vbi declarat resolutionem nostri Gomezij procedere quando tutor, aut curator datus minori est vniuersalis quia de omnibus bonis minoris datus est, tunc enim quilibet ex tribus iudicibus decretum poterit interponere.

Ibi: *Ex quibus infertur, &c.*

Et ibi: *Si vero ageretur de dando curatore, &c.*

In loco originis, & per eius iudicem non vero per iudicem, vbi est patrimonium debere dari tutorem: curatorem vero per quemliber ex supradictis resoluit Gomez. sed tenendum est quemlibet ex tribus iudicibus originis domicilij, seu loci in quo patrimonium est, tutorem, seu curatorem dare posse, vt probat Gutierrez *in tractatu de tutelis, & curis. 1. parte, cap.* 16. *n.* 2. *&* 12. Richardus in principio institutæ *de Attiliano tutore, num.* 5. *&* 6. Petrus Gregorius *in syntagmate, libr.* 12. *capit.* 13. *num.* 19. qui & Gutierrez supra *in capit.* 19. *numer.* 22. docent curatorem ad litem dandum esse à iudice ipsius litis quamuis sit delegatus, quod intelligendum est cum nostro Gomecio, quando petitur curator specialiter ad certam litem, secus vero si generaliter ad lites tunc enim à iudice domicilij dandus est, Molina *de iustitia, tom.* 1. *disputatione* 220. *numer.* 22. qui etiam opinionem Gutierrez comprobat circa dationem tutoris, Domin. Ioseph Vela *dissertatione* 2. *Hispalensi, ex numer.* 42. vbi late, & eleganter, & plurimos referens, materiam curatoris ad litem prosequitur, & quando, & quomodo, à quo dari debeat, cum videas, & Tulchum *lit. T. conclusione* 431.

Ad numerum 18. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.* 19

Minoris puberis contractus iuramento confirmari excluſa restitutione cum septem extensionibus hic congestis per nostrum Gomezium, comprobant latissime Couarr. *in c. quamuis pactum* 2. *parte* §. 1. *num.* 7. Gregorius Lopez *in l.* 6. *tit.* 9. *partita* 6. Menchaca *de successionum creatione lib.* 3. §. 28. *num.* 28. Antonius Gabriel *in suis communibus lib.* 2. *tit. de minoribus conclusione* 5. *num.* 20. *amplia*

pliatione 9. Zeuallos *quæstione* 723. vbi probat minorem iurantem contractum non certioratum de beneficio restitutionis, excludi ab eo, quod etiam Sanchez *in summa lib.* 3. *cap.* 12 *num.* 29. docet, & Barbosa *in authentica Sacramenta puberum in collectan num.* 14. Gratianus *regula* 316. *num.* 36 vbi etiam quid in Ecclesia? Gail. *lib.* 2. *observatione* 41. *circa finem* Fachinæus *lib.* 3. *controuersiarum cap.* 11. Gutierrez *de iuramento confirmatorio* 1. *parte cap.* 40 *& in authentica Sacramenta puberum ex num.* 10 *& num.* 103. Molina *de iustitia disputatione* 149. *& disputatione* 515. Petrus Gregorius *in syntag. lib.* 50. *cap.* 5. *num.* 3. *& sequentibus* vbi docet contractum dici nullum decem modis, & declarat quando firmetur iuramento: Seraphinus *de priuilegijs iuramenti priuilegio* 61 *per totum* vbi late ampliat, & limitat Tuschus *lit. I. verbo iuramentum conclusio.* 528. qui omnes latissimè probant etiam contractum irritum vel nullum, veluti factum a minori curatorem habente sine eius authoritate confirmari iuramento, & plures referens, amplians, & limitans Farina eius *in praxi crimin. tit. de falsitate, & falsulatione quæstione* 160. *ex num.* 234. *vsq; ad* 250. *& quæstione* 15. *num.* 33. *& sequentibus late*, & fere infinitos referens, & materiam optime declarans pater Thomas Sanchez *in summa lib.* 3. *cap.* 12. *per totum*, quem omnino videas, & Gutierrez *in dicta authentica Sacramenta puberum per totam vbi num.* 117. probat prædictam resolutionem procedere etiam in impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati, quod etiam probat Zeuallos *quæstione* 123. de quo late Sanchez de matrimonio *lib.* 6. *disputatione* 38. *num.* 16. *& seq.* & Barbosa *in collectanea authentica Sacramenta puberum* & Hermosilla *in leg.* 4. *tit.* 5 *partita* 5. *glossa* 7. *num.* 41. vbi etiã de alienatione immobilium, & latius *in l.* 56. *dicto tit.* 5. *eadem partita glossa* 11. *ex num.* 58. vbi probat cum multis, quod si minor confirmet iuramento contractum ita vt non restituatur aduersus eum, licet non fuerint adhibitæ solemnitates, non tamen prohibetur vti læsionis beneficio, si fuerit læsus vtra dimidiam, vbi etiam declarat quos defectus suppleat iuramentum, *& num.* 65. probat quod iuramentum non confirmat contractũ minoris, alio respectu quam minoris ætatis nullum, præter quam si generaliter fuerit interpositum, & ibi etiam *num.* 74. de proximo pubertati, Cancerius *variarum* 1. *parte cap.* 7. *num.* 21. *& parte* 2. *cap.* 1. *num.* 5. 31. *& 292. & seq.*

Et de iuramenti vi ad obligãdum & confirmandum contractum, & quo modo hoc intelligatur, videas Thomam Sanchez *supra dicto cap.* 12. *ex num.* 2. vbi bene explicat, & Hermosillam *in l.* 8. *tit.* 4. *glossa* 13. *num.* 26. & Noguerol *allegatione* 34. *ex num.* 3 vbi de fideiusione, & donatione, & Cancerius *dicto cap.* 1.

Ibi: *Septimo extende, &c.*

Quod iuramentum possit præstari per procuratorem, & confirmet cõtractum, docent Couarrubias *in cap. quamuis pactum* 1. *parte* §. 5. *num.* 8. Azor *institutionum Moralium lib.* 11. *cap.* 7. *quæstione vltima* Clarus *lib.* 4. *receptarum* §. *feudum quæstione* 49. *in fine* Matienzo *l.* 6. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recopilat. glossa* 2. *num.* 15. Sanchez *in summa lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 24. talis autem procurator debet habere speciale mandatum ad iurandum in speciali super tali re vel casu, & non sufficit mandatum ad omnia iuramenta quæ necessaria fuerint in alicuius causæ progressu, cũ prius debeat esse instructus specialiter a domino ita vt dominus ei dicat *iura hoc nomine meo*, vt optimè explicat cum alijs

Tho-

Thomas Sanchez ipſe *in ſumma lib. 3. cap. 13. ex num. 19.* Barboſa *in collectanea authentica ſacramenta puberũ num. 15.* vbi bene declarat.

20 Ad numerum 19. ibi. *Et breuiter, reſolutiue dico, &c.*

Quod contractus iuratus, & eius vinculis, & effectus tranſeat ad heredes tam actiue quam paſſiue, vt hic reſoluitur, docent Couarrubias *in cap. requiſiſti de teſtamentis num 2. & in cap. quamuis pactum de pactis 1. parte §. 5 num. 4.* Padilla *in l. ſiquis mator num. 51. Cod. de tranſactionibus* Gutierrez *de iuramento confirmatorio 3. parte cap. 12. num. 7.* Matienzo *l. 3. tit. 10. lib. 5. Recopil gloſſa 13. num. 10.* & alij relati a Thoma Sanchez *in ſumma lib. 3. cap 13. ex num. 1.* vbi declarat cum eis, hoc procedere ex vi contractus, & eius ratione, non autẽ ex iuramenti ac religionis vinculo, cum hoc ſit perſonale ex parte iurantis, & non tranſeat ad heredes, etiam ſiquis proſe, & pro ſuis ſucceſſoribus iuret, & ita intelliges Hermoſillam *in l. 8. tit. 4. partita 5. gloſſa 13. num. 26.* vide etiam Oſſuald. *lib. 21. cap. 13. lit. X.*

Ratione iuramenti poſſe laicum coram iudice Eccleſiaſtico conueniri, & hoc in ipſo iurante non autem in eius herede procedere, docent Couarrubias *in cap quamuis pactum, dicto § 5. num. 6.* Azor *lib. 11. inſtitutionum cap. 8. quæſtione 5.* Gutierrez *in authentica ſacramenta puberum num. 16.* & alios referens Thomas Sanchez *ſupra dicto cap. 13. num. 11.* vbi etiam addit quod in caſu contrario non ſolum is cui iuſiurandum præſtitum eſt, ſed etiam eius heres poterit iuratem coram iudice Eccleſiaſtico conuenire ad obſeruantiam iuramẽti, ex Couarrubias ſupra, & Gutierrez *de iuramento 3. parte cap. 12. num. 7.*

Quod ſiquis iuret dare centum petro teneatur, defuncto petro, ex iuramẽti religione, ea centum dare eius heredi quia actiones defuncti tranſeunt ad heredes, docent Silueſter verbo: *Iuramentum 4. quæſtione 2. & quæſtione 3.* Couarrubias *in cap. requiſiſti de teſtamentis num. 2.* Matienzo *in l. 3. tit 10 lib. 5. Recopilation. gloſſa 13. num. 12.* Thomas Sanchez *lib. 3. ſumma dicto cap. 13. num. 6. & ſequentibus* vbi optime declarat loquens de iurãte obedientiam alteri in dignitate conſtituto, & alia.

Ad numerum 20. ibi: *Sed his non obſtantibus, &c.* & ibi: *Sed pro concordia, &c.* 21

Quod in contractu minoris ſi interueniat Læſio vltra dimidiam, poſſit habere locum reſtitutio, & contractus reſcindi, licet ſit iuramento confirmatus, non vero ſi infra dimidiam quia tunc iuramentum excludit reſtitutionem, reſoluit Comezius, in præſenti, & docet, plures referens Couarrubias *in cap. quamuis pactum de pactis 3. parte §. 4. num. 6.* Molina *de primogenijs lib. 2. cap. 3. num. 21.* Padilla *in l. 2. Cod. de reſcindenda vẽditione num. 33.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 26. num. 8.* Matienzo *l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopil. gloſſa 8. num. 50. & 51.* (vbi cum alijs aduertit quod licet quando minor iurauit contractum ſimpliciter, exigatur abſolutio a iuramento ad agẽdum ratione dictæ læſionis, at ſi tantum iurauit ſe non contraventurum ratione minoris ætatis, nõ indiget abſolutione ad agendum quia non intelligitur renuntiaſſe beneficio læſionis vltra dimidiam, quod etiam docet Thomas Sanchez *in ſumma lib. 3 cap. 21. num. 18.* vbi etiam ſequitur dictam opinionem in reſolutione principali Comezij) Seraphinus *de priuilegijs iuramenti priuilegio 83. num. 87. verſiculo tertio dicitur* Mancinus *de iuramento, par. 4. effectu*

& 2. quæstione 2. n. 10. Morla *in emporio, tit. 5. quæst. 1. n. 6. & 50.* Caldas *in l. si curatorem, § læsis, ex no. 1.* Castillo plurimos referens *lib. 3. controuersiarum, cap. 2. ex n. 28.* Cancerius *variarum, 2. parte, cap. 1. ex n. 292.* Osualdus ad Donel. *lib. 21. ca. 13.* Farinacius *in fragmentis.* verb. *iuramentum, n. 1288.* vbi sex opiniones adducit circa præsentem quæstionem, nempe quanta debeat esse læsio, vt iuramentum non confirmet contractum: Primam, quando læsio contingit in sexta parte: Secundam in tertia: Tertiam, quando læsio attingit dimidiam iusti pretij, Quartam, quando excedit dimidiam: Quintam, quod debeat esse magnus excessus vltra dimidiam: Sextam, & vltimam, quam ipse met Farinacius sequitur asserens receptiorem, totum hoc iudicis arbitrio remittentem attētis causæ, temporis, & personarum qualitatibus, & Hermosilla *in l. 4. tit. 5. part. 5. glossa 12. ex n. 34.* & agens de contractu iurato, *in l. 56. eodem tit. glossa 11. vbi n. 79.* ait circunstantias, & causas posse in contractu interuenire, ex quibus dolus præsumi possit, vt si ex importunitate, & persuasione minor fuit inductus ad vendendum, quod iudicis arbitrio est relinquendum, tunc enim, & si læsio sit intra dimidiam sufficiet, vide etiam Fachinæum *lib. 3. cap. 14.* & vide supra *n. 6. versicul. Quæro tamen.*

Quando vero, actus vel contractus non fuit iuramento confirmatus quæ & qualis læsio sufficiet videndi sunt Caldas *in l. si curatorem, §. aduersarij dolo, nu. 7.* Garcia *de expensis, cap. 18. num. 21.* Couarrubias *lib. 1. variar. cap. 3. n. 11.* Pinel. *in l. 2. Cod. de rescindenda vend. 1. parte, n. 26.* Gutierrez *lib. 4. quæst. 70.* Fachinæus *lib. 3. cap. 4. & sequentib.* Morla *in emporio, tit. 5. in præmissis, nu. 13.* Lara *de vita hominis, cap. 25. n. 54.* vbi ait sufficere læsionem in sexta parte, Molina *de iustitia, tom. 2. disputatione 573. ex n. 9.* Hermosilla *in dictal. 4. tit. 5. partita 5 glossa 12. ex n. 34.* & Zeuallos ab eo relatus *quæstione 658.* vbi quod sufficit modica læsio.

Ibi: *Exquibus notabiliter infero, &c.*

Filio cum iuramento renuntiante futuræ successioni paternæ, quod si fuerit læsus vltra dimidiam, vel eo modo quo supra dictum est hoc numero, nihilominus poterit agere prædicto remedio vt docet Gomezius comprobat cum multis Gutierrez *in authentica sacramenta puberū num. 87.* vbi tradit rationem, nempe quia tale iuramentum interponitur ad validitatem actus, qui per se erat inualidus tanquam super hereditate futura (vt ait Gomezius) de quo iam diximus *supra capite 2.*

Ibi: *Secundo infero, &c.* Adde Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte cap. 1. num. 91.*

Ibi: *Tertio infero, &c.*

Iurans non contrauenire ratione enormissimæ læsionis vel alia, quod nullum remedium habeat ad rescindendum contractum docet Gomezius in præsenti, sed contra eum tenent communiter Doctores, vt constat ex Couarrubias *in cap. quamuis pactum, 3. parte, §. vltimo, num. 3. & lib. 2. variarum ca. 4. n. 5.* Padilla *in l. 2. Cod. de rescindenda venditione, num. 43.* Molina *de hispanorum primogenijs, libr. 2. cap. 3. num. 19. & 20.* Barbosa *in l. 1. ff. soluto matrimonio, 5. parte, num. 53.* Castillo *lib. 3. controuersiarum, cap. 2. ex n. 28.* & alijs pluribus relatis, & sequutis ab Augustino Barbosa *in collect. ad authenticam sacramenta puberum, nu. 17.* & Hermosilla *in l. 56. tit. 5. partita 5. glossa 12. n. 45. vbi num. 46.* ampliat etiam

etiam si prædicta renuntiatio geminata ueric, atq; ex interuallo processerit, & n. 49. & sequentibus, disputat quid dicendum sit si laesio sit enormis, nõ enormissima. in quo tandem, n. 54. & sequentibus, distinguit inter contractus correspectiuos, vt emptio, vendi io permutatio, locatio, & similes. Et gratuitos vt sunt donatio renuntiatio hæreditatis, vel iuris, pactum de non petendo, & alij. vt in illis valeat renuntiatio læsionis enormis in his vero renuntiatio etiã iurata rescindi possit, eum vide: vide etiam Pachinæum *lib. 12. cap. 15.* quæ autem læsio dicatur enormissima vide Scobar *de ratiotiuijs, computatione 6. n. 11.* Minsinger. *observatione 59. centuria 5.* Parlador. *different. 114. in fine*, Sanchez *in summa lib. 3. c. 21.* & alios adductos à D. Larrea *decis. 68. n. 8.* vbi quod debet esse in duplo, vel triplo, vide etiam Noguerol *allegat. 18. n. 58. & seq.* latissime de ea agentem, *& alleg. 29.*

Ibi: *Quarto infero &c.*

Quod donatio, seu contractus ex causa lucratiua cũ iuramẽto non possit rescindi, vt hic resoluitur, docẽt Menchaca *vsu frequentium. lib. 1. cap 13. n. 6.* Molina *de primogenijs, lib. 2. cap. 3. n 30.* & eos referens Pater Thomas Sanchez *in summa, lib. 3. cap. 21. n. 19.* quod intelligendum est de donatione facta legitima subsistente causa, vide Hermosillã *in l. 1. tit. 4. partit. 5 gloss. 5.*

22 Ad num 21. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico &c.*

Contractus qui fuit confirmatus iuramẽto, & ex eo remanfit validus, si in eo concedatur relaxatio iramenti, hæc tantum operatur, vt contraueniens non sit periurus quoad effectum agendi, non tamen annullat contractum: in actu verò, vel cõtractu qui non firmatur iuramento, vt soluendi, iuras, & alijs, relaxatio operatur rescissionem contractus, seu declarationem nullitatis illius, ita Comezius in præsenti, & docent Couarrubias *lib. 2. variarum, cap. 4. n. 6. & in cap. quamuis pactum, 2. parte, §. 1. n. 7.* Menoch *consil. 24. lib. 1. ex n. 11.* Gutierrez *in aureu thica sacramenta puberum. v. 20.* Tuschus *lit. A. conclusione 65.* Castillo *libr. 3. controuersiarum cap. 2. n 7.* late Thomas Sanchez *in summa lib. 3. cap 21. per totum maxime n. 6. & lib. 6 de matrim. disput. 38. n. 17.* vbi an pater possit irritare hoc iuramentum? & late Carleualius, *tom. 1. disput. 2. quæst. 4 ex num. 197.* omnino videndus, D Larrea *decis. 64. num. 20.* Farinacius *de cessione 33. post librum 2. consiliorum, & decisione 224.* vbi agit de eo qui iam incurrit periurium, Bolanus *in Curia Philipica, 1. parte, §. fuero*, vbi multa, & Hermosilla *in l. 56. tit. 5. partit. 5. glossa. 12. ex nu. 96.* vbi bene explicat, Barbos. *in collect. cap. 1. de iure iurando n. 2.*

Quando autem, & quomodo concedenda sit hæc relaxatio, vide supra relatos maximè Sanchez *cap. 21.* & quid posset in hoc secularis iudex? vide eundem Sanchez supra *capit. 22.*

Ad num. 22. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 23

Vtrumq; iudicem Ecclesiasticum scilicet & secularem, viuẽte eo qui iurauit, secus eo mortuo, (vt hic resoluitur) esse competentem in actu, vel contractu iurato; docent optimè explicantes, Couarrubias *lib. 1. variarum, cap. 4. n. 8. versic. Nec video qua ratione*, Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio, 3. parte cap 12. n. 3.* Azeuedus *in l. 11. titul. 1. lib. 4. Recopilationis. n. 2.* Paz *in praxi, tom. 2. præludio 2. ex n. 35.* & optime declarans Thomas Sanchez *in summa libr. 3. cap. 13. ex num. 11. vbi v. 12.* sit quod etiam hæres poterit conue-

ni-

niri coram Ecclesiastico, imprimis orando contra eum officium iudicis, vt compellat illum satisfacere promissum per defunctum sub iuramento ad exonerandam eius conscientiam, & hoc casu hæres iurantis potest coram Ecclesiastico cõueniri, & sic docent Gutierrez *dicto cap.* 12. *n.* 7. *& in authentica sacramenta puberum, nu.* 16. & Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio*, 1. *parte, n.* 77. quos ad hoc refert idem Thomas Sanchez supra, qui tandem addit idem dicendum, & si contractus non sit iuratus, *& nu.* 13. cum Gutierrez *dicto cap.* 12 *n.* 5. intelligit dictam resolutionem, quando constaret iuramentum obligare, secus si verteretur in dubium probabile an iuramentum obliget? quia tunc cũ de eius viribus agatur, quod res spiritualis est, ad solum iudicem Ecclesiasticum pertinet cognitio, sicuti etiam quando iurata promissio soli Deo fieret, *vt* etiam tenet idem Sanchez *n.* 16 quod iterum explicat *tom.* 1. *de matrimonio, lib.* 1. *disputatione* 32. *n.* 18. vbi etiã probat quod si iuratus nolit vti remedio relaxationis poterit aliovti adeundo iudicem Ecclesiasticum, vel secularem, *vt* cõpelliat creditorem remittere iuramentum, cum cõstat de eius turpitudine, vt in *v*suris promissis, & alijs, & quod si pars nolit remittere ipse iudex Ecclesiasticus, *vel* secularis poterit id præstare, quod iterum reassumit *in cap.* 21. *dicto lib.* 3. *summæ*, Bobadilla *in politica, lib.* 2. *capi.* 17. *num* 52. vide etiam ad prædicta Farinacium *in praxi criminali, quæstione* 8. *ex n.* 141. *vsq; ad* 145. vbi optime declarat plures referens.

Ibi: *Ex hac causa leges &c.*

Quod stante *l.* 11. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilationis*, iuramentum possit apponi in contractibus pro quorum validitate illud requiritur, *vt* resolut Comezius, doceat Couarrubias *in cap. quamuis pactum*, 1. *parte*, §. 3. *n.* 8. Azeuedus *in dicta l.* 11. Matienzo *l.* 2 *tit.* 2. *glossa* 3. *n.* 7. *& sequent. & in l.* 1. *glossa* 8. *num.* 52. *tit.* 11. *& in leg.* 22. *glossa* 8. *n.* 1. *lib.* 5. *Recopilat.* Gutierrez *in. authentica sacramenta puber. nu.* 45. *&* 46. *&* 151. *& in l. nemo potest nu.* 46. & 47. *& de iuramento confirmator.* 3. *part. cap.* 12. *n.* 9. Zeuallos *q.* 188. *n.* 5. Morla *in emporio, tit.* 9. *quæstion.* 24. *n.* 7. Azor *institut. mora. parte* 2. *lib.* 10. *cap.* 7. & Thomas Sanch. optime explicans *in cap.* 22. *lib.* 3. *in summa, ex n.* 6. vbi probat posse Principem sæcularem irritare iuramentum appositum contractibus, ac proinde nullam ex illo oriri obligationem, nec indigere relaxatione, vt illi contractui contraueniatur, prout statuitur *in dicta l.* 11. *& sequenti*, Pareja *de instrument additione, tit* 5. *resolut.* 8. *n.* 50. *& sequent.* eos omnino videas, & Hermosillam *in dicta l.* 56. *tit.* 5 *partit.* 5 *glossa* 12. *ex n.* 105. vbi ferè infinitos refert, *&* n. 109. enumerat casus, in quibus iuramentum potest apponi absq; metu pœnarum *dictæ legis*, vt sunt locationes reddituũ Ecclesiarum, monasteriorum, prælatorum, & Clericorum, compromissa contractus dotium, promissio arrarum, venditiones, donationes, & alienationes perpetuæ contractus minorum, & mulierum, & alij pro quorum validitate iuramentum requiritur: in testamentis etiam & codicillis illud apponi posse, tenent Gutierrez *in dicta authent. nu.* 159. cum alijs, vbi *num.* 196. docet quid agendum à partibus, si contra prohibitionem legis contractus fuerit celebratus: Et circa præsentem materiam, & explicationem dictæ leg vide omnino Cancerium 2. *parte cap.* 1. *ex n.* 7. Barbosam *in l.* 1. *ff. soluto matrim.* 1 *parte, ex n.* 74. & D. Iosep Uela *dissertatione* 10. *ex n.* 21. late, & Pradillam *de l. pœnali*, 2. *parte, capit.* 13. &

nouissimè post hæc scripta Carleualius *tom. 1. disputatione 2. quæstion. 4. nu. 217.* & post eos Pareja *de instrumentorum editione, tom. 1. tit. 5. resolutione 8. ex nu 50.* & Basilius Poncius *de matrimonio, libr. 12. capit. 8. §. 5.*

24 Ad num. 23. ibi: *Et breuiter dico, & teneo quod non, &c.*

Quod promissio minoris sine causa nõ valeat efficaciter, etiã si fuerit iuramẽto confirmata, vt hic resoluitur, tenuerunt plures doctores generaliter loquendo, sed verius est etiã sine causa validam esse, & efficacem obligationem, seu promissionem iuratam, vt comprobari potest, ex ijs quæ diximus supra *cap. 9. nu. 4. & cap. 11. num. etiam 4.* & quæ adduxit Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, 47. ex n. 14.* de quo vide Cancerium *variarum 2. parte, cap. 8. ex n. 99.* vbi resolutionem nostri Gomezi comprobat.

25 Ad num. 24. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.*

Quod contractus nullus ex eo quod est contra bonos mores non firmatur iuramento, vt hic resolnitur, docent Couarrubias *in cap. quamuis pactum 1. parte, §. 6. n. 6.* Azor *institutionum moralium, tom. 1. lib. 11. cap. 5. quæstion. 1.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 72. quæst per totum*, Cancerius *variar. 2. parte cap. 1. n. 13.* Silucster verb. *iuramentum, 1. quæstione 1.* Lessius *de iustitia, libr. 2. cap. 42. dubio 4. n. 18.* & alios referens Pater Thomas Sanchez *in summa, lib. 3. cap. 4. ex numer. 26.* vbi explicat qualis culpa comprehendatur in hoc iuramento, & in eius executione, & implemento, & melius *in cap. 9. n. 30.* vbi explicat regulam: *Non est obligat oriun, &c.*

Ibi: *Item infertur quod pactum de succedendo, &c.*

Pactum super hæreditate viuẽtis quod non firmetur iuramento, vt docet Comezius probat Couarrubias *in capit. quamuis pactum 2. parte initio, n. 2. & parte 3. n. 2. & 3.* Gutierrez ibidem *num. 4. & seq. & de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap. 5. ex n. 2.* Morla *in emporio tit. 3. quæstio. 63.* Cancerius *variarum, 1. parte, cap. 6. n. 18.* vbi quod hoc casu hæreditas applicatur fisco si perueniat ad aliquem ex pacisentibus; elegãter Petrus Gregor. *in singtagmate lib. 41. cap. 4. 5. & 6. & sequentib.* Castillo *controuersiarum, lib. 3. cap. 9. num. 5.* Thomas Sanchez *in summa, lib. 7. cap. 2. num. 33. & sequentibus*, vbi ait quod licet hoc iuramentum non cõfirmet contractum, periurus tamen erit illud non implens, *& n. 36.* agit per quem possit concedi relaxatio; & plures referens Barbosa *in collectanea, l. finalis, C. de pactis, vbi n. 4.* cum eodem Thoma Sanchez, & alijs probat quod nec etiam fauore piæ causæ valeat prædictum pactũ, *et n. 5.* quod etiam per statutum, vel consuetudinem validum fieri non potest, eum vide, & D. Larream *decisi. 60. n. 14.* vbi quod consensus præstitus à domino potest ab ipso reuocari, & nõ valet nisi confirmetur morte *et decisione 38. nu. 5.* vbi quod sicut non valet pactum de hæreditate viuentis, ita nec iudicium, Merlinum *de legitima, libr. 3. tit. 2. quæstione 25. per totam*, Carleualium *in apologia ex n. 13. vbi ex n. 18.* agit de illa limitatione prædictæ regulæ, nempe quando dictũ pactum fit in executionem alterius pacti, & Cancerium *3. parte cap. 7. n. 141.* vbi quod fidei commissarius viuente grauato potest pacisci vendere, vel cedere ius, & alia *ex nu. 131.* vbi etiam de pacto de non succedendo.

Ibi: *Item infertur quod donatio omnium bonorum, &c.*

Quod donatio omnium bonorum præ-

præsentium,& futurorũ, non valeat de iure communi nec præsentium tantum ex dispositione *l.69. Tauri*, quæ hodie est *l.8. tit.10. lib.5. Repil.* si autem iuramento cõfirmetur quod valeat donatio præsentium tantum non autem præsentium & futurorum probant noster Gomezius *in l. 69. Tauri num.4.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio 1. parte cap. 11. num. 13.* Matienzo *in dictal.8. tit.10. lib.5.* sed cõtrarium imo nec donationem bonorum præsentium tantum confirmari iuramento, videtur tenere Hermosilla *in l.9. tit.4. partita.5. glossa. 1. num.16.* quem omnino videas per totam legem, vbi fusissimè materiã prosequitur, post Castellum *lib.4. cõtrouersiarum cap.53 ex num.14.* & opinionem cõtrariam addacit ipse Hermosilla *num.13.* nempe quod etiam donatio omnium bonorum præsentium,& futurorum confirmari potest iuramento, & numeris sequentibus sex limitationes congerit, in quibus valet talis donatio: eum vide post Clarum §. *donatio quæstion.20.* & Cancer. *variarum.1. part. cap.8. ex n.46.*

Ibi: *Aliquando, & secundo, &c.*

Contractus qui annullatur fauore publicæ vtilitatis principaliter quod nõ cõfirmetur iuramẽto, vt hic resoluitur, docent, & cõprobãt Mẽchaca *de successionecreationeli.3. §.28. n.21.* Tusch. *lit.I. concl.500 n.18. & concl. 528. n.56.* Couar *in c. quamuis pactum 2. part. §.1. n.1. & §.2 n.6.* Gutierrez *de iuram. confirm.1. part. c.58. n 15.* Matien. *l.2. ti.2. li.5. Recopila glos.3. n.17.* & alij relati a Thom. Sanchez *in summa lib.3. c.12. n.43. & sequent.* vbi improbat opinionẽ eorũ qui dixerunt cõtractum firmari iuramento quãdo a sola lege ciuili prohibetur,& nõ a lege canonica, *& n. 44.* vbi limitat dictã resolutionẽ nõ procedere, quãdo primario ob priuatam vtilitatem actus interdicitur, etsi secundario ob publicam,& numeris sequentibus tripliciter limitate, um vide ibi, *& in cap.9 eodem libro late per totum.* vbi optimè declarat, maximè *ex num.19.*

Ibi: *Aliquando, & tertio, &c.*

Contractum non firmari iuramento quando est super re vel materia, cuius non est commercium, *vt* potè super re impossibili, notum est in iure, & comprobari potest, extraditis a Gregorio Lopez *in l. 13. tit.9. partita 6. glossa 4.* Auendaño *de executoriis mandatis 2. parte cap.10. num.1. versiculo quadam vero* Auiles *cap.30. prætorum num.3.* Azeuedo *in l.1. tit.7. lib.7. Recopilationis num. 8.* Petro Gregorio *in syntagm. lib. 25. cap.7. num.5.* Rodriguez *de redditibus lib.1. quæstione 14. num.67.* qui omnes docent res, quæ non sunt in commercio alienari non posse: vnde cum lex ob publicam vtilitatem hoc prohibeat, fit consequens contractum super eis factum, non confirmari iuramento, vt in versiculo præcedenti dictum manet.

Ibi: *Aliquando, & quarto annullatur contractus, &c.*

Contractum nullum odio creditoris non confirmari iuramento, sed debitorem virtute iuramenti teneri ad implementum, & post illud repetere, vt contingit in promissione vsurarum, & in mutuo facto filio familias, & in lege commissoria in pignoribus,& alijs docet Comezius, & comprobant Couarrubias *in cap. quãuis pactum 2 parte §.3. num.1.* Menc. *de successionum creatione lib. 3. §. 28. num.35.* versiculo *quartus casus* Tuschus *lit.I. conclusione 528. num. 41.* Barbosa *in l. alia §. eleganter. ff. soluto matrimonio num.32.* Molina *de iustitia tomo 1. disputatione 150. & to. 2. disputatione 515.* Gutier. *de iuram. confirmatorio 1. parte cap.2.* vbi late de promissione vsurarum, de qua

etiam latissimè, Barbosa *in collectaneis cap. debitores de iure iurando*, item ipse met Gutierrez *in cap. 33. eiusdem tractatus* vbi de pacto legis commissoriæ in pignoribus, quando ita celebratur vt non soluto debito pignus venditum maneat pro quâ tunque debiti, quod ibi declarat, & iam dictum manet supra *cap. 2. hoc tomo 2.* dum de lege commissoria agebamus: item de mutuo facto filio familias, vide quæ supra diximus, *cap 6.* dum de contractu mutui Sermonem fecimus in additione ad numerum secundum, & denique de supra dicta resolutione nostri Gomezij vide omnino patrem Thomam Sanchez *in summa lib. 3. cap. 12. num. 51. & sequentibus* vbi eam optimè explicat. & comprobat.

26 Ad numerum 25. ibi: *Aliquando, & quinto &c.*

Contractum nullum ex defectu solemnitatis in rinfectæ, nõ confirmari iuramento, valere tamen eo modo, quo valere potest, resolvit Gomezius hic, & docent, Gutierrez *in l. nemo potest ff. de legatis 1. num. 10. &* alij plures ab eo relati, asserentes solemnitatem substantialem esse iuris publici, quod priuatorum pactis non tollitur, & sic, cum iam dixerimus contractus nullos ex eo quod sint contra publicam vtilitatem, & contra formam substantialem non confirmari iuramento, sequitur euidenter veram esse resolutionem nostri Gomezij intelligendo eam de solemnitate substantiali, & quæ necessaria est ad effectum illum, quem ex iuramento deducere volumus, & sic in specie tenet Couarrubias *in cap. Raynaldus de testamentis §. 3. num. 10* & idem Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio lib. 2. cap. 2. nu. 9.* Tuschus *lit. S. conclusione 333. & lit. I. cõclus. 528. ex n. 69.* quẽ videas

27 Ad n. 25. ibi: *Aliquãdo et sexto &c.*

Contractum nullum favore alicuius personæ principalis reputati minoris vel mulieris, licet secundario favore publicæ vtilitatis confirmari iuramento, vt hic resoluitur, comprobant late explicantes decem illationes nostri Gomezij hoc loco, Menchaca *de successionum creatione lib. 3. §. 26. num. 43. & §. 28. num. 28.* Villalobos *in suis communibus lit. I. nu. 131.* Gutierrez *in authentica sacramẽta puberum num. 38. & 39.* noster Gomezius *in l. 59. Taurina. 4.* Marienzo *in l. 2. tit. 2. lib. 5. Recopilationis glossa 3. num. 15.* Barbosa *in l. alia §. eleganter ff. soluto matrimonio num. 32* & optime Pater Thomas Sanchez *in summa lib. 3. cap. 13. ex num. 44. vsq; ad 57.* vbi bene explicat, & in *cap. 9. num. 35. & 36.* quem videas, & præcipue *num. 45. dicto cap. 12.* vbi probat quod siue verba prohibitionis legis dirigantur in personam siue in rem sẽper cõtractus firmatur iuramento cõtra aliquos: de quo etiã Vald. ad Suar. *ti. de arris n. 24. Etn. 51. & sequẽti.* agit ipse Sãch. quid si adsit pignus in creditore in cuius favorẽ iuratur: quo casu licet iuramentũ obliget, eo tamẽ nõ cõfirmatur cõtractus.

Ibi: *Ex quo infertur, &c.*

Ad decẽ illationes quas hic cõgerit noster Gomez. videndi sũt (præter supra relatos hoc numero) Cardin. Tusc. *lit. I. concl. 528.* vbi de omnib⁹ agit, & de secũda nẽpe de alienatione rerũ dotaliũ Gutier. latissimè *de iurame. 1. part. ca. 1.* Et circa tertiã de renũciatione futuræ successionis videndi sũt latissimè Couar. & Gutier. *in comment. ad c. quãuis pactũ de pact. li. 6.* & cõgesti a Gene. & Barb. *in collectaneis ad hũc text.* & de lesione cõtingẽte in hac renũciatione Cald. *in l. si curat. habẽs 3. l. si es n. 1.* & Gutier. *ibidẽ* in versic. *si tamẽ iuramẽto nõ vi nec dolo præstito, &c.* & Hermos. *in l. 56. tit. 5. partita 5. glossa 4. ex nu.*

32. vbi etiam an dicta renuntiatio rescindatur ex remedio *l. 2. Cod. de rescindenda venditione*, & an dicta renuntiatio noceat filijs & nepotibus? de quo etiam Thomas Sanchez latissime *lib. 6. de matrimonio disputatione* 4. & quos refert Valdesius ad Suarez *in l. quoniam in prioribus in declaratione legis Regni limitatione* 4. *lit. D.* Baeza *de dote cap.* 10. *ex nu.* 100. Fachinæus *lib. 3. controuersiarum cap* 22. *& sequentibus, & lib. 8. cap.* 69. & latissimè Gomezius noster *in l. 22. Tauri*, & Valascus *de partitionibus cap.* 16. & Thomas Sanchez *in summa lib. 7. de statu religioso cap.* 7. *& in consiliis Moralibus lib. 4. cap.* 1. *dubio* 34. vbi plura bona.

Ad quartam illationem de mulier re fideiubente diximus supra *in cap. de fideiussore* & videndus est Zeuallos *quæstione* 727.

Ad quintam de donatione inter virum & vxorem, diximus supra in capite de donatione, & plures refert Valdesius in additionibus ad Suarez *tit. de arris ad numerum* 23.

Ad sextam de donatione inter patrem & filium, diximus etiam *in cap. de donatione*, & videndus est Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio* 1. *parte cap.* 4. & 5.

Ad septimã de donatione excedẽte quingentos solidos diximus etiã *in cap. de donatione*.

Ad octauam de promissione arrarum vltra decimam partem bonorum, plures refert Valdesius in additionibus ad Suarez *tit. de arris ad numerum* 27. & videndus est Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 6. disputatio* 27. *& sequentibus* vbi latissimè materiam explicat, & Hermosilla *in l. 8. tit. 4. partita* 5. *glossa* 13. *ex num.* 7.

Ad nonam de donatione omnium bonorum diximus supra *hoc capite num.* 25.

Ad decimam de pacto seu transactione super alimentis de futuro, vide disunt Menochius *de arbitrarijs casu* 170. Fachinæus *lib. 3. controuersiarum cap.* 21. Morla *in emporio tit.* 4. *ex num.* 40. Gutierrez *de iuramento* 3. *parte cap.* 3. Quesada *cap.* 21. Sarmiento *de redditibus cap.* 2. *num.* 7. *& sequentibus* Pinellus *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis* 3. *parte num.* 31. Castillo *lib.* 4. *controuersiarum cap finali num.* 41. & latissimè Surdas *in tractatu de alimentis tit.* 3. *priuilegio* 55. *ex num.* 5. *& per totum.*

Ad numerum 27. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 28

Venditionem vel alienationem rerum dotalium vel alium quem libet contractum vxoris ad instantiam mariti celebratum, & similiter contractum per filiam iussu & contemplatione patris factum, iuramento confirmatum, nõ posse rescindi, præter quam si cum metu reuerentiali cõcurrant minæ vel verbera, minæ (inquam) graues non leues vel si pater aut maritus sit valde seuerus, & crudelis & cõsuetus injurias inferre sibi non obtẽperãtibus, & dictã rescissionẽ locũ habere etiã si cõtractus celebretur in præsẽtia iudicis vel propinquorũ; vt resoluit Gomez. toto hoc numero, docẽs, & explicãt latissimè Conarrub. *de sponsalibus* 2. *part. ca.* 3. §. 6. *n.* 7. *& seq.* Menochius *de arbitrarijs casu* 136. *& lib. 3. præsumptione* 123. *& 127. per totam*, Gutierrez *de iuramento* 1. *parte cap.* 1. *num.* 15. *& in authentica sacramenta puberum num.* 94. *& consilio* 16. *num.* 16. Azeuedus *in l. 9. num.* 28. *tit.* 1. *lib.* 5. *Recopilationis, & in l.* 11. *eodem tit.* Matienzo *ibi glossa* 3. *n.* 2. Moli. *de primogen. lib.* 2. *ca.* 3. *n.* 9. Gratianus *in regula* 26. Zeuallos *quæstion.* 727. *& 9. ex.* Morla *in emporio tit.* 8. *quæstione* 23. Pichardus *in* §. *item actio* institutæ

de action. num. 25. Barbosa *in collectanea cap.* 4. *de iis quæ vi num.* 4. *& in cap. ex literis de desponsatione impuberum* Matienzo *in Dialogo* 3. *parte cap.* 20. Osualdus ad Donel. *lib.* 15. *cap.* 38. *lit.* L. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 4. *disputatione* 6. *per totam* vbi late comprobat resolutionem Gomezij, & agit de eius declarationibus, & de metu reuerentiali in professione religionis vel contractione matrimonij, & quid de metu filij respectu patris, & fratris minoris respectu maioris, & respectu patrui, &c. Tuschus verbo: *Metus conclusione* 213. *& multis sequentibus*, Farinacius *in fragmentis* verbo: *Metus num.* 118. *& sequentibus*, & fere in finitos referens Hermosilla *in l.* 56. *tit.* 5. *partita* 5. *glossa* 2. *num.* 5. *per totam glossam* vbi etiam comprobat declarationes, & explicationes Gomezij addictam resolutionem, eum vide, & Farinacium, & Thomam Sanchez ante omnes nec non Barbosam *in l.* 2. §. *finali ff. solutomatrimonio ex num.* 7. Et de vxore vide alia supra *cap.* 12. *num.* 3. versiculo: *Quod si vnus*

29 Ad numerum 28. ibi: *Nunc autem prosequendo materiam, &c.*

Intellectu carens vt furiosus, mentecaptus freneticus, ebrius, dormiēs quod contrahere non possint, nec etiam in suum fauorem aliquem actū vel contractum facere, resoluit Gomezius, & docent Boerius *decisione* 23. *num.* 47. Molina *de primog. lib.* 2. *c.* 9. *ex num.* 20. alter Molina *de iust. to.* 2. *disputatione* 261. *ex num.* 1. Pichard. *in* §. *sui autē* institura *de hered. qualitate, & differ. n.* 6. *& in* §. *furiosus* instit. *de inutilibus stipulation.* per totum, *& in repetitione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate cap.* 25. Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæstione* 7. *part.* 2. *ampliatione* 19. *n.* 76. Menochius *de arbitrarijs, casu* 529. *num.* 9. Osualdus ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 22. *lit.* C. Tuschus *lit. F. conclusione* 539. *& sequentibus* Ioannes Gratianus *in regula* 214. *num.* 7. vbi etiam quod nec testamentum facere, nec matrimonium contrahere potest, Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 1. *disputatione* 8. *ex num.* 15. vbi etiam declarat, quando actus vel contractus sit tempore dilucidi interualli, & quomodo probetur vel præsumatur furor de quo etiam late Menochius *lib.* 6. *præsumptione* 45. Spino *de testamentis glossa rubrica*, 10. *part. per totam*, Castil. *li.* 4. *controuers. c.* 28. *ex n.* 6. *& per totum* quem omnino videas, & Thom. Sanch. *supra* nec non Farin. *in fragmen.* verbo *Furor*, exquibus colliges, quod cum cōtractus furiosi, amētis, velmēte capti sint nulli ex defectu consensus, nō poterunt cōfirmari iuramēto, & vide eum *in tract. de panis temper q.* 94.

Cōtractus etiam ex iracundia celebrati nullitatem continent ex textu *in l. quid quid ff. de regulis iuris* vbi omnes, Tiraquel. *de panis temperandis causa* 1. *num.* 24. Ducēas *regula* 292. *ampliatione* 9. *&*. Farinacius optimè declarans amplians & limitans *in eodē tractatu de panis temperandis, q.* 91. *ex n.* 18. quem omnino videas.

Ibi: *Et ex his infertur, &c.*

Contractum factū a iuuene amoris impetu capto eundē effectū habere actā a furioso factus esset resoluit Gomezius, & bene limitat, & declarat Soarez *in annotatione ad hunc locum*, quod optimè exornant Tiraquel. *de panis temperandis causa* 4. & Farinacius *in simili tractatu quæstione* 98. *causa* 13. Menchaca *illustrium cap.* 48. *in fine, & eleganter* Simancas *de catholicis institutionibus cap.* 26. *num.* 13. qui alios refert circa dicta

&

& facta amantium adducens illud poetæ.

Iupiter omnipotens periuria ridet amantum, &c.

vide etiam Petrum Greg. *in syntagm. li 28. c. 9 n. 2. & lib. 9 c. 25 n. 7. & 9.*

30 Ad numer. 29. ibi *Tertio, & principaliter prohibetur mutus, & Surd. &c.*

Mutũ & surdum casu seu accidẽti posse facere omnes cõtractus præter stipulationẽ (& eã etiã hodie de iure Regio) mutum autẽ & surdũ a natura nullomodo cõtrahere posse, nec eriã si ex accidẽti, si non potest explicare animũ suũ, resolut Gomez. in præsẽri, & cõprobãt late explicãtes Caldas *in l. securator. habens verbo: Cũ nõ absimilis ex n. 58.* Gregor. *in l. 2. & 4. t. 11. part. 5.* Vantius *de nullitatibus tit. de nullitate sententiæ ex defectu mandati ex num 25.* Offualdus ad Doncl. *lib. 12. cap. 22. lit. X.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib. 1. de sponsalibus disputatione 8. ex num. 12.* Tuschus *lit. M. conclusione 440.* Spino *in speculo testamentorum, glossa rubricæ, decima parte* vbi de testamento, matrimonio, & religionis professione, Pichardus *in §. mutum 9. instituta de inutilibus stipulationibus per totum*, Barbosa plures referens de contractu matrimonij celebrato per mutum & surdum agentes, *in collectanea ad caput, 23. de sponsalibus, & matrim. n. 2.* Mãtic. *de tacitis conuentionibus, lib. 14. ti. 14. ex num. 2.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 21. cap. 5. num. 5. & lib. 46. cap. 4. num. 10. & sequentibus* vbi quod hereditatem adire, & pro herede se gerere posse probat, Molina *de iustitia tomo 2. disputatione 254. num. 5.* iterum Pichardus *in §. finali instituta de heredum qualitate, & in relectione ad titulum ff. de acquir. hereditate cap. 26.* vbi quod hereditatem acquirere potest.

31 Ad num. 30. ibi: *Quarto, & principaliter prohibetur contrahere prodigus, &c.*

Prodigũ, cui bonis interdictũ est, nõ posse cõtrahere, ei usq; contractũ non valere, vt hic resoluitur, comprobant Gregorius Lopez *in l. 5. t. 11 partita 5* Cald. *in l. securatorẽ verbo: non absimilis, ex n. 3. et per tot.* Conan. *li. 9 comment. c. 4. ex n. 10.* Gutierrez *de iuramento confirm. 1. parte cap. 32. ex num. 1.* vbi quod eius contractus non firmetur iuramento Fachinæus *lib. 2. controuersiar. cap. 64. & seq.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 13. cap. 6 per totum* ibi bene declarat, Tuschus *lit. P. conclusione 864.* vbi *num. 5.* quod taliscontractus non firmatur iuramento, de quo etiam late *conclusione 868. & conclusione 866. vbi num. 6.* ampliat vt etiam ante interdictionem administrationis non possit contrahere, quando contractus fieret in vsu manifestæ prodigalitatis Spino in speculo testamentorum, glossa rubricæ *parte 10. num. 13.* vbi quod prodigus non habet consensum nec naturaliter obligatur, (prout etiam tenet Caldas *supra num 22.* vbi an valeat fideiussor pro eo obligari) quod verum esse docet quando agitur de damno ipsius prodigi, nam si agatur de lucro, tunc prodigus dicitur habere consensum, & potestatem disponendi, quod etiã aduertit Pichardus infra, *& in §. item prodig. instituta quib. nõ est permiss. facere testam.* vbi bene explicat quis sit prodigus, & quãdo, & quomodo administratio bonorũ fuerit ei prohibita, *& in §. furiosus 10. instituta de inutil. stipulat. n. 3. & 9.* vbi quod cõditionẽ suã meliorẽ facere stipulãdo non prohibetur: Quesada *diuersar. q. iuris c. 32. n. 28.* vbi etiã agit de luxuriosso, Moli. *de iustit. to. 1. dispue. 224. n. 31.* Felician. *de censi. li. 2 c. 2 n. 17.* iterum Pichardus *in relectione ad tit. ff. de adquirenda hereditate cap. 25. nu. 7.* vbi quod po-

test adire vel repudiare Salgado *in labirintho 1. parte cap. 14. ex num. 5.* ibi: *Sed contrarium tenendum, &c.*

Restitutionem concedendam esse prodigo si læsus fuerit, vt hic resoluitur, docent Gregorius Lopez *in l. 5. tit. 11. partita 5. glossa 4.* Gutierrez *in tractatu de iuramento confirmatorio 1. parte dicto cap. 32. num. 4.* vbi refert ipsum Gregorium tenentem etiam competere restitutionem pro gestis ante interdictionem Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 13. cap. 6. num. 10.* Tuschus *lit. P. conclusione 868. num. 20.* Caldas *in l. si curatorem § minoribus num. 65.* & verbo: *Cum non absimilis num. 3.* vbi etiam de antea gestis optimè Felicianus *in tractatu de censibus, lib. 2. cap. 2. num. 18.* Fachinæus *lib. 2. controuersiarū cap. 68.* versiculo *nona controuersia* vbi probat cum multis, restitutionē competere etiam pro ante à gestis prius quam bonis interdiceretur, de quo Barbosa *in l. 3 ff soluto num. 20. & 21.* & nouissimè Salgado *in labirintho 2. parte cap. 2. num. 19.* vbi verius dicit cū alijs quod tantū cōpetit restitutio pro gestis post interdictionem.

32 Ad numer. 31. ibi: *dubiū tamē est &c.* Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Quod notorie prodigus possit cōtrahere ante quā sibi interdicatur administratio bonorū, vt hic resoluitur, docēt, & cōprobāt, Boerius *decisione 23. n. 37.* Gregor. Lop. *in l. 5. t. 11. part. 5. glossa 4.* Vantius *de nullitatibus ti. de nullitate sententiæ ex inhabilitate, seu defectu mandati n. 23* & alij relati per Tuschū *lit. P. conclusione 868. n. 23* licet ipse in cōtrariā incliner, & eādem opinionem nostri Gomezij late fundat Fachinæus *lib. 2. cōtrouers. c. 64* (licet ipse cum alijs contrariā teneat, cum videas) Caldas *in l. si curator.* verb. *Cū nō absimi-*

lis n. 5. & sequenti. vbi elegantercōfirmat prædictam sententiam, & contrariam, scilicet notorie prodigum contrahere non posse, admittit saltē eo casu quo contrahens cum prodigo notorio eius conditionem sciret, *& n. 8.* probat notorie prodigum perdere administrationē bonorum aliè norum quam habet, simulq; disputat latissimè an citatio prodigi necessaria sit ad interdictionē, & agit de quatuor requisitis, quæ debent præcedere ante interdictionē de quibus Gomezius in præsenti, Petrus Gregorius *in syntagm. lib. 13. cap. 6. n. 4.* Pichardus *in § item prodigus, instituta quibus non est permissum facere testamentum n. 6. & 9.* Zeuallos *q. 109.* Gutierrez *de iuramento confirmatorio 1. parte cap 32. num. 3.* vbi resolutionē Gomezij sequitur, & eam limitat, quando contrahēs cum notorio prodigo sciebat eum pecunias in certum malum vsum consumpturum, & quando prodigus faceret donationem omnium bonorum vel maioris partis eorum, vel quando donaret rem meliorē, additq; notoriam prodigalitatem inducere malam fidem indeq; impediri præscriptionē, si ab eo aliquis emat, vide etiā Offnald. ad Donel. *lib. 12. cap. 22 lit. F.* Souffam *in §. actionum cap. de mandato nu. 9.*

Præterea de dictis requisitis quæ præcedere debent interdictionem videndi sunt idem Gutierrez *dicto c. 32. num. 2.* & latius Fachinæus *lib. 2. controuersiarum cap 67. 68. & 69.* Caldas vbi supra verbo: *Cum non absimilis n 7. & 18.* vbi de proclamatione ne quis cum prodigo cōtrahat.

Ibi: *Item quæro, &c.*

Valere interdictionē factā alicui tanquā prodigo cū nō sit, donec reuocetur, docet Gomez. & tenēt plures relati a Fachin. *lib. 2. controuers. c. 66.* vbi etiā cōtrariū tenētes addu cit, & tādē distinguit cū Rip. & Imola

in l.

in l. is cui bonis, ff. de verborũ obligat nempe quod si curator datus fuit alicui tanquam prodigo inuito, & contradicenti, & in iudicio contendenti se non esse talem, valet curatoris datio propter authoritatem rei iudicatæ à qua non est appellatum, secus aliàs, eum vide, & Vantium vbi supra *tit. de nullitate sententiæ ex inhabilitate seu defectu mandati, n.* 23. vbi opinionem Gomezij comprobat quod etiam facit Caldas supra verbo: *Cum non absimilis, nu.* 19. *vbi nu.* 20. in contrariã inclinat, Gutierrez *de iuramento confirmatorio, dicto cap* 32. *n.* 3. *vbi* transit cum Vantio supra, Tuschus *lit. P. conclusione* 866: *ex n.* 10. Zeuallos *quæstione* 18. duas communes contrarias adducit

33 Ad num 32. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Prodigum, cui bonis interdictum est, non obligari iuramento, vt resolunt Gomezius, docent Gregorius Lopez *in l.* 5. *tit.* 11. *part.* 5. *glos.* 5. Couarrubias *in ca. quamuis pactum*, 2. *par.* §. 4. *nu.* 8. Padilla *in l.* 2. *Codic de rescindenda venditione, nu.* 36. Mencha ca *de successionum creatione*, §. 28. *nnm.* 58 Caldas *in l. si curatorem habens*, verb *Cum non absimilis, n.* 24. Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap.* 32 *num.* 6. & late disputans, & tres sententias referens, & earum fundamenta, Andræas Fachinæus *libr.* 2. *controuersiarum, cap.* 65. omnino videndus, & Osualdus ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 22. *lit. F.* & Barbosa *in collectan. authent. sacrata puberum, n.* 6.

34 Ad num. 35. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Propter malos animi mores, vt si mulier viuat luxuriosè, & inhonestè vel quis sit lusor, quod possit fieri interdictio bonorum, vt hic resolnitur docent Vantius *de nullitatibus, tit. de nullitate sententiæ ex inhabilitate, seu defectu mandati, nu.* 24. Palacios *in repetitione, cap. Raynuntius*, §. 70. *n.* 23. noster Gomezius *in l.* 14. *Tauri, num.* 14. Menchaca *de successionum creatione*, §. 12. *num.* 40. Baeça *de decima tutoris, cap.* 14. *nu.* 12. & plures referens eleganterq; comprobans dictam resolutionem, Caldas *in l. si curatorem habens*, verbo: *Cum non absimilis, ex num.* 9. vbi late agit de explicatione text. *in l. & mulieri. ff. de curator. furios. &* ibi *n.* 13. *&* 14. de masculo luxurioso, & libidinoso, *&* num. 18. de muliere cõiugata libidinosa an ei detur curator? Zeuallos *in quæst.* 833. *per totam*, vbi bene comprobat resolutionem Gomezij eum laudans, & contrariũ tenentes referens, Tiraquel. *de legibus connubialibus, l.* 9. *n.* 71. Gutierrez *in tractatu de tutelis, & curis* 1. *parte, cap.* 9. *num.* 23. *&* 24. *vbi n.* 25. ait, quod licet masculus luxuriosus non priuetur bonorum suorum administratione, priuabitur tamen alienorum, veluti si pater luxuriosè viuat, auferetur sibi administratio bonorum filij, qui scilicet Gutierr. *in tract. de tutellis*, 3. *p. ca.* 15. ait nunquam vidisse curatorem dari fœminæ luxuriosæ, Quesada *diuersarum quæstion. cap.* 32. *n.* 28. vbi de masculo luxurioso, Farinacius *in fragmentis*, verb. *Mulier inhonesta, nu.* 393. eos vide, & Costam *in cap. si pater* verb. *Legauit, ex numer.* 41. nec non Fachinæum *lib.* 2 *controuersiarum, cap.* 66. versic. *Quinta controuersia, &c.* & plures referentem Pichardum *in relectione, de acquirenda hereditate, cap* 31. *n.* 14.

Deniq; de prohibitione tutoris, & curatoris, ne possint cõtrahere cũ minore, & etiam de prohibitione iudicis, & aduocati, & medici, de quibus noster Gomezius, vide quæ diximus supra *in capit.* 1. *hoc tom.* 2. & Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 2. *parte*, cap.

cap. 15. vbi de contractu tutoris cum minori, de quo etiam *in tractatu de iuramento confirmatorio, 1. parte, cap.* 40. Tuschus *lit. T. concluf.* 451. Mantica *de conuentionibus, libr. 4. tit.* 33. Dueñas *in regula* 31. incipit *administratores*, Burgos de Paz *consil.* 3. *nu.* 50. Bobadilla *in politica, lib. 3. cap.* 8. *n.* 89. Caldas *in l. si curatorem* verb. *Contractam feciſti, &c.* & Fachinæus *lib. 11. controuerſiarum. cap.* 45. & 46. vbi de tutore mutuò accipiente pecuniam pupilli, & an poſsit ſibi ipſi ſoluere.

Item de contractu medici cum infirmo videndi ſunt Gomezius *de infirmis reſignantibus, quæſtione* 9. verſicul. *Vndecimum*, vbi late adducit, & congerit omnia de infirmis, Gutier. *de iuram. 1. p. c.* 57. vbi de promiſsione exceſsiua facta medico, Fachinæus *lib. 2. cap.* 25. Villadiego *in politica, cap.* 5. §. 35. *n.* 27. vbi de medico paciſcente cum infirmo, Scaccia *de commerciis*, §. 1. *q.* 1. *n.* 557. & *q.* 7. *parte* 2. *ampliat.* 19. *n.* 124.

35 Quod requiratur ſpeciale mandatum & qualead petendam reſtitutionem, videndi ſunt Tiraq. *in tract. reſinter alios*, vbi limitat ſi incidēter petatur, & plures quos refert Zeallos *q.* 134. *tom.* 1. & Gratianus *diſcep. cap.* 105. *n.* 25. & *cap.* 337. & *cap.* 401. Pichardus *in* §. *procurator*, inſtituta *de iis per quos agere poſſumus, nu.* 34. *libr.* 4. Farinacius *quæſtion.* 99. *nu.* 62. & *deciſ.* 52. *lib.* 1. Gregorius *in l.* 15. *tit.* 5. *partita* 3. Barboſa *in l.* 3. *ff. ſoluto matrimon. ex* 13. vbi de patre, vel conſanguineo petente, Barboſa *de clauſulis, clauſula* 35. *nu.* 31. qui alios refert, & limitat.

36 Item adde quod in contractu pro redemptione captiui nō habet locum reſtitutio, vt probat Lara *in tractatu de anniuerſarijs, cap.* 22. *n.* 8. vbi multa ſpecialia congerit in qualibet diſpoſitione pro redemptione captiuorum.

An autem reſtitutio impediat exe- 37
cutionem ſententiæ translatæ in auctoritatem rei iudicatæ? videndus eſt Suarez *in l. poſt rem iudicatam*, verſ. *Sed procuidentia, nu.* 44. & *ſequent.* vbi Valdeſius, Parladorus *lib. 2. quotidianarum, cap finali*, 5. *parte*, §. 11. *no.* 53. & 54. Auendañus *cap.* 30. *prætor.* 2. *parte nu.* 7. Tuſchus *lit. R. concluſione* 23. Narbona *in tractatu de ætate anno* 25. *quæſtione* 54. *ex n.* 15. vbi quod licet reſtitutio denegetur non tamen denegabitur ſi ex quo prætio bona venierint, Zeall. *tom.* 3. *q.* 830. & *tom.* 5. *quæſt.* 125. vbi affirmatiue reſoluit, & late diſputat vide etiam Fachinæum *lib.* 12. *cap. cap.* 16. 17. & 18. Flores de Mena *quæſtione* 5. *n.* 71. & *ſequentibus*, & quod executio poſsit fieri intra terminum petendæ reſtitutionis, Caſtillo *l.* 63. *Tauri.*

Item an minor reſtituatur ſi de- 38
ficiat *in* ſolemnitatibus appellationis ad concilium ciuitatis, vulgo: *Al ayuntamiento* late Zeallos, *tom.* 3. *quæſtione* 749. *ex numer.* 28. quod non Pichardus *in manuductionibus*, 4. *parte*, 2. *præcepto. n.* 5. vbi de omiſſa appellatione, & an aduerſus eam reſtituatur? Barboſa *in collectanea, cap. quoad conſultationem de re iudicata, nu.* 8. Oſuald. *libr.* 17. *cap.* 4. *lit* R. & *cap.* 25. *lit. P.* vbi de recusatione omiſſa & vide infra *n.* 46.

Item an minor reſtituatur aduer- 39
ſus amiſsionem bonorum ob adulterium? vide Zeallos *quæſt.* 833. *tom.* 3. *n.* 26. & Gutierrez *lib.* 3. *quæſt.* 34. Et an ob non petitum tutorem pupillo? Coſta *in cap. ſi pater*, 2. *parte*, verbo. *Ipſis pauperibus, n.* 3. Gutierrez *de tutelis*, 1. *parte*, *cap.* 16. *n.* 98. & alios referens Narbona *de ætate anno* 25. *quæſt.* 30. Azeued. *l.* 14. *tit.* 4. *lib.* 5. *n.* 4. & vide etiam Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 1. *parte, cap.* 7. *num.*

31. vbi quod minor 25. annis dolose acceptans tutelam non restituitur.

40 Item an minor restituatur aduersus pacem, seu trãsactionem factam propter delictum? quod nõ, Gutierrez *in tractatu de tutelis, 2. parte, c. 1. num. 72.* cum Farinacio *in praxi, quæstione 15 n. 26. & sequent.* Fachinæus *libr. 9. cap. 43. & 44.* Cancerius *variarum, 2. parte, cap. 1. n. 248. & n. 255.* vbi quod restituitur ad cõcordiam omissam. Gratianus *disceptationum, cap. 518.* & nouissime Narbona *in tractatu de ætate anno 25. quæst. 19.* late.

41 Quadriennium quando currat ad petendam restitutionem, his qui veniam ætatis impetrauerunt pro anrea gestis: vide Caldas *in l. si curator rem habens, §. contractum feciſti, numer. 22.*

42 Iudex minor an restituatur? Bobadilla *lib 1. cap. 7. n. 30. in politica.* Et quid in tabellione minori, Azeued. *l. 13. tit. 25. lib. 4. Recopilationis, ex numer. 63.*

43 Rescisso contractu per restitutionem quid de meliorationibus factis in re? vide Barbosam *in l. 8. §. fin. ff. soluto matrimonio. n. 44. & sequentibus.*

44 In restitutione ad appellandum quomodo debeat verificari læsio, vide Barbosam *in collectan. cap. cum sit Romana, de appellationibus, n. 12. & sequent.* Oiuald *lib. 28. cap. 7. lit. X.* Azeuedum *l. 1. tit. 18. lib. 4. Recopilationis. num. 40. & sequent.* Pradilla *de lege pœnali, 2. parte. cap. 40. n. 5.* & D. Larream *decisione Granat. 78.* vbi de restitutione in materia supplicationis, *& decisione 70. num. 8. & 33.* Flores de *Mena quæstione 5. ex nu. 6.* Narbona *de ætate anno 25. quæst. 23. n. 15.*

45 Restitutione concessa, æqualitas debet obseruari ex vtraque parte, & res restitui cum fructibus, explicat optimè Pichard. *in §. extranei, instituta de hæredum qualitate, n. 37. 41. & 56. & in repet. l. gallus in princ. c. 7. n. 197.* Couarrubi. *lib. 1. variar. c. 3. ex num. 1.* Gama *decisione. 312. nu. 1.* vbi Flores de *Mena*, Mastrillus *decisione 121. sub num. 5. parte, 2.* Gutierrez *consilio 15. num. 11. & lib. 4. practicarum, quæstione 69.* Surdus *decisione 45.* Cancerius *variar. 2. parte, ca. 1. n. 287.* & plures referens Hermosilla *in leg. 4. tit. 5. partita 5. glossa 12. n. 44.* Et aduertendũ quod vt restitutio locum habeat res debet esse integra, vt ex pluribus docet D. Larrea *decis. 59. nu. 20. & decis. 70. n. 24.*

46 An vero minor impediatur petere restitutionẽ quando potest agere aduersus procuratorem, vel tutorem? videndi sunt Tuschus *lit. M. conclusione 258.* Oddus *de in integrum restitutione, quæstione 22. articul. 5. per totum,* Barbosa *in collectan. l. 3. Cod. si tutor vel curator interuenerit.* Morla *in emporio, tit. 5. in præmissis, ex n. 17. vsq; ad 20.* Flores *quæst. 5. ex nu. 9.* Hermosilla *in leg. 4. tit. 5. partita 5. glossa 12, numer. 40. & 41.* Cancerius *variarum, 2. parte, cap. 1, nu. 285. & 3 parte, cap. 2. n. 88.*

47 Item an restitutio concedatur in spiritualibus, seu beneficialibus? videndi sunt Couarrub. *lib. 1. variar. capit. 5. numer. 3. ad finem, & per totum,* vbi tenet quod sic, Barbosa alios referens *in collectanea ad capua 8. de rerum permutatione. Et de vniuersoiure ecclesiastico, libr. 3. capit. 15. numer. 134.* Gomez Bayo *in praxi, quæstione 60.* Morla *in emporio, titul. 5. quæstione 8. per totam,* Sanchez *de matrimonio lib. 7. disputat. 37.* vbi late.

48 Item adde quod restitutio non conceditur minori aduersus probationem omissam in via extraiudiciaria tempo-

pore decem dierum, vt docet Azeuedus *in leg. 3. titul. 8 libr. 4 Recopilationis, numer. 35.* Tarlaccius tamen *libr. 2. quotidianarum, capit. finali 5. parte, §. 10 numer. 12. versiculo: Sed & illud, &c.* contrariam tenet imo restitutionem concedendam, cum vide, & Didacum Gomez Bayo *in praxi quæstione 148. libr. 2.* vbi etiam affirmatiuam sequitur plura non attinentia immiscens, & vide Cancer. *1. p. c. 1. n. 264. & cap. 3. numer. 46* vbi de restitutione aduersus executionem instrumenti.

49 Item quod minor non restituatur aduersus non impletum præceptum testatoris, seu conditionem probat latissimè Larrea *decisione Granatensi 59. per totam*, & idem si non impleat præceptum legis, & Tarejа *de editione tom. 2. lit. 9. versiculo 5. ex numer. 5.* Cancerius *1. parte cap. 13 num. 58.* Tachinus *libr. 8. capit. 79.* vbi an concedatur restitutio aduersus nunciationem noui operis spretam *& libr. 8. capit. 105 & libr. 10. capit. 2.* vbi an restitutus aduersus contumaciam teneatur restituere expensas aduersarioꝝ Cossa *libr. 2. selectarum. capit. 4. numer. 2.* vbi de minori qui non paruit conditioni sub qua fuit institutus, quod restituatur.

Item adde quod si statutum tollit exceptiones non intelligitur sublata restitutio, ita ex alijs docet Gratianus *regula 438. num. 15.* Tuschus *liter. R. conclusione 296.* late. 50

CAPVT DECIMVM QVINTVM

DE SERVITVTIBVS.

SVMMARIVM.

1 Doctores materiam explicantes referuntur.

2 Seruitutũ species, & quæ sit mere personalis.

3 De vsufructu causali.

4 De vsufructu formali, & quid sit.

De vsufructu rerum quæ vsu consumuntur.

Qualis debeat dari cautio in rebus quæ vsu consumuntur.

Quid in rebus quæ non consumuntur, sed diminuuntur.

An dominium dictarum rerum transeat in vsufructuarium.

De cautione prædicta an possit remitti.

An sufficiat cautio iuratoria si fructuarius sit pauper vel forensis.

5 Vsus fructus an possit concedi pluribus.

6 Si testator legauerit vni fundum & alteri vsumfructum eius, an amboconcurrant in vsufructu.

7 Vsufructuarius tenetur facere omnia quæ concernunt vtilitatem rei.

8 An partus animalium pertineant ad fructuarium, & de subrrogatione in locum de mortuorum capitum.

Gregis vsus fructus quomodo finiatur.

Ad quas impensas seu onera teneatur fructuarius

De onere censuum.

9 An fructuarius ad debita proprietarij antea cõtracta teneatur, & an possit exigere debita vel agere.

10 An proprietarius possit vendere proprietatem sine consensu fructuarij.

An proprietarius possit imponere seruitutem, vel amittere eam quam habet.

Si proprietarius alienare velit,

an

an fructuarius præferatur vel è contra, & de retractu in hoc casu.

11 *An filius possit vendere proprietatem in qua pater habet vsumfructum cum iuramento.*

12 *An executio fieri possit in aduêtitiorum proprietate pro debitis filij.*
Filius cessione bonorum facta an potius debeat seruire patri quam creditoribus.
Filius familias an conueniatur sui iuris effectus in quantum facere potest pro contractibus factis tempore quo erat sub patria potestate.
Filius familias quando possit existere in iudicio.

13 *An ob delictum filij familias confiscari possit proprietas aduentitiorum.*

14 *An peculium castrense confiscari possit ob delictum filij.*

15 *Quid in peculio profectitio.*
Pater an teneatur pro filio electo ad aliquod officium publicum.
An peculium profectitium confiscari possit ob delictum patris.

16 *An fructuarius possit vendere ius quod habet, locare, vel hipotheca re.*

17 *An ob delictum fructuarij possit confiscari vsusfructus?*
Quid si pater delinquat, an amittat vsumfructum aduentitiorum.

18 *Vsusfructus quibus modis amittatur, & an per professionem religionis?*

19 *Si partes conueniant, vt vsusfructus transeat ad heredes de primis intelligitur.*
De alijs illationibus Gomezij, & de vsufructu relicto ciuitati.
Morte ciuili amittitur vsusfructus.

20 *Vsusfructus consolidatus cum proprietate an intelligatur acquisitus ex causa lucratiua, etiam si titulus originalis sit oneroſus.*
Vsusfructus consolidatus an diuidatur inter virum & vxorem tanquàm lucratum constante matrimonio.

21 *In quo differat promissio seruitutis ab ipsa seruitute.*

22 *De ratione quare in hipotheca ex solo titulo sine traditione transferatur ius in re.*
De effectibus & illationibus resultantibus ex hoc, quod solo titulo, seu conuentione non tranſeat ius reale seruitutis sed tantum obligatio personalis ad eam constituendam.

23 *Actio vel obligatio personalis, an extinguatur extincta re, cuius respectu contracta fuit.*

24 *Traditio in seruitutibus qualiter fiat.*
De secundo modo quando quis vtitur seruitute sciente, & patiente domino.
Quid si titulum seruitutis habeat, à non vero domino.

25 *De præscriptione seruitutis personalis.*
De præscriptione iurisdictionis.

26 *Seruitus realis continua, vel quasi quomodo præscribatur.*

27 *Seruitus realis mere discontinua quo tempore præscribatur.*
Quid in seruitutibus negatiuis?
De immemoriali præscriptione, & quod habeat vim tituli, seu priuilegij.

28 *In iuribus incorporalibus an requiratur acquisitio possessionis in fundo seruiente, vel sufficiat traditio.*

29 *De seruitute constituta in testamento.*

30 *De collectis impositis per dominos vassallis.*

31 *De vsufructu arrogati an quiratur arrogatori, & quid in monacho, an acquiratur monasterio.*

32 *De pinctis, & eorum vsufructu.*

33 *De vſufructu legato donec Titius ad. 25. annum peruenerit, an ea antea moriente ſoluatur, & alia plura.*

34 *An per profeſſionem filij vſusfructus aduentitiorum pertineat monaſterio.*

Et ibi de patre vel alio fructuario profitente in Religione capaci vel incapaci ſuccedendi.

35 *Vſusfructus an ſit pars dominij.*

DE materia ſeruitutum agunt latiſsimè præter ordinarios, Cepolla *in ſpeciali tractatu de ſeruitutibus*, Petrus Gregorius *in ſintagmate li. 4. quaſi per totum*, Cardinalis Tuſchus *lit. S. concluſione* 221. *& ſequentibus vſq; ad* 233. Duarenus Cujacius & reliqui *ad titulum. ff. de ſeruitutibus* Zaſius *in §. æque ſi agat* inſtituta *de actionibus* Conanus *lib. 4. commentariorum cap. 7. & ſequentibus* optimè Meneſius *in rubrica, & per totum titulum Cod. de ſeruitutibus & aqua*, Molina *de iuſtitia tomo 1. tractatu 2. diſputatione* 11. *per totam, & & diſputatione 70.* vbi de earum præſcriptione, Charondas *lib. 1. veroſimil cap. 5.* Couanus *lib. 1. variarum cap. 14.* Parladorus *lib. 1. rerum quotidianarum cap. 1. §. 8.* vbi de earum *præſcriptione, de qua etiam* Couarrubias *in regula poſſeſſor. 2. parte in principio*, Morla *in emporio hoc titulo*, vbi late, Pichardus inſtituta *de ſeruitutibus, & in materia de indiuiduis quam ponit in §. finium* inſtituta *de officio iudicis cap. 11.* & latiſsimè Caſtillo *in tractatu de vſufructu per totum* Felicianus *de cenſibus lib. 3. cap. 4. num. 12. & ſequentibus* vbi etiam de præſcriptione ſeruitutum, Antonius Trigona *ſingulari 109.* Menochius *de retinenda remedio 6. num. 125. & ſequentibus*, Oſſual. dus ad Donellum *lib. 10.* iterum Parladorus *differentia 79. 81. & 83.* Cancerius *variarum 3. parte cap. 4. per totum* & plurimos referens Barboſa *in collectanea ad titulum Cod. de ſeruitutibus, & Cod. de vſufructu* Thomas Sanchez *in ſumma lib. 7. cap. 13. per totum.*

Ad numerum 1. ibi: *Dico quod tres ſunt ſpecies pricipales ſeruitutum, &c.*

Et ibi: *Poſſet tamen proprie verificari, &c.*

Triplicem eſſe ſeruitutem perſonalem ſcilicet, & realem, & mixtam: Et perſonalem poſſe eſſe, & vocari, quando dominus ſerui conceſſerit alteri aliquas operas in eo, mixtam verò apellari quæ debeatur a re perſonæ in vſu ſcilicet, & vſufructu & habitatione, vt hic reſoluitur, tenuerunt aliqui, vt videri poteſt per Cæpoll. *in tractatu de ſeruitutibus cap. 1. & per* Tuſchum *lit. S. concluſione* 223, & per Molinam *de iuſtitia tomo 1. tractatu 2. diſputatione 11. num. 10.* & per dominum Ioannem del Caſtillo, *in tractatu de vſufructu cap. 28. num. 2.* Vera tamen & tenenda ſententia eſt vſumfructum non mixtam ſed perſonalem ſeruitutem eſſe, vt docent Conanus *lib. 4. commentariorum cap. 1. num. 1. & capite 7. num. etiam 1.* & Pichardus *in rubrica* inſtituta *de ſeruitutibus num. 4.* D. Larrea *alle-gatione fiſcali 120. num. 4.* Barboſa *in*

l.8.ff solutomatrimonio 2.parte num. 38. *& in l. quia tale nu.16. &* 18. Morla *in emporio tit.6. quæstione 1. per totam* vbi late disputat. & explicat, D. Ioannes del Castillo *dicto cap.28. ex num.2.* qui omnes duplicem seruitutem enumerãt, realem scilicet,& personalem vt per eos videri potest, quã uis aliam, & latiorem diuisionem faciat Petrus Gregorius *in sintagmate lib.4 cap.1.& 2.* vide etiam Thomã Sanchez *in summa lib.7.cap.13.num.* 3. & 4. & Laram *de anniuers. lib.1.ca. 2. ex num.* 8. vbi an seruitus realis constituatur ex eo quod aliquis promiserit nõ aperire fenestram in pariete.

3 Ad numer. 2. ibi: *Quidam est vsus fructus causalis, &c.*

Vsumfructum causalem appellari vtilitatem quam quis in sua propriare habet,& nõ esse necedici seruitutem, vt resoluit Gomezius, docent Peralta *in l. Lucio. ff. de legatis, 2. nu.* 4. Gratianus *disceptationum cap.216 num.6. & cap.519. num.* 28. Pinelus *in l.1. Cod. de bonis maternis 2. parte num.9. &* 10. Padilla *in rubrica Cod. de seruitutibus num.7.* Cujacius *in l. qui vsumfructum ff de verborum obligationibus* Castillo *in l.* 48. *Tauri* verficulo *quod ad secundum*, Molina *de iustitia tomo 1. tractatu 2. disputatione 7. num.9.*, Morla *in emporio tit. 6. quæstione 1. num.7.* Tuschus *lit. V. conclusione 301.* Thomas Sanchez *in summa lib.7. cap.13. num.2.* & alij fere infiniti in vnum congesti per dominum Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 1. num.* 16. quos ipse sequitur, respondens argumentis recentiorum, qui contrarium docuerunt, prout etiam docuit Pichardus institutã *de vsufructu in principio num.11* vbi asserit falsam, & commentitiam esse prædictam communẽ sententiam distinguentem vsumfructum causalem,& formalẽ, eum vide & Offuald. ad Donel. *lib.10.c.2. &* 4. & Parladorum *n.* sequenti relatum.

Ad numerum 3. ibi: *quidam est vsus* 4 *fructus formalis, &c.*

Definitionem vsusfructus formalis hic traditam a nostro Gomezio& qualis sit is vsusfructus diuersus à causali cõprobant Cæpola *de fruit. vrban. c.4.* Conanus *li.4. comment. c.1.* Pinel. *in l.1. Cod. de bonis mater. 2. par. n.9. & 3. par. ex n.1.* Parl. *li.1. quotidian. c. 4. n.9. & different.29.* qui agunt de diuersitate vsusfructus causalis, & formalis, & explicatione vtriusq; circa definitionẽ autẽ vsusfructus formalis videre poteris Cujacium *in paratitlis ad librum 3. Codic. tit. de vsufructu*, Duarenum *ad titulum. ff. de seruitutibus in principio* Tuschum *lit. V. conclusione 301.* Petrum Gregorium *in sintagmate lib.4. cap.3. num.* 2. Antonium Gabrielem *in suis communibus tit. de vsufructu conclusione* 1. Morlam *in emporio tit 6. quæstione 1. nu 6.* Pichardum in principio institutæ *de vsufructu num 2.* Molinam *de iustitia tomo 1. tractatu 2. disputatione 7. num.* 1. & latissimè eam explicantem *D.* Ioannem del Castillo *de vsufructu cap.4 per totum* vbi fere infinitos refert. *Et in cap.5.* & Offuald. dum supra.

Ibi: *Idem etiam constituitur in rebus mobilibus quæ vsu cõsumũtur, &c.*

Vsumfructum constitui posse in rebus quæ vsu consumuntur facta earum æstimatione, & præstita cautione de ea restituenda finito vsufructu vt hic resoluitur, docent, & explicãt Petrus Gregorius *in sintagmate lib.4 cap.3. n.12.* Andræas Gail. *lib.2. obseruatio.46. n.3.* Conan. *li.4. comment. c.4.* Pinel. *in l.1. Cod. de bonis mater. 2. part. n.78.* Tusch. *lit. V. concluf. 304. ex n.34.* Molina *de iustitia tom.1. tractatu 2. disputatione 7. num.* 10. Pichard. *in §. constituitur* institutæ *de vsufructu* Fachinæus *controuersiarũ*

lib.

lib.8. cap.41. Castillo *in tractatu de vsufructu cap.14.* & alij penes ipsos & Barbosa *in collectanea l.4. Cod. de vsufructu, & habitatione num.6.*

Hæc autem cautio præstari debet, vel de restituendo res eiusdem qualitatis in genere suo, vel earum æstimationem arbitrio ipsius vsufructuarij, iuxta communem resolutionem traditam a Fachinæo *lib. 8. controuersiarum cap.41.* & a D. Ioanne del Castillo. *dicto tractatu de vsufructu, cap.17. ex num 11.* quam ipse ibi impugnat, *& num.18. & 19.* declarat posse procedere ex voluntate, & consensu restituere debentis, & recipientis, vel quando ipsemet fructuarius simpliciter promisit æstimationem restituere, tunc enim promissio seruãda est verum enim vero certa resolutio in hoc sumenda mihi videtur esse cum Parisio, Caualcano, Rolando, & ipsomet Castillo, quos refert, & sequitur Barbosa *in collect. ad l.4. Cod. de vsufructu n.6.* nempe quod si prædictæ res vsu cõsumptiles fuerint æstimatæ, cautio de eadem æstimatione restituenda debet esse, vt etiã docuit Gratianus *in regula 279. n.6.* si vero dictæ res æstimatæ nõ fuerint, fructuarius tenebitur præstare cautionem de alijs rebus eiusdem qualitatis, & bonitatis in eodem genere restituendis: vide Cancerium *variar.3. parte. cap.20 ex num.211. late.*

Magna autẽ est concertatio, quid dicendum sit, si vsusfructus relinquatur in rebus, quæ non penitus consumuntur vsu, sed aliquatenus minuuntur, vt sunt vasa aurea vel argentea & vestes pretiosæ, in quo post longã disputationem ipsemet Castillo, *dicto cap.17. num.30.* docet earum estimationem faciendam, & restituendã finito vsufructu, reiecta opinione eorum qui dixerunt, easdem res esse restituendas in statu, in quo tunc temporis reperiuntur, licet contrarium teneat Fachinæus *lib.8. controuersiarum cap.41.* videomnino Cancerium *variarum 3. parte cap.20. ex num.211.* late explicantem.

Ex quo infert ipse Castillo *dicto cap.17. nu.32.* dominium ipsarum rerum, quæ aliqualiter vsu minuuntur infructuarium transire, posseq; de eis disponere cum sit obligatus æstimationẽ restituere vt dictum manet.

Ibi: *Et adde quod prædicta satisdatio, &c.*

Quando vsusfructus constituitur per contractum inter viuos, quod prædicta satisdatio possit remitti, secus si in vltima voluntate, docent Menchaca *de successionum creatione, li. 1.§.7. num.34.* Pinelus *in l.1. Cod. de bonis maternis parte 2. num.75.* Surdus *de alimentis tit.9. quæstione 26. num.23.* Gutierrez *in l. nemo potest. ff. de legatis 1. num.287.* Castillo *de vsufructu cap.15. num.14. & 15.* quod etiã procedit in vsufructu rerum quæ vsu consumuntur, Fachinæus *lib.8. cap. 42.* & Barbosa *in collectanea l.1. Cod. de vsufructu num.5. & in cap. vltimo de pignoribus.*

Ibi: *Item adde, &c.*

Iuratoriam cautionem sufficere, si fructuarius sit pauper vel forensis vt hic resoluitur, docent Pinelus *in l.1. Cod. de bonis maternis 2. parte num.79.* Gutierrez *in l. nemo potest. num.300.* Cauallinus *millequio 526. parte 2.* & alij relati a Fichardo *in cõmunibus* verbo: *Vsufructuarius* Barbosa *in l. diuortio. §. interdum num. 28. ff. soluto matrimonio* Zeuallos *quæstione 408. num.5.* & alij ab eis relati, à quibus non multum (videri meo) recedit Castill. *in dict. tract. de vsufructu. 18.* vbi post quam quatuor opiniones retulit in hac quæstione, tandem *in n. fin.* totum hoc iudicis arbitrio relinquit, quod (nisi fallor) optimè operabitur, si cũ opinione nostri Gomez, iuratoriã cautionẽ admittat, si fructuarius

rius sit frugi probatæ, & honestæ vitæ secus si suspectæ, & improbatæ, vt ipse ait, vide notata supra *cap.* 13. *in fine*, & Nouissimè Salgadum *in labirintho*, 1. *parte cap. finali num.* 153. vbi quod verior, & æquior opinio est bona debere dari in depositum proprietario seu alteri, vt ea administret & tribuat fructus vsufructuario: vide etiam Cancerium 3. *parte cap.* 20. *ex num.* 218. & Barbosam *in collectanea l.* 4. *Cod. de vsufructu num.* 8. *vbi num.* 7. quid in donante retento vsufructu

5 Ad numerum 4. ibi: *Item talis vsus fructus, &c.*

Et vni, & pluribus cõcedi posse vsũ fructũ, qui diuidet eum regionibus, vel locabunt alicui tertio, modo explicato per nostrum Gomezium, docẽt cõmuniter Doctores, cum vsusfructus (vt iam dictum manet in capite de indiuidujs) omni respectu sit diuiduus, maximè quatenus factum, & actualem fructuum perceptionẽ respicit, vt ait Corras. *in l. vlt. ff. de seruitutibus n.* 15. Petrus Ricciardus *in rubrica instit. de vsufruct. n.* 147. Conanus *li.* 4. *commẽtar. c.* 5. *n.* 11. Garc. *de expens. c.* 10. *n.* 9. Pichar. *instit. de vsu, & habitatione in princ. n.* 4. & cõ probatur ex adductis a Cujacio *recitationum solemn. in libros digest. in l. proparte ff. de seruitut. & l.* 2. *ff. de seruitute legata*, Zasius *in l. stipulationũ diuiduntur n.* 8. *ff. de verb. obligation.* Parladorus *li.* 1. *quotidian. c.* 6. §. 1. *n.* 4. *&* 5. Sanc. *in sum. li.* 7. *c.* 13. *n.* 5. vbi quod in hoc casu est locus iuri accrescendi.

6 Ad n. 5. ibi: *Itẽ adde quod si test. &c.* Et ibi sed sustinẽdo prædicta iura &c

Quod si testator relinquat alicui talẽ fundum, & alteri vsumfructum eius, ambo cõcurrãt in vsufructu, secus si legatum fuerit generale omnium bonorum relicto alteri vsufructu talis rei, vel è cõtra, tunc enim nõ cõcurrent in vsufructu, resoluit Gomezius hic, & docẽt late comprobãtes Couarrub. *variar. li.* 2. *c.* 2. *n.* 7. qui a Gomezio dissentit in secundã parte resolutionis Villalobos *in suis communibus* verbo: *vsusfructus*, vbi Quid si alteri relinquatur vsufructus omnium bonorum, & alteri certus fundus, Gratianus *disceptationum cap.* 350. *ex num.* 13. & quasi per totum Gracia *de expensis, & meliorationib. cap.* 10. *num.* 19. *&* 20. Menochius *de præsumptionibus lib.* 4. *præsumpt.* 140. *n.* 33. Pichard. *in* §. 1. *instituta de vsufructu, n.* 2. *& sequent.* vbi ait quod ad hoc vt vsufructuarius consequatur integrum vsumfructum in prædicta specie, necesse est vt fundus legetur deducto vsufructu, Mantica *de coniecturis vltimar. voluntat. li.* 9. *ti.* 6. *ex n.* 22. & alij plures relati a Menochio *dicta præsumptione* 140. Barbosa *in l. maritum. ff. soluto matrimonio num.* 21. *& seq.* qui in parte dissentit a nostro Gomezio, & alij plures in vnum congesti per D. Ioannem del Castillo *in tractatu de vsufructu cap.* 47. *num.* 1. *&* 3. *& per totum*, vbi distinguit octo casus circa propositam quæstionem, quando scilicet concurrere debeant in vsufructu, legatarius proprietatis, & legatarius vsusfructus, siue relinquatur vnus fundus, siue vniuersaliter omnia bona, eum omnino videas, quia diligentissimè materiam per tractat plures Doctores pro qualibet opinione referens & post eum Cancerius *variarum* 3. *parte cap.* 20. *ex num.* 14.

Ad numer. 6. ibi: *Item adde quod vsufructuarius, &c.* 7

Quod vsufructuarius teneatur facere omnia, quæ concernunt vtilitatem rei, vt hic resoluitur, docent Ioannes Garcia *in tractatu de expensis cap.* 11. *in principio* Molina *de primogenijs lib* 1. *cap.* 22. *num.* 3. Caualcanus *de vsufructu mulieri relicto num.* 156. Spino *in speculo testa-*

testamentorum glossa 13. *principali num.* 80. Menochius *consil.* 66. *lib.* 1. *num.* 30. Pinellus *in l.* 1. 2. *parte Cod. de bonis maternis num.* 16. Molina *de iustitia tomo* 1. *tractatu* 2. *disputatione* 7. *num.* 16. Offualdus *lib.* 10. *cap.* 13 *lit. B.* & plurimos referens Pichardus *in* §. *summa autem* instituta *de interdictis, ex num.* 278. vbi quod vsufructuarius potest nuntiare nouum opus nomine domini proprietatis, *& num.* 279. addit quod hodie iure Hispano *ex l.* 4. *tit.* 31. *partita* 3. vsufructuarius nuntiare poterit nouum opus nomine proprio, Castillo *intractatu de vsufructu cap.* 20. *per totum* vbi latissime disputat, & probat fructuarium nomine proprietarij, teneri facere omnia quæ diligentissimus paterfamilias facere solet, *& num.* 10 docet quod ad consequendum vsum fructum recte agere potest aduersus quemcumq; tanquam procurator in rem suam absq; mandato alterius, & similiter *num.* 11. resoluit quod in his quæ respiciunt vsum fructum dicitur procurator in rem suam, & proprio nomine absq; mandato heredis vel proprietarij libere agere potest, & tãdem *n.* 12. probat quod respectu proprietatis aut ipsius rei fructuariæ fructuarius non dicetur propriè procurator in rem suam siue procurator generalis, seu generale mandatum habens, sed quo ad quædam certa & determinata scilicet, quæ respiciunt custodiam, defensionem, & administrationem aut conseruationem rei fructuariæ, & iurium eius, nam hæc illi tacitè mãdata videtur, quorũ respectu tacitũ mãdatũ dicitur habere a proprietario, & absq; mãdato illius agere potest, *& num.* 15. aduertit ipse Castil. quod si nõ denũtiauerit, cum potuerit, proprietario ignoranti, periculũ rei, veluti ruinæ, inundationis vel aliud simile, pertinẽs ad impensas proprietarij, & damnũ sequutum fuerit, tenebitur; in quibus omnibus ipse fructuarius tenebitur nõ solũ de lata, & leui culpa, sed etiã de leuissima, *eũ vide* per totũ caput, *& c.* 21. *&* 22. *& seq.* vbi late agit de culpis, & omissionibus quas solẽt committere fructuarij & eorum pænis.

Ad numer. 7. ibi: *Item adde quod si vsusfructus, &c.* §

Partus pecorum ad fructuarium pertinere, dummodo ex eis suppleãtur ea quæ perierunt, ita vt capita principalia sint sẽper salua, si gregis vsusfructus fuerit relictus, secus si relinquatur vsusfructus singulorum capitum, tunc enim suppleri nõ debẽt; resoluit Comez. & cõprobãt Cauale. *de vsufruct. mulieri relict. n.* 84. Craf. *in* §. *legatũ q.* 30. *n. fin.* Simõ de prætis *de interp. vltimar. volunt. li.* 4. *solut.* 5. *dubit.* 10. *n.* 43. Conan. *commentar. iuris li.* 4. *c.* 2. *n.* 5. Molin. *de iustit. to.* 1. *tractatu* 2. *disput.* 7. *n.* 3. *& sequene.* Corras. *li.* 5. *miscel. c.* 8. *n.* 4. Pichard *in* §. *sed si gregis* instit. *de rerũ diuisione* vbi docet quod si non sint fœtus pecorum, exquibus fiat dicta subrogatio, tenetur aliunde emere si culpa vsufructuarij perierint capita principalia gregis D. Ioannes del Castil. *in tractatu de vsufruct. c.* 27. *per tot.* vbi bene explicat, *& n.* 11. asserit quod si aliqua animalia seu capita gregis sint perempta vel effecta inutilia quamuis sine culpa fructuarij; verumtamen ipse fructuarius subrrogare tenetur alia in eorum locum de ipsis fœtibus natis durante vsufructu, post quam autem subrrogata sunt, in continenti efficiuntur proprietarij, & eius periculo pereunt, vt etiam ait Molina, *supra num.* 5. si autem aliqua capita fuerint perempta vel inutilia effecta absq; culpa vsufructuarij et si non sint fœtus, exquibus, fiat substitutio, non debet aliunde emere vt substituat, sed tantum

reſtituere gregem, pro vt reperitur, tempore vſusfructus finiti. Et quod partus ancillæ non pertineat fructuario Amaya *lib.* 3. *obſeruationum cap.* 1. *num.* 2.

Quomodo autem intelligatur finitus vſusfructus gregis, in quæſtione eſt, & communiter tenent Doctores quod ſi non fuerint decem oues, grex non intelligitur, ſed ipſe Caſtillo ſupra *num. finali* cum Conano vbi ſupra arbitratur, totum hoc ex regionis conſuetudine, & viribus patrimonij teſtatoris eſſe iudicandum, vnde ſi pauper homo, qui decem, quindecim vel viginti ouium dominus eſt, earum vſumfructum leget, etiam in tribus aut quatuor ouibus gregem conſeruari iudicandum eſt,

Ibi: *Itẽ adde quod talis fructuarius teneatur ad impenſas, &c.*

Quod vſufructuarius teneatur ad impẽſas, & ſumptus modicos, nõ vero ad magnos qui concernunt perpetuam vtilitatem rei, vt hic reſoluitur docent Pinelus *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis* 2 *parte num.* 72. Garcia *de expenſis, & meliorationibus cap.* 11. *num.* 26. Surdus *in tractatu de alimentis tit.* 6. *quæſtione* 3. *num.* 73. *& ſequẽtibus* Gregorius Lopez *in l.* 22. *tit.* 31. *partita* 3. Molina *de primogenijs lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 11. Barboſa *in l.* 8. §. *finali ff. ſoluto matrimonio num.* 44. Gratianus *diſceptation. cap.* 128. *nu.* 4. *& cap.* 294. *num.* 19. 30. *& ſeq & nu.* 6, vbi de debito ex causa alimentorum Sarmiento *lib.* 3. *ſelectarum c.* 4. *n.* 4. Petrus Gregorius *in ſintagm. lib.* 4. *cap.* 3 *num.* 20. & alij quam plurimi in vnum congeſti a Barboſa *in collectanea l. cum ad quem eod. de vſufructu & habitatione num.* 2. vbi *num.* 6. probat ex multis quod onera quæ ratione poſſeſſionis vel fructuum ſoluuntur, etiam ſi modica non ſint, ad vſufructuariũ pertinent, veluti collecta, gabellæ, pẽſiones, canones, tributa & aliæ præſtationes tẽporales, ex Garcia. & Molina ſupra, & altero Molina *de iuſtitia dicta diſputatione* 7. *n.* 18. & Caſtillo *de vſ. fructu, c.* 56. *nu.* 14. & alijs, de quo videndus omnino eſt D. Ioannes del Caſtillo *dicto tractatu de vſufructu, cap.* 55. vbi de expenſis quę circa lites fiunt latiſsimè agit, *& cap.* 56. vbi de expenſis in ædificando vel reficiendo faciendis, & de expenſis gratia colligendorum fructuum, vel ad perpetuam rei vtilitatem differit, *& num.* 8. conſtituit impenſam etiam magnã gratia colligendorum fructuum factam ad fructuarium pertinere, *& ca.* 57. agit an fructuarius impenſam magnam facere teneatur, & poſtea a proprietario repetere? & an debeat antea denuntiare domino quã expẽdat? *& c.* 58. an onus legatorum ſoluendorum ad heredem an ad fructuarium pertineant?

Item quid dicendũ de onere cẽſuũ rei impoſito videndus eſt ipſe Caſtil. *in dicto c.* 56 *n* 15. & Scob. *de variet. li.* 1 *c.* 30. *n.* 16. & Zeual *quæſtio.* 747.

Ad numerum 8. ibi: *Et reſolutiue dico, &c.* 9

Fructuarium teneri ad debita proprietarij antea contracta ſoluenda, ſi vſusfructus in vltima voluntate fuerit relictus, ſecus ſi per contractũ inter viuos, reſoluit Gomezius in præſenti, vt vides ſed maxima declaratione in diget hæc reſolutio ad quam videndi ſunt Craſſus *in* §. *legatum quæſtione* 35. *per totam* & Couarrubias *lib.* 2. *variarum reſolutionum, cap.* 2. *per totum*, & optimè declarans Menochius *lib.* 4. *præſumptione* 143. *per totam* Cardinalis Tuſchus *lit. V. concluſione* 321. vide etiam Gratianum *diſceptationum cap.* 62. *n.* 33. *& cap.* 350. *n.* 20 *& c.* 294. *ex n* 2. *& c.* 350. *n.* 20. *& c.* 518. vbi de vſufructuario omniũ bonorũ *& c.* 585. *n.* 21. vbi an agat abſq; ceſſione

ne hæredis, & late & optimè Castil. *tract. de vsufruct. c. 59.* vbi ex pluribus docet quod si vsusfructus in certis rebus relinquatur, vsusfructuarius non tenetur ad debita soluenda vt probat Couarrubias supra *nu. 1.* Garcia *de expensis, cap. 11. num. 61.* Menochius supra *num. 5.* Parladorus *quotidianarum, lib. 2. parte 4. capit. finali, §. 2. nu. 6. & nu. 2.* ampliat ipse Castillo etiam si testator legauerit vsumfructum bonorum mobilium, & immobilium, vel partis eorum, adhuc enim vsufructuarius iste censetur legatarius rei particularis, & nõ tenetur soluere æs alienum, quod etiam procedit in vsufructuario tertiæ, vel quartæ partis bonorum, hic enim ad æs alienum non tenetur cum bona dicantur deducto ære alieno, quod secus erit in vsufructuario tertiæ, vel quartæ partis hæreditatis qui tenetur ad debitorum solutionem pro ea parte, *& num. 19.* docet idem author vsufructuarium omnium bonorum conueniri non posse à creditoribus, sed hæredem conueniendum esse, ita tamen quod ex rebus ipsis hæreditarijs satisfaciat ipsis creditoribus, & ita in eis minuatur vsusfructus, vide eundem Castillo, omnino post Menochium, & Couarrubiam supra relatos, qui *num. 27.* add i quod sicut fructuarius omnium bonorum conueniri non potest à creditoribus hæreditarijs, ita etiam non poterit ipse debitores hæreditarios conuenire, sed hoc ad hæredem pertinere, eum vide ibi, *& in cap. 8.* & nouissimè Salgadum *in labirintho, 1. parte, cap. 2. §. vnico*, vbi quod relicto vsufructu omniũ bonorum vni, & alio instituto hærede vniuersali, non est dandus curator bonis sed contra hæredem debent agere creditores eum vide, vbi etiam late docet vsumfructuarium omniũ bonorum esse hæredem, & institutum post eius mortem esse fideicommissarium.

Ad num. 9. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 10

Proprietarium posse vendere proprietatem sine consensu fructuarij, præter quam si sit filius qui non potest alienare proprietatem in bonis in quibus patri competit vsusfructus, resoluit Gomezius, & comprobant late Pinelus *in l. 1. Cod. de bonis maternis, 2. parte, n. 51.* Petrus Gregorius *in sintagmat. lib. 4. cap. 3. num 23.* vbi quod proprietarius potest proprietatem dare pignori, Surdus *in tractatu de alimentis tit. 9. quæst. 26 ex nu. 60* Molina *de iustitia, tom. 1. tractu 2. disputatione 7. numer. 19.* Caldas *in l. si curatorem, §. læsis, nu. 152.* vide Osualdum ad Donel. *libr. 9. cap. 5. lit. M. & lib. 10, cap. 11.* Castillo *de vsufructu, capit. 34. ex n. 8. vbi etiam num. 2.* cum multis probat proprietarium nihil facere posse circa res fructuarias aut proprietatem earum, quod in damnum fructuarij vergat, & consequenter, nec formam, vel speciem, aut vsum rei fructuariæ etiam in melius commutare, nec aliquomodo vtẽdi, & fruendi facultatẽ impedire, ita q; proprietariũ posse proprietatẽ hipothecare, & cõtra eũ locũ habere vsucapionẽ, seu præscriptionem, vt probat ipse Castillo *ibidem num. 8. vbi num. 10.* ait, tunc locum habere posse contrariam opinionem (quæ fuit Oldradi, Guillielm. de Cun. & Sforziæ Oddi) quando ex alienatione proprietatis damnum aliquod considerabile euenire posset vsufructuario arbitrio prudentis iudicis, tunc enim citra consensum eius non posset proprietarius alienare proprietatem, ex Tiraquello *de retractu conuentionali, §. 2. glossa vnica, num. 53. versicul. Nam licet*, vide etiam Gratianum *discep. cap. 47. ex n. 23. & capit. 654.*

Proprietarium non posse impone re seruitutem in re fructuaria, nec amittere quã antea habebat, docet Petrus Gregorius *in syntagmat. lib. 4. cap. 3. nu fin.* Cujacius *recitationum solen. in libros digestorum, in l. 3. ff de seruitutibus*, Corrasius *in eadem l. 3. n. 17. & 20.* vsufructuarius autem nec acquirere seruitutem potest cum non sit dominus, vt aduertit D. Ioann del Castillo *de tractatu de vsufructu, cap. 35. vbi ex nu* 8. late disputat de ratione, quare proprietatis dominus nec consentiente quidem fructuario seruitutem imponere possit, nisi per quam deterior conditio fructuarij non fiat (de quo etiam Amaya *in l. vnica, Cod. de vendit. iene rerum fiscal. nu.* 27.) eum vide ibidem, *& in cap.* 74. vbi etiam latè differit an si fructuarius velit locare bona in quibus vsumfructum habet, proprietarius sit præferendus, & è contra si proprietarius velit alienare proprietatem, vsufructuarius sit præferendus, & an retractus ratione cõmunionis in his casibus locum habere possit? vide etiam Gratianum *disceptationum, cap. 149. num. 6. & 21.*

11 Ad num. 10. ibi: *Et in tantum hoc est verum, &c.*

Etiam cum iuramento non valere alienationem factã à filio bonorum, in quibus pater habet vsumfructum, resoluit Gomezius hoc numero, & comprobari potest ex relatis supra numero præcedenti, & quia iuramentum non operatur in præiudicium tertij, ex text. *in cap. cum contingat de iure iurando, & cap. quamuis pactum de pactis in sexto*, & ex adductis à Thoma Sanchez *in summa libr. 3. cap. 9. num. 38. & 39.* vide Caldas Pereira *in l. si curatorem, §. lasis, num.* 89. & Gratianum *disceptation. cap.* 781. quem omnino videas.

12 Ad num. 11. ibi: *In quo articulo resolutiuè dico &c.*

Si filiusfamilias efficaciter obligetur quod executio possit fieri in castrensibus, vel quasi castrensibus & in aduentitijs quorum vsusfructus non pertinet patri, non autem in proprietate quando vsusfructus ad patrem pertinet, resoluit Comezius, vt vides: aduertendum tamen est, quod ex dictis contractibus filiorum pater tenetur, quatenus in peculio est, vt late explicant Petrus Gregorius *in syntagmate, lib. 19 cap* 15. & alij plures in vnum congesti à Pichardo *in § actiones autem* 10. instituta *de actionibus, maxime nu.* 77. *& sequentibus*, de quibus etiam videndi sunt Gregorius *in l. 4 & 6. tit* 1. *partita* 5. Caldas *in l. si curatorem, §. læsis, num.* 112. Iulius Clarus *in §. finali, quæstion.* 86. *&* 78. Bocrius *de cessione* 221. & alij plures relati à Valdesio *in additionibus ad Suarez in l. postremo indicatam in declaratione legis Regni*, versic. *Quæro an filius familias, num.* 1. Parladorus *quotidianarum, libr. 2. cap. fin. 5. parte*, §. 3. *n.* 34. vbi quid è contra, an in aduentitijs possit fieri executio pro debito patris in vsufructu? Gutierrez *de iuramento, confirmatorio. 1. parte. cap.* 5. *n.* 6. vide etiam Carleual *de iudicijs, tom. 2. disp. 20. nu.* 6. & vide infra *n.* 13. & Salgado *de protectione*, 4. *parte, cap.* 8. *ex nu*, 234.

Ibi: *Nouum tamen, & singulare dubium, &c.*

Cessione bonorum facta per filiũ quod potius debeat seruire patri quam creditoribus resoluit Gomezius, & ita tenent Gutierrez *de iuramento confirmatorio, 1. p. cap.* 18. *num.* 8. Azeuedus *in l. 6. titul. 16. lib. 5. Recopilation. n.* 5. Bolanus *in Curia Philippica*, 2. *parte*, §. *cession de bienes, num.* 14. Gomez Bayo *in praxi q.* 59. vbi quod è contra pater non debet tradi filio.

Quam

Quamuis filiusfamilias quo tempore erat sub patria potestate, conueniri poterat insolidum pro contractibus eodem tempore factis, præterquam in mutuo, & voto, vt resoluit Gomezius hoc loco, tamen postquã fuerit liberatus à patria potestate in quantum facere potest, conueniendus est, pro contractibus dicto tempore factis, *ex l. 2. Cod. quod cum eo, &c.* de quo videndus omnino est Stephanus Gratianus *disceptationum forensium, tom. 4. cap. 799. per totum*, vbi per viginti tres conclusiones materiam explicat plures referens.

Quando autem filiusfamilias possit existere in iudicio tanquam actor vel tanquam reus, videndi sunt, Vantius *de nullitatibus, tit. de nullitate ex inhabilitate, seu defectu mandati, ex nu. 19.* Offualdus ad Donel. *lib. 17 cap. 26. liter. I. & sequent.* Couarrubias *lib. 2. variarum, cap. 1. n. 2.* Nouellus *de dote, 6. parte, priuilegio 34.* Pichardus *in relectione ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 15. nu. 9.* Gregorius *in l. 2. & 7. tit. 2. partita 3. & l. 2. tit. 5 eadem partita*, Tusch. *lit. F. conclusione 363.* Menochius *de recuperanda, remedio 15. num. 298. & sequentibus*, Barbosa *in l. 2. §. quod si in partis, n. 19. & sequentibus, ff. soluto matrimonio, & in l. 3. ibidem. ex n. 6.* Castillo *de vsufructu, cap. 3. ex nu. 13.* vbi late, & nouissime plures referens Salgado *in labirintho, parte, 1. cap. 27. ex nu. 22.* vbi cum alijs docet quod pater in aduentitijs agit, & conuenitur absq; consensu filij, cui acta nocent, præter quam si in eis nõ habeat vsumfructum,

23 Ad nu. 12. ib: *Sed his non obstantibus ego teneor contrarium, &c.*

Propter delictum confiscatione dignum quod non confiscetur proprietas aduentitiorum in quibus pater habet vsumfructum, vt hic resoluitur, probant latissimè contra alios Cassaneus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 2. §. 2. in principio, num. 20.* Bernardus Diaz *in practica criminali, cap. 132. num. 6.* Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, libr. 2. tit. vl. de pœnis committentium in dei crimen, quæstione 11. num. 1.* Suarez *in l. post rem iudicatam, notabili 13. num. 5.* vbi Ualdesius late, Dueñas *in regula 275. limitatione 7.* Clarus *lib. 5. receptarum, quæstione 78. num. 12.* Bossius *in praxi, tit. de bonorum publicatione, numer. 71.* & plures referens Farinacius *in practica criminali, quæstione 24. num. 5.* quem etiam videas *n. 8.* vbi de aduentitijs in quibus pater non habet vsumfructum, Azeuedus *in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopil. n. 212.* & optimè fere infinitos referens Thomas Sanchez *in summa libr. 2. cap. 15. nu. 9.* postquam, *n. 8.* alios retulit contrariam opinionem tenentes, *vbi n. 10.* ampliat *in* tertia parte bonorum, de qua potest libere filius in præiudicium patris disponere in hoc Regno, *& num. 11.* explicat quid dicendum in crimine læsæ Maiestatis, *& numer 12.* iterum ampliat dictam resolutionem etiam si filius de consensu patris administret aduentitia, & etiam si compromisso facto inter patrem & filium, arbitri iudicent posse filium de eis bonis disponere, *& num. 13.* iterum ampliat quãuis pater solam spem habeat vsusfructus, vt si bona relicta fuerint filio reseruando vsumfructum alteri tertio, cum vsufructuario mortuo vsusfructus ad patrem venire debeat. Quæ resolutio procedit etiam si filius condemnatus habeat filios, vt docet ipse Thomas Sanchez *dicto capit. 15. num. 5.* quem omnino videas, & Carleualium *de iudicijs, tom. 2. disputatione 20. nu. 6.* & Salgadum *de protection. par. 4. cap. 8. num. 236.*

Ad

14 Ad num. 13. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Peculium castrense, vel quasi posse confiscari ob delictum filijfamilias, vt hic resoluitur, docuerũt Caldas *in l. si curatorem, verb. Lasis, num.* 112. Simancas *de catholicis institutionibus tit. 9. num.* 13. Azeuedus *l. 1. tit. 3. libr. 8. Recopilat. num.* 210. Cantera *in tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, cap. 1. num.* 40. & alij ab ipsis relati, & à Valdesio in additionibus ad Suarez *in l. postrem iudicatam, notabili* 13. *num.* 2. sed verior & probabilior mihi videtur contraria opinio, imo dictum peculium castrense, vel quasi non posse confiscari ob delictum filij, sed deferri tunc patri in solatium patriæ potestatis, etiam si tali filio familias superstes sit filius, adhuc enim patri defertur tale peculium, vt probant Boerius *decisione* 7 *nu. finali*, Lupus *in rubrica de donationibus inter virum & vxorem*, § 166. *nu.* 24. Bernardus Diaz *in practica canonica, cap.* 132. *n.* 6. Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *numer.* 7. Bolsius *in practica, tit. de bonorum publicatione, nu.* 71. Clarus *libr.* 5 *receptarum, quæstione* 78. *nu.* 13. Menochius *de recuperanda remedio* 9. *num.* 70. Dueñas *regul.* 275. *limitat.* 7. Mendez *in l. cum oportet, Codic. de bonis quæ liberis, num.* 84. Farinacius *in praxi quæstione* 24. *in tit. de delictis, & pœnis, num.* 11. & 13. & Fachinæus *libr.* 9 *controuersiarum, cap.* 94. & fere infinitos referens Pater Thomas Sanchez *in summa, libr.* 2. *cap.* 15. *nu.* 4. vbi ampliat contra Farinacium etiam in crimine læsæ Maiestatis, & *nu.* 5. etiam ampliat si filius condemnatus habeat filios, nam adhuc pater occupabit peculium castrense iure peculij, & etiam quasi castrense, quia viuens hæredem non habet, sed potius norrem, quo tempore iam pater id filij peculium acquisiuit, vide Costam *in l. qui duos*, §. *cum bella*, verb. *Patris, nu.* 11.

Ad num. 14. ibi: *Nõ confiscatur peculium profectitium, &c.*

Quod ob crimen filijfamilias nõ confiscetur peculium profectitium, vt docet Gomezius, tenent supra citati, num præcedenti, maximè Boerius *decisione* 7. *num final.* Lupus *in rubrica de donationibus inter*, §. 66. *num.* 24. Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 8. *nu.* 7. versicul. *Sic delinquente filio*, Bernardus Diaz *in practica, cap.* 132. *num.* 6. Dueñas *regul.* 275. *limitatione* 7. Menochius *de recuperanda remedio* 9. *nu.* 97. Caldas *in l. si curatorem, verb. Lasis, num.* 118. & 152. Clarus *dicta quæstione* 78. *n.* 11. Azeuedus *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopilationis, num.* 210. Farinacius *d. quæst.* 24 *n.* 3. & alij plures relati, & secutis à Thom. Sanch. *in summa libr.* 2. *dicto cap.* 15. *nu.* 17. *vbi num.* 18. ampliat etiam si filius haberet à patre facultatem donandi, seu dissipandi peculium, quia prædicta confiscatio ob delictum non comprehenditur in donandi, seu dissipandi facultate, sic Ioannes Lupus, Caldas, & Farinacius *in* locis supra relatis.

Addetamen quod si filiusfamilias iudex factus tutorem pupillo dedit, & non curauit satisdari rem pupilli saluam fore, hoc casu pater de peculio tenetur ex tex. *in l honores* 7. §. *is qui. ff. de decurionibus, l.* 1. §. *fin. ff. de magistratibus cõueniendis*, si verò in iis quæ ad Rempublicam principaliter pertinent *in* administratione muneris publici deficiat, vel culpam committat, tunc pater insolidum tenetur deficientibus bonis filij. *ex l.* 1. *Cod. de decurionibus. lib.* 10. vbi id late prosequitur, D. Franciscus de Amaya post Menochium *lib.* 2. *de arbitrar. casu* 345. *ex nu.* 8. Pichardum

De

Donel. & Cujacium ab eo relatos, & hoc casu si sciat, & non contradicat pater, pro consentiente habetur, vt ex Barbosa *in l. cum dotem, §. transgrediamur*, & alijs probauit, idem Amaya *vbi* supra *nu.* 5. quod totum optimè explicat D. Larrea *allegat. fiscali* 12. *quasi per totam*, omnino videndus.

Ibi: *Imo quod magis est licet pater committat delictum, &c.*

Etiam ob delictum ipsius patris confiscari non posse peculium profectitium, vt hic resoluitur, docent Couarrubias *lib* 2. *variarum, cap.* 8. *num.* 7. *versicul. Hinc apparet*, Suarez *in l. post rem iudicatam, notabili* 13 *num.* 6. *&* 9. Dueñas *in regul.* 275. *limitat.* 7. Clarus *libr.* 5. *receptarum, quæstione* 78. *num.* 14. Menochius *de recuperanda remedio* 9 *nu.* 73. Farinacius *in praxi, quæstione* 24. *num.* 26 & alij plurimi, quos refert, & sequitur Thomas Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 21. *vbi num.* 20. refert tenentes contrariam opinionem, & explicat text. *in l.* 3. § *sed vtrum* ad finem *ff. de minoribus, &* nu. 22. comprobat optimè doctrinam nostri Gomezij in elligentis dictam resolutionem indistincte, modo filiusfamilias ex delicto patris efficiatur sui iuris modo non, *&* num 23. ait, prædictam conclusionem procedere etiam in crimine læsæ Maiestatis, *&* nu. 24. concludit in hoc casu creditores patris præferendos esse filio in peculio profectitio, si ex cæteris bonis patris non possit eis solui, eum vide.

26 Ad nu. 15. ibi: *In quo articulo breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Fructuarium non posse vendere, vel donare vsumfructum nisi de voluntate proprietarij (quo casu nouus vsus fructus videtur constitutus) commoditatem vero, & perceptionem fructuum posse vendere, vel cedere, resoluit Gomezius, & late comprobant Cujacius *in §. finitur*, instituta *de vsufructu*, & ad Vlpianum *in fragmentis, tit.* 19. Menchaca *de successionum creatione libr.* 1. §. 7. *n.* 40. Parlador. *differentia* 29 *num.* 7. *&* 9. Matienzo *in l.* 13. *tit.* 11. *glossa* 3. *num.* 14. *lib* 5. *Recopilationis*, Monter à Cueua *decisionum Regni Aragonum, de cisione* 46. *ex num.* 9. Canerius 3. *parte variarum cap.* 7. *numer.* 47. & quos refert D. Larrea *allegatione fiscali* 120. *num.* 4. & alij plures in vnum congesti à Pinelo *in l.* 1. *Cod. de bonis maternis*, 3. *parte, num.* 38. qui omnes probant vsufructuarium non posse vsumfructum alienare: alij vero distinguunt ius vsusfructus non posse alienare, commoditatem posse (vt ait Gomezius) hi sunt plures congesti ab eodem Pinelo *dicto num.* 38. *versicul. Alij distinguũt*, nec non Oroscius *in l. si tibi decem §. pactum, nu.* 2. *ff. de pactis*, Quesada *diuersarum quæstionum, cap. final, n.* 16. Garcia *de expensis, cap.* 10 *ex nu.* 28. *vsq; ad* 45. Spino *in speculo, glossa* 13. *principali, nu.* 61. Barbosa *in l. vsufructu ff. soluto matrimonio, ex numer.* 1. & hanc tenet Monter à Cueua *dicta decisione* 46. Carleualius *de iudicijs, tom.* 2. *dispu.* 20. *nu.* 8. & alij fere infiniti penes ipsos (qui etiam docent, quod si fructuarius simpliciter alienat vsumfructum vel ius vsusfructus, in dubio intelligitur alienare commoditatem tantum, licet dicat se vendere vsumfructum, vel ius vsusfructus, vt potius actus valeat, & pœna amissionis euitetur, quod locum habere non posse aiunt, si vsufructuarius dicat quod vẽdit vniuersum ius vsusfructus quod habet, vel totum ius vsusfructus, vel quidquid iuris habet, quia tunc sumus in claris, & non datur locus coniecturis) Richardus *in §. finitur*, instituta *de vsufructu, num.* 14. Barbosa *in collectanea, l.* 9. *Cod. de vsufructu*, & fere in fini

finitos referens Thomas Sanchez *in summa, lib. 7. cap. 13. num. 14. & seq.* vbi bene explicat, *& nu. 22.* probat *ex l. 24. tit. 31. part. 3.* amitti in hoc casu vsumfructum, *vide* etiam nouissimè post hæc Scripta Salgadum *in labirintho, 1. parte, cap. 43. ex num. 25* vbi idem tenet, post Larream *decis. Granaten. 10. nu. 3.* sed contrariam sententiam imo vsumfructum, seu ius vsusfructus alienari, vendiq; posse, probat cum multis quæstionem hanc explicans D. Ioannes del Castillo *in tractatu de vsufructu, cap. 69. per totum, vbi nu. 17.* docet quod vendito, seu alienato vsufructu nihilominus persona fructuarij alienantis inspicitur, cuius vita ius alienatum restringitur, vt non amplius existat penes eum in quem fructuarius alienauit, quam existeret penes ipsum alienantem, nec nouus vsusfructus intelligatur constitutus, tantum enim venditur idem ius quod fructuario competebat pro vita eiusdem limitatum, *& num. 19.* ait, vsufruarium non posse cedere vsumfructum personæ extraneæ, quamuis possit illum vendere, vt dictum est, vel alio modo concedere, quia cessio importat abdicationem omnimodam, quæ in prædicto casu locum habere non potest, cum vsusfructus sit seruitus personalis, quæ personæ ipsi cohæret, si autem cessio de facto fuerit concessa, inutilis erit, nec propter eam pœnam amissionis incurret fructuarius, ex pluribus, quos optimè confutat ipse Castillo *num. 21.* eum vide ibi *& cap. 70.* vbi de hipotheca vsusfructus, & Ualdesium ad Suarez *in l. postrem*, versicul. *Potest etiam addi*, & Morlam *in emporio tit. 6. de seruitutibus, quæstione 1. ex num. 14.*

Item quod vsusfructus possit locari probat cum multis Thomas Sanchez *dicto cap. 13. num. 16.* vbi quod non potest hipothecari, de quo etiã Salgado supra.

Ad nu. 16. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 17

Ob delictum fructuarij posse confiscari commoditatem, seu perceptionem fructuum non autem ipsum ius vsusfructus cum sit inalienabile, resoluit Comezius, & tenent Castaneus *in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 2. §. 2. in principio, n. 17.* Simancas *de catholicis institutionibus, tit. 9. num. 19.* Garcia *expensis, cap. 10. num. 47.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 5. tit. 1. num. 73. & 116.* Surdus *de alimentis, tit. 8. priuilegio 59. num. 22. & 23.* Farinacius *in praxi, quæst. 25. n. 149.* Molina *de iustitia, tomo 1. disputatione 9.* versicul. *Ex dicti, facilius, &c.* & plurimos referens Thomas Sanchez *in summa, libr. 2. cap. 16. num. 4. vbi nume. 5.* ait, quod si fructuario expresse interdicta fuerit vsusfructus alienatio, distinguendum erit, nam si prohibitio facta fuerit in fauorem aliorum, non confiscabitur vsusfructus, secus si in ipsius delinquentis fauorem, *& num. 7. & 8.* alias limitationes, & declarationes adducit, *& num. 9. & sequentibus* late disputat an ob crimen patris possit confiscari vsusfructus quem habet in aduentitijs filij in quo Farinacius *in praxi, quæstione 24. num. 33.* distiguit, quod si delictum patris est tale, quod inducat maximam, vel mediam capitis diminutionem, & sic soluatur patria potestas, tunc vsusfructus cõsolidatur cum proprietate filij, si vero delictum non est tale vsusfructus commoditas ad fiscũ durãte vita patris pertinebit, quod etiam probauit Fachinæus *lib. 9. controuersiarum, capit. 50.* quod intelligendum est iuxta ea, quæ numero præcedenti sunt dicta, *vide* etiam Valdesium supra.

Ad n. 17. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* 18

Quod

Quod morte fructuarij finiatur vſus fructus, vt hic reſoluitur, decent late explicantes Conanus *commentariorum iuris ciuilis, lib. 4. cap. 6. num. 1.* Valaſcus *conſultatione 66. num. 23.* Menochius *conſilio 201. num. 26. lib. 3.* vbi oſtendit naturæ vſusfructus repugnare quod morte fructuarij non finiatur, Petrus Gregorius *in ſintagmate lib. 4. cap. 5. num. 7.* Gregorius Lopez *in l. 24. tit. 31. partita 3.* Molina *de iuſtitia tractatu 2. diſputatione 9 num 1.* late Thomas Sanch. *in ſumma tomo 2. lib. 7. cap. 13.* vbi etiam de amiſsione vſusfructus per profeſsionem, Gratianus diſceptationum *cap. 138. & cap. 203. num. 29.* vbi quod ſi ipſa resempta ab vſufructuario retrahatur, vſusfructus reuiuiſcit, item Pichardus *in relectione l. Gallus in principio cap 7. ex num. 91.* vbi de maioratu an per profeſsionem tranſeat in ſucceſſorem? Oſſuald. ad Doncl. *lib. 10. cap. 8. lit. G.* Narbona *de ætate anno 25. quæſt 76. num. 3. & 4. & quæſtione 78.* vbi quod vſusfructus aduentitiorum non pertinet filio, ex eo quod perueniat ad 25 *annum.* poſt Azeuedum *in l. 9. tit. 1. lib. 5. Recop.* Pichar. *in § finitur inſtituta de vſufructu*, & plurimos ſuo more referens D. Ioannes del Caſtillo *in tractatu de vſufructu cap. 61.* Per totum, Brito *de locato & conducto in rubrica 1 parte* §. 1. *nu. 39.* quem omnino videas, vbi *nu. 7.* probat ipſe Caſtillo quod morte vſufructuarij finitur naturalis poſſeſsio quæ apud eum erat, & ciuilis proprietarij ad ſe trahit illam, *& num. 13.* rationes tradit, quare vſusfructus morte fructuarij finiatur, non vero morte proprietarij, *& num. 15.* probat, inutiliter legari vſumfructum cum morietur legatarius, *& num 19.* & ſequentibus agit de vſufructu relicto ciuitati, Reipublicæ, aut Eccleſiæ, & alijs, & quod tantũ duret centum annis, & in quo differat hoc legatum a legato annuo perpetuo vel ſimpliciter relicto, *& n. 21.* de vſufructu fiſco relicto *& in capitibus ſequentib.* late agit de alijs modis quibus vſusfructus amittitur. *& capite 64.* an per ingreſſum Religionis profeſsione ſequta, quod etiã profequitur *in c. 65.* Barboſa *in collect. auth. ingreſſi Cod. de ſacroſ. Eccleſ num. 41.* vbi quod vſusfructus nõ finitur per profeſsionẽ, ſed in Monaſteriũ tranſit, & quid dicẽdũ in vſufructu aduẽtitiorũ patre vel filio profitente in Religione (de quo Sanchez ſupra) *& in l. 16. Cod. de vſufructu* vbi etiã modos enumerat ipſe Barboſa quibus vſusfructus finitur, & an ſi vſusfructus pluribus relinquitur, mortuo vno an illius pars ſocio accreſcat? de quo dictũ manet *ſupra tomo 1. c. 10 de iure accreſc. in additione ad num.* 41. iterũ ipſe Barb. *in l. 17 Cod. de vſufructu* vbi de vſufructu relicto ſeruo alieno vel filio familias, quod ei per morte nõ extinguatur de quo etiã Cãcer. *var. 1. par. c. 1. ex n. 41* Salg. *de retent. Bulla. 1. part. c. 10. §. vnicon. 71* vbi quod vſufructuario emente proprietarẽ, ſi poſtea retrahatur a conſanguineo hæc proprietas, vſusfructus remanet vt antea.

Ad n. 18. ibi: *Ex quo primo infertur 19 quod etiam ſi partes, &c.*

Et iã ſi partes cõueniãt vt vſusfructus trãſeat ad heredes, hoc intelligẽdũ eſt de primis, & nõ de vlterioribus ita docẽt, & explicãt Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. glo. 6. n. 22.* Mant. *de coniect. vltimar. vol. li. 8. ti. 14. n. 21.* Simon de Prætis *de interpret. vltimar. volunt. li. 3. ſolut. 5. num. 29.* Thomas Sanchez *in ſumma lib. 7. cap. 13. num. 5. & 60.* Cancerius *variarum 3. parte cap. 21. num. 345.* Gutierrez *de iuramẽto confirmatorio 1. parte cap. 48. num. 8. & 9.* Barboſa *in l. quia tale. ff. ſoluto matrimonio nu. 34.* & alij plures in vnum congeſti a Barb. *in collectanea l. antiquitas 14. Cod. de vſufruct.* neo

non Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 61. num. 25. & sequentibus*, & addit Barbosa *ibidem num. 2.* quod si testator legat proprietatem deducto vsufructu, mortuo primo herede, cui intelligitur reseruatus vsus fructus, finitur ipse vsusfructus, & consolidatur cum proprietate Richardus *in §. finitur institutæ de vsufructu nu. 6.* vide supra *cap. 11. num. 15.*

Et supra dicta resolutio intelligitur siue fiat mentio heredis in singulari, siue in plurali vt cum supra allegaris obseruat Castillo *dicto num. 25.* & Richardus *supra.*

Item circa tres sequentes illationes nostri Gomezij, nempe de vsufructu alicui legato cum morietur, & de vsufructu relicto ciuitati, municipio vel Ecclesiæ vel pio loco, & de legato annuo eisdem relicto videndi sunt Castillo, & ab eo relati *in dicto cap. 61. de vsufructu*, vbi latissimè dictas illationes prosequitur, *ex num. 15.* Thomas Sanchez *in summa cap. 13. num. 5. lib. 7.* Perez de Lara *in compēd. vitæ hominis cap. 31. ex num. 80.* Fachinæus, & alij relati, & sequi a Narbona *in tractatu de ætate anno. 100 vbi num. 17.* laudat nostrum Gomez.

Ibi: *Secundo modo amittitur vsusfructus morte ciuili, &c.*

Et ibi: *Posset tamē ista sententia, & conclusio procedere, &c.*

Nostrum Gomez. in præsenti erro re lapsum, quatenus existimat hodie procedere non Posse *decis. Tex. in l. corrupt. 16. Cod. de vsufr. neo nō Tex. in l. 24. ti. 31. part. 3.* ac pro inde vsū fructum non finiri maxima vel media capitis diminutione, cum nemo efficiatur seruus pœnæ per sententiā aduertit Castillo *in tract. de vsufruct. q. 66. ex n. 23.* & similiter errasse Couarrubiam *in rubri. de testam. 3 part. n. 27.* ideoq; bene probat ipse Castil. etiam hodie locū habere posse dictā decisionem *l. corruptionem Cod. de vsufructu*, licet damnatio in metallū, a quæ, & ignis interdictio, & deportatio, quibus media, & maxima capitis diminutio cōtingebat, non sint in vsu, cum alię in earum locum fuerint subrogatæ, quæ maximę aut mediæ capitis diminutioni æqui parentur, veluti si quis perpetuo relegetur in insulam, exempli gratia a *Oran* vel aliam similem, vel condemnetur perpetuo ad triremes, vel ad perpetuum carcerem, inquibus casibus, & alijs similibus, vt locum habeat dicta decisio necessarium erit vt per sententiam bona adimantur delinquenti, ob istam enim rationem, amissionem scilicet bonorum, vsusfructus amittebatur media vel maxima capitis diminutione, ex qua bonorum confiscatio inducebatur, de quo etiam videndi sunt Richardus *in §. finitur institutæ de vsufructu num. 8.* Molina *de iustitia tractatu 2. disputatione 9. num. 2.* & alij relati a Barbosa *in collectanea dicta l. Corruptionem num. 13.* & post omnes Paten Thomas Sanchez *in summa lib. 2. ca. 16. num. 7. vbi num. 8.* aduertit cum Molina *supra*, & Rebello *de iustitia parte 1. lib. 1. quæstione 7. sectione 1. num. 22.* in hoc Castellæ Regno, & in Lusitania vsumfructum pertinere ad fiscum, etiam si delictum, & condemnatio sint talia, vt de iure communi in eis finiendus esset vsusfructus, & redditurus esset ad proprietarium, cum vide & Richardum *in relectione l. Gallus principio cap. 7. ex num. 115.*

Ad numerum 19. ibi: *Et videtur quod sic. &c.* 20

Quod vsusfructus consolidatus cum proprietate, dicatur venire ex causa lucratiua etiam si titulus originalis sit onerosus resoluit hic Gomezius, & docent Benedictus in *cap. Raynuntius* verbo: *Et vxorem nomine Adalasiam*,

num

num.291. Peralta *in l. heredem. ff. de legatis 2. nu.101. & in l. Meuius §. duorum eodem titulo ex num.* 29. Matienzo *in l.2. tit.9. lib.5. Recopilat. glossa 1. num.91. & 92.* Pichardus *in §. si cui fundus 10. instituta de legatis*, & Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 76. num.2.*

Ibi: *Ex quo singulariter potest de dari, &c.*

Et ibi: *Sed hic non obstantibus, &c.*

Quod vsusfructus consolidatus constante matrimonio non diuidatur inter maritum, & vxorem, sed illi acquiratur cuius erat proprietas, vt hic resoluitur, docent Gregorius Lopez *in l.18. tit.11. partita 4.* Couarruuias *de sponsalibus 2. parte cap.7. §.1. num 9.* Matienzo *in dicta l.2. tit.9. glossa 1 lib.5. Recopillationis num.87* Aluarado *de coniecturatamente defuncti lib.2. cap.4. num.20.* Aiora *de partitionibus cap.8. num.20. 1. parte* Gutierrez *lib.2. practicarum, quaestione 116.* Azeuedus *in dicta l.2. tit.9. num. 9. & 23. lib.5.* Barbosa *in l.1. ff. soluto matrimonio 1. parte num.35.* & eos referens Castillo *dicto cap.76. num.3.* vbi veriorem, & tenendam hanc sententiam affirmat: & vide post hæc scripta Salgadum, *in labirintho creditorum parte 1. cap.25. num.58.*

21 Ad numerum 20. ibi: *Aliud est promissio seruitutis, &c.*

Diuersas res esse promissionem seruitutis, & ipsam seruitutem, ex promissione namq; seruitutis solum nascitur obligatio personalis vt ipsa seruitus constituatur, ex constitutione vero seruitutis ius quodam reale causatur, præter quam quod notum est in iure, ex notissimis principijs, docent, & exornant Cepola *de seruitutibus vbanarum cap.38: num.7* Corrasius *in l. 4. ff. de seruitutibus num.7.* Castillo *in tractatu de vsufructu cap.10. ex num. 19. vbi num. 20.* ait quod sine prædijs seruitus constitui non potest, recte tamen seruitutem promittere potest qui prædium non habet cum ex constitutione seruituris ius reale causetur, quod subsistere non potest nisi adsit res in qua resideat, & similiter infert ipse Castillo cum Corrasio *supra*, quod futuro ædificio seruitus acquiri vel imponi potest.

Ad numerum 21 ibi: *In quo dubio,* 22
difficultate, &c.

De ratione quare in constitutione hipothecæ ex solo titulo seu conuentione transeat ius in re, elegans profecto mihi videtur annotatio Suarez *hoc loco lit. G.* vide etiam Sousam *in repetitione § actionum cap de pignoratitia num.4. & 17.* & Pichardum *in instituta de obligationibus ex consensu num.9.* & Molinam *de iustitia tomo 1. disputatione 2. circa finem, & tomo 2. disputatione 254. num. 14.* Manticam *de tacitis conuentionibus lib.11. tit.3. num.2.*

Ibi: *Et Siquaras quæ effectus resultent. &c.*

Effectus, & illationes, quas hoc numero congerit noster Gomezius procedunt ex illo principio vulgari quod docemur, quod actiones seu obligationes personales non transeunt in singularem successorem, de quo vide notata *supra in cap.3. num. 10.* & Guzman *in tractatu de euictionibus quæstione 11. per totam* Sousam *in titulo de pactis articulo 9. quæstione 1. num.14.* Castillo *de vs. fructu. cap.73.* D. Ioseph Vela *dissertatione 13. ex num. 50. & dissertatione 20. ex num. 7.* Tuschum *lit. A. conclusione 99. per totam*, Dueñas *in regula 8. & alij passim.*

Ad numerum 22. ibi: *Tamen peremp-* 23
ta, & extincta ipsa re, &c.

Actionem, & obligationem personalem causatam respectu certæ rei, extingui extincta ipsa re, resoluit,

Gomezius optimè explicans deciſionem *Tex. in l. Titiæ textores. ff. de legatis 1. in § finali*, de cuius explicatione, & exornatione videndi ſunt, Segura *in l. ſi ex legati cauſa num. 149 ff. de verborum obligationib*, Dueñas *in regula 176. limitatione 2.* Couar. *lib. 2. variarum cap. 4. num. 14.* bene explicans, Marienzo *in l. 1. tit. 11. lib. 5. Recopilationis. gloſſa 8. ex num. 27.* Gutierrez *lib. 2. practicarum, quæſtione 136. num. 1.* (ex qua regula colligitur ipſi, & plures alij in vnum congeſtis Hermoſilla *in l. 56. tit. 5. partita 5 gloſſa 10. nu. 1.* quod re perempta apud emptorem abſq; eius culpa, non poteſt venditor contra eum agere ad ſupplementum iuſti prætij, ex remedio *l. 2. Cod. de reſcindenda venditione*) Morla late *in emporio tit. 8. quæſtione 11. per totam* vbi plures conſiderat caſus, qui omnino videndus eſt, vbi *num. finali* diſtinguit quod aut quis eſt debitor quantitatis reſp &tu certæ ſpeciei, quam ab alio ſuſceperurus erat, & hoc caſu non liberatur ipſius rei interitu, aut eſt debitor reſpectu rei, quam ipſe dare debet, eius tamen ſolutione non liberaretur, tunc ea perempta durat adhuc obligatio quantitatis, ſi vero quantitas debeatur ratione certæ ſpeciei, cuius ſolutione poterat reus ſe liberare ab obligatione quantitatis, tũc eius interitu ſine culpa ſua liberatur cum vide.

24 Ad numerum 23 ibi. *Et magiſtraliter, & reſolutiue dico quod dupliciter &c.*

Traditionem in ſeruitutibus, & iuribus incorporalibus dupliciter fieri poſſe: primo, ſi quis mittatur ſeu inducatur in fundum, qui debet ſeruire de voluntate domini conſtituentis ſeruitutem: ſecundo, ſi quis vtatur ſeruitute cum ſcientia, & patientia debitoris, reſoluit Gomezius, & comprobant Antonius de Leon *in l. 5. ff. de ſeruitutibus num. 3. in fine*, & optimè explicans laudanſq; noſtrum Gomezium Caſtillo *in tractatu de vſufructu, cap. 12. ex num. 29. vbi num. 35.* docet vſumfructum nec non cætera ſeruitutes prædiales traditas videri, atq; earum ius, & poſſeſſionem quæri, ſi debitor ſeruitutis creditorem in duxerit in fundum qui ſeruire debet, quamuis aliud factum non intercedat, vide etiam Poſtium *de manutenend. obſeruatione 20. num. 19 & obſeruatione 34. num. 3. & obſeruatione 21. num. 19.* & vide Fahinæũ *lib. 11. cap. 56.* vbi quod quaſi poſſeſſio in ſeruitutibus transfert onus probandi in aduerſarium contra alios.

Ibi: *Secundus igitur modus, &c.*

Secundus modus (vt diximus) eſt quando quis vtitur ſeruitute ſciente & patiente domino prædij ſeruientis ita docent Corraſius *in l. quoties. ff. de ſeruitutibus num. 9.* Antonius de Leon *in dicta l. 5. eodem titulo num. 2.* Cujacius *etiam in dicta l. quoties*, Gregorius Lopez *in l. 15. tit. 31. partita 3.* & alij plures relati, & ſequuti a Caſtillo *dicto cap. 12. ex num. 26.* quem videas, & Cancerium *variarum. 3. parte cap. 4. ex num. 158. & num. 161. & 164. & ſeq.* & Poſtium *de manutenendo, obſeruatione 40.* latiſſimè.

Ibi: *Exquibus infero ſingular. &c.*

Ueram, & frequenter approbatã appellat hanc illationem Suarez in ſuis annotationibus, hic litera M. referens Couarrubiam *in cap. poſſeſſor. 2. parte in principio* (quem videas, & alios plures relatos *infra num. 26.* & Cancerium 3. *parte cap. 4. ex num. 185.*)

Ad num. 24. ibi: *Libertas vero præſcribitur, &c.* 25

Vide Gomez Bayo *in praxi, lib. 1. cap. 24. num. 192.*

Ad eundem numer. ibi: *Seruitus vero mixta vt eſt vſus fructus, &c.*

Vſum

Vsum fructum, quẽ seruitutem personalem esse, diximus *supra num.* 2. præscriptione acquiri posse spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes cum titulo habito a non domino, resoluit Gomezius, & docent late explicantes, Cepol. *de seruitutibus urbanorum cap.* 19. *num.* 9. versiculo: *Quartus casus, & cap.* 20. *num.* 6. Auendañus *in cap.* 1 *prætorum num.* 20. Balbus *de præscriptionibus* 2. *parte* 4. *part. principalis quæstione* 2. *num.* 6. *& sequentibus* Padilla *in l.* 2. *Cod. de seruitutibus num.* 24. versiculo: *Quartum intellectum. & num.* 30. & alij plures in vnum congesti a Barbosa *in collectanea ad l.* 2. *Cod. de seruitutibus*, & plures relati a Pichardo *in* §. *aque si agat instituta de actionibus num.* 11. *&* Comez Bayo, *in praxi cap.* 24. *num.* 174. *&* 192. vbi de seruo qui per viginti annos stetit in libertate, de quo etiam Thomas Sãchez in consil. Moral. *lib.* 1. *cap.* 1. *dubio* 7. Castillo *in tract de vsufructu, c.* 68. vbi laudat nostrũ Comez. in præsenti, & Docet quod etiã nulla interueniente scientia, & patientia aduersarij præscribitur, & acquiritur vsus fructus aduersus dominum proprietatis, *& num.* 3. cum nostro Gomezio transit, in quantum dicit quod ex quasi possessione ciuili quam habet fructuarius in ipso iure procedit præscriptio. de quo etiam Padilla *in l.* 2. *Cod. de seruitutibus num.* 31. Zeuallos q. 630. vbi an præsumatur bona fides in præscriptione in corporali iũ? Morla *in empor. tit.* 6. q. 4. *n.* 27. in parte dissentiens a Gomez. vide etã Scac. *de iudicijs li.* 2. *c.* 9. *ex n.* 447. & Parl. *lib.* 1. *quotid. c.* 1. §. 8. & Postiũ *supra.*

Ibi: *Ex quo singulariter, & vtiliter infertur, &c.*

De præscriptione iurisdictionis de qua in præsenti agit noster Gomez. quia materia amplissima est, videndi sunt Conarrubias *in regula possessor.* 2. *parte* §. 2. *&* §. 3. *& in practicis cap.* 1. *num.* 10. Cancerius 3. *parte cap.* 4. *ex num.* 126. Gratianus *regula* 369. Scaccia *de iudicijs lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 448. Auendañus *de exequendis mandatis* 1. *parte c.* 1. *ex n.* 21. late Matienzo *in l.* 1. *tit.* 10. *lib.* 5. *Recop. gl.* 10. & ibi Azeuedus, *& in l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 4. *Recopilationis ex num.* 2. & late explicans Morla *in emporio tit.* 2 *ff de iurisdictione omnium iudicum in præmissis, ex num.* 62. vbi probat quod in præscriptione contra priuatum non contra Regem sufficit præscriptio decem vel viginti annorum cum titulo & bona fide, in præscritione autem contra Regem requiritur immemorialis, vel quadragenaria cum titulo de quo etiam iterum agit ipse Morla *in titulo* 6. *quæstione* 4. *ex num.* 38. vbi an hoc casu requiratur scientia & patientia eius contra quem præscribitur? de quo plura D. Larrea *alle gatione fiscali* 16. *num.* 24. & Zeuallos *quæstione* 46. Fachinæus *lib.* 8. *cap* 23 *& lib.* 13. *cap.* 81. Salgad. *de protectione* 3. *parte cap.* 16. *num.* 293.

Ad numerum 25. ibi: *Seruitus vero 26 mere realis, &c.*

Seruitutem realem continuam vel quasi præscribi decem annis inter præsentes, & viginti inter absentes interueniente bona fide, ætiã absq; titulo, dummodo adsit scientia, & patientia aduersarij contra quem præscribitur, præter quam si præscribens habeat titulum a non domino, tunc enim non requiritur scientia, & patientia vt resoluit Gomezius noster docet Cepolla *in tractatu de seruitutibus, cap.* 20. Parladorus *quotidianarum lib.* 1. *cap.* 1. §. 8. *et* §. 9. *num.* 1. Auendañus *cap.* 1. *prætorum num.* 20. Gratianus *in regula* 370. vbi plures refert, Barbosa *in collectanea ad l.* 1. *et* 2. *Cod. de seruitutibus vbi num.* 14. cum Menochio *de retinenda remedio* 6. *nu.* 134. Mascardo

& alijs docet non desiderari titulum in præscribenda seruitute, *& in l.13. cod. eod. tit.* Tuschus *lit. S. conclusione 224.* & alij plures relati a Pichardo *in §. aque si agat* institura *de actionibus n.11.* Zeballos *quæstione 47.* vbi etiam alios plurimos refert, sed vt vidi a nostro Comezio dissentit Suarez hic *in suis annotationibus lit. O.* alios referens docentes titulum requiri, de quo videndi sunt Morla *in emporio tit. 6. quæstione 4. ex num. 20.* Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 68. ex num. 16.* Fachinæus *lib. 13. controuersiarum cap. 83.* Cancerius *variarum 3. parte cap. 4. num. 45. & seq.* quæ autem seruitus dicatur continua vel discontinua, explicat Pichardus *in §. aque si agat* institura *de actionibus* videe etiam Scacciã *de iudicijs li. 2. cap 9. num. 447.* & Morlam *tit. 6. num. 48.*

27 Ad numerum 26. ibi: *Seruitus vero realis mere discontinua, &c.*

Seruitutem realem mere discontinuam nõ græscribi tempore ordinario sed immemoriali in qua non requiritur scientia, & patientia aduersarij, præter quam si præscribens habeat titulum ab aliquo tertio, quia tunc bene potest præscribere tempore ordinario, resoluit Comezius hic, & comprobant Tuschus *lit. S. conclusione 224.* Couarrubias *variarum lib 1. cap. 17. num. 11.* & quos refert Corrasius *in l. seruientes. ff. de seruitutibus num. 3.* Balbu. *in tractatu de præscriptionibus 2. parte 4. part. principalis quæstione 1. per totam*, Padilla *in l. 2. Cod. de seruitutibus.* & Castillo *in tractatu de vsufructu cap. 68. ex num. 7.* in quo contrarium docet Suarez hic *in annotationibus li. P.* Parlador. *lib. 1. quotidianarum cap. 1. §. 8. num. 9.* qui distinctionem continuæ, & discontinuæ improbat, & alios referens, Morla *in emporio tit. 6. quæstione 4. n. 14. & seq.* videe etiam Fachinæum *lib. 8. controuersiarum ca. 26. & lib. 13. cap. 82.* vbi vtrũ requiratur scientia, & patientia aduersarij: Matienzo late *in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilationis* Anastasius Cermon *de immunitat. Eccles. cap. 9.* versiculo: *Ad secundum principale*, vbi quod immemorialis non podest in capaci, Salgado *de protectione Regia 3. parte cap. 10. ex num. 285.* vbi quod non procedit ex titulo infecto seu iniusto principio vel ex mala fide, Pareja *de editione instrumen. tit. 2. resol. 3. ex num. 62. & tit. 5. resolutione 9. ex num. 106.* Cralora de *nobilitate 3. parte cap. 7.* Garcia *de expensis cap. 9.* item Pareja *tomo 2. tit. 7. resolut. 9. ex num. 56. & tit. 9. resolut. 2. ex num. 14. & tit. 10. resol. 2. ex num. 34.* Cancerius *3. parte cap. 4. nu. 39.* & sequentibus. Comez Bayo *in praxi ca. 24. ex num. 215.* vbi etiam inquo differat hæc præscriptio a centenaria: Farinacius *decisione 344. post librum 2. consilio-*

8. *controuersiarum cap. 22.* vbi late disputat, & Barbos. *in collectanea ad l. 14. Cod de seruitutibus*, & Cancerium supra *num. 46.* & quos refert Pichardus *in §. aque si agat* institura *de actionibus n. 11.*

Ibi: *Secus tamen est in seruitutibus negatiuis, &c.*

In seruitutibus negatiuis præscriptionem tunc incipere quando prohibitio præcessit, & sequitur consensus, & tolerantia alterius, ita docent communiter Doctores, Barb. *in collectanea l. 1. Cod. de seruit* Scobar *de ratiotinijs c. 42. n. 6.* & alij, & Morla *in emporio tit. 6. q. 4. n. 45* & late Cancerius *3. par. cap. 4. ex nu. 139.* & D. Lar. *allegat fiscali 16. num. 24.*

Ibi: *Et ex hoc forte dicitur, &c.*

De præscriptione immemoriali, & quod habeat vim tituli, & alia Comezius noster *in l. 41. Tauri* Couar. *in regula possessor 2. parte §. 3. & §. 8.* vbi an procedat cũ mala fide? de quo etiam Fachinæus *lib. 8. controuersiarum ca. 26. & lib. 13. cap. 82.* vbi vtrũ requiratur scientia, & patientia aduersarij? Matienzo late *in l. 1. tit. 7. lib. 5. Recopilationis* Anastasius Cermon *de immunitat. Eccles. cap. 9.* versiculo: *Ad secundum principale*, vbi quod immemorialis non podest in capaci, Salgado *de protectione Regia 3. parte cap. 10. ex num. 285.* vbi quod non procedit ex titulo infecto seu iniusto principio vel ex mala fide, Pareja *de editione instrumen. tit. 2. resol. 3. ex num. 62. & tit. 5. resolutione 9. ex num. 106.* Cralora de *nobilitate 3. parte cap. 7.* Garcia *de expensis cap. 9.* item Pareja *tomo 2. tit. 7. resolut. 9. ex num. 56. & tit. 9. resolut. 2. ex num. 14. & tit. 10. resol. 2. ex num. 34.* Cancerius *3. parte cap. 4. nu. 39.* & sequentibus. Comez Bayo *in praxi ca. 24. ex num. 215.* vbi etiam inquo differat hæc præscriptio a centenaria: Farinacius *decisione 344. post librum 2. consilio-*

filiorum, & decisione 359. Moli. *de iustit. tom.* 1. *disput.* 76. Menc. *illust. cap.* 85. *num.* 4. vbi quod immemorialis possessio tuetur possessorem etiam contra eum, qui fundat intentionem suam de iure, Barbosa *de iure Ecclesiastico, lib.* 3. *ca.* 12. *ex num.* 69. Fulchus *lit. P. conclusione* 550. *& duabus sequentibus*, Larrea *decisione Granat.* 44. *num.* 24. Noguerol *allegatione* 38 *ex num.* 40 *& allegatione* 39. *ex nu.* 7. Postius *in decisione* 541. *post tractatum de manutenendo, nu.* 5 *& 6. & decisione* 543. *nu.* 2. & plures etiam referens Castillo *de vsufructu. cap.* 68. *num.* 14. *&* 15. Morla *tit.* 6. *quæstione* 4. *n.* 3. vbi quod exclusa præscriptione, non excluditur immemorialis, *& num.* 20. quod habet vim tituli, & priuilegij, Nogue. *allegatione* 26. *num.* 320. Salgado *in labirintho* 1. *parte, cap.* 40. *ex nu.* 58.

Itẽ immemorialis præscriptio locũ habet in actibus meræ facultatis, vt ex Innocentio, & reliquis *in ca. cum Ecclesia subtrina de causa possessio & proprietat.* ait D. Larrea *allegat fiscali* 94. *num.* 8. licet regulariter in eis alia præscriptio non sufficiat, vt ipsemet docet *allegatione* 50. *nu.* 27. *& allegatione* 92. *num.* 6. vbi quod nec consuetudo restrictiua liberæ facultatis inducitur, *& allegatio.* 94. *n.* 6. *&* 7. de quo etiam supra *cap.* 9. *sub num.* 27. *tom.* 1.

28 *Ad num.* 27. ibi: *Aduertendum tamen. &c.*

Quod sicut in venditione, vel donatione rerum corporalium sufficit simplex, & nuda traditio, ita in seruitutibus, & iuribus incorporalibus, resoluit Gomezius, & comprobari facile potest ex late traditis à D. Ioanne del Castillo *in dicto tractatu de vsufructu, cap.* 12. *ex num.* 4. 17. *& sequentibus*, Morla *in emporio, tit.* 6. *quæst.* 4. *n.* 37.

29 Et adde quod multum interest inter seruitutes constitutas testamento, vel per contractum, seruitus enim constituta testamento cedit statim à morte testatoris, vt docet Morla *in emporio, tit.* 6. *in præmissis, nu.* 71. Castillo *in trac. de vsuf. c.* 9. *num.* 17. *& per totum*, vbi quid in vsu fructu.

Hoc loco disputant Doctores de collectis tributis, seu impositionibus per dominos suis vassallis adiectis, in quibus immemorialis est necessaria præscriptio, vt late probat Morla *in emporio, dicto titul.* 6. *quæstion.* 4. *num.* 24. *& seq. &* 45. vbi probat, quod etiam si dominus per mille annos non imposuit vassalis grauamina quæ de iure poterat imponere, non ex hoc amittit ius imponendi, nisi vassalli pro liberis se gerant, & casu occurrente contrauenient impositioni, & dominus eorum contrauentioni acquiescat, & latissimè Bouadilla *in politica, lib.* 2 *cap.* 16. *ex nn.* 117. *vsque* 121. & Amaya *in l.* 1. *Cod. de auro coronario libr* 10 *num.* 34. *& sequentibus*, vbi an domini possint cogere vassallos ad sua molendina frumentum deferre, & alia.

Item de vsufructu arrogati an acquiratur arrogatori? & *M*onachi an acquiratur monasterio? Vide Pichardum in principio instituta *de acquisitione per arrogationem, ex numer.* 86. 31

Præterea in pinetis quomodo intelligatur vsusfructus: vide Gutierrez *in tractatu de tutelis*, 3. *parte, cap* 27. *num.* 6. Barbosam *in l. diuortio*, §. *si fundum, ff. soluto matrimonio, ex num* 10. Castillo qui alios plures refert *in tractatu de vsufructu, cap.* 25. *per tot.* maxime *ex nu.* 28. ex quibus certa resolutio videtur, quod si pineti vsusfructus relinquatur, cædere permittitur fructarius secundum consuetudinem regionis arbitrio viri prudentis, taliter quod proprie- 32

tas

stas conseruetur, eos vide maximè D. Ioannem del Castillo.

33 Item addde quod si vsusfructus alicui relinquatur donec Titius ad 25. annum peruenerit, quod non extinguatur etiam si Titius antea moriatur, vide Thomam Sanchez *in summa lib. 7. cap. 13. n. 6.* & Barbosam *in collect. ad l. 12. C. de vsufruct. n. 4.* & de vsufructu relicto Francisco pro decennio & postea Ioanni, si Fárciscus moriatur intra decennium, & de vsufructu relicto vxori, si castè & vidualiter vixerit, & post eius mortem Titio, in quo statim ac vxor contrauenerit conditioni debebitur vsusfructus Titio, agit ipse Thomas Sanchez *nu. 7. & 8. ibidem* (de quo etiam supra *cap. 11. n. 35.*) *& numer. 9. & 10.* ille Sanchez agit de illa quæstione, an vsusfructus ad certum tempus relictus, si ante id tempus moriatur fructuarius extinguatur vsusfructus? & & extingui resoluit contra Garciam *in tractatu de expensis, cap. 23. num. 5.* vide etiam Barbosam *in collectanea, l. 12. Codic. de vsufructu, numer. 2. & 5.*

Quod filiofamilias profitente *in* 34
aliqua religione adhuc vsusfructus aduentitiorum pertineat patri dum viuet, probat cum multis contra alios ipse Thomas Sanchez supra *ex numer. 29.* Quem etiam videas ad illam quæstionem, an patre vel alio vsufructuario profitente in religione, vsusfructus pertineat monasterio capaci, vel incapaci? *ibidem nu. 47. & sequentibus*, vsq; ad finem capitis.

Item quomodo vsusfructus dica- 35
tur pars dominij videndi sunt pro interpretatione text. *in l. 4 ff. de vsufructu*, Garcia *de expensis, capit. 10.* Barbosa *in l. si alienam, ff. soluto matrimonio, num. 59.* Morla *in emporio, tit. 6. quæstione 1. ex num. 9.* Cfualdus ad Donel. *lib. 9. cap. 9. notatis liter. C.* Castillo *de vsufructu, cap. 32. num. 5.* Amaya *lib. 1. obseruationum capit. 15. num. 3. & in l. 1. Cod. de venditione rerum fiscalium, lib. 10. num. 31.* & Larea *decisione Granatensi 39. ex numer. 43.* qui alios fere infinitos refe

runt.

FINIS.

ADDITIONES

AD TOMVM TERTIVM DE DELICTIS;

CAPVT PRIMVM DE DELICTORVM VARIIS GENERIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Materiam explicantes referuntur.*

2 *Delictum publicum dicitur, quod principaliter respicit offensam Dei inter alia.*

3 *De blasphemia, & eius pœna.*

4 *Pœna carceris pro vno mense, imposita blasphemis, & an hic mensis debeat esse continuus.*

5 *Publica delicta quæ alia dicantur.*

6 *Accusatio quanto tempore duret in quolibet delicto, & de eius præscriptione.*

7 *Quid in officio iudicis.*

8 *Restitutio non conceditur minori aduersus lapsum temporis ad accusandum.*

9 *Diuturnitas temporis post delictum commissum, an sit causa minuendi pœnam.*

10 *Quæ delicta dicantur priuata.*

11 An iudex ex officio possit procedere in priuatis delictis, & an sint puniendæ quæ propounntur via exceptionis?

12 Quare in delictis priuatis actio ciuilis præiudicet criminali.

13 Procurator an admittatur in causis criminalibus.
An admittatur defensor, seu excusator pro absente.

14 Procurator an admittatur in causis dignis relegatione, vel pœna pecuniaria.

15 An procurator pro reo incarcerato admitti debeat.

16 An ad appellandum, vel pro persona illustri.
Dominus pro seruo, pater pro filio maritus pro uxore, possunt comparere ad eorum defensionem pro suo interesse.

17 An processus sit nullus quando intercenit procurator in causis criminalibus.

18 Semper pars offensa debet requiri per iudicem an velit accusare.

19 De remedio leg. diffamari, an sit generale in quolibet casu, vel de libello.

20 Reus cui competit aliqua exceptio, an possit petere, vt testes examinentur ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam in ciuilibus.

21 An reus possit prouocare aduersarium ad iudicium, si sibi competit aliqua exceptio.

22 Reus in criminalibus potest petere testes examinari ad perpetuam rei memoriam.

23 An & quando possit iudex præfigere terminum ad accusandum.

24 An in omni causa possit assignari terminus ad petendum ius quod alicui competit.

25 Vnicam monitionem sufficere, vt excludatur accusator, & quando hæc tollatur.

26 Reus absolutus an possit iterum accusari.

27 Reus condemnatus de aliquo delicto, an possit iterum accusari.

28 An forenses, vel aduenæ admittantur ad accusationem delicti publici.
Alia de forensibus, & aduenis, & an ligentur statutis locorum.

29 An peccet, qui accusat in crimine publico, vel priuato.

30 Accusatio de delicto publico, an sit actio vel officium iudicis.

31 Qui possint accusare.
Quid si pars non opponat, an iudex possit repellere accusatorem inhabilem.

32 An inhabilis admittatur prosequendo suam, vel suorum iniuriam.
De excommunicato.

33 Clericus an possit accusare laicum coram iudice seculari
Quid de Monacho accusatore, vel accusato.

34 Qui dicantur prosequi suorum iniuriam.
Qui præferantur in accusatione, & pace facienda.

35 Si plures accusent quis præferatur.

36 De accusatore mortuo, vel impedito pendente accusatione.
Quid in accusante ob propriam iniuriam.

37 Testes recepti in prima instantia perempta, an fidem faciant in alia.

38 Si delictum habet diuersas pœnas, quæ sit imponenda.

39 Si delictum diuersis pœnis puniatur, an sufficiat vnam imponere.
An possit tunc iudex variare.

40 In crimine mixti fori, si reus est punitus per vnum iudicem, an possit etiam puniri per alium, & quid de pœnitentia imposita in foro conscien

cientia, & de captura in hoc casu, & præsentione.

Opinio Mexiæ improbatur.

41. & 42. *In notorijs an sit necessaria accusatio, vel forma iudicialis, & quando dicatur notorium.*

In notorijs non requiritur accusationes probatio.

43 *An citatio requiratur in delicto notorio.*

44 *An aliqua probatio requiratur in delicto notorio.*

45 *Sententia an requiratur in notorijs.*

46 *Iudex an possit recusari in crimine notorio.*

47 *appellatio an habeat locum in delicto notorio.*

Post inhibitionem iudex à quo non potest exequi sententiam.

48 *De delicto omnisso in præsentia iudicis.*

49 *Iudex an possit procedere in delictis ex officio.*

Requisitum præcipuum est ad inquisitionem quod ante omnia constet de corpore delicti.

Generalis inquisitio quando fieri possit.

50 *De modo procedendi per inquisitionem*

51 *Iudex procedens ex officio, an debeat imponere panam ordinariam delicto.*

An possit eam moderare ex causa, vel minuere seu augere.

52 *An vniuersitas, seu ciuitas possit delinquere, & puniri.*

53 *Qualiter ciuitas, vel vniuersitas puniatur.*

Vniuersitas an possit excommunicari.

54 *An etiam ciues puniantur, quando ciuitas delinquit.*

55 *De minori delinquente, & eius pœna.*

De ætate requisita ad quodlibet officium iurisdictionis, vel non, & de Rege minori.

Minor an possit existere in iudicio.

58 *Pubes vel proximus pubertati, an teneatur ex delicto.*

59 *Quid si delictum consistit in omittendo.*

60 *An impubes teneatur ex delicto carnis.*

61 *Quid si delictum est punibile statuto, seu consuetudine, & non iure communi.*

De minori extrahente res vetitas.

62 *Minor 25. annorum an sit puniendus pœna ordinaria in casibus quibus puniri debet.*

63 *An iudex præcisse teneatur minorare pœnam minori, vel hoc sit in eius potestate.*

64 *Minori dandus est curator in causa criminali.*

65 *Minor reus an teneatur iurare de veritate.*

Confiteri veritatem quando reus debeat.

66 *An minor restituatur aduersus confessionem.*

67 *Minor quando possit torqueri.*

68 *Senex quomodo teneatur ex delicto.*

De senectute plura.

69 *De muto, & surdo delinquente.*

70 *Furiosus an teneatur ex delicto.*

71 *An delictum præsumatur commissum tempore furoris.*

72 *An furiosus puniri possit durante furore ob delictum ante commissum.*

73 *Ebrius qui in ebrietate deliquit, an possit puniri.*

74 *Dormiens qui deliquit an puniatur.*

An irregularitatem incurrat.

75 *An prodigus possit delinquere, & puniri.*

76 *De seruo delinquente.*

77 *An absens possit accusari, & condemnari.*

78. *An*

CAPVT I.

78 *An delinquẽs post mortem possit accusari, & puniri, & cadauer suspendi, & an & quando hæres teneatur ex delicto defuncti.*

79 *In atrocissimis sententia exequitur in cadauere.*

80 *Casus in quibus morte delinquentis delictum non extinguitur.*

81 *Reus quando possit accusari post mortem intelligitur infra quinquennium.*

82 *Pœna confiscationis bonorum an transeat ad hæredes mortuo reo post sententiam intra tempus ad appellandum.*

83 *Hæres delinquentis an possit petere, vt declaretur defunctum non deliquisse.*

84 *In delictis priuatis an pœna, & accusatio extinguatur per mortem rei.*
Quid de iure canonico.

85 *An morte accusatoris extinguatur delictum, vel transeat ad hæredes.*

86 *An accusatore defuncto possit alius prosequi accusationem in publicis delictis.*

87 *De remissione delinquentis ad quem delicti.*

88 *Si plures deliquerunt, an sententia vnius prosit, vel noceat alteri.*

89 *An adulteri simul sint accusandi, & non vnus post alio.*

90 *Sententia lata contra principalem an noceat ei ad quem pœna pertinet solutio in consequentiam.*
Sententia contra vnum lata an alijs præiudicet.

91 *Quid faciendum si post condemnationem appareat de innocentia rei remissiue.*

92 *De sciente delictum esse committendum, & non reuelante, vel impedimente*

93 *Delinquens an possit post sententiam innocentiam suam probare.*

94 *An iudex possit augere, tollere, vel minuere pœnam à lege impositam.*

95 *Plures delinquentes an insolidum teneantur.*
Et quid in salarijs debitis ab ipsis delinquentibus.

DOCTORES materiam delictorũ prosequentes ferè infiniti sunt, & eam maximè pertractant in sua generalitate Bossius *in practica crimi. tit. 1. & 2.* vbi de delicto, & delinquẽte, Tiber. Decian. *in suis tract. crimi nalibus, parte 1. lib. 1. c. 1. & sequent.* Iulius Clar. *lib. 5. receptarum, §. 1.* Cardinal. Tusch. *lit. D. conclus. 157. & sequentib. vsq; ad 190.* Uela *in suo tract. de delictis, ex capit. 1.* Molina *de iustitia, tom. 4.* Pichardus *in vibrica*, instituta *de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur*, Petrus Gregorius *in suntag. lib. 30. cap. 1. & sequent.* Azeuedus *in lib. 8. Recop. per totum.* Farinacius *in praxi, quæst. 18. per totã*, vbi agit quid & quoruplex sit delictum, & in quo differat à crimine, & maleficio, & alia generalia de delictis, Carleual *de iudic. tom. 2. disp. 1. n. 20.* vbi declarat quomodo contrahatur obligatio ex delicto? & alia per totam disputationem.

Ad nu. 1. ibi: *Prima regula sit quod omne delictum, &c.* 2

Publicum esse omne delictũ quod principaliter respicit offensam Dei resoluit hoc n. 1. noster Comezius, & comprobant late Clarus. *lib. 5. recep. §. 1.* versi. *Item omne delictum.* vbi posuit exemplum *in* blasphemia, deturpatione Ecclesiarum, vel imaginũ, & alijs similibus, Paz *praxi, tom. 1. p. 5. c. 3. num. 33.* & late Farinacius *in praxi, quæst.*

quæst. 18. *nu.* 10. *& quæst.* 185. §. 3. vbi de hæreticis *n.* 24. Azeued. *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recopilat. n.* 27. Pichard. *in* § *publica autem*, instit. *de public. iudic.* vbi de crimine læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ. An autem apostasia sit publicum delictum agit ipse Farinacius *q.* 183. *nu.* 6. vbi publicũ esse docet, & late materiam explicat.

Itẽ an inimicus admittatur ad accusandũ in crimine hæresis diuersæ sũt opiniones, vt videri potest per Farin. *d. q.* 185. *ex n.* 25. *vbi nu.* 29 affirmatiuam tenet.

3 Ad n. 2. ibi: *Ex quo infero &c.*

Blasphemiã publicũ delictũ esse & eius accusationẽ cuilibet de populo cõpetere, & blasphemũ puniẽdũ esse iuxta dispositionẽ rex. *in l.* 5 *tit.* 4. *li.* 8. *Recop.* & de grauitate huius criminis agit *in* præsenti Gomez. & docẽt late ferè omnes citati nu. præced. & Clar. *in* § *blasphemia*, Couarr. *in ca. quamu. pact.* 1 *p.* §. 7. *n.* 8. Bern. Diaz. *in pract. c.* 110 *per tot.* Auil. *in cap.* 25. *prætor. n.* 2. Auend. *de exequen. mand. l. p. cap.* 20. *n.* 8. *& 2. pa. c.* 5. Salaz. *de vsu & consuetud. c.* 5 *n.* 3. *& c.* 6. *n.* 13. Azeued *in l.* 5. *& 6. ti* 4. *lib.* 8. *Recop & per tot. tit.* & latissime Farinac. *in praxi, q.* 30. *ex n.* 2. vbi de grauitate huius delicti, & eius pœnis, Bobad. *in polit. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 77. Villad. etiã *in polit. c.* 5. §. 47. Gutierr. *lib.* 4. *q.* 22. Aior *instit. moral.* 20. 1. *lib.* 9. *c.* 28. *q.* 3. *& lib.* 11. *c.* 3. *q.* 2. Castr. *de iust. hæretic. punit. lib.* 1. *ca.* 12. Zerol. *in praxi Episcop.* ver. *Blasphemia* & ibi Siluester. & omnes sũmistæ, & doctissimus Pater Thom. Sanch. *in summ. lib.* 2. *c.* 32. *per tot.* vbi declarat omnes modos blasphemiæ, *&* n. 36. explicat, quę sunt *hæreticales* & quæ nõ *&* nu. 37. addit aduersus Castr. & Cordub. quod de hæreticalibus cognoscũt inquisitores priuatiuè, aliæ vero nõhæreticales sunt mixti fori, & datur locus præuentioni inter iudicem ecclesiasticũ & sæcularem, Pradil. *de l. penali, c.* 2. vbi refert pœnas aduersus blasphemos de iurè diuino, canonico ciuili, necnõ de iure Regio, & Pichar. fere infinitos referens *in manud. 3. p.* §. 4. *n.* 14. vbi cũ alijs ait, quod etiã in blasphemijs hæreticalibus potest procedere, & punire iudex ecclesiasticus, vel sæcularis, id probãs *ex l.* 1. § 2. *& 6. ti* 4. *lib.* 8. *Recop.* vbi plures blasphemiæ hæreticales referũtur, & quãmẽ earum punitio iudici seculari demandatur (quod an verũ sit alterius iudicio remitto) & tandẽ asserit arbitrio iudicis pœnã imponendã in hoc crimine, vide Gratian. *reg.* 55. *n.* 41. & latissime plurimos referentem, & pœnas vtroq; iure impositas commemorantem D. Ioseph Vela *de potestate Episcopi, ex num.* 80. *vsq; ad* 88. & Parejam *de edictione instrumentorum, tom.* 2. *titul.* 6. *resolutione* 8. *numer.* 37. *&* 38. vbi de pœna, & tortura.

Ad num. 3. ibi: *Circa quam se offert notabile dubium. &c.* 4

Et ibi: *Sed non obstantibus ego teneo contrarium, &c.*

Pœnã carceris vnius mensis impositã blasphemis de mense cõtinuo, & nõ interpollato esse intelligendã, vt hic resoluitur, docent plures ex sup. relatis, & Cante. *in q. crim. tit. de blasphemis, col. penul.* Gutier. *canonicar. cap.* 12. *n.* 25. Auend. *c.* 5. *prætor. in* 2. *par. n.* 21. Pradil. *in d. c.* 2. *nu* 6. & late Azeued *in l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *Recop. ex n.* 15. vbi optimè aduertit Auend. quod non dicitur stare in vinculis per spatium triginta dierũ, qui discontinuè stat, & quod ista carceratio debet esse vera, & non ficta, nec numerantur *in* triginta diebus illi, quibus blasphemus captus fuerit ante cõdemnationem, nisi per rem ipsum fuerit facta protestatio super hoc, et per iudicem ita fuerit iussum, vide eum omnino.

5 Ad num. 4. ibi: *Secunda regula est, &c.*

Omne delictum in offensam Principis publicum esse, & etiam vbi hoc lege caetur, vt hic resoluitur, docet relati sup. in addit. ad num. 1. maximè Clarus *lib. 5. receptar. §. 1. in principio*, Farinac. *tom. 1. quæst. 12. ex n. 8. & quæst. 18. n. 11. & 12. & sequent.* vbi enumerat crimen læsæ Maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falsi testamẽti, vis publicæ vel priuatæ, ambitus, repetundarũ, & annonæ, quæ latissimæ prosequitur Pichardus *in titul.* instit. *de public. iudicijs, & in manuductionibus, 3. parte, §. 1. n. 5.* Carleualius *de iudicijs. tom. 1. disputatione 2. num. 810.* & Suarez de Paz *in sua practica. 1. tom. 5. parte, capit. 3. ex numer. 23.* aduertit tamen Pichardus *ipse dicto titulo de publicis iudicijs, num. 8. & sequentibus in principio tituli*, quod tribus modis crimina dici possunt publica, & quod aliquando licet crimen sit publicum non tamen omnibus permittitur accusatio, vt contingit in adulterio, & partu supposito, Azeuedus *in l. 1. titul. 1. lib. 8. Recopil. ex num. 26.* vbi *num. 36* addit quod hodie ex vsu, & practica communi, & ex eo quod expedit Reipubicæ ne delicta remaneant impunita in omnibus delictis admittitur accusatio per quemlibet de populo proposita, vel proceditur ex officio iudicis per inquisitionem, præterquam in verbis iniuriosis alicui priuato homini dictis, quod etiam sequitur Paz vbi supra *num. 51.* vide etiam Thomam Sanch. *in consilijs moralibus, tom. 2. libr. 6. cap. 3. dubio 2.*

An autem delictum quodlibet, in quo venit pœna applicanda fisco, dicatur publicum, etiam si in se sit priuatum? duas communes contrarias sententias adducit Zeuallos *quæstione 216* & vide omnino Farinacium *in praxi, quæstione 12. numer. 9.*

Ad num. 5. ibi: *Et resolutiue dico* 6
quod durat, &c.

Accusatio cuiuslibet delicti quod duret per viginti annos, siue sit publicum, siue priuatũ, nisi lege contrariũ sit stabilitum, docet Gomez. in præsenti, & cõprobant Bernar. Diaz *in regula 19.* Carrerius *in pract. crimin. in tract. de homicid. §. 28. n. 1.* Balbus *de præscriptionib. 4. parte, 4. partis principalis, quæst. 2. in principio*, Bossius *in practica criminali, in tit. quomodo procedatur per actionem in delictis n. 17.* Bobadilla *lib. 5. cap. 3. num. 136.* & cum alijs Barbosa *in collect. cap. licet causam de probationibus, numer. 22.* vide *conclusionem 110.* post opera Suarez, Gratianus *regula 364. & 450 num. 10.* Gomez Bayo *in praxi lib. 1. ca. 24. n. 193.* Zeuallos *quæstione 679. n. 7. vbi nu. 8.* cum Gregorio Lopez aduertit quod in crimine adulterij transacto quinquiennio actio præscribitur, quod ait, currere à die scientiæ, vt tradit Quesada *in quæstionibus, cap. 18. versicul. Secundus quando maritus, &c.* etiam probat cum alijs ipse Zeuallos quod actio iniuriarum, & eius præscriptio annalis (de qua late Farinacius infra *ex num 21.*) non currit contra ignorantem, latissime Farinacius *in praxi. quæstione 10. ex num. 2.* vbi ponit pro regula resolutionẽ nostri Gomezij, & eã ampliat, vt etiam procedat *in* inquisitione quando iudex procedit ex officio, & numeris sequentib. alias sex ampliationes adducit, & totidem limitationes, *& conf. 80. n. 18.* Noguerol. *allegat. 12. ex n. 155.* Paz *in praxi, 5. par. tom. 1. cap. 3. n. 83.* Villadiego *in politica, cap. 3. ex n. 172.* & an actio tollatur ipso iure? Gratianus supra.

Ad num. 6. ibi: *Quod extende vt* 7
procedat, &c.

Etiam

Etiam officium iudicis præscribi eodem tẽporis spatio, quo accusatio in quolibet delicto, docet cũ multis (vt iam diximus) Farinac. cum aliàs per indirectum videretur concedi directo prohibitũ, vt per eum videri posset *nu.* 3. *dicta quæstione* 80. imo & si præscriptio non opponatur reus debet absolui, Noguerol *allegatione* 12 *n.* 145.

8 Ad num. 7. ibi: *Rursus etiam extenditur &c.*

Restitutionem non concedi aduersus lapsum temporis ad accusandũ, vt hic resoluitur, docent Aflictis *decis.* 339 *n.* 3. & 6. Gregor. *in l.* 4. *tit.* 19. *p.* 5. *glos.* 2. Couarrub. *in practic. ca.* 26. *nu.* 4. & Morla *in compori, tit.* 5. *quæst.* 7. Fachin. *lib.* 9. *controuers. cap.* 38. Farinacius *consil.* 40. *ex n.* 59. Cl. das *in* § *lasis ex n.* 17. *vsq; ad* 27. vbi an concedatur restitutio ad accusationem furti, iniuriarum, &c. *& in* §. *vel aduersarij dcto ex n.* 37. & alij relati sup. *in c.* 4 *tom.* 2. *n.* 6 & quos refert Gutierez *in authentica sacramenta puberum, num.* 138. iterum Farinacius *quæstione* 10. *num.* 84. de quo etiam vide Parladorum *libr.* 2. *quæsti. variarum, c.* 11. *ex nu.* 5. vbi improbat opinionem nostri Gomezij in præsenti in versic. *Et idem est in lapso termini, &c.* asserens restitutionem in integrum concedendam minori aduersus omissam probationem etiam in criminalibus, quamuis aliud dicendum sit si restitutio ad accusandum ab eo petatur, vide Gratianum *regula* 112. & Aulès *in cap.* 1. *prætor.* verbo: *Fiel, n.* 34. & vide *cancl.* 100. post opera Suarez.

9 Ad nu. 8. ibi: *Tamen ex diuturnitate temporis, &c.*

Temporis diuturnitatem post delictum cõmissum esse causam minuẽdi pœnã, præterquã si delictum sit reiterabile, vel si delinquẽs fuit accusatus post delictũ cõmissum, vt hic resolui tur, docẽt Couarr. *variar. resolut. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 2. Clar. *recopiar.* § *fin. quæst.* 60. Caldas *in l. si curator* § *lapsis n.* 27. Aflict. *decis.* 287. *ex n.* 1. *vbi ait*, iudicem in hoc casu posse homicidã ad pecuniariã compositionẽ admittere Tiraquel. *de pœnis temper. cauſ.* 19. & eos & alios referens Farinacius *in praxi, quæstione* 10. *n.* 84. *& sequentibus, vbi nu.* 85. cum Claro Carrer. & alijs diuturnitatẽ temporis appellat decem vel octo annorum, *& num.* 86. explicat primam limitationẽ nostri Gomezij, nẽpe vt procedat quando reus continuauit delictũ in eo perseuerãs, secus verò si emẽdatus fuit, ex tunc enim cõsideratur diuturnitas tẽporis, *&* n. 87. contra secundam limitationem tenet, imo quod si delinquens fuit accusatus, & processatus, absens, vel contumax in maculis loco debeat haberi dicta resolutio potiori iure, præterquam si iam fuit condẽnatus, *&* n. 9. *limitat in crimine assassinij*, vel hæresis læsæ Maiestatis, apostasiæ, simoniæ & alijs in quibus diuturnitas præterpositionem non inducit, & tandẽ aduersus dictã conclusionẽ procedere posse dicit modo delinquens à tempore delicti perpetrati fuerit bonæ & laudatæ vitæ; præterquẽ, sc. licet Farinacium vide Parladorum *differen* 51. *n.* 2. *vbi* extat *in l. si diutina ff. de pœnis*, in quo præsens quæstio fundatur, aliter explicat, prout etiam fecit Suarez hic *in suis annotationibus, lit. C.* vide etiam Fachineum *controuers. libr.* 9. *cap.* 38. *vbi* eleganter dictam legem, & quæstionem declarat, & Corras. *lib.* 2. *miscelan. cap.* 20. & Eduardum Caldeira *variar. lectionum, lib.* 3. *ca.* 2. *de erroribus.*

Ad nu. 9. ibi: *Delicta priuata sunt illa, &c.* 10

Delicta priuata esse illa in quibus tantũ accusare potest qui iniuriã passus est, vt hic resoluitur, docẽt Clar.

receptarum sententiarum, lib. 5. §. 1. vers. *Priuata autem delicta*, Scacc. *de sentent. & re iudicat. glos.* 14. *quæst.* 19. *ex n.* 58. Paz *in praxi, tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. *n.* 38. *& 39.* Azeued *in l.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *Recopil. n.* 37. Picnardus in principio instituta *de public. iudic. n.* 14. Farinacius *in praxi crimin. quæst.* 18. *n.* 15. vbi enumerat crimẽ iniuriarum, furti, damni, arborum furtim cesarũ bonorum raptorum, & similia, *& nu.* 16. addit quòd de iure canonico omnia crimina sunt publica, de quo etiam agit *in q.* 1. *vbi n.* 10. ait, quòd hodie in omnibus delictis inquisitio formari potest, & dicitur remedium ordinarium ex generali consuetudine, quod etiam diximus sup. *n.* 5.

11 Ad numer. 10. ibi: *Aduerte tamen, & c.*

*D*iximus iam nu. præcedenti, *& n.* 5. quod hodie ex generali cõsuetudine iudex potest procedere ex officio in omnibus delictis, quod etiam optimè exornat Matiez *in l.* 1. *tit.* 14. *lib.* 5 *Recop. n.* 1 *glos.* 9. cum Padilla *in l. transigere Co. de transaction. n.* 50 & alijs pluribus, Farinacius *in fragmentis verb. Iudex, n.* 972. *& consil.* 55 *n.* 57 Barbosa *in l. viro atq; vxore ff soluto matrim, n.* 11. *& seq*, vbi an puniantur delicta opposita via exceptionis? & vide infra *n.* 19. & Gregorium de Valentia 2. 2 *disputatione* 5 *quæstione* 11 *puncto* 3.

12 Ibi: *Et cogitaui quod ratio potest esse, & c.*

In delictis priuatis quod ciuilis actio criminali præiudicet, cũ vtraq; tendat ad vind. etã docent Cujac. *lib* 20. *obseruat c.* 25. *&* 26. Lancel. *de attentat* 2 *par. c.* 4. *limit.* 23. *n.* 4. Thesaurus *decisione pedemontana* 18. Giarus *lib.* 5 *receptarum*, §. *final. quæstione* 2. *& quæst.* 9. vbi Baiardus, Gregor. Lopez *in l.* 12. *tit.* 9 *part.* 7. *glos.* 7 & bene explicans Pachin. *lib.* 9. *controuersiar. cap.* 2. Paz *in praxi, tom.* 5 *part. cap.* 3. *n.* 31. *&* 32. quilatè agunt de cumulatione actionis ciuilis & criminalis, de quo etiam Pichardus *in* §. *in summa* instituta *de iniur. n.* 13. Caldas *in l. si curatorem*, §. *lasi, ex n.* 23. Barbos. *in l.* 2. *ff soluto matrim.* 1. *p. ex n.* 138. *& in l. si ab hostib.* §. *finali, n.* 47. *& seq.* Thom. Sanch. *de matrim. lib* 10. *disput.* 8 *n* 18 *& seq.* Scobar *de ratiocin. ca.* 20 *n.* 6. Farin *in prax q.* 4. *n.* 40. *& quæst.* 100 *ex n.* 17. *& consil.* 21. *lib.* 1. *& decis.* 201. ex quibus, & maxime ex doctrina Pichardi suprà *& in* §. *his autem*, instituta *de lege Aquilia* colliges per textum *in leg. vnica, Cod quando ciuilis actio criminali præiudicet* quod quando ciuilis actio & criminalis vtraq; tendit ad vind. am v. actio iniuriarum, tunc vna al. eram tollit, secus quando iudicium ciuile est de re familiari, criminale autem de vind. cta & publica vltione, tunc enim vna al. cri non præiudicat: et latissimè de causa præiudiciali Carleualius *tom.* 2. *d. disputatione* 6. *per totam*, & D. Larrea *decis.* Granat. 98. *ex numer.* 70. omnino videndus, & Scaccia *de sententia, & re iudicata, glossa* 14. *quæstione* 19. *ex numer.* 51.

Ad num. 12. ibi: *Et resolutiue dico* 13 *& c.*

Quod in causis criminalibus non admittatur procurator, vt hic resoluitur, docent Socinus *in reg.* 322. Clarus §. *finali, quæstione* 32. Iiuius *communium, opinione* 649. Menochius *de arbitrarijs, lib.* 1. *quæstio* 80. *nu.* 1. Scaccia *de iudicijs ciuil. & criminal. cap.* 101. *nu.* 44. vers. *Sicut de accusato*, Cassan. *in consuetudin. Burg. rubric.* 4. §. 5. ver. *Et drodi, n.* 27. Paz *in prax. 1. tom* 5 *par. c.* 3. §. 6. *ex n.* 8. & plures referens Zeuallos *quæstione* 237. vbi etiã duas cõtrarias cõmunes sententias adducit circa illã quæstionẽ, an valeant gesta per procuratorẽ nõ oppositâ hac exceptione?

de

de qua infra *nu.* 16. & an debeat opponi ante litis contestationē, *& quæstion.* 289. vbi an quando procedituꝛ contra absentem admitti debeat procuratoꝛ? Pichardus *in* §. *in summa*, institutæ *de iniurijs*, *n.* 27. & latissimè Farinacius *quæst.* 99. *ex n.* 1. vbi discutit rationes dictæ resolutionis, & probat secundam à nostro Gomzio consideratam, *& nu.* 6. ait, quod in practica accusatoꝛ admittitur per procuratoꝛē, & per discursum totius quæstionis plures ampliationes, & limitationes congerit *vsq;* ad nu 274. & inter eas quod admittitur procuratoꝛ pro carcerato, vel pro infirmo, & alijs eū omnino videas ante omnes, *& cōs.* 55 *in addit. lit. A.* & Parej. *de instrum. edit. tom.* 2 *tit.* 6. *resol.* 7. & Fachin. *controuersiar. lib.* 1 *cap.* 24. *& plurib. sequent.* & Barbosam *in collect. ca. veritatis de dolo. & contum. n.* 8.

An autem pro absente contra quē proceditur secundū leges huius Regni possit admitti defensoꝛ, seu excusatoꝛē videri possint Greg *in l.* 12. *tit.* 5. *p.* 3. noster Comez. *in l.* 76. *Tauri*, Parladorius *quotidian. part.* 1. *ca.* 20. Paz *in praxi l.* 5 *p. c.* 4. *n.* 16. *& seq.* vbi etiam ait, quod coram iudicibus fraternitatis, vulgo: *De la hermandad*, talis defensoꝛ nō admittitur, Farinac. latissimè *in quæst.* 99. *ex n.* 230 vbi quod admittitur ad probandam innocentiam rei, *& nu.* 59. Zeuallos *quæstione* 237. *&* 289. apud quos crebrius receptum est defensoꝛem & excusatoꝛē admitti debere pro absente, quod nunquam practicari vidi præterquà ad allegandas causas absentiæ, vel infirmitatis & sic obtinuisse, ait ipse Zeuallos *in dict. quæstion.* 237. *in fine*, quod latissimè prosequitur, distinguit, & declarat Farinacius *in dicta quæstione* 99 *ex num.* 275 omnino videndus, & Barbosa *in collection. c.* 15. *de accusat. n.* 8. *&* 9. & nouissimè Pareja *de instrument. edition rom.* 2. *tit.* 6. *resolutione* 7. *maxime ex n.* 24.

Ad nu. 13. ibi: *Quod tamen intelli-* 13
ge, &c.

Quod in causis relegationis temporalis, vel pœnæ pecuniariæ dignis admittatur procuratoꝛ, vt hic resoluit Gomezius, tenent Bossius *in prax. crimin. tit. an in criminali iudicio, &c. n.* 5. Ant. Gabr *lib.* 7. *conclus.* 9. *n.* 9. Menoch. *de arbitrar. libr.* 1. *quæstione* 80. *ex numer.* 66. Clarus *in* § *finali. quæstione* 32 *n.* 5. Zeuallos *quæstione* 289. *num.* 1. & latissimè Farinacius *dicta quæstione* 99. *ex n.* 66. vbi ferè infinitos refert pro hac opinione, & eam communissimam appellat, nunquam tamen videmus aliquem audiri in prædictis causis, vel alijs per procuratoꝛem nisi sit incarceratus, vel se præsentauerit reus, postquam autem in vinculis coniectus fuit, etiam in causis grauioribus in quibus venit imponenda pœna mortis, vel alia, reum per procuratoꝛem audiri cernimus quotidie, vt dictum manet numero præcedenti, & statim dicetur, vide Carleualium *de iudicijs*, *tom.* 1. *disputatione* 2. *num.* 751 vbi quod pœna exilij temporalis non est corporalis.

Ad n. 14. ibi. *Perterquam si reus de-* 14
linquens, &c.

Reum carceratū & positū in vinculis audiēdum esse per procuratoꝛem licet dubius, resoluit Comez. hic, & ita etiam tenet Socinus *in reg.* 322. *limitat.* 11. Bossius *in pract. tit. an in criminali iudicio, &c. nu.* 9. Clarus *in pract.* § *fin. quæst.* 32. *nu.* 15. *versicul. Item quæro*, Menoch. *de arbitrar. lib.* 1 *quæst.* 80 *n.* 46. Anton. Gabr. *lib.* 7. *conclus.* 9. *ex nu.* 16. & alij plures relati, & sequuti à Farinacio, *dict. quæs.* 99. *ex n.* 134. vbi limitat præterquam in actibus in quibus iudex indiget persona rei, veluti ad declarationem,

seu confessionem, torturam, & alia, de quo etiam agit *numer.* 246. vide etiam Osualdum ad Donelum *lib.* 18 *cap.* 10.

16 Ad num. 15. ibi: *Item etiam limita, & intellige, &c.*

Procuratorem admitti ad appellandum in causis criminalibus, & etiam pro persona illustri in ipsa prima instantia in crimine iniuriarum, vt hic resoluitur, docent Socinus *in regula* 322. *limitatione vltima*, Antonius Gabriel *lib.* 7. *conclus.* 9. *num.* 78. Menochius *de arbitrar. libr.* 1. *quæstione* 80. *numer.* 80. qui & alij relati à Farinacio *in dicta quæstione* 99. *ex num.* 175. tenent procuratorem admitti ad appellandum, quod bene explicat ipse Farinacius omnino videndus, vbi *n.* 180. agit quid de procuratore ad allegandum nullitatem.

Item de procuratore pro persona illustri idem tenent Socinus *in d. regula* 322. *limitatione* 7. Gabriel *dict. conclusion.* 9. *nu.* 52. Andreas Gail *de pace publica libr.* 1. *cap.* 10. *nu.* 12. quod late explicat, & declarat Farinacius *dicta quæstione* 99. *n.* 115. *& sequentibus*, & Pichardus *in* §. *in summa* instituta. *de iniurijs, ex num.* 27. quos omnino videas.

Item quod dicta resolutio generalis nõ procedat in ijs, qui pro suo particulari interesse comparent pro defensione absentis, vt dominus pro seruo, pater pro filio, maritus pro vxore, Abbas pro Monacho, Episcopus pro Clerico, vniuersitas pro suo ciue dominus pro vassallo, & alij similes quorũ interest reũ non condemnari ij enim possunt absentem defendere, etiã in causis capitalibus: docent plures relati ab Ant. Gabr. *lib.* 7. *conclus.* 9. *n.* 47. *& seq.* Menochius *de arbitrarijs, dicta quæstione* 80. *ex n.* 60. & late, & optime declarans, & alios referens Farinacius *dicta quæst.* 99. *ex nu.* 154. omnino videndus. Barbosa *in ea, licet. l. fin. Cod. de nexalibus actionib. n.* 3. Gregor. Lopez *in l.* 10. *tit.* 1. *part.* 7. *& in l.* 15. *tit.* 34. *eadem partita*, Dinus *in regula ratum quis habere non potest* de regulis iuris, in additione lit. G. Aulès *in cap.* 1. *prator.* verbo: *Nihijos, n.* 1. 3. 7. *& 9.* Villadiego *ad ll. fori, l.* 9. *tit.* 5. *nu.* 34.

Ad nu. 16. ibi: *Sed contrarium est* 17 *tenendum, &c.*

Processum esse nullum etiam non opposita exceptione, si interuenit procurator in causis criminalibus, resoluit Comezius, & docent Merchac *vsufrequent. cap.* 2. *n.* 5. *lib.* 2. Clarus *receptarum*, § *fin. quæstione* 22. *nu.* 24 & alij relati à Zeuallos *quæstione* 237. *nu.* 3. *vbi nu.* 4. contrarium probat cũ multis, imo quod valeat processus ni si prædicta exceptio opponatur ante litem contestatam tanquam dilatoria, *& nu.* 5. addit cum Parladoro *lib.* 1. *cap.* 20. & alijs, quod cum hodie *ex l.* 3. *tit.* 10. *lib.* 4 *Recopil.* possit iudex procedere contra absentem in causa criminali, licet non admittatur procurator, debet tamen admitti defensor, quia expedit Reipublicæ absentes à quibuscumque defendi, de quo iam diximus supra *num.* 13. *& nu.* 14. vbi de procuratore admittendo, vel non: Morla *in emporio, tit.* 2. *n.* 55. vbi etiam ex pluribus docet iudicium valere, vt dictum est, nisi à parte fuerit opposita exceptio. vide supra *d. n.* 13 *&* 14. & Farinacium *d. quæstione* 99. *nu.* 243.

Ad numerum 17. ibi: *Oportet* 18 *quod iudex requirat in actis offensum, &c.*

Semper offensum debere requiri per iudicem an velit accusare, vt hic resoluitur, docent communiter Doctores, vt constat ex Couarrubia *libr.* 1. *variarum, ca.* 11. ad finem, Claro *libr.* 5. *receptarum*, §. *finali, quæstione* 15. *n.* 5. Farinacio *in fragm*

ver

verbo: *Inquisitio, nu.* 343. Suarez de Paz *in practica, 1. tomo. 5. parte cap.* 3. §. 5. vbi cum Iulio Claro supra adueretit, quod non potest compelli hæres offensi ad accusandum, ipse tamen offensus bene potest compelli sub iuramento declarare, & narrare seriem facti, licet non compellatur ad querelandum, vt hic probatur, & docet Barbosa *in collectanea, cap. licet de accusationibus, num.* 3. & omnes: vide etiam eundem Barbosam *in 1 parte Cod. vt nemo inuitus agere, &c.* Larream, *decisione Granatensi* 26. *num.* 6.

19 Ad numerum 18. ibi: *Et attendendum circa illam legem, &c.*

Remedium legis *diffamari, Cod. de ingenuis manumissis locum habere in qualibet causa ciuili*, vt hic resoluitur docent Couarrubias *lib.* 1. *variarū, cap.* 18. Sarmiento *lib.* 1. *Selectarum, cap.* 2. *per totum*, vbi plures refert, licet ipse solum in causa status locum habere dicat, Menochius *de arbitrarijs casu* 98. *num.* 7. *& de adipiscenda remedio* 4. *num.* 357. Philipus Portius *in regula* 19. Afflictis *decisione* 268. Cregorius *in l.* 46. *tit.* 2. *partita* 3. Gratianus *disceptationum, tomo* 1. *ca.* 85. *& tomo* 4. *cap.* 686. Molina *de primogenijs, lib.* 3. *cap fin. ex num.* 22. Gutierrez *consilio* 51. late Pichardus *in manuductionibus* 3. *parte* §. 4. *num.* 47 Ossualdus ad Doncl. *lib.* 17. *cap.* 4. *notatis lit. G. & lib.* 20. *cap.* 4. *notatis lit. A.* vbi an ex communicatus possit hoc remedium intentare? & Tuschus *lit. D.* verbo: *Diffamatus*, quos vide, & Suarez de Paz *in sua praxi, tomo* 3. *cap.* 9. §. 1. vbi docet in omnibus causis etiam criminalibus locum habere predictum remedium, *& num* 3. enumerat requisita necessaria ad illud. & late, & optimè D. Larrea *decisione Granatensi* 38. *per totam* post Canceriuni *variar.* 3. *parte, cap.* 1. *ex num.* 54.

Ad numerum 19. ibi: *Sed etiam pos* 20
terit petere examinari, &c.

Reum petere posse examinari testes pro sui defensione ad perpetuam rei memoriam, si actor differt agere, quamuis de eorum morte vel absentia non dubitetur, actorem vero hoc non posse petere, nisi verisimiliter constet de eorum morte vel absentia vt resoluit Gomezius, docent in ciuilibus loquentes Misingerius *observatione* 72. *centuria* 4. versiculo: *Secundus articulus*, Andræas Gail. *observatione* 92. *num.* 8. *& 9. lib.* 2. Viuius *opinione* 922. *num.* 6. Mascardus, *conclusione* 683. *nu.* 1. Menochius *lib.* 2. *præsumptione* 64 *&* Garcia *de nobilitate glossa* 48 *num* 21. & alij plures relati a Barbosa *in collectanea cap quoniam frequenter vt lite non contestata, &c.* vbi ponuntur requisita ad hoc examen testium ad perpetuam rei memoriam, *& in cap. significauit de testibus num.* 2. & latissimè Farinacius omni no videndus *in praxi, quæstione* 76. *per totam* vbi fusissimè materiam explicat ex parte actoris & ex parte rei plures ampliationes, & limitationes congerens, Tuschus *lit. T. conclusione* 157. Matienzo *in Dialogo*, 3. *parte cap.* 50. & nouissimè recteq; materiā explicans in causis nobilitatis, & alijs, Scobar *in tractatu de puritate sanguinis, quæstione* 14. *per totam*, quem, & Farinacium supra omnino videas, & vide infra *num.* 22. & Scacciam *de iudicijs, lib.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 119. *latissimè.*

Ad numer 20. ibi: *Imo etiam quod* 21
magis est, &c.

Quod reus, cui aliqua exceptio competit possit actorem adiudicium prouocare petens, vt declaretur, exceptionem sibi competere, & imponatur silentium actori, vt docet Gomezius *ex l. si contendat ff. de fideiussoribus*, comprobant Rodericus Suarez *allegatione* 4. *ex num.* 5. Couarrubias

bias *lib. 1. variar. cap. 18. nu. 3.* Molina *de primogenijs lib. 3. cap. final. nu.* 22. Gutierrez *co. filio* 51. late, & optimè declarans, Paz *in praxi, tomo 3. cap. 9. § 2. per totum*, & vide etiam Sarmientum *lib. 7 select. cap. 6. nu.* 4. Auendañum *in tit. de exceptionibus num* 50 Azeuedum *in l. 1. tit. 21. lib. 4. Recop. num.* 143, & Cancerium *variarum 3. parte, cap. 1. ex num* 54. vbi bene declarat differentiam huius remedij, & *l. diffamari Cod. de ingenuis manumissis.*

22 Ad numerum 20. ibi: *Secus vero in criminali ex parte accusatoris, &c.*

Resolutionem supra traditam *nu.* 20. de testibus recipiendis ad perpetuam rei memoriam declarat Gomezius in præsenti, vt non procedat in criminalibus, ex parte accusatoris, licet procedat in reo, & ita etiam docent Speculator *in titulo de teste §. nunc tradendus, nu. 6.* versiculo *Quid si criminaliter*, Andræas Gail *observatione 92. num. 13. & sequentibus, lib. 1.* noster Gomezius, *in l. 76. Tauri n. 4.* Clarus *receptarum § finali quæstione 44.* in principio, versiculo: *Et hoc adeo verum est.* Tuschus *lit. T. conclusione 158. num. 7. & seq.* & plurimos referens Farinacius *in praxi. quæstione 76. ex num. 113. vbi num. 114.* ampliat etiam si testes sint valetudinarij vel diu abfuturi, quia non recipiuntur nec examinantur ex parte accusatoris, *& num. 115.* limitat quando de crimine agitur ciuiliter, tunc enim poterunt ante litem contestatam examinari, senes, valetudinarij, & abfuturi, acsi ciuiliter ageretur, & numeris sequentibus alias plures limitationes congerit, quas per eum videre poteris, *& num. 123.* comprobat secundam partem prædictæ resolutionis, nempe quod ex parte rei poterunt examinari testes ad perpetuam, etiã in criminalibus, eum videas, *& conclusionem 99.* post opera Roderici Suarez, & latissimè Scacciam *de iudicijs lib. 2. cap. 8. ex num. 119.*

Ad numerum 22. ibi: *Et breuiter* 23 *& resolutiue dico, &c.*

Cum ante a *num.* 18. dixerit noster Gomezius, remedium *l. diffamari* posse intentari in quolibet iudicio, vt ibi videre poteris, nunc prosequendo materiam asserit, quod semper iudex debet requirere offensum, vel eos qui suam vel suorum iniuriam prosequuntur, & eis præfigere terminum, vt declarent an velint accusare vel non, nam aliàs si veniam ante probationem faciam, & publicationem eius admittendi sunt (de quo etiam infra *in additione ad numerum* 26.) & ita tenent Cepolla *in cautela* 27. Hipolitus *in sua practica §. constante num.* 39. Paris de Puteo *de syndicatu in parte, dicit constitutio Regni. num.* 10. & eos, & alios referens Auiles *in ca. 1. præterea, verbo: Fiel. num.* 34. Barbosa *in l. 2 ff. soluto matrimonio in principio num.* 110. Clarus *receptarum, §. fin. quæstione 3. num. 8.* & D. Larrea *decisione Granat. 98. maximè num.* 13. Aliquando autem quis cõpellitur accusare vt filius de nece patris, Narbona *de ætate anno 25. q. 41. num.* 13.

Ad num. 23. ibi: *Quod in distincte* 24 *in qualibet causa, &c.*

In qualibet causa pretendenti aliquod ius potest assignari terminus, vt illud deducat in iudicio, ita Gomezius in præsenti, & comprobari potest ex ijs quę diximus supra *num.* 19. & ex doctrina Auilesij, *dicto cap. 1. prætorum, verbo: Fiel. num.* 34. *&* 35. & Tuschus *lit. D conclusione* 411.

Ad numerum 24. & 25. ibi: *Sed his* 25 *non obstantibus*

Et ibi: *In quo resolutiue dico, &c.*

Vnicam monitionem sufficere ad hoc vt excludatur accusator iuxta supra dicta dum modo post lapsum termini iudex proferat sententiam in

ter

terloquutoriam in qua pronuntiet eum amplius non audiendum, vel quando tempore assignationis primi termini ipse iudex addat, & dicat quod termino elapso actor vel accusator amplius non audiatur, resoluit hic noster Gomezius, & docent plures relati, & sequuti ab Aulesio, *in dicta cap. 1. praterum*, verbo: *Fiel, dicto num.* 34. vbi addit quod sententia lata non requisita parte offensa ipsi non præjudicat, & iudex tenetur in iudicatu si absoluit delinquentem. Et in verfic. *Adeoquod transacto, &c.* aduertit quod post terminū impositō silentio, minor non restituitur ad accusandum, ex decisione Tex. *in l. auxilium. ff. de minoribus*, & Paz *in praxi, tomo 1. parte 5 cap. 3. §. 5. num.* 8. Tuschus, *lit. D. conclusione* 411. *num.* 16.

Ad numerum 26. ibi: *In quo articu* 27 *lo breuiter dico, &c.*

Nec accusatorem extraneum nec iudicem ex officio posse procedere contra reum absolutum, nisi doceatur de præuaricatione primi accusatoris, vel iudicis vel testium, vel tabellionis; accusatorem vero, qui profitetur suam vel suorum iniuriam bene admittendum, licet non doceat de præuaricatione, si habuit ignorātiam vel fuit impeditus, docet Gomezius, & tenent Bosius *in practica criminali, tit. de sententijs num.* 60. & 64. Clarus, §. *finali, quæstione* 57. Sccacia *de iudicijs, lib. 1. cap.* 12. *num.* 81. vbi de absoluto ab vno iudice, an ab alio possit puniri? *Et in tractatu de re iudicata glossa* 14. *quæstione* 7. *ex num.* 150. vbi de absoluto simpliciter vel ab obseruatione iudicij, Gailus *de pace publica, lib. 2. cap.* 11. *num.* 24. Federicus inter opera Farinacij *resolutione* 17. Tuschus *lit. A. conclusione* 53. latissimè materiam prosequens, & amplians, & limitans, & latius Farinacius *in praxi, quæstione* 4. *per totam* vbi quatuor ampliationes & vndecim limitationes congerit, omnino videndus, & *num.* 20. & *sequentibus* declarat, quomodo probetur prædicta ignorantia. & *consilio* 46. *num.* 14. & iterum *quæstione* 187. *ex num.* 297. vbi de hæresi, Gregorius *in l. 20. tit. 22. partita 3. glossa* 17. Gratianus *regula* 125. Barbosa *in l. 2. ff. soluto matrimonio in principio num* 109. & 110. & alter Barbosa *in collectanea cap. 6. de accusationibus* vbi de absoluto ob non probatum crimen.

Ad numerum 27. ibi, *& resolutiue* 28 *dico, &c.*

Reum condemnatum pro aliquo crimine non posse iterum accusari etiam ratione alicuius qualitatis adiectæ secunda ero accusatio cum illa qualitate quod debeat admitti ante sententiam, probat Gomezius in præsenti & docent latè explicantes Clarus *receptarum* § *fin quæstion* 57. Bosius *in practica, tit. de sententia, nu.* 64. Boerius *in decisione* 289. *nu.* 1. & *seq.* & plures refert Barbosa *in collectanea cap. 6 de accusationibus*, Scaccia *de iudicijs lib. cap.* 12. *num.* 81. & 82. & alij plures in vnum congesti a Farinacio *in dicta quæstione* 4. *num.* 4. vbi late resolutionem Comezij exornat, & cum alijs declarat, quod si illa noua qualitas diuersificat delictum aut condemnationem & pœnam, verbi gratia, si absq; qualitate accusatur de homicidio, cum qualitate autem de parricidio, tunc semel absolutus seu condemnatus de homicidio non prohibetur iterum accusari de illa qualitate diuersificante delictum, si vero qualitas de nouo proposita non diuersificat delictum, licet illius pœnam, & condemnationem augeat, tunc semel absolutus seu condemnatus de aliquo delicto non potest iterum accusari super illa qualitate, vnde absolutus seu condemnatus de vulnere, non potest iterum

rum molestari ex debilitatione membri sequta ex ipso vulnere, vide eum per totam quæstionem, *& quæstione 7. num. 26.* & omnes relatos num. præcedenti qui easdem ampliationes & limitationes fere applicant ad præsentem resolutionem vide etiã Tuschum *lit. C. conclusione 571. per totã* & Larream *decisione Granat. 50. ex num. 5.*

29 Ad numerum 28. ibi: *an debeat esse civis illius populi, &c.*

Etiam forensem, & lucrum esse admittendum ad accusationem in publicis iudicijs, vt hic resolvitur, docent late Angelus, Gigas, & alij relati, & sequtus Farinacius *in praxi, quæstione 32. num. 11.* vbi laudat nostrum Gonzalum, & eius solutionem ad Tex. *in l. in provinciali, § finali. ff. de nouis operis nunciatione*, Tuschus *lit. A. conclusione 160.* vbi quod in crimine publico accusat omnis qui non reperitur prohibitus, Paz *in praxi, tomo 1. part. 5. cap. 3. num. 8.*

Et generaliter circa contractus, & alia forensium sea peregrinorum, & an possint vti priuilegijs, & legibus locorum vbi reperiuntur, vel subijci eorum statutis, & ordinationibus? videbis Thomam Sanchez *de matrimonio, lib. 3. disputatione 18. & disputatione 23.* Gregorium *in l. 21. ti. 4. part. 1.* Gratianum *disceptationum, ca. 164. num. 9. & cap. 42. num. 34.* vbi an iuuetur consuetudine loci? *& cap. 41. num. 41. & cap. 253. num. 12. 13. & 14. & cap. 530. num. 39.* Auendañum *de exequendis mandatis lib. 1. cap. 13. n. 10.* Molinam *de iustitia tomo 2. disputatione 337.* & late Fagundes *in quinq; præcepta Ecclesiæ, lib. 1. præceptor. cap. 7. & 8.* Azeuedum, *in l. 1. tit. 18. lib. 6. Rec.* Gutierrez, *lib. 4. quæstione 42.*

30 Ad numerum 29. ibi: *Sed saluo eius pace, &c.*

Siue in crimine publico siue priuato licite proponi posse accusationem & cum bona conscientia fieri zelo iustitiæ, & absq; odio & rancore, vt hic resolvitur, docent communiter Doctores pœna enim & præmio vniuersi ciues in officio continentur, vt optimè exornat Pichardus *in rubrica institutæ de publicis iudicijs, & in specie* ita probant latissime Didacus Perez, *l. 1 glossa 3. tit. 3. lib. 5. ordinamenti*, Tiberius Decianus *in suis tractatibus criminalibus. 1 parte, lib. 2. cap. 4 & 5.* Paz *in praxi. 1. tomo parte 5. cap. 3 num. 3. & sequent.* vbi probat quod aliquando accusatio cadit sub præcepto, nempe quando crimen publicum tendit in perniciem Reipublicæ, & per aliam viam communi bono consuli non potest Barbosa *in collectanea l. vnica, Cod. vt nemo inuitus agere vel accusare compellatur. num. 4.* Thomas Sanchez *in consilijs Moralibus, lib. 6. cap. 1. dubio 26. & dubio 28.* vbi quid si delictum probare non potest *& dubio 29.* vbi an pactum vel iuramentum de non accusando valeat? & late & optimè materiam explicans omnino videndus Sayrus *in claui Regia seu Thesauro casuum conscientiæ, lib. 12. cap. 14.* vbi distinguit inter crimen contra Rempublicam, & contra priuatam personam, & varijs propositionibus quæstionẽ resolvit, quam etiam doctissimè prosequitur Vincẽtius Filliucius *tractatu 40. in octauum præceptum. cap. 7. per totum.* Ex quo sequitur quod si post institutam iniuriarum actionem, iniuriatus cum iniuriante comederit, vel aliud simile fecerit, non actionem sed animi rancorem remisisse videatur, nulla enim culpa est, ius suum prosequi, vt explicat Pichardus *in §. hac actio 12. institutæ de iniurijs, num. 12.* vide etiam Petrum Gregorium *in syntagmate li. 32. cap. 7. num 12.* & Gregorium de Valentia *2. 2. disputatione 5. quæstione 12. puncto 1.*

Ad

31 Ad numerum 30. ibi: *Sed ego teneo contrarium, &c.*

Accusationem de delicto publico esse ius quodam differens ab actione & officio iudicis, vt hic resoluitur docent Parladorus *tomo* 3. *differentia* 34. vbi explicat quomodo differat actio ab officio iudicis nobili seu mercenario, Bossius *in practica, tit. de Inquisitione*, Cantera *in quæstion. criminal. præludio* 1. & comprobatur ex ipsismet definitionibus actionis, accusationis, & officij iudicijs, de quibus superius relati agunt, & Farinacius *quæstione* 12. *nu.* 2. vbi quid sit accusatio, & Paz *in praxi, tomo* 1. 5. *parte cap.* 3. *num.* 2. & optimè Pichardus *in principio, institutæ de publicis iudicijs, ex num.* 21. *vbi num.* 25. ait quod criminales causæ non exercentur per actiones, & an criminale, & ciuile iudicium concurrere possint? & alia, optimè Alciatus *in l. pecunia, § actio. ff. de verborum significatione*, & quod accusatio non sit officium iudicis residens in parte, vt dixit Barrolus probari potest ex ijs quę cumulat Pichardus ipse *in principio, institutæ de obligationibus quæ ex delicto nascuntur*, eos vide & Petrum Gregorium *in syntagmate lib.* 32. *cap. cap.* 2. *per totum* vbi *num.* 2. quod aliquando accusationis, & actionis verbo æquiuoce vtimur, *& in cap.* 24. vbi de differentijs inter iudicia criminalia, & ciuilia.

32 Ad numerum 31. ibi: *In quo articulo breuiter dico, &c.*

Quemlibet ad accusandum admitti dum in crimine publico nisi expresse reperiatur prohibitus, vt sunt mulier, minor, infamis, miles, & alij, vt probat Gomezius in præsenti, docet late Clarus, *in practica* §. *finali, quæstione* 14. vbi eius additionator Plaza *in epitome delictorum. cap.* 45. *num.* 8. & alij in vnum congesti per Tiberium Decianum, *in tract. ac criminal. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. *& sequent. parte* 1. Tuschus *lit. A. conclusione* 160. & duabus sequentibus, vbi late ampliat, limitat, & declarat, & Pichardus *in manuductionibus* 3. *parte* § 1. *num.* 5. vbi alios plures refert. Barbosa *in collectanea ad titulum de accusationibus in rubrica, & in cap.* 3. vbi quod Monachus potest accusare suum Abbatem vel alium tertium de licentia ipsius Abbatis, si accusatio tendat in vtilitatem Monasterij (de quo etiam latius agit ipse Barbosa *in cap.* 11.) *& cap.* 5. vbi quod familiaris criminosus Episcopi potest illum accusare, *& cap.* 7. vbi quod inimicus repellitur ab accusando, nisi sit reconciliatus, & amicitia longo tempore confirmata, & latissime Farinacius *in praxi, quæstione* 12. *ex num.* 8. *vsq ad* 60. vbi omnia de hac quæstione reperies; & Thomas Sanchez *in consil. Moral. tomo* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *dubio* 30. & notissimè Narbona, *de state anno* 2, *quæstione* 41.

An autem iudex ex officio possit accusatorem inhabilem repellere, parte non opponente vide eandem Farinacium *ibidem num.* 56. vbi distinguit quod si accusator est inhabilis & repellitur a iure odio ipsius, vt Iudeus, hæreticus infamis, & similes, potest repelli a iudice, etiam parte non opponente secus aliàs, vbi etiam *nu.* 57. quod quando inhabilitas prouenit a iure ciuili debet opponi a parte ante litem contestatam, si vero prouenit a iure gentium vel naturali, etiam post litem contestatam: vide etiam Barbosam *in collectanea, cap.* 1. *dicto tit. de accusation.* vbi de accusatore repellendo per iudicem eandem distinctionem laudat, & vide Carleualium *de iudicijs, tomo* 2 *tit.* 2. *disputatione* 4. *ex num.* 23.

Ad numerum 32. ibi: *Addo tamen quod omnes istæ personæ, &c.* 33

Accusatorem inhabilem esse admit-

mittendum, si suam vel suorum iniuriam prosequatur, vt hic resoluitur docent omnes supra relati num. præcedenti, maximè Tiberius Decianus *dicta parte 1., lib. 3. cap. 5. ex num. 2.* omnino videndus, Plaza *num. 14.* & Farinacius, *dicta quæstione 12. num. 56* vbi declarat, dum modo talis inhabilis sit capax ad accusandum, aliàs enim non admittitur, etiam si suam vel suorum iniuriã prosequatur, pro veriã non admittitur excõmunicatus excõmunicatione maiori, vt probat ipse Farinac. ibidem *n. 31. & 32.* & latissimè Sairus *in tractatu de censuris, lib. 2. cap. 7.* vbi quod excommunicatus denuntiatus non potest accusare, (& hæc exceptio in quacumq; parte iudicij obijci potest) etiam si suã vel suorum iniuriam prosequatur, & etiam si alterum excommunicatum accusare velit, præterquam in crimine hæresis, & *num. 8.* quod prædicta exceptio non solum a reo, sed etiam a quocumq; siue masculo siue fœmina opponi potest, eum omnino videas, & Farinacium etiam *quæstione 13. num. 14.*

33 Ad numerum 33. ibi: *In quo articulo breuiter dico, &c.*

Quod clericus si prosequatur suã iniuriam propriam, vel offensam Ecclesiæ suæ licite possit laicum accusare, etiam si veniat imponenda pœna sãguinis, protestatione præmissa, & tunc non incurret irregularitatem vt hic resoluitur, docet Couarrub, dicens communem *in Clementina si furiosus*, Clarus *in praxi §. fin. quæstione 14. num. 3.* vbi eius additionator, & plurimos pro hac parte referens Sayrus, *de censuris, lib. 6. cap. 18. num. 2. vbi nu. 3.* Quod etiam si omittat protestationem non peccabit mortaliter, *& num. 4. & 5.* disputat quid dicẽdum si dicta protestatio ficto animo fiat, vere intra se intendens mortem, in quo duas communes contrarias opiniones adducit, & tãdem probat irregularitatem nõ incurri, (de quo etiam videas Cenedum *in collectan. cap. 2. de homicidio in 6.*) *& num. 6.* docet quod si Clericus ciuiliter accusat, prævidens probabiliter delinquentem incurrere periculum pœnæ sãguinis, tunc necessario requiritur protestatio, vt irregularitas euitetur Suarez *de censuris, disputatione 47. sectione 2.* Farinacius *in fragmentis verbo Clericus, num. 408.* & Barbosa *alios referens, in collectanea cap. 9. ne clerici vel Monachi, &c.* sed prædictam communissimã sententiã nouissimè impugnat Brito Lusitanus *in cap. potuit de locato, & conducto §. 2. ex num. 37.* quem videas, & Farinacium iterum *quæstione 12. num. 12.*

Item de Monacho accusatore, vide quæ diximus supra *nu. 31.* & Thomam Sanchez *in summa lib. 6 cap. 12.* per totum, vbi etiam agit quid si ipse Monachus accuseur.

Ad numerum 34. ibi: *In quo breuiter dico, &c.* 34

Et ibi: *Ex qua lege iunctis superioribus, &c.*

Suorum iniuriam prosequi, dici illum qui accusat pro consanguineo vsq; ad quartum gradum, vt hic resoluitur, docet Azeuedus *in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. num. 65.* id comprobans iure Regio, *vbi num. 66.* agit, in hoc casu an taliter accusatus possit reaccusare accusatorem suum de crimine non tangente suam vel suorum iniuriam, & alia, & vide Gratianum *regula 63. & 75.* nec dissentiunt Clarus *in praxi, §. fin. quæstione 14. num. 2.* & Farinacius *quæstione 12. num. 58.* vbi ait non esse recedendum ab opinione nostri Comezij *in præsenti*, qui in effectu tenet quod de iure communi, vsq; ad sextum gradum: & de iure Regio vsq; ad quartum gradum, dicta resolutio procedere debet, & addit cum Claro, ipse Farinacius ibidem, *i*

dent, etiam intelligi prosequi suorũ iniuriam parentes, & descendentes omnes, item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, vxor, socer, socrus, gener, nurus, vitricus, noverca, & priuignus, de quibus omnibus, & alijs qui ad accusandum admittuntur prosequentes suorum iniuriam, videndus est omnino ipse Farinacius q. 13 per totam, vbi latissimè explicat, qui admittantur, & præferantur in accusando, & pacem seu transactionem faciendo, & quid in vxore, seu sponsa de præsenti, in amico, compatre, vel commatre, filio spurio, vel adoptino, & reliquis omnibus. & n. 19. & sequentibus explicat, quid in Monacho pro iniuria sibi illata, de quo etiam late Pater Thom. Sanchez *in summa lib. 6. ca.* 12. & nos etiã de prædictis, mayimè de pace seu transactione facienda, iterũ agemus infra, *in cap. 3. de homicidio.*

35 Ad numerum 35. ibi: *Et magistratus ter, & resolutiue dico, &c.*

Quod si plures extranei concurrãt ad accusandũ super eodẽ delicto iudex eliget magis idoneũ seeus si concurrat aliquis qui suam vel suorum iniuriam prosequatur, is enim præferẽdus est, & inter plures huius qualitatis qui proximior est, & si omnes sint in eodem gradu omnes sunt admittendi; præter quã si vnus litem cõtestatus est, ita resoluit Gomezius *hoc n.* & tenent cõmuniter Doctores, vt constat ex adductis per Plazam *in epitome delict. li 1. c. 39. n. 17. & in ca. 36. n. 15.* vbi de pluribus cõcurrentibus in eodẽ gradu: Clarus *recepta. §. fin. q. 13* vbi eius additionator, Tusc. *lit. A. concl. 162.* Paz *in praxi, tom. 1. par. 5. c. 3. ex n. 16.* & late Farin. *in sua praxi q. 13. ex n. 1.* vbi *n. 35.* declarat quod illi qui debent admitti ita aquã prosequentes suorũ iniuriam debẽt intelligi iuxta dicta supra nu. præcedenti, nẽpe in consanguineis vsq; ad quartum gradẽ, & num. 6. ampliat dictam resolutionem de proximiori præferendo, vt procedat etiam si remotior præuenerit in accusãdo, quia proximior adhuc illi est præferẽdus etiam non refectis expensis, vide eũ per totam quæstionem vbi bene explicat per ampliationes, & limitationes.

Item circa concordiam, & pacem faciendam super delictis, vide infra *in cap. 3. de homicidio.*

Ad nu. 36. ibi: *Et breuit. dico, &c.* 36

Quod accusatore mortuo vel impedito, alius possit intra 30. dies accusationem prosequi, aliàs si velit de nouo accusare possit illud facere intra tẽpus præfixum accusationibus, vt hic resoluitur, docẽt Clarus *recepta. §. fin. q. 51. ex n. 9.* vbi additionator: Pichar. *in mauud. 4. par prac. 4. n. 2.* vbi quod morte accusatoris accusatio extinguitur, non crimen: Sebastiã, Med. *in tract. mors omnia sol. 2 part. concl. 2. n. 5.* vbi quod hæres accusatoris non potest prosequi accusationem vt talis, sed bene alter poterit accusari reus, Villadiego *in Politica c. 3. n. 179.* Barb. *in l. 2. ff soluto matrim. 1. par. n. 111. & 116.* & vide ad hunc numerum Farinac. *q. 43 num. 33.*

In accusante autem ob propriam iniuriam an instãtia videatur peremptamorte ipsius accusatoris, velut si mulier stuprum passa, moriatur, an vir adhuc teneatur honorem amissum resarcire, in quo Baiardus ad Clarum §. *stuprum, num. 24.* Cancerius *variarum 3. part. c. 11. ex n. 132.* Fontanel. *de pactis nuptial. clausula 5. glossa 5. parte 1. num. 86. & seq.* & eos referens D. Franciscus de Amaya *in l. 9. Cod. de iure fisci li. 10. ex n. 64.* tenens stupratorem teneri ad dotis constitutionem, etiamsi mulier decesserit pendente lite, cum hoc ius ad heredes transmittat, eum vide.

37 Ad numerum 37. ibi: *Et quoniam, &c.*

Circa prosequutionem accusationis super qua fuit facta satisfactio, vide omnino Barbosam *in l. 2. ff. soluto matrimonio. 1. parte ex num. 110.*

Ibi: *Sed circa praedicta subtiliter, & necessario quaero, &c.*

Vide omnino Padillã, *in l. si ex falsis, Cod. de transactionibus*, Cratianũ *regula. 6* & Zeuallos, *quaestione* 487.

38 Ad numerum 38: ibi: *In quo ista est vera, & notabilis resolutio, &c.*

Si diuersæ pœnæ imponũtur cumulatiue diuersis legibus, omnes debẽt imponi pro eodem delicto, si aurẽ nõ constat tacite nec expresse an posterior lex pœnalis corrigat priorem per legem nouam in dubio intelligitur corrigi prior, ita in effectu resoluit noster Gomezius, & docent Clar. *recept. §. fin. q. 85. n. 5.* Menoc. *de recup. remed. 9. ex n. 338. vsq; ad 397* (vide cõsil. 101. post opera Roder. Suar.) & plures referens Andræas Fachin. *li. 9. controuers. c. 1.* vbi laudat nostrũ Gomez. Tusch. *lit. P. concl. 234.* qui omnes docẽt pœnã statuti posterioris imponendã, & non legis prioris; videtiã Mantenz. *in l. 5. ti. 1. glos. 4. n. 3. & l. 7. glossa vltima eadem tit. li. 5. & in Dial. 3. par. c. 34.* vbi in aliquibus a nostro Gomezio dissentit, regulariter enim lex noua non præsumitur corrigere antiquam, de quo late Menoch. *de præsumpt. li. 6. præsup. 38* nihilominus autẽ ex coniecturis correcta videtur, vt ibi probat ipse Menoch. quod etiã in hoc casu dicendũ videtur ex resolutione Comez, & ex adductis supra, maximè per Fachin. quem omnino videas, & Cratian. *in regula 291. n. 3.* & ante omnes Thom. Sanchez *de matrim. li. 3. disput. 48. n. 3.* & sequentibus, *& n. 8.* vbi limitat in pœnis ipso iure impositis, & Ceued. *q. 9. n. 32.* vbi quid si post delictũ noua pœna imponatur, de quo etiã D. Larrea *allegatione fiscali 37. num. 32.*

Ad numerum 39. ibi: *Verum tamen est, &c.* 39

Quod pœna aliqua ex diuersis imposita non possit amplius reus alia puniri, possit tamen iudex ab initio eligere quam velit attenta qualitate negotij, comprobatur ex adductis *supra n. praeced.* maximè per Clarum *q. 85. n. 6.* Menoch. *de arbitrar. q. 94.* late, & per Farinacium *in praxi q. 4. n. 11.* ad finem Nauarrum *in c. consideret, §. ponas, de pœnitent. distinctione 5. n. 12.* Sayrum *in claui Regia, lib. 3. c. 8. n. 14.* Barbosam in collectanea *ca. scrupula de vita & honestate Clerico, rum n. 6. & in c. quoniam frequenter n. 30. vt lite non contestata*, Cancer. *var. 3. parte, cap. 19. ex num. 61.*

Et non poterit iudex variare si semel imposuit pœnam delinquenti ex Baldo *in l. data opera, Cod. de accusationibus*, Bertachino *in suo repertorio, verbo pœna alteratur*, & hoc comprobatum extat *per l. 21. tit. 9. partita 7.* de quo optimè Cratianus *in regula 480. per totam*, vbi limitat tripliciter cum Felino *in cap. quod olim de iudais n. 4. et in c. addeliberand eodẽ tit.* & maximè nisi punitus in pecunia eam non haberet, quia deberet tunc imponi pœna corporalis vt alibi dictum manet.

Ibi: *Ex quib. infero, et declaro, &c.*

Vide supra relatos *num. 38.* maxime Matiẽ *in Dial. 3. pa. c. 34.* omnino

Ad numerum 40. ibi: *Sit Prima eõ* 40
clusio. Et ibi: *Secunda conclusio. Et ibi Tertia conclusio, &c.*

Pœnã seu pœnitentiam impositam pro foro pœnitentiali, etiã fiat publica, & pœnam medicialem, vt est excommunicatio, vel præparatoriã ad punitionem, vt est degradatio, non impedire aliquo modo pœnam imponendam in foro iudiciali, vt hic resolutur, docent, & comprobant Couar. *variar. resolution. lib. 2. c. 10. n. 3.*

Clarus

Clarus *in §. finali, quæstione* 57. *num.* 10. Gail. *de pace publica, lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 26. *& seq.* Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 3. *disputatione* 48. *n.* 8. *vbi* agens de pœna excommunicationis impositæ Sacerdoti regulari solemnizanti matrimonium absq; proprij Parrochi licentia *per clementinam* 1. *de priuilegijs* ait hanc pœnã non corrigi per aliam suspensionis ad nutum ordinarij impositam per Tridentinam *sessione* 24. *de matrimonio cap.* 1. *&* Farinacius *in praxi, quæstione* 4. *num.* 5. *&* 8. *&* 9. plures Doctores referens, addẽs q; ratione esse, quia per pœnitentiam deo & Ecclesiæ fit satisfactio, per pœnã autem legalem satisfit Reipublicæ. & amplius dictam resolutionem procedere etiã si pœnitentia *vel* absolutio fuerit imposita per Papam, vel alium Prælatum habentem iurisdictionem in tẽporalibus contentiosam, quia præsumitur processisse in foro poli tantum modo. *& num.* 6. ampliat etiamsi pœnitentia fuerit publica, cum vide, & Auiles, *cap.* 25. *prætorum*, verbo: *La praematica*, late, vbi etiam de infideli Baptizato, an liberetur a pœna delicti.

An autem iudex Ecclesiasticus possit in delictis mixti fori capere delinquentem propria auctoritate, vide Paz *in praxi, tomo* 2. *praludio* 2. *ex num.* 54. *&* plures relatos a Cancerio 3. *parte cap.* 19. *num.* 57. *& sequentibus vbi* late de punitione in delictis mixti fori. & D. Ioseph Vela *de potestate Episcopi ex num.* 100. latissimè vbi plurimos refert, *& num.* 84. vbi quod per pœnitentiam in foro sacramentali impositam blasphemus non liberatur a pœna in foro iudiciali, & in hoc alios plures commemorat, & ibi delicta quæ sunt mixti fori refert.

Item in his delictis mixti fori, & alijs casibus quo modo inducatur præuentio? vide Farin. *consil.* 134. *li.* 2. *n.* 3. Mastril. *decis.* 210. *ex n.* 8. *post Bossium de foro compet. n.* 97. *& seq.* qui resoluunt quod præuentio per citationẽ verbalẽ nõ impeditur per præsentationẽ sponte factam a reo sed per capturã de mãdato iudicis: Gturb. *cõs. fil.* 48. Tusch. *lit. P. cõcl.* 646. *&* 647. Cancer. 2. *p. c.* 2. *n.* 209. Carleual. *de iudicijs. li.* 1. *disput.* 2. *q.* 7. *sectione* 3. *ex n.* 888. & per totã *vbi n.* 867. alios plurimos refert materiã præuentionis explicantes, inter quos maximè commendo Farin *q.* 7. *ex n.* 52. Guaz. *de defensionib. reor. defens. l.* 1. *c.* 9. *&* 10. Azcuedum *l.* 10. *tit.* 13. *li.* 8. *ex n.* 1. Decianum *li.* 4. *c.* 24. 21. *&* 22. & præter eos Bobadillã *lib.* 2. *ca.* 13. *nu.* 74. Barbol. *de iure Ecclesiast. ca* 39. §. 4. *n.* 57. Amayam *l.* 2. *Cod. de exactoribus tributorum. nu.* 60. vbi quod præuentio non inducitur ex actu nullo.

Ibi: *Quarta conclusio &c.*

Et vbi, *Et certe in hoc dubio &c.*

Quod in delicto mixti fori si per iudicem Ecclesiasticum non fuerit imposita competens pœna possit reus capi, & puniri per iudicem sæcularem, si vero fuerit captus, & punitus per iudicem secularem, quod postea non possit puniri per Ecclesiasticum, quia semper pœna imposita a sæculari præsumitur competens, resoluit Gomezius in præsenti, & docent Couarrubias *lib.* 2. *variarum cap.* 10. *num.* 6. Clarus *receptarum* §. *finali quæstione* 57. *num* 11. *& sequentibus* vbi Baiardus, Auendañus 2. *parte cap.* 5. *prætorum num.* 18. *& cap.* 16. *num.* 16. *& cap.* 26. *num.* 5. Vallalobos *in suis communibus* versiculo *condemnatus num.* 123. Bossius *in practica, tit. de foro competenti num.* 147. Scaccia *in tractatu de iudicijs causarum ciuilium, & criminal. capit.* 12. *num.* 91. Bobadilla *in politica, lib.* 2. *ca.* 17. *n.* 98. *& cap.* 18. *n.* 234. Barb. *in l.* 2. *ff soluto matrim. n.* 149. *& in l. Titian n.* 55 *ibid.* Bolañ. *in Cur.* 3. *par.*

§. *Foro Ecclesiastico, num.* 33. Menochius, *casu* 539. *ex num.* 34. Paz *in praxi cons.* 2. *praludio* 2. *num.* 49. *& sequentibus*, & plurimos referens qui hanc quæstionem explicarunt Barbosa *in collectanea ad cap. cum sit generale de foro competenti, num. finali*, vbi *n.* 3. § 4. docet cum multis quod pro crimine sacrilegij, quod est mixti fori, potest quis coram iudice sæculari vel Ecclesiastico conueniri, optimè Farin. *in praxi q.* 4. *ex n.* 7. *vsq;* *ad* 13. *vbi n.* 10. declarat, quod quòd alter iudex procedit in causa; quia per primũ cõpetens pœna non fuit imposita, tũc prima pœna cõputatur in secunda, & secunda supplebitur per primam, ne reus plus iusto puniatur; & explicat quo modo hoc fiat, *& n.* 11 addit quod si contingat, quod per iudicem Ecclesiasticum fuerit imposita pœna condigna, non poterit iudex sæcularis contra reum procedere, de quo iterum ipse Farinacius *in tractatu de immunitate Ecclesiarum, ex nu.* 235. *& n.* 353. *& seq.* vide etiam Thomam Sanchez *de matri. lib.* 3. *disput.* 54. vbi quod delictũ clandestini matrimonij est mixti fori, vnde iudex qui prœuenerit siue Ecclesiasticus siue sæcularis puniet illud, *& n.* 7. *&* 8. opinè explicat supra dictam resolutionem *n.* 6. addit, quod iudex Ecclesiasticus inhibere poterit sæculari quãdo agitur de valore dicti matrimonij clandestini, non vero quando agitur de eius punitione: optimè etiã Cenedus *in q.* 36. *ex n.* 25. vbi rectè explicat dictam resolutionẽ, iterũ Barbosa *in collectan. ad l.* 2. *Cod. de sportulis, & sumptibus nu.* 6. *&* 8. vbi notat quod quando ex defectu iurisdictionis non imponitur pœna competens delicto, tunc post impositam pœnam minorem recurritur ad aliũ iudicem qui potest cõpetentem imponere, & nouissimè D. Ioseph Vela *dissertatione* 10. *ex n.* 51. quẽ etiã videas *in tractatu de potestate Episcopi, ex n.* 117. qui etiam plures refert, & delicta mixti fori commemorat D. Larrea *decis. Granat.* 50. *nu.* 35. post Cancer. *var.* 3. *par. c.* 19. *ex num.* 61.

Et ex prædicta regula nẽpe quod quando delictum non est sufficienter punitum per Ecclesiasticum, potest se intromittere sæcularis, infert *Mexia de pane conclusione* 5. *num.* 71 quod si iudex Ecclesiasticus requisitus condignam pœnam non imponeret Clerico transgressori illius pragmaticæ, & in hoc esset negligens, tunc iudex sæcularis poterit se intromittere, & vsq; ab debitam pragmaticæ pœnam supplere, quod tamen rectè improbat Gutirrez *lib.* 4. *praticarum, quæstione* 38. *num.* 22.

Ad numerum 41. ibi: *Procedit per* 42
secundam declarationem dico, &c.

Et numerum 42. ibi: *Et resolutiue dico quod primus effectus est, &c.*

Quod iudicis arbitrio relinquatur quando delictum dicatur notorium, attenta qualitate facti, loci, temporis, & quantitate personarum interuenientium, numerum, & qualitatem earum, docent *Menochius* de arbitrarijs, casu 166. *num.* 7. *Mascardus conclusione* 1101. *num.* 18. & alij plures in vnum congesti a Farinacio *in praxi, quæstione* 18. *ex num.* 104. *& consilio* 30. *num.* 90. *et quæstione* 21. *num.* 47. vbi per totam quæstionem explicat omnes modos quibus aliquid dicitur notorium, de quo etiã vide disũt fere infiniti Doctores ab eo relati per discursũ quæstionis & Barbos. *in tract. de nominibus appellatiuis subdictione notorium*, & Tuschus *lit. N. verbo notorium* idem Barbosa *in collectanea lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 35. *num.* 7. *et cap.* 3. *tit.* 21. *lib.* 2 *in decretalibus, et lib.* 3. *tit.* 2. *cap.* 8 *num.* 3. *et lib.* 5. *tit.* 40 *cap* 24. *num.* 2. *et* 3. Siluest. & omnes summistæ *verb. Notoriũ*, Sayr. *decẽs. li.* 2. *c.* 12. *n.* 19. Suar.

eodem

eodem tractatu, disputatione 9. num. 11. Reginaldus *in praxi fori panitentialis, lib. 1. cap. 10. num. 121. & 122.* Molina *de iustitia tomo 5. disputatione* 31. *per totam* Carleual. *de iudicijs tomo 2. disputatione 1. ex num. 46.* Sánchez *in consilijs Moralibus, tomo 2. lib. 6. cap. 3 dubio 3*

E. quod in notorij delictis non requiratur accusator, nec libellus, nec litis contestatio, nec alia solemnitas, imo nec probatio delicti, vt hic resoluitur, docent Paulus Parisius, *consilio 147. tom. 4.* Mascardus *de probationibus, conclusione 1103.* Surdus *decisione 259. num. 14. & decisione 326. num. 8.* Menochius *de recuperãda, remedio 15. num. 264.* Barbosa *in collectanea, cap. 21. de iure iurando, n.* 4. vbi quod debet proponi. licet non probetur; *& in cap. 8. de cohabitatione Clericorum, & mulierum num. 6. &* inclius *in cap. 9. de accusationib. & inquisition. num. 5.* vbi quod notoriũ non indiget probatione nec protestatione, & Farinacius optimè *in praxi, q. 21. ex n. 80. vsq; ad numerum 111. vbi num, 88* declarat dictam resolutionẽ nempe probationem non requiri in notorijs, vt procedat in notorio facti continui, & permanentis, quod scilicet quotidie cernitur, & quod celari minimè potest, in eo enim probatio non requiritur, secus in notorio facti transeuntis, & momentanei, vt homicidium, de eo enim si per partem negetur, debet priusiudici vt iudici constare, & super eo debet iudex informationes assumere, & non potest super eo procedere, iuris ordine non seruato, nisi prius notorietate probata delicti, vt præfati Doctores asserunt vide etiam Salgadum *de protectione 3. parte cap. 14. ex num. 47.* latissimè, vbi etiam de appellatione non admittenda, Scac. *de iudicijs, li. 2. c. 9. ex num. 221.* latissimè.

43 Ad num 43. ibi: *Citatio tamen, &c.*

Citationem requiri etiam in causa delicti notorij resoluit Gomezius, præter quam si scandalum, & præiudicium fieret Reipublicæ ratione moræ, & ita tenent plures relati a Farinacio *dicta quæstione 21. num. 67.* asserentes citationem requiri siue sit notorium facti, siue iuris, & quod aliàs processus sit nullus, vbi etiam refert alios plures contrarium tenentes, imo citationem non requiri, & tandem cum aliquibus limitationibus contrarias in hoc opiniones ad concordiam reducit, nempe quod quando proceditur contra absentem, citatio requiratur, secus quando ex actis constat nullam reo competere exceptionẽ seu defensionẽ, vel quando ex mora executionis sententiæ fiat præiudicium Reipub. propter futurũ scandalum in Populo, quia tunc potest omitti citatio: vide eumvsq; ad numerum 76. vbi bene explicat, & Matienzum, & Rebuffum relatos a Barbosa *in collectanea, cap. 21. de iure iurando num. 6.* cum quibus ipse regulam negatiuam constituit, scilicet in notorijs non requiri citationem, & Tuschum *lit. C. conclusione 272. ex num. &* vide etiam Salgadum supra, & Scacciam *de iudicijs lib. 2. cap. 9. ex num.* 241.

Ad numerum 44. ibi: *Requiritur* 44 *etiam probatio delicti notorij, &c.*

Aliqualem probationem requiri in delicto notorio, saltim per duos testes affirmantes de veritate delicti & eius notorietate, licet non formaliter, & solemniter, nec ordine iudiciario seruato, nec termino probatorio assignato, sed simpliciter, & sine iuris solemnitate, docet Gomezius, & probant Viuius *in communibus*, verbo: *Notorium* in versiculo *imo iudex*, Clarus *receptarum §. fin. quæstione 9. num. 5. et 6.* Mascardus *conclusione 1103. num. 17. & 31.* Bossius *in titulo quomodo procedendum in*

crimine notorio, num. 3. & 8. Gratianus disceptationum cap. 312. num. 18. & cap. 596. ex num. 2. & cap. 515 num. 9. & cap. 517. num. 22. & alij plures in vnum congesti a Farinacio in praxi, quæstione 21. num. 84. 85. & 86. sed vt iam dictum manet supra num. 42. distinguendum est inter delictum facti continui, & permanentis, & delictum facti transeuntis & momentanei, vide ibi, & Salgadum de protectione, 3 parte, cap. 14. ex num. 48. & Scacciam supra.

45 Ad numerum 45. ibi: *Similiter etiam requiritur sententia, &c.*

Sententiam, licet non in scriptis, nec cum alia iuris solemnitate requiri in delicto notorio, vt resoluit Gomezius docent Clarus receptarum, § fin. quæstione 9. num. 8. Scaccia lib. 1. de iudicijs, cap. 98. num. 10 Molina de iustitia, tomo 1. disputatione 95. num. 32 Barbosa in collect. ca. euidentia. de accusation. & inquisition. num. 7. &. alij plures relati a Farinacio, in dicta quæstione 21. num. 114. & 115. vbi distinctionem nostri Gomezij comprobat, & bene pater Thomas Sanchez in summa, lib. 2. cap. 22. num 15 vbi agens de delicto notorio hæresis ait ad hunc in eo requiri sententiam non solum declaratoriam, sed etiam per quam applicetur pæna fisco, indeq; infert contra alios, quod si fiscus ante sententiam occuper bona hæretici notorij, illa teneatur restituere, & vide omnino Sacciam supra ex num 241. Carleualium de iudicijs, lib. 1. tomo 2. disputatione 1 ex num. 46. & Salgadum supra num. 50.

46 Ad numerum. 46. ibi: *Item adde quod in crimine notorio, &c.*

Iudicem non posse recusari in crimine notorio, quando certa pæna est a iudice determinata, secus quando est arbitraria vt hic resoluitur, docent plures relati, & sequuti a Farinacio, in praxi quæstione 21. num. 129. & 130. vbi amplius declarat nempe tunc recusationem non habere locum quando notorium est facti permanentis, secus si transeuntis, & in fragmentis, verbo: *Iudex num. 70.* idem tenet alios referens Barbosa in collectanea cap. 61. de appellationibus num. 13. vbi etiam *ait num.* 11. quod quando iudex recusatur ex causa notorie friuola potest contemnere recusationem & ad vlteriora procedere.

Ad numerum 47. ibi: *Postremo etiã dico, &c.* 47

Appellationem nõ habere locum in delicto notorio, quando iudex reum condemnauit vt de crimine notorio, secus si simpliciter condemnauit, vt hic resoluitur, docent Dueñas in regula 42. num. 12. Clarus receptarum § fin. quæstione 94 num. 2. Lanceliotus de attentatis 2. p. re cap. 12. limitatione 9. ex nu. ratianus disceptationum, cap. 383. num. 7. & cap. 444. nu. 2. & 9. et cap. 572. ex n. 44. Scaccia de appellationibus, quæstione 17. limitatione 4. ex num. 13 & de iudicijs causarum. lib. 1. cap 97. num 119. Barbosa in collectanea cap 5 nu. 19. & cap. 14. de appellationibus, num. 2. vbi ex limitationes adducit; primam scilicet vt appellatio locum habeat quo ad effectum deuolutiuum. Secũdã, in declaratione notorij. Tertiã si in appellatione exprimatur causa rationabilis offuscans notorii: Quartã quo ad excessũ pænæ: Quintam in notorio probationis: Sextam in manifestis nõ notorijs, in his enim casibus appellatio admitti debet, de quibus, & alijs videndus omnino est Farinacius in praxi quæstione 21. num 117. & pluribus sequentibus, & in quæstione 101. ex num. 64. & 110. & 124. & 131. & vide omnino Salgadum de protectione 3. parte ca. 14. ex num. 54. latissime.

Ibi: *Verum tamen est, &c.*

Post inhibitionem non posse iudi-

ceu

cem a quo excepi suam sententiam in casu superiori, vt resoluit Gomezius docet Carrer. *in practic. crimin. in tractatu de appellationib. §. secundus casus num. 4.* Lancellotus *de attentatis, cap. 12. limitatione 9. num. 9.* Gratianus *disceptationum, cap. 383. num. 2.* generale enim est in quolibet casu vbi appellatio non est prohibita, iudicem a quo non posse ad executionem sententiæ deuenire post inhibitionem iudicis ad quem, vt ex eodem Lancellotto & alijs probat Farinacius, *dicta quæstione 21. num. 122. & 123.* vide Salgadum supra. *& 1. parte cap. 2. §. 1. ex num. 29.* vbi limitat, & declarat, *& 2 parte cap. 17. n. 28. & 3 parte cap. 15 num. 47* vbi quid si appellatum fuit ab vno tantum articulo.

48 Ad numerum 48. ibi: *Item adde quod idem est in delicto notorio, & facto commisso in præsentia iudicis, &c.*

Quod in delicto commisso in præsentia iudicis possit ipse iudex procedere tanquam in delicto notorio, & quod hoc casu non requiratur probatio, nec processus, nec alia solemnitas, sed statim possit delinquens puniri, licet fortasse, recipi probationes brevi tempore, ne quid imputetur iudici, vt hic resolvitur, docent Carrer. *in practica crimin. tractatu de appellationibus, § secundus erit casus ex num. 22.* Bossius etiam *in practicis de denunciatione num. 4. & seq. & in tit. quomodo procedatur in crimine notorio num. 7.* Mascardus *de probationibus conclusione 1103 num. 16. 18. & 19.* Paris *de puteo, in tractatu de syndicatu* relatus, & sequitus per Carrer. supra, & alij plures apud Farinacium *in praxi dicta quæstione 21. num. 138. & sequentibus vsq ad 156.* vbi optimè declarat, & laudat nostrum Gomezium, vbi etiam vetustius consulit, quod sit probatio delicti, continens quomodo testes viderunt reum deliquisse coram iudice pro tribunali sedente, vel actum iustitiæ exercente multis astantibus (prout hæc omnia debere concurrere asserit) cum non sufficiat vt iudex sit solus vel non exercens actum iustitiæ, vt ipse ait ex Carrerio, & alijs supra, & tandem cum eodem Carrerio, & Follerio, agit quid si delictum fuerit commissum coram iudice, & notario, & notarius de mandato iudicis illum deliquisse scripserit, de eo fidem faciens.

Ad numerum 49. ibi: *In quæstione vltima resolvitur secus dico, &c.* 49

Regulariter iudex ex officio procedere non posse per Inquisitionem super aliquo delicto, præter nouem casus hic enumeratos resoluit Gomezius, & est communissima resolutio, vt constat ex Bernardo Diaz *in regula 336. Claro receptarum § finali quæstione 3. & 5. & 6.* & alijs pluribus relatis & sequutis à Farinacio *in praxi quæstione 1. ex num. 7. vsq ad 11.* vbi docet quod hodie de consuetudine in omnibus delictis indistincte ex officio procedi potest. & per totam quæstionem adducit, & explicat requisita necessaria quæ debent præcedere Inquisitionem, quorum præcipuum est, vt ante omnia constet de corpore delicti, quod etiam latius prosequitur, & explicat *quæstione 1. per totam, & consilio 23. & consilio 25. num. 68 lib. 1.* omnino videndus, de quo etiam vide infra *cap. 9. num. 2.* Scaccia *de iudicijs lib. 1 cap. 83. & seq.* vbi late de Inquisitione, Gratianus *reg. 129.* Menochius *consilio 100. num. 58. & seq.* Paz *in praxi 1. tom. 5. parte in principio* Cantera *quæstionum criminalium 1. præludio, num. 1.* Barbosa *in collectanea, cap. quaniter, & quando, de accusationib. & Inquisitionib.* vbi optimè probat famam seu infamiam præcedere debere Inquisitionem, & quod hæc fama debet ortum habere a fi-

à fidedignis, & non maleuolis perſonis, & quod ſuper hoc non creditur iudici niſi probetur, *& nu. 12. & ſequẽtibus*, quatuor limitationes congerit, & addit quod de iure Regio abſque infamia procedit ad inquiſitionem, cum videas, & Pichardum omnino *in manuductionibus, 3. parte, §. 2 vbi nu. 4.* ait quod hodie *ex l. 3. & 4. tit. 1. lib. 8. Recopil* generalis inquiſitio fieri non poteſt abſq; regis mandato præterquam ſi de certo genere delicti fiat contra incertas perſonas, dummodo infamia præcedat, & deniq; *in num. 6.* modum procedendi per inquiſitionem explicat, & quomodo debeat creari procurator fiſcalis, vide etiam Gratianum *regul. 241.* & D. Ioſeph Gela *de poteſtate Epiſcopi, ex n. 1. 14.* late.

50 Ad num. 50. ibi: *Et breuiter dico quod ſic. &c.*

Modum procedendi per inquiſitionem præſcribit noſter Gomezius in præſenti, & de eo videri poterũt Doctores ſupra relati num. præcedenti, maximè Pichardus *n. 6.* & Bobadilla, & Segura' de Aualos ab eo relati, & Scaccia *de iudicijs, lib. 1. cap. 83. & ſeq.* & Farinac. *dicta quæſtione 1. ex num. 11. & per totum*, Paz *in praxi, 1. tom. 5 parte, cap. 1. vbi nu. 4.* quando permittatur inquiſitio generalis de iure ciuili, canonico, & Regio, *& nu. 13.* modum procedendi contra perſonam particularem infamatam ex generali inquiſitione explicat, *& n. 14.* aduertit quod in generali inquiſitione omnes teſtes etiam minus idonei admittuntur, quia in ea iudex tantũmodo intendit ſe inſtruere ad proceſſum particularem formãdum ad punitionem, Gutierrez *allegatione 13.* Sayr. *in claui Regia, libr. 12. cap. 10. ex nu. 8. vſque ad finem & cap. 11. per totum*, Tulchus *lit. I. concluſione 173 & ſequentib.*

51 Ad num. 51. ibi: *Et breuiter teneo, &c.*

De iure ciuili iudicẽ ex officio procedentem debere imponere pœnam ordinariam delicto, de iure vero canonico reum mitius puniendum, niſi delictum fuerit notorium, vel probatum per confeſsionem partis, reſoluit Gomezius in præſenti, & comprobant Menochius *de arbitrarijs, lib. 1. quæſtione 96. ex nu. 10.* Sarmiento *ſelectarum, lib. 1. cap. 1. num. 3.* Gratian. *in regula 344. num. 13.* vbi laudat noſtrum Gomezium, Barboſa *in collectanea, cap. 21. de accuſation. num. 4.* vbi quod ex illo textu, & ſic ex diſpoſitione iuris canonici mitior pœna imponẽda eſt Azeued *in l. 1. tit. 1. lib. 8. Recopil. nu. 30.* & latius *in l. 14. tit. 26. eodem libro*, vbi eſt text. expreſſe prohibens moderationem pœnarum, vide Gratianum ſupra, *& reſolutionem 20.* Federicis inter opera Farinacij, vbi probat iudicem teneri ex officio condemnare furem ad reſtitutionem rei.

Nihilominus tamen ex iuſta cauſa poſſe iudicem moderare, ſeu minuere pœnam à lege impoſitam, ſiue procedat ex officio, ſiue ad inſtantiam partis, docent latiſsimè Clarus *receptarum, § final. quæſtion. 85. n. 10.* Villalobos *in arario, verb. Pœna, nu. 39.* Auendañus *cap. 16. prætor. lib. 2. num. 3.* Auilès *in cap. 1. prætor. verb. Derechamente, ex numer. 6.* Didacus Perez *in l. 9. tit. 16. lib. 8. ordinamenti. glo. 1.* Farinacius fuſiſsimè *in praxi, quæſt. 17. ex n. 10.* vbi fere infinitos Doctores refert, & ampliat, vt procedat non ſolum in pœnis legalibus, ſed etiam in ſtatutarijs, & conſuetudinarijs, & etiam ſi iudex iuraſſet ſeruare ſtatuta, & etiam *in* pœnis impoſitis ipſo iure, & alijs pluribus modis ampliat, & poſtea limitat, itidemque ex iuſta cauſa pœnam legis augeri poſſe oſtendit, Ioannes Gratianus plurimos etiam referens ampliansq;

& li-

& limitans *in regula* 344. *per totam*, Azeuedus *in dicta l.* 14. *tit.* 26. *lib.* 8. *Recopilation.* vbi probat ita explicandam, & declarandam dictam legem, nempe quod etiam eius decisione extante pœna legalis moderari poteſt ex iuſta cauſa, optime Gutierrez *practicarum lib.* 4. *quæſt.* 46. *per totam*, vbi rectè declarat *dictam l.* 14 *tit.* 26. *lib.* 8 *&* n. 19. probat ex multis cauſam augendi, vel minuendi pœnam exprimendam eſſe in ipſa ſententia, & hoc poſſe non ſolum iudices ſuperiores, ſed etiam iudices, vulgo dictos: *Peſquiſidores, y de comiſſion*, & etiam iudices opidorum electos ab eorum concilijs, cum omnino vide, & infra hoc cap. *nu.* 94. & Carleualium *de iudicijs*, *tom.* 1. *diſput.* 15. & 16. vbi quid de ſententia iam lata.

52 Ad num. 52. ibi: *Sed in hoc articulo dico, &c.*

Ciuitatem, vel vniuerſitatem poſſe delinquere, & puniri, quando deliberato propoſito, & communicato conſilio aliquid fecit vel fieri iuſſit, ſecus ſi eius particulares ex improuiſo, & non deliberato propoſito aliquid commiſſerunt, reſoluit hoc numero Gomezius, & probant latiſsime Carrerius *in practica, in tract. de homicidio*, §. *quarto decimo excuſat*, *n.* 4. & 5. Auendañus 2 *parte*, *cap.* 27. *nu.* 12. & Menochius *de recuperanda*, *remedio* 9. *num.* 123. Baeça *de debitore*, *cap.* 13. & vide *concluſionem* 103. poſt opera Roderici Suarez, Miſingerius *obſeruatione* 78. *centuria* 4. verſic. *Et in hac ſententia*, Clarus *receptarum* §. *fin. quæſt.* 16. Gail *de pace publica*, *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 1. & 2. Molina *de iuſtitia*, *tom.* 4. *diſputation.* 35. Tuſchus *lit. V. concluſione* 273. Gratianus *regula* 155. *n.* 8. Cancerius 3. *par. cap.* 4. *ex n.* 115. & latiſsime quam plurimos referens Farinacius *quæſtione* 24. *ex nu.* 168. vbi dictam reſolutionem declarat omnino videndus, & *nu.* 129. *& ſequentibus*, & *quæſt.* 122. *num.* 221. vide etiam D. Larream *allegat. fiſcali* 13 *n.* 16.

Ad nu. 53. ibi: *Et breuiter, & reſo.* 53
lutiue dico, &c.

Pœnam pecuniariam locum habere in ciuitate, ſeu vniuerſitate, & ſoluendam eſſe de bonis eius, ſi habet, alias cogatur imponere collectam, & ſimiliter in delictis grauiſsimis in quibus vnus poteſt puniri pro alio, etiam puniri poſſe, ciuitatem ipſam diruendo, & ſubuertendo, minime vero poſſe puniri ſingulares perſonas innocentes, in delictis autem communibus, & ſimplicibus, vt homicidium, & alia ſimilia, quod pœna mortis alteretur, & commutetur in aliam arbitrariam, reſoluit Gomezius hoc numero, & comprobant Carrerius *in practic. in tractat. de homicidio*, §. *circatertium*, omnino videndus quia late, & bene materiam explicat, Boſſius etiam *in practica, in tit. Bannir i qui poſſint*, *nu.* 1. Clarus *receptarum*, § *finali. quæſtione* 16. Gail *de pace publica*, *lib* 2. *cap.* 9. *nu.* 17. *et ſeq.* Pariſdor. *quotidianarum*, *lib* 1. *cap.* 21. vbi de ſubuerſione ciuitatis aratro erudite, *et differentia* 88. de quo etiam Oſualdus ad Donel. *lib.* 10. *cap.* 17 *notatis*, Gratianus *diſceptationum*, *tom* 1. *cap.* 179. *et tom.* 2. *ca.* 217. alter Gratianus *in reg.* 489. *nu.* 2. vbi quod ſi vnus de ciuitate reperitur culpabilis, tunc in ſolidum contra eum facienda eſt executio, *& in regul.* 120 *nu.* 6. vbi an vniuerſitas teneatur ex delicto ciuiũ quos prohibere potuit, Tuſchus *lit. V. concluſione* 273. & 274. quem videas, *vbi n.* 7. ait quod quando collecta imponenda eſt, debet reſtringi ad ſolos delinquentes, Molina *de iuſtitia tom.* 4. *diſputatione* 35. *per totam*, Barboſa *in collectanea*, *ad. clericos de cohabitatione clericorum, & mulier.* Menoch. *caſu*, 598. & latiſſime

Eme plures referens, & amplians, & limitans Farinacius *quæstione 24. ex num. 115. vsq; ad 126. vbi nu. 127.* addit quod punita ciuitate, vel vniuersitate delinquente, siue delictum sit grauissimum, siue simplex, & commune non per hoc impeditur, quin etiã debeant puniri singulares ciues, qui vere, & realiter delictum commiserunt, *vide eum per totam quæstionem, vbi omnes difficultates in materia occurrentes pertractat fusissime, & Genedum quæstione 9. n. 30.* vbi de pœna remittenda multitudini, Petrum Gregor. *in Syntagm. lib. 31. ca. 1. nu. 18. & 19. & lib. 23. cap. 6. n. 7.*

Et an vniuersitas possit excommunicari, vel interdici? vide Sayrum *de censuris lib. 1. cap. 8. ex n. 15.* late, vbi plures refert.

54 Ad num. 54. ibi: *Sed teneo contrarium, &c.*

Etiam particulares personas, nec non rectores & gubernatores ciuitatis esse puniendos quando ciuitas ipsa deliquit, & punita fuit, vt hic resolvitur, docent Bossius *in practica, tit. 1. Banniri qui possint, nu. 2.* Carrerius *in practica, tract. de homicidio, §. circa quartum, n. 1. & seq. & in §. circa tertium, nu. 2.* vbi probat quod auctor criminis punitur corporaliter, cæteri vero pœna pecuniaria, si vero non apparet de auctore, tunc delinquentes mitius puniuntur, Charus *in §. final quæst. 18.* vbi laudat nostrum Gomez. in præsenti, & optimè Gail *in tra. de pace public. lib. 2. c. 9. n. 33. & 34. in quolibet enim delicto vel iniuria non solum qui eam fecit, sed etiam qui mandatum vel consilium dedit, vel fecit quo magis quis iniuriam pateretur, vel eam procurauit, tenetur,* vt optime ex multis probat Pichardus *in §. non solum 12. instit. de iniurijs,* vide etiam Fuchium *lib. 1. controuersia 173.* Molinam *de iustitia, tom. 4. disputatione 35. n. 6. & per totam.* & ante omnes bene explicantem Farinacium *dicta quæstione 24. ex n. 127.*

Ad num. 55. & sequent, ibi: *Procedit in s perfecta declaratione, &c.* 55

Et nu. 56. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Et num. 57. ibi: *Magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Agit his numeris noster Comez primum de ætate requisita ad quodlibet officium, seu ministerium iurisdictionis, vel non & an possit compelli recipere curatorem minor, si sit rex vel primogenitus, & alia de quibus (quia non sunt huius instituti) videndi sunt Gregorius Lopez *in l. 5. tit. 4. par. 3. glossa 1.* Burgos de Paz *in l. 2. Tauri, nu. 57.* Azeuedus *in l. 2. tit. 9. lib. 3. Recop. n. 1. & 9.* Bouadilla *in polit. lib. 1. cap. 12. num. 16. & in cap. 6. & 7. & lib. 3. cap. 8. num. 11.* Pichardus *in principio in statuta de obligationibus quæ quasi ex maleficio nascuntur, nu. 11.* Bolanus *in Curia Philippica, 1. parte, §. eleccion de officios, num. 12.* vbi de ætate in iudice, rectore, tabelione, procuratore, & arbitro requisita; Paz *in praxi, tom. 1. tempore 1. num. 51.* Vela *dissertatione 5 ex 20.* vbi quod minor eget curatore ad iudicia, & quando, & quomodo, *& n. 28.* quod in spiritualibus, & beneficialibus minor existere potest in iudicio, sicut etiam generaliter existere potest, qui veniam ætatis impetrauit, de quo ibidem *nu. 33. & 34.* (& latius Narbona *de ætate anno 25. quæst. 34. & 35.* vbi quando minor possit existere in iudicio,) *& in dissemazione 2. ex num. 19.* & de tutela, & cura Regis, post Molinam, Pelaez, & alios plurimos, quos refert Gutierrez *in tractatu de tutelis, cap. 18. 1. parte,* vide omnino ipsum D. Ioseph Vela *dissertatione 3. & 4.* qui etiam alios plures refert, & materiam latissimè prosequitur, & latius Narbona *de ætate*

ad

ad omnes actus requisita, vbi fusissimè materiã prosequitur, & de ætate ad officium iudicis agit, *anno* 25. *quæstione* 31. *&* 32. omnino *videndus*.

An autem minor possit delinquere, & puniri? dubitari solet, in quo noster Gomezius sic ait, quod minor infans vsq; ad septimum scilicet annum non potest delinquere, nec puniri, vtpote carens intellectu & dolo & idem in minori proximo infantiæ, hoc est, fœmina vsq; ad nouem annos & dimidium, & in masculo, vsque ad decem & dimidium, & idem tenẽt Clarus *in pract. criminal. §. fin. quæst.* 60. *in principio*, Carrerius *in practica tractatu de homicidio*, §. *circa quartũ*, *num.* 2. Dueñas *regula* 259. *ampliatione* 2. Couarrub. *in clementina furiosus de homicidio*, 3. *parte*, *in initio*, *nu.* 5. Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 8. *Recopilat*, *n.* 7 Osualdus ad Donel. *lib.* 12. *cap.* 22. *notatis lit. R.* Plaça *in epitome delictorum*, *ca* 32. *n.* 1. *&* 2. Caldas *in l. si curatorem*, verb. *Vel aduersarij dolo*, *num.* 53. Menochius *de recuperanda*, *remedio* 9. *nu.* 36 *& seq.* & alijs relati, & sequti à Barbosa *in collectanea*, *cap.* 2. *de delictis puerorum*, *n.* 2. Morla *in emporio*, *tit.* 5. *quæstione* 7. *nu.* 8. & Gutierrez *de tutelis*, *parte* 1. *cap.* 18. *nu.* 1. *&* 9. iterum Morla *tit* 12. *quæstione* 4. *nu.* 3. vbi quod minor proximus infantiæ nec irregularitatem incurrit ex homicidio, vtpote non voluntario, bene Pichardus *in §. in summa*, instituta *de obligationib. quæ ex delicto nascuntur*, *n.* 2. *vbi n.* 5. docet, iudicis arbitrio relinqui quando dicatur puer proximus pubertati, Tuschus *lit. C. conclusione* 815. *nu.* 21. vbi de pueris lapidantibus: & latissimè prædictam resolutionem explicans Farinacius *consilio* 1. *lib.* 1. *in ad ditionem lit. D. & seq. & in praxi quæst.* 92. *de pœnis temperandis per totam*, vbi explicat quis dicatur proximus infantiæ, vel pubertati? & generaliter distinguit omnes ætates (de quo etiam Thomas Sanchez *lib.* 6. *de matrimon. disputat.* 38.) & ex supra allegatis, & alijs concludit ipse Farinacius infantem, & infantiæ proximum ipso iure excusari absq; restitutionis ope, & plures ampliationes, & limitationes ad dictam resolutionẽ congerit, eum omnino videas, quia fusissimè materiam prosequitur, & Molinã *de iustitia*, *tom.* 4. *disputatione* 36. Carleual. *de iudicijs*, *tom.* 2. *disputatione* 6. *tit.* 3. *num.* 34. vbi iudicis arbitrio relinquit, & nouissimè Narbonam *in tractat. de ætate* infra relatum.

Ad numer. 58. ibi: *Minor vero qui* §§ *iam est pubes, vel proximus pubertati, &c.*

Puberem, vel proximum pubertati delinquere, & puniri posse, vt hic resolutur, docent omnes Doctores supra allegati num præcedenti maximè Barbosa, Pichardus, Morla, & Farinacius *ex nu.* 59. omnino videndus, *& conclusio* 64 post opera Roderici Suarez, vbi de restitutione; de qua Auendañus *cap.* 17 *pretorum*, *n.* 3. Caldas *in l. si curatorem*, §. *minoribus*, *ex nu.* 7. ex quibus colliges quando quis dicatur proximus pubertati de quo etiam Zeuallos *quæstione* 291 vbi de iure communi probabilius est se ait, hoc iudicis arbitrio relinqui, sed de iure Regio *ex l.* 9. *tit.* 5. *partit.* 6. proximum pubertati dici post decimum annum cum dimidio, si est masculus, & si fœmina post nouem cum dimidio, eum vide, & Pichardum *in §. actionum autem*, instituta *de actionib. quæst.* 20. *nu.* 14. & Molinam *tom.* 4. *de iustit. dispution.* 36. Narbonam *in tractat. de atat. in titul. de anno decimo cum dimidio*, *quæstione* 3. *et seqven.* vbi *in quæst.* 10. *ex num.* 17. contendit minorem decem annis cum dimidio non puniri etiam in atrocissimis contra communem, *et titulo de anno de-*

cimo

cimo quarto, quæstione 41.

59 Ad numerum 59. ibi: *Secus tamen est si consistat in omittendo, &c.*

Minorem non teneri nec puniri, ex delicto quod consistit in omittendo, vt hic resoluitur, docent Carrerius *in practica, tract. de homicidio*, §. *circa quartum, n.* 6. Clarus *in* §. *final. quæstione* 60. Caldas *in l. si curatorem*, §. *vel aduersarij dolo ex nu.* 55. Oddus *de restitutione in integrum*, 2. *part. quæstione* 80. *num.* 25. *& sequentib.* vbi declarat dictam resolutionem procedere in delictis, quæ solum in omittendo consistunt, secus in ijs quæ partim in omittendo, partim in committendo & latè Farinacius *in praxi, dicta quæstione* 92. *ex num.* 69. vbi quod ipso iure absq; restitutione excusantur minores in delictis in omittendo intra viginti sinum quintum ætatis annum, quod bene explicat *vsq; ad nu.* 76. Molina *de iustit. tom.* 4. *disput.* 36 *num.* 5. Barbosa *in l. si mora, ff. soluto matrimonio, nu.* 29. Sarmiento *selectarum lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 9. Barbosa *in collectanea, l. licet. Cod. si aduersus delictum*, vbi etiã de mulier e minore quæ non petijt tutorem filio, vide etiam Parejam *de instrumentorum edition. tom.* 2. *tit.* 9. *resolut.* 5. *ex num.* 3. Inuisimè & Narbonam *de ætate anno* 25. *quæstion.* 45. *per totam*, vbi etiam de non implente exilium, *& quæstione* 70. omnino.

60 Ad num. 60. ibi: *Si minor impubes, &c.*

Impuberem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto carnis, puta adulterio, stupro, & simili, licet sit viri potens, & malitia suppleat ætatem, vt hic resoluitur, docent Carrerius *in practica, tract. de homicid.* §. *circa quartum, nu.* 4. Plaza *in epitome delictorum, cap.* 32. *nu.* 8. Caldas *in l. si curatore, verb. Vel aduersarij dolo, nu.* 55. & plurimos referens Farinacius *dicta quæst.* 92. *ex nu.* 79. vbi probat quod excusantur non opere restitutionis, sed ipso iure, *& nu.* 93. docet, quod si constiterit impuberem esse viri potentem, non in totum excusatur, sed minus punitur, reprobans in hac parte nostrum Comezium, (prout cum reprobat Caldas supr.) *& num.* 83. *& sequentib.* probat supra dictã resolutionem principalem etiã procedere in crimine sodomiæ raptus coitus cum iudæa, vel incestus, quando prohibitio incestus tantum est de iure ciuili, secus de iure naturali vel gentium, eum vide, & Molinam *de iustit. tom.* 4. *disput.* 36. *num.* 5. & Narbonam *de ætate anno decimo cum dimidio, n.* 26. vbi quod minor 14. annis impunitus relinquitur in crimine sodomiæ.

Ad num. 61. ibi: *Similiter & tertio minor, &c.* 61

Minorem etiam proximum pubertati non teneri ex delicto, quod tantum est punibile per statutum, vel consuetudinem, & non per ius commune seu legem Regiam (quod apud nos est ius commune) licet sit doli capax, & quod etiam si sit pubes possit restitui hoc casu, resolut Gomezius in præsenti, & tenent plures relati à Farinacio *in dicta quæstione* 92 *n.* 143. *& sequentib.* (vbi etiam de minori extrahente frumentum, vel non soluente vectigal, & an incidat in commissum, & alia) *& in quæstione* 24. *ex nu.* 168. Cancerius *variar.* 2. *parte, cap.* 1. *nu.* 250. *& cap.* 12. *n.* 76. vbi quod minor restituitur, quando delictum non est prohibitum iure diuino vel gentium, sed tantum iure ciuili: vel consistit in omittendo, & vide supra *num.* 58. quia statutum non ligat nec comprehendit pupillum: vt notat cum alijs Barbosa *in collectan. cap.* 2. *de delictis puerorum. num.* 6. Castillo *in l. 1. Tauri*, verb. *En los dichos lugares*, Didacus Perez *in l.* 26.

glo-

glossa de sacar. tit. 9. lib. 6. ordinamenti Azeuedus *in l. 1. num. 3. tit. 18. lib. 6. Recop.* Bouadilla *in Politica lib. 4. cap. 5. num. 4.* ipse tamen Farinacius *vbi supra* alios pro contraria sententia adducit, & tandem vtramq; opinionem fædere distinctionis conciliat, *num. 151. & seq.* nempe quod si statutum vel consuetudo puniat aliquod delictum, quod etiam iure communi punibile est, tunc minores comprehenduntur sed mitius puniri debent, si vero tale delictum iure cõmuni punibile nõ erat, tunc minor in totum erit excusandus, nisi scienter ex proposito, & dolo deliquerit, eum vide omnino, & Gutierrez *lib. 4. practicarum, quæstione 42. ex num. 17.* vbi loquens de statutis prohibentibus extractionem frumenti, & aliarum rerum vetitarum, ita concludit, probãs minorem 25. annorum excusari, nisi scienter, & dolose fecisset. & allegãs ad hoc *l. 6. tit. 7. partita 5.* ex cuius decisione taxat doctrinam Gomezij hoc loco, vt videri potest *in fine* illius quæstionis, vide Narbonam *in tractatu de ætate, anno 25. quæstione 70.* post Bobadillam *supra num. 40.*

62 Ad numerum 62. ibi: *Tamen non debet puniri pœna ordinaria, &c.* mitius esse puniendum, & non pœna ordinaria minorem 25. annorum delinquentem, vt hic resoluitur, comprobant Dueñas *in regula 259.* Couarrubias *in clementina furiosus parte 3. in initio num. 5.* Plaza *in epitome delictorum, cap. 32. num. 11.* Clarus *in §. finali, quæstione 60.* Caldas *in l. procuratorem §. vel aduersarij dolo num. 55. & 67.* Morla *in emporio tit. 5. quæstione 7. num. 7.* Molina *de iustitia, tomo. 4. disputatione 36. num. 6.* Barbosa *in collectanea, cap. 1. de delictis puerorum, num. 3. & 4. & in cap. 2. num. 5. vbi remissiue, & in collectanea, l. 1. Cod. si aduersus delictum num. 3.* Molina *tom. 4. disputatione 36. num. 6.* Petrus Caballus *resolution. criminal. centuria 2. casu 134.* & latissime Farinacius *dicta quæstione 92. ex num. 4.* & quasi per totam, vbi omnes casus in quibus minori minuenda seu temperanda est pœna, congerit, & explicat, cum ampliationibus, & limitationibus quem videre sufficiet *ibi, & consilio 101. num. 49.* & Fachinæum *lib. 1. controuersiarum, cap. 71.* & Menochium, *casu 57. & 244. & 316. & 329.* & Narbonam *de ætate anno 25. quæstione 43. & anno decimo cum dimidio quæstione 9. num. 5.*

Ad numerum 63. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 63

Iudicem præcisse teneri minorare pœnam minori, cum mitius puniendo, vt hic resoluitur, probant Plaza *in epitome delictorum, cap. 32. num. 10.* vbi declarat dictam resolutionem procedere dummodo a minori petatur, Caldas *in l. procuratorem verbo vel aduersarij dolo, num. 50.* vbi optimè explicat, & hos, & alios referens Farinacius *in dicta quæstione 92. ex num. 163.* vbi tandem ait, quodsi delictum fuerit atrocissimum consulatur princeps, & *consilio 33. omnino, & item quæstione 17. num. 28. & seq.* ex causa enim legitima pœna semper minui debet expluribus relatis per Gratianum *in regula 544* & Azeuedum *in l. 14. tit. 26. lib. 8. Recopilat.* & Zeuallos *quæstione 540. num. 19. & sequentibus*, vbi ad propositum docet, quod licet lex disponat, quod iudex non possit pœnam minuere, tamen inspecta facti qualitate, & circumstantijs loci, & personæ pœna minoranda est, vbi licet videatur loqui per verbum *possit*, in fine tamen concludit a ratione, & æquitate alienum esse non minorare pœnam vbi iusta causa adest, quod necessitatem inducit, vide etiam Molinam *de iustitia, tomo. 4. disputatione 36. num. 6.* & Nouissimè

Narbonam *de ætate anno* 25. *quæstione* 43. *per totam* late, & vide supra *num. præcedenti.*

Ad numerum 64. ibi: *debet sibi per iudicem dari curator. &c.*

Minori debere iudicem dare curatorem in causa criminali, etiam si habeat patrem, qui tamen poterit esse curator vt quilibet alius, resoluit Gomezius, & notum est, vt nuncupatim docet Villadiego *in Politica, cap.* 3. *num.* 251. Paz *in praxi, tomo* 1. *parte* 5. *cap.* 3 *nu.* 5. *& sequent. in* §. 4. Pichardus *in manuductionibus* 3. *parte* §. 3. *num.* 14. *&* 15. Farinacius *quæstione* 81 *num.* 354. quem vide Caldas *in l. si curatorem in principio num.* 10. sicuti in qualibet causa talis curator ad litem minori dari debet, vt late explicat Gutierrez, *in tractatu de tutelis & curis,* 1. *parte, cap.* 19. *ex num.* 17. *& per totum*, & eruditus D. Ioseph Ucla *dissertatione* 2. *quasi per totam*, Gratianus *disceptationum tom.* 2. *ca.* 225. Valascus *de partitionibus cap.* 7 *ex num.* 43. Tuschus *lit. C. conclusione* 1108. & alij passim.

65 Ad num 65. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.*

Iurare, & respondere super facto, & veritate delicti, debet qui libet minor contra quem procedituir, præsente curatore ad iuramentum, licet nõ ad depositionem, dum tamen legitime interrogetur, resoluit Comezius hoc num. & docent Afflictis *decis.* 208. & ibi Vrsil. *in addition. num.* 2. Suarez *in l.* 4. *tit. de arris num.* 14. Gutierrez *de tutelis* 2. *parte cap.* 4. *num.* 9. & alij plures in vnum congesti a Zeuallos, *quæstione* 301. *& quæstione* 603. vbi quod præcedente infamia veritatem fateri tenetur, Pichardus *in manuductionibus* 3 *parte* §. 3. *num.* 15. Paz *in praxi, tomo* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 4. *num.* 8. Farinacius *quæstione* 12. *num.* 16. *& quæstione* 81. *num.* 365. vbi quod non est necessaria curatoris auctoritas in examine, & interrogationibus minori faciendis, sed sufficit quod interueniat in iuramento, & numeris præcedentibus, & sequentibus late agit de hac confessione minoris, & de auctoritate curatoris ad eam, & quæstione 160 *num.* 297. & Nouissimè Narbona *in tractatu de ætate, anno* 25. *quæstione* 37.

An autem, & quando reus teneatur fateri veritatem sub iuramento, videndi supra proximè citati, & Azeuedus *in l.* 2 *tit.* 7 *lib.* 4. *Recopilationis*, Farinacius *quæstione* 81. *num.* 15. *& quæstione* 84. *cap.* 1 & optimè Thomas Sanchez *in summa lib.* 3 *cap.* 7. *per totum*, Bernardus Diaz *in practica, cap.* 118. & idem Sanchez *in consilijs, lib.* 6. *cap.* 3. *dubio* 31. qui docent, quod quando reus dubitat, an iudex recte interroget, non tenetur fateri; eos vide, Paz *in praxi* omnino videndus, *tomo* 1. *parte* 5 *cap.* 3. §. 4. *ex num.* 11. & Egidius Trullench *in decalogũ lib.* 8. *cap.* 4. *dubio* 3. *&* 4. vbi alios refert, & late explicat, & vide infra *cap.* 12. *num.* 6.

Ad numer. 66. ibi: *Sed his non obstantibus ego teneo contrarium. &c.* 66

Aduersus confessionem minoris legitimè factam in iudicio negandam esse restitutionem, lasione nõstante, Vrsil. ad Afflictum *decisione* 208. *num.* 1. Plaza *in epitomé delictorum, lib* 1. *cap.* 32. *num.* 13. Sarmiento, *selectarum lib.* 3. *cap.* 13. Clarus *in* §. *fin. quæstione* 60. *in fine* Pichardus *in manuductionibus* 3 *parte* § 2 *num.* 16. vbi ait quod quando confessio indicijs, & præsumptionibus comprobatur restituitio negari debet, Paz *in praxi, tomo* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 4. *num.* 22. Villadiego *in Politica, cap.* 3. *num.* 251. Morla *in empirio, tit.* 5. *quæstione* 7. *num.* 12. Farinacius *in praxi, quæstione* 11. *num.* 32. *& quæstione* 81. *num.* 378. vbi quod hæc opinio apud eum seruatur

in

in praxi, & numeris antecedentibus, & sequentibus late quæstionem explicat, ampliat, & limitat, *Molina de iustitia, tomo 4. disputatione 36. num. 4.* Fachinæus *lib. 1. controuers. cap. 72.* Menochius *de arbitrarijs, casu 258.* Tuschus *lit. R, conclusione 283* & Thomas Sanchez bene explicans *lib. 7. de matrimonio, disputatione 112. num. 17.* Gutierrez *in authentica sacramenta puberum num. 131.* Barbosa *in l. 1. Cod si aduersus delictum num. 7* exquibus omnibus eam conclusionẽ elicies, quod si minor confessus fuerit delictum aliter non probatum vere vel præsumptiue, vel intempestiue tempore incongruo, & quando non tenebatur fateri, restitutio ei debet concedi, & sic declarabis resolutionem Gomezij in præsenti, vide Ossualdum ad Donel. *lib. 21. cap. 16. notatis lit. N.* & nouissimè Larream *de cess. 70. num. 20.* & vide *in cap. 14. supra tomo 2. num. 16.* & post eos Narbonam *in tractatu de ætate, anno 25. quæstione 37.* & Scacciam *de iudicijs, lib. 2. ca. 7. ex num. 713* & Paz *in praxi, 1. tomo 5. parte, cap. 3. §. 4. ex num. 5.*

67 Ad numerum 67. ibi: *& resolutiuè dico. &c.*

Minorem ante decimum quartum annum torqueri non posse, qui vero eam ætatem excessit, secundum quam litatem personæ, & ætatis torquendum, etiam eius curatore non interueniente in tortura ipsa, licet in actis & processu debeat interuenire, resoluit Gomezius, & quod minor 14. annorum possit terreri, vel ferula seu habena cædi, & ita tenent Carrerius *in practica 2. tractatu de indicijs & tortura, §. circa tertium, num. 37.* Dueñas *regula 259. ampliat. 7.* Plaza *in epitome delictorum lib. 1. cap. 32. n. 12.* Clarus *in practica 3. finali, quæstione 64.* versiculo *quæ omnium quis minor* vbi eius additionator Briardus explicat, quod impubes ita demum delinquiori modo potest torqueri, qui est proximus pubertati, Bolañus *in Curia Philippica 3. parte 5. tormento num. 5.* & late Farinacius *in praxi, quæstione 41. num. 15. & sequentibus*, vbi num. 20. ait, quod infans nec torqueri, nec terreri debet, vide omnino Narbonam *in tractatu de ætate, titulo de anno decimo quarto, quæstione 42.*

Ad numerum 68. ibi: *Et breuiter, & 69 resolutiuè dico, &c.*

Senem posse delinquere, & teneri ex delicto, pœnam tamen in eo esse minuendam, dummodo non sit pœna mortis vel pecuniaria, hæc enim minuendæ minimè sunt, resoluit Gomezius, & docent Carrerius *tractatu 2. de homicidio, §. circa quartum num. 13* Tiraquel. *de pœnis temperandis causa 3. ex num. 1.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. casu 320. num. 20.* Andreas Gail. *observatione 110. num. 34. lib. 2.* Caldas *in l. curatorem* verbo: *Vel aduersarij dolum num. 54.* Dueñas *in regula 259.* & bene explicans Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 36. ex num. 1.* & latissimè Farinacius *in praxi, quæstione 93. ex num. 20.* vbi explicat, quis dicatur senex, cum Menochio *de arbitrar. casu 59. num. 3. & sequentibus* vbi docet, quod in casibus a iure non determinatis iudicis arbitrio relinquitur, quis dicatur senex, & postea numeris sequentibus comprobat resolutionem Gomezij ipse Farinacius, *& num. 35.* limitat, declarans quod cum in senibus propter senectutem, & sanguinis diminutionem, sensus, & intellectus diminuantur, ita quod repũerascere incipiant, pœnæ etiam delictorum minui debent, itaq; resolutionem Gomezij ita explicare debes, quod si talis sit senectus, quæ intellectum minuat, quæ libet pœna etiam mortis vel

pecuniaria minuenda est, si vero senectus non sit ita longæua quod intellectum minuat, sed tantum vires corporales, tunc dicta resolutio Gomezij adaptari debet, nempe quod pæna mortis vel pecuniaria minuenda non sit, reliquæ vero secus, vide Narbonam *de ætate anno 70. quæstione 10. num 9. & quæstione 11. per totam.*

Si plura de senectute videre cupis consulito Burgos de Paz *in l. 2. Tauri ex num. 59.* Abbatem, & reliquos *in cap. magne devoto*, Gregorium *in l. 35. tit. 16. partita 3.* Damhouderiũ *in enchiridione similium*, verbo: *Senectus*, Castillo *in l. 1. Tauri*, Baezam *de debitore, cap. 7.* Auiles *in proemio capitum prætorum*, verb: *Acordado*, Matienzum *in Dialogo 3. parte cap. 58.* & plura non contemnenda congerentẽ D. Franciscum de Amaya, *in l. 2. Cod. de decurionibus, lib. 10. ex num. 55.* & latissimè Narbonam *de ætate ab anno quinquagesimo.*

69 Ad numerum 69. ibi: *Vnde procõcordia, & vera resolutione, &c.*

Mutum non debere puniri ex delicto quando nullum habet intellectũ secus vero si illum habet, & illum signis exprimere potest, vt hic resolvitur, docent Plaza *in epitome omnium delictorum, libr. 1. capit. 32. num. 17. & 18.* & alij apud Farinacium, *quæstione 41. num. 89. & quæstione 98. ex num. 159.* vbi laudat nostrum Gomezium & eius resolutionem comprobat, asserens quod licet mutus possit signis se explicare, & confiteatur delictum nihilominus condemnari non poterit, nisi testibus eius delictum probetur, præter quam si sciat scribere, & scriptura fateatur delictũ, tũc enim condemnandus venit, Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 37. num. 3;* vbi etiam laudat Comezium, & cum eo infert, quod mutus torqueri non potest, eo quod non potest certam promere confessionem, licet nutibus ac signis interrogari põssit aduertãtem indagandam, in quo consulit Farinacius *sup.* quod notarius seu tabellio scribat illius nutus, actus, & signa quæ per se debent interpretari, vel per alios qui cum muto conuersationem habebãt, & quibus ea nota erãt.

Ad numerum 70. ibi *Et breuiter dico, &c.* 70

Furiosum non teneri de delicto ni si tempore sanæmentis deliquerit cũ habeat dilucida intervalla, resolvitur per Gomezium hic, & docent Tiraquellus *de pœnis temperandis, causa 2. ex num. 1.* Dueñas *in regula 257. ampliatione 3.* Carrerius *in practica 3. tractatu de homicidio, §. secundo ex casu num. 1. & seq.* Plaza *in epitome delictorum lib. 1. cap. 29. num. 1.* Clarus in practica § *finali, quæstione 60.* Menochius *de arbitrarijs. casu 325. ex num. 1. & de recuperanda, remedio 9. ex num. 91.* Parladorus, *differentia 86.* Caldas *in l. si curatorem, §. cum nã absimilis, num. 43.* Gutierrez *canonicarum, lib. 2. cap. 4. num. 95.* Vant. *de nullitatibus, tit. de nullitate ex defectu mandati, ex num. 15.* Tiberius Decianus *lib. 9. criminalium, cap. 15.* Couarrubias *in clementina si furiosus, 1. par. & per totam* Molina *de iustit. to. 4. disput. 38. ex n. 1.* vbi quod nulla omnino pæna nec ordinaria nec extraordinaria puniri potest; *& nu. 2.* quod si non constat fuisse amentem tempore commissi delicti, præsumitur sanæmentis, quando vero constat antea amentem fuisse talis præsumitur fuisse tempore delicti, & alia, Pichardus *in manuductionibus, 3. parte §. 4. num. 58.* Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 38. cap. 3. num. 4.* & latissimè Farinacius, *quæstione 94. ex num. 1.* vbi de phrenetico, in sano demente seu mentecapto, vbi etiam *num. 4.* quod etiam si redierit ad sanam mentem non debet puniri pro delicto commisso tempore furoris.

& *num.* 8. & *sequentibus* dictam resolutionem ampliat hoc modo, quod si dubitetur quo tempore deliquerit, præsumendum est quod tempore furoris, de quo vide infra *n. proximo sequenti*, & eundem Farin. *infrag.* verbo: *Furiosus*, vide etiam Tuschum *lit. F. conclusione* 548. & *multis antecedentibus, & subsequentibus* vbi materiã fusissime explicat, & alios plures in vnum cõgestos per Cenedum *in collectanea ad Tex. in clementina si furiosus* vbi etiam Barbosa.

72 Ad numerum 71. ibi: *Et dicendum est quod si probatur, &c.*

Si delinquens probauerit furorẽ ante commissum delictum, præsumitur eodem furore commissum, si vero id non probetur, præsumptio est, tempore sanamentis commissum fuisse, nisi contrarium expresse probetur, ita resolvit Gomezius *in præsenti*, & comprobant latissimè Carrerius *in practica* 3. *tractatu de homicidio* §. *secundo excusat. num.* 11. Plaza *in epitomé delictorum, lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 4. Suarez *in suis communibus lit. F. nu.* 413. Mascardus *de probationibus, cõclusione* 824. *ex num.* 19. Menochius, *lib.* 6. *præsumptione* 45. *ex num.* 63. Couarrubias *de sponsalibus*, 2. *parte, cap.* 2. *num.* 6. Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 38. *num.* 2. Thomas Sanchez *de matrimonio lib.* 1. *disputatione* 8. *num.* 17. vbi bene explicat, Morla *in emporio tit.* 9. *num.* 70. & late, & optimè Farinacius *in praxi, quæstione* 94. *ex num.* 8. *vbi num.* 11. optimè declarat supra dictam resolutionem hoc modo, quod si quis occiderit eum, cum quo nullam habet inimicitiam, & palam commisso delicto non se abscondat, nec fugiat, aut quid simile fecerit, quod furorem seu amentiam præferat, tunc absq; difficultate procedit dicta conclusio, si vero occiderit vel vulnerauerit inimicum, vel eum cum quo rixam habuerat, & se abscondit seu latitauit, tunc præsumitur deliquisse extra furorem, cũ omnino videas, & Tuschum *lit. F. conc.* 544. *per tot.* Supra dictæ vero coniecturæ semper cessare debent probata veritate, & si pensatis omnibus circumstantijs sanus in dubio, an quis deliquerit tempore furoris vel sanæ mentis, præsumẽdum est tẽpore furoris delictum commissum vt fauorabilius, ita Farinacius *supra n.* 12. Tusc. Menoch. & cæteri relati, vide etiã Barbos. *in c. fin. de succes. ab intest. nu.* 13.

Ad numerum 72. ibi: *Sed ego omnino inter alios, &c.* 73

Furiosum durante furore quod nõ possit condemnari nec puniri ob delictum commissum ante furorem, vt hic resolvitur, docent Plaza *in epitomé delictorum lib.* 1. *cap.* 29. *nu.* 1. Clarus *in practica* §. *finali quæstione* 60. Couarrub. *in clementina si furiosus* 3. *parte, in initio n.* 1. Suarez *in suis communibus lit. F. p.* 181. Menochius *de arbitrarijs casu* 325. *nu.* 12. Zevallos *quæstione* 33. Fachinæus *lib.* 9. *cap.* 3. Grazianus *in regula* 214. *num.* 11. Caldas *in l. procuratorem verbo sine curatore num.* 99. Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 38. *num.* 4. Pichardus *in manuductionibus*, 3. *parte* §. 4. *nu.* 59. vbi alios refert, & D. Ioannem de Solorzano *de parricidijs, cap.* 18. *propefinem* aientem totam hanc rem iudicis arbitrio relinquendam maximè in parricidij crimine, Farinac. latissimè omnino videndus *in præxi q.* 94. *ex n.* 13. *vsq. ad* 26. *vbi n.* 22. conciliat duas cõtrarias in vicẽ opiniones circa impositionẽ pœnæ pecuniariæ hoc modo, nẽpe quod si furor superuenerit ante processũ informatiuũ factũ seu factã defensionẽ rei, tũc nec pœna pecuniaria imponi potest, si vero post defensionẽ factã, & informatiuum processũ, furor cõtingat, pœna pecuniaria locũ habere poterit, & *n.* 25. addit quod si esset aliqua spes vt

amẽs redeat ad sanam mentẽ, tũc nõ est dimittendus, & absoluendus, sed retinendus, & custodiendus donec ad sanam mentem reuersus fuerit, & puniatur vide etiam omnino Cenedum *q.9.n.6.* & Narb. *de ætate anno decimo cũ dimidio q.10.n.11.* & 14. vbi quod si delictum fuerit atrox, furor superueniens nihil proderit.

73 Ad numerum 73. ibi: *Et breuiter dico quod debet puniri, &c.*

Qui inebrietate commisit delictũ non pœna ordinaria sed minori esse puniendum vt hic resoluitur, docent Couarrubias *in clementina si furiosus 3. par ininitio, post nume. 3.* Carrerius *in pract. 3. tract. de homi id. §. tertio excusat. n. 2.* Dueñ. *in reg. 259. ampliat. 4.* Plaza *in epitomé delict. cap. 30. n. 1.* Clarus *in praxi §. fin q.60, n. 12.* Menochius *de arbitrarijs casu 326. ex n. 1.* Decianus *1. par. li. 5. c. 37. rubri. defensione recor. n. 53. & 60. & par. 2. li. 6. c. 11. rubrica de excusation. per iuris*, Gutier. *li. 2. canonic. c. 4. num. 91. & per tot.* late, & optimè materiam explicans, Mascard. *de prob. conclusione 580.* vbi quod debet probari ebrietas tempore commissi delicti, Molina *de iustitia, to. 4. disp. 38. ex n. 5.* (vbi quod si quis sine culpa se inebriauit vel cum ea, non tamen expertus se inebrietate periculosum aliquid solere facere ad homicidium, si aliquem occidat, nulla pœna sit puniendus contra nostrum Comez. & communẽ) de quo etiã Cenedus *q.9. n. 8.* Bernard. Diaz *in praxi canonica, ca. 77.* & quã plurimos referens Cenedus *in collect. ad decretum 33* Pichardus *in §. 1. institu. de succes. sublatis n. 19. & in §. 1. institu. de iniurijs n. 30.* vbi resolutionem Gomez. comprobat, & addit quod ebrietas in leuiori iniuria verbali omnino excusat, si discussa vino lætia sobrium pœnitet, & latius idẽ Pichard. *in manuduct. 3. par. §. 4. n. 50* & omnium latissimè Farinacius *in praxi: quæstione 20. ex num. 47. & quæstione 93. ex num. 1.* vbi pro regula constituit resolutionem nostri Gomezij & plures ampliationes & limitationes ad eam congerit, quem allegare sufficiebat, *& num. 9.* ebrium occidendo irregularitatem non incurre reprobat, dummodo non se inebriauerit debita opera vt occideret, vide etiam Lessium *de iustitia, & iure, lib. 4. cap. 3. dubitatione 3. per totam* vbi optimè & Sanchez *in consilijs Moralibus lib. 1. cap. 4. dubio 8.*

Ad numerum 74. ibi: *Sed pro concordia, & veritate dico &c.* 74

Qui dormiens deliquit, quod tunc pœna extraordinaria teneatur, si sciebat quod hoc illi contingere solebat, & non præcauit, nec diligentiam adhibuit, ne contingeret, resolui Gomezius, & docent late Couarrubias *in clementina si furiosus 3. parte in initio, num. 6.* Carrerius *in practica 3. tractatu de homicidio §. 4.* Tiraquel *de pœnis temperandis, causa 5. n. 10.* Plaza *in epitomé delictorum, lib. 1. cap. 31, num. 3. & 5.* Clarus, *§. finali, quæstione 60. num. 20.* Menochius *de arbitrarijs casu 327 num. 3. & 4.* Cenedus *in collectanea 48. ad decretales num. 2. & in collectanea 17. ad clementinas, num. 4.* vbi quid de irregularitate in hoc casu, & quid de semi dormiente, Pichardus *in manuductionibus, 3. parte §. 4. num. 48.* & late Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 38 num. 10.* & latius Farinatius *in praxi, quæstione 98. ex num. 62.* vbi bene explicat, ampliat, & limitat, Tuschus *lit. E. conclusione 8.*

Ad n. 75. ibi: *Sed his nõ obstant. &c.* 75

Prodigum posse delinquere, & puniri pœna ordinaria delicti, vt hic resolutur, docent Plaza *in epitome delictorum, lib. 1. cap. 29. post numerum 1. versiculo quibus sic perpensis* Rodericus Suarez *in titulo de debitis, nu. 16.* Fachin. *lib. 2. cap. 69.* Gutierrez *de cautelis*

telis.1 part cap.16.num.108. Clarus *in §.final.quæst.60.nu.11.* Molina *de iustit.tom.4.disputat.38.num.final.* vbi alios refert, Oannius *de nullitate ex defectu mandati,ex n.15.* Menochius *de recuperanda,remed.9.n.96.* Azeuedus *l.2.tit.3.nu.89.lib.5.Recopil.*

76 Ad num.76. ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Quod contra seruum delinquentem possit procedi eodem modo acsi esset liber,& puniri, licet non pœna pecuniaria,quæ in seruum non cadit vt hic resoluitur, docent Clarus *in practic.§ fina quæst.80 n.6,* Molina *de iustit tom.3.tract.2.disputat.711. nu.1.& per totam,* vbi materiam bene declarat Diana *resolutionum moral.tom.7.tractatu 6.resolutione 73.* vbi etiam quando dominus teneatur proseruo, Donel. *in rubr.Cod.an seruus ex sacrofacto &c.nu.3.& in l.licet ibidem nu 4.* Cujacius *in recitationibus ad titul.ff.de actionibus, & obligationibus,in l.serui.* Gregorius per textum ibi: *in l.9.titul.2.pareita 3.& l.10.tit.1.part.7.* Villadiego *in polit. cap.3 n.168.* Pichardus *in §.omnis autem,*instituta *de noxalibus actionibus, ex n.3.* Barbosa *in collectanea ad l.1.2.3.&.4.& 5.Cod.de noxalibus actionibus,* vbi bene declarat, Petrus Gregorius *in sintagm.lib.38.cap.11.n.4.* Gratianus *regul.36* & alij relati à D. Franciſco de Amaya *in l.1.Cod. de decurion.lib.10.nu.final.* qui omnes totam resolutionem nostri Gomezij explicant Barbosa *in l.si mora ff.soluto matrimon.post præludia in lectura,* vbi de domino sciente,& non prohibente delictum serui.

Ibi: *Adde tamen circa prædicta, &c.*

Adde Zeuallos *quæstione 126.numero.17.*

77 Ad numerum 77.ibi: *de quo articulo,&c.*

De processu, & modo procedendi contra absentem *in* causis criminalibus late omnino videndi sunt Didacus Perez *in l.1.tit.2.lib.3.ordinam. glossa 1,*verſic. *Quarto decimo tertio,* Arcedañas *responſ.15.* Monterrosus *in praxi,tract.4.tit.del processo en rebeldia,* Paz *in praxi,1.tom.5.part.cap. 4.per totum,* Tauriſtæ *in l.76.* Taur. & omnes Regnicolæ *in l.3.tit.10.lib. 4.Recopilat.* Villadiego *in polic.ca. 3.ex n.375.*

Ad num 78.ibi: *In quo dubio, & no.* 78 *tabili articulo,&c.*

Morte extingui delictum quoad pœnam corporalem, & quoad pœnã confiſcationis bonorum præterquã ſi delictum ſit grauiſsimum, & enorme, quia tunc pœna *in* eadauere eſt exequenda,reſoluit Gomezius,& docent Dueñas *regula 13.& 137.* Mencha. *illuſtrium cap.6.nu.7 & ſequent. & cap.96.vbi* id generaliter probat tam *in* pœna corporali, quamin priuatiua ſtatus,& pecuniaria, Boſsius late *in ſua praxi, titul. de accuſationib.ex n.34.& tit.de ſententijs,n.105* Clarus *quæſt.51.*verſic. *Vlterius quæro,* Plaza *in epitome delictor.lib.1.ca. 38.n.2.* Menochius *conſil.99.ex num 150.lib.1.& de arbitr. caſu 285.* Maſcardus *de probationib. concluſ.348.* Medicis *in tract.mors omnia ſoluit 2. pare.concluſ.2.& 32.* Menochius *de recuperanda,remedio 1.ex n.157.* Caldas *in l.ſi curator.§.laſis,n.24.* Villadiego *in politica,cap.3.ex nu.178.& 180.* vbi bene, Cardoſo *reſponſo 5. poſt tractat.de iure accreſcendi,* Barboſa *in l.2.ff.ſoluto matrim.ex n.124.* latiſsime. Gutierrez *lib.2.canonicarum,cap,18.ex num.47.& cap.3.num. 22.* Suarez *in theſauro receptar.* verb. *Hæres,* Fachinæus *lib.9.controuerſiarum, cap.5.* Zeuallos *quæſtio 464.* Barboſa *in collectanea, cap.final.de ſepulturis,* Hermoſilla *in l.5.titul.3. part.5.gloſſa 1.& l.10.tit.4.gloſſa 8. num.*

num. 13. & inst. 56. titul. 5. gloss. 1. nu. 39. & sequenteb. & n. 49. Barbosa in cap. 6. de stat. monachorum, n. 5. & 15. Pichardus in relatione ad titul. ff de acquirenda haredit. ex n. 5 n. 21. Scaccia de iudicijs lib. 2. cap. 9. n. 277. 281. & seq. D. Ioseph Vela dissertat. 14. ex nu. 21. Amaya in l. 20. Codic. de iure fisci, libr. 10. late, qui omnes fusissime explicant, quomodo & quando hæres teneatur ex delicto defuncti eo decedente ante vel post litem contestatam, de quo etiam infra nu. 89. nec non Pichardus in §. pœna, instituta de obligation. quæ est delicto nascuntur, num. 25. & §. his autem, instituta ad l. Aquil. ex n. 42. & §. non autem, de perpetuis, & temporalib. action. lib. 4. & omnium latissimè resolutionem nostri Comezij pro regula constituens, Farinacius in praxi, quæstione 10. ex nu. 36. vsq; ad numerum 83. vbi plures ampliationes, tiones, limitationes, & declarationes congerit, ante omnes videndus, quia cum videre sufficiet, & nouissimè Pichardum in manu dationib. 4. par. §. 4. nu. 4. & sequent. vbi etiam bene explicat quid si pendente appellatione mortuus fuerit reus, & etiam vide Molinam de institia tom. 4. tract. 3. disputatione 43. quasi per totam, late omnes casus distinguentem, Pareja de instrumentor. edit. tom. 2. tit. 6. resol 7. ex nu. 42. late vsq; ad finem, & Noguerol allegatio. 12. n. 157. vbi quod etiam si confiscatio bonorum ipso iure incurratur, cessat si reus moriatur ante declartionem, & vide allegat. 15. n. 37.

79 Ad num. 79. ibi: *Ex quo primo inferetur, &c.*

Quod in hæresi & crimine læsæ Maiestatis & in delicto contra naturam & alijs atrocissimis, vel si quis se ipsum occidat, in cadauere possit exequi sententia, vt hic resoluitur docent Carrerius in practic. tract. de hæresic. §. expedito processu hæreticorum, n. 11. Claius in §. hæresis. versic. Item de crimine, & in § final. quæst. 51. versic. Sunt tamen aliqua crimina, Peregrinus de iure fisc lib. 4. tit 5. n. 29. Bossius in tit. de pœnis & tit de hæreticis, n. 30. & seq. & omnium latissime Farinacius de hæreticis. quæstione 197. n. 89. & sequent. & quæst. 185. nu. 200. vbi an si memoria defuncti semel fuerit absoluta ob non probatum crimen possit iterum accusari? Molina de iustit. tom. 4. tract. 3. disputatione 43. num. 6. vbi enumerat septem crimina, in quibus morte delinquentis non extinguitur delictum quo ad pœnam, & accusationem vt sunt crimen læsæ Maiestatis diuinæ, vel humanæ, peculatus, repetundarum, vel quando se ipsum occidit in crimine digno confiscatione, idem in milite desertore militiæ, & in muliere suspecta, quod operata fuerit ad mortem viri, Cenedus in collectan. cap. 2. de hæreticis, lib. 6. vbi cum multis docet quod cadauera hæreticorum, & eorum fautorum excludi debent ab ecclesiastica sepultura, vt concrementum; Fachinæus lib. 13. controuersiar. cap 17. & omnium latissime Farinacius in dict. quæst. 10. n. 37. & seq. vsq; 83. vbi de dictis criminibus exceptus fusissime disputat per ampliationes Tusch. lit. M. conclus. 396. per totam, & alijs fere infinitis penè ipsos; & Bobadilla in polit. lib. 3. cap. 15. n. 143.

Ad n. 80. ibi: *Præter quam in casibus, & delictis sequentibus, &c.*

Sex casus enumerat hic noster Comezius in quibus delictum, & eius pœna nõ extinguitur morte, de quibus vide relatos supra numero præcedenti, maxime Clarum, Molinam, Farinacium. & Bobadillam in polit. lib. 3. cap. 15. nu. 143. Caldas §. læsæ. num. 25. & Peregrinum de iure fisc.

vbi

lib.4.tit.5.per tot. maximè ex nu.6. vbi decem, & ſeptem caſus congerit, & D.Solorzanum, *lib.6. de pœna parricidij, cap.2.*

81 Ad num.81.ibi: *Debet intelligi in fra quinquiennium. &c.*

Quod in caſibus in quibus reus poteſt accuſari poſt mortem intelligitur infra quinquiennium præterquam in crimine hæreſis, in quo intra quadraginta annos poteſt procedi, vt hic reſoluitur, docent *Suarez in communibus opinion. verb. Mors, n.220.* Clarus §. *fin. quæſt.51.* verſic. *Scias tamen, & in §. læſæ Majeſtatis,* verſicul. *Item licet* Peregrinus *de iure fiſc. lib.4. tit.5. n.33.* Couarrubias *in regul. poſſeſſor, 2. part. §.2. num.6.* Thomas Sanchez *in ſumma, lib.2, cap.22. ex n.38.* & alij plures in vnum congeſti à Barboſa *in collect. l. Manichæos, Cod. de hæreticis & Manich. nu.44.* Farinac. *in praxi, dicta quæſtion.10. ex n.81. & quæſt. 25. ex nu.158. & de hæreticis, quæſt. 197. n.112. & ſequent.* vbi contrarias opiniones adducit, & conciliat circa condemnationem memoriæ hæretici mortui, quem videas, & Molinam *de iuſtit. tom.4. tract.3. diſput. 43. nu.8, & tom.1. tractatu 2. diſputatione 73. ex n.5.* & vide Noguerol. *allegat.12. n.156.*

Ibi: *Adde tamen quod licet regulariter. &c.*

Vide Farinacium ſupra *dicta quæſtione 10. ex n.79.*

82 Ad nu.82.ibi: *Sed his non obſtantibus, &c.*

Pœnam confiſcationis bonorum non tranſire ad hæredes, ſi reus mortuus fuerit poſt ſententiam, ſed intra tempus ad appellandum conſtitutum, vt hic reſoluitur, docent Sebaſtianus Medicis *in tractatu mors omnia ſoluit, 2. parte, concluſ. 32. n.37.* Menchaca *illuſtrium, cap.96. ex nu.37,* Peregrinus *de iure fiſc. lib.4. tit.5. n.38.* (quiminus tutam dicit hanc opinionem) & alij relati à Farinacio *in praxi, quæſtione 10. nu.46. vbi n.47.* declarat, dictam reſolutionem procedere, quando pœna confiſcationis bonorũ, ſeu pecuniaria *venit in conſequentiã* delicti, ſecus ſi principaliter in ſententia fuerit impoſita pœna bonorum, quia tunc indiſtinctè illa poſt mortem rei tranſit ad hæredem, etiam ſi à defuncto fuerit appellatum, vel tempus ad appellandum non tranſierit, vide eum ibi & numeris ſequentibus, vbi ponit exempla, quando pœna confiſcationis intelligatur appoſita principaliter, & quando accęſſoriè, & dupliciter limitat hanc declarationẽ, vide etiam Gregorium *in l. 28. tit. 23. partita 3.* & Pichardum *in manuductionib. parte 4. §.4. nu.6.* vbi etiã eodem modo explicat dictam reſolutionem, *& in §. non autem,* inſtituta *de perpetuis, & temporal action num. 63.* & Villadiego *in politic. cap 4. numer.13* prout etiam explicat noſter Gomezius *infra num. proximo* & Molina *de iuſtitia, tom.4. diſputatione 43. ex num.9.* Fachinæus *libr.9. capit.37.*

Ad numer.83.ibi: *Vnum tamen eſt,* 83 *&c.*

Quamuis morte rei extinguatur delictum, hæres tamen eius bene poteſt petere, vt declaretur defunctum non deliquiſſe ob infamiam vitandam, ita Gomezius reſoluit in præſenti, & docent Menchaca *illuſtr. cap.96. nu.15.* vbi hoc commendat tanquam ſingulare, Peregrinus *de iure fiſc. lib.4. tit.5. nu.35.* & eos referens, & laudans noſtrum Gomezium Farinacius *in praxi, quæſt.10. n.74.* vbi etiam refert Cirillum *in ſumma criminali aſcentem*, quod etiam extranei non hæredes admitti debent ad purgandum memoriam defuncti, vide etiam Carleualium *de iudicijs tom.*

tom. 2 titul. 2. disputatione 3. ex num. 5.

84 Ad num 84. ibi: *Secus tamen est si delictum sit priuatum &c.*

In delictis priuatis reo defuncto ante litem contestatam, delictum extingui, secus si post, quia tunc pœna transit contra hæredes, resolut Comezius *in l. vnica, Cod. ex delictis defunctor.* & comprobant Pichardus *in §. hic autem. numer. 41. instituta de l. Aquil.* Fachinæus *lib. 9. cap. 5.* & omnes relati supra *nn. 78.* maximè Gutierrez, Barbosa, Hermosilla, Vela, & Amaya quos vide, & Farinacium *dict. quæstione 10. ex num. 50. vbi num. 59.* quod etiam tenetur hæres ante litem contestatam de eo quod ad ipsum peruenit, vel in quo factus est locupletior, & ampliat ad hæredem hæredis, *& nu. 60.* cum Couarrub. *variar. lib. 3. cap. 3. num. 7.* Dueñas *in regula 13. n. 12.* Menchaca *illustr. cap. 96. num. 27. verficul. Sexta limitatio.* Claro *§. fin. quæst. 51.* & alijs pluribus probat, quod de iure canonico hæres tenetur ex delicto defuncti, etiam quod ex eo nihil ad eum peruenerit, & etiam si lis non fuerit cõtestata, quod sublimitat, & declarat late explicans vsq; ad num. 69. eum omnino videas, & Gutierr. *dict. cap. 18. lib. 2. canonica. omnino*, & Molinam *de iustit. tom. 4. disput. 43. nu. 3. & 4.* & Zeuallos *quæst. 464.* & Pichardum *in §. non autem*, instituta *de perpetuis, & temporal. action.* late, maxime *nn. 55.*

85 Ad numer. 85. ibi: *Item addo quod moriente accusatore, &c.*

Mortuo accusatore quod actio vel accusatio ciuilis pecuniaria transeat ad eius hæredes, modo decedat ante litem contestatam, modo postea, cum tendat ad damnum vel interesse consequendum; secus si accusatio tantum tendat ad vindictam, vt in delicto iniuriæ vel alio simili, quia tunc non transit ad hæredem, nisi post litem contestatam, resolut Comezius in præsentis, & docent Pichardus *in §. non autem*, instituta *de perpet. & temporal. act ex nu. 7.* vbi bene explicat, Suar. *receptar.* verb. *Hæres*, Caldas *in l. si curatorem, §. laesi, nu. 28.* vbi de actione pro adulterio ad dotis priuationem. Molina etiam late explicans *tom. 4. de iustitia disput. 43. ex n. 15. tract. 4.* Claro *§. fin. quæst. 51. n. 9.* vbi additionator Baiardus *ex n. 30.* Gregorius *in l. 28. & 29. tit 23 part. 3. & l. 23. tit. 1. & l. 2. tit. 13. part. 7.* Amaya *in l. 10. Cod. de iure fisc. ex n. 24.* vbi late de fœmina stuprum passa, quæ postea moritur, an ius prosequendi iniuriam transferat ad hæredem? Villadiego *in politica, cap. 3 ex n. 180.* Fachinæus *lib. 9. controuers. cap. 5.* vide etiam Cancerium *parte 2. c. 11. ex num. 132.* vbi de virgine defiorata decedente an trãsmittat ad hæredes ius petendi dotem?

Ad num. 86. ibi: *Item addo quod defuncto accusatore, &c.* 86

Accusatore defuncto quod possit quilibet alius prosequi accusationem intra triginta dies, & post eos accusare de nouo, & in eius defectum iudex possit ex officio prosequi, vt hic resoluitur, docent Clarus *in §. final. quæst. 51 nu. 10 & seq.* Molina distinguens *tom. 4. de iustit. disput. 43. nu. 16.* Villadiego *in polit. cap. 3. nu. 182.* Sebastian Medicis *in tractat. mors omnia soluit 2. parte, consul. 2. num. 5.* vbi ex Azone *in summa Cod. si reus vel accusator mortuus fuerit*, ait, quod hæredes accusatoris, vt tales, prosequi non possunt accusationem cum ad eos hoc ius non transeat.

Ad num. 87. ibi: *Sed breuiter in hoc articulo.* 87

Delinquentem debere remitti ad locum vbi commisit delictum, vt

hic

hic resolvitur, docent latissimè Vivius *in suis communibus*, verb. *Iudex domicilij, ex num.* 2. Vincentius de Franchis *decisione* 37. Bernardus Diaz *in practica crimin. canonic. cap* 9. Thesaurus *decisione pedemont.* 90. *n.* 6. Morla *in emporio, tit* 2. *quæst.* 20. *ex n.* 10. *vbi n.* 12. docet cum Covarrubias, & alijs furem etiam remittendum ad locum commissi furti, & *num.* 14. probat quod iudex requirens, & petens remissionem rei debet hoc iustificare summaria delicti probatione, & eam inserere in literis requisitorijs, vt executioni mandentur, Gregorius *in l.* 15. *tit.* 1. *partit.* 7. *& in l.* 1. *tit.* 29. *eadem partit. glossa magna*, Pareja *de instrument. edition. tit.* 2. *resolution.* 9. *n.* 19. 79. *& 81. & ex num.* 60. vbi late, & quod in delicto leui non debet fieri remissio vide eum omnino qui etiam agit de vagabundo, & alijs, & an de vno Regno in aliud, & quid in foro ecclesiastico? Suarez *allegatione* 17. *n.* 3. vbi de criminibus in mari commissis, *& in titul. de los emplazamientos*, verfic. *Sed attende, pa.* 49. Bobadilla *in politic. lib.* 2 *cap.* 16. *nu.* 105. vbi de Regijs concilijs, & cancellarijs, & dominis vassallorũ an debeãt remittere delinquentes ad locũ delicti *& n.* 180 *&* 212. Anilès *in c.* 27. *prætor. ver. Requierã & ver. Entreguen, & in cap.* 50. verb. *Regimiento*, vbi de delicto ludi, & furarum, Azeuedus *in l.* 1. *& per totum titul.* 16. *lib.* 8. *Reg. pul.* Auendanus *responso* 40. Tiraquel *de retract. lignag.* §. 36. *glossa* 3. *num.* 28. *vbi* de delinquente in confinio duorum populorum (in quo ex Cassaneo *in catalogo parte* 12. *consid. ratione* 46. Forcatulo *diagolo* 1. *num.* 35. & alijs refert Salgado *in labyrintho*, 1. *part. cap.* 4 *num.* 26. quod si caput hominis occisi in confinio reperiatur in vno territorio, ibi cognoscendum de eo, licet membra alibi reperiantur, de quo tu cogita) idem Salgado *de Regia protectione parte* 2. *capit.* 10. *numer.* 63 vbi de emittente sagittam, & occidente hominem in alio territorio, Scaccia *de commerciis*, §. 2. *glossa* 3. *nu.* 131. iterum Salgado *de retentione, parte* 2. *ea.* 5, §. 3. *ex n.* 11. *& c.* 27 *n.* 5. Bolanus *in curia philippic.* §. *fuero*, *& in* 2. *parte* § *mar, nu.* 39. *vbi* de delictis commissis in mari, Narbona *in concordia familiarium, glossa* 20 *numero* 42. vbi de delinquente in officio sibi commisso, Menochius *casu* 531. *vbi* de vagabundis, Osualdus ad Donel. *lib.* 17. *ca.* 16. & alij plures in *v.* num congesti *concl. s.* 15. *crimi.* post opera Roderici Suarez, Barbosa *in collectan. cap. postulasti de foro competenti*, vbi de hæretico, fure, delinquente in mari, *vel* in confinio duarum prouinciarum, *vel* si in vno loco inchoetur delictum, & alibi consumetur, de *vagabundo*, & alia. *& in collectanea ad l.* 1. *Cod. vbi de criminibus agi oporteat, n.* 5. *& 6. & per tot. & in authentic. qua in prouincia, eodem tit.* post alterum Barbosam *in l. hæres absens* §, *proinde ex nu.* 66. *in articulo de foro delicti*, & latissimè Farinacius *in praxi. quæst.* 7. *per totam*, per ampliationes & limitationes. & vide Fachinæum *lib.* 9. *controuersiar. cap.* 20. *& sequent.* & Sanchez *in consilijs moralib. lib.* 6. *cap.* 1. *dubio* 15. *&* 16. vbi de exemptis, & Carleualius *tom.* 1. *disputat.* 2. *quæst.* 7. *sectione* 2. *per tot. & in quæstione* 1. *ex n.* 1. Noguerol. *alleg.* 12. *num.* 27. *& sequent. vbi* etiam an de vna prouincia in aliam?

Ad numer. 88. ibi : *In quarto articulo, &c.*

Quod in delictis non connexis à pluribus commissis sententia vnius nec prodest, nec nocet alteri nec pœna ab vno soluta liberat alios. & quod in delictis connexis sententia

absolu-

absolutoria in fauorem vnius prodest alteri, vt hic resoluitur, docent Tiraquel *in tract. ces inter alios alla limitatione* 22. vbi plures refert, de quo etiam infra *numer.* 90. vbi videbis. Mexia *in præmat. cauſa pan. concluſion.* 5. *nu.* 74. Surdus *de alim. tit.* 9. *quæſt.* 3. *nu.* 3. Gratian. *diſceptat. cap.* 115. *ex n.* 6. Farinac. *conſil.* 73 *nu.* 2. vbi explicat quæ dicantur connexa, & quæ non, de quo etiam Tuschus verò *Connexum*, idem Tuſchus *lit. S. concluſ.* 174. & 179. & confirmari poteſt, quia quando cauſa eſt communis & vna eademq; omnium defenſio, factum vnius prodeſt alteri, prout in appellatione concludunt plures relati a Barboſa *in collectan. ad c.* 72. *n.* 2. *ſub tit. de appelat.* Caldas *in l. ſi curatorem. verb. Vel aduerſarij dolo, n.* 31. & laudat Gomezium hic, Baiardus ad Clarum *q.* 84. *in fin.* Azeued. *in l.* 2. *tit.* 20. *lib.* 8. *n.* 9. & Carleual. *lib.* 1. *diſp.* 5. *n.* 23. vbi quod multi delinquẽtes tenẽtur in ſolidum ad pœnam, & quid pro ſalarijs iudicum, & intereſſe partis?

89 Ad num. 89. ibi: *Non tamen credo, &c.*

Licet vnus ex adulteris non poſsit occidi ſine alio, tamen quod vnus ſine alio poſsit accuſari, hic reſoluitur, vt vides, *Sed ex l.* 2. *tit.* 20. *lib.* 8. *Recopil.* vnus ſine alio accuſari non poteſt, vt ibi aduertit Azeuedus, & reliqui nec non *in l.* 80. *Tauri*, qui etiam diſputant, quid ſi vnus eorum deceſſerit, vel fugerit.

90 Ad num. 90. ibi: *Tertia concluſio notabilis, &c.*

Sententiam latam contra delinquentem nocere ei qui tenetur in cõſequentiam: ex quo aliqua inferuntur per noſtrum Gomezium, docet eum laudans doctiſsimus Barboſa *in collectan. ad l.* 1. *Cod. vbi cauſa fiſcales, num.* 5. vbi omnes notarunt, Felinus *cap. ad petitionem, num.* 18. *de accuſationib.* vbi ponit materiam & ibi omnes Canoniſtæ. Farinacius *q.* 24. *nu.* 183. idem Barboſa *in collect. cap. cum ſuper de ſententia, & re iudicata, ex nu.* 12. vbi quindecim caſus congerit, in quibus ſententia pro vel contra vnum lata alijs nocet. Molina *de iuſtitia tom.* 3. *d. ſputat.* 647. Hermoſilla *in l.* 32. *tit.* 5. *par.* 5. *gloſſ.* 3. *ex num.* 57. *& in l.* 42. *gloſſa* 9. *n.* 7. vbi an poſsit exequi contra tertium poſſeſſorem non citatum ſententia contra primum emptorem lata ex pacto de retrouendendo? & negatiuè reſoluit, vide etiam Cũtierrez *lib.* 2. *canonicar. cap.* 5. *num.* 74. & latiſsimè Scaccia *de re iudic. gloſſa* 14. *quæſtione* 12. *ex n.* 109. & vide etiam ſupra *n.* 88.

Item adde quid ſi poſt condemnationem conſtet de innocentia rei? de quo vide infra *cap.* 13. *num.* 34. & Farinacium *conſil.* 73. *in additione lit. A.* vbi quod poſt ſententiam poteſt opponi quod occiſus erat bannitus & peti ſententiam caſſari, & reum abſolui, *& in quæſtione* 11. late, eum vide. 91

De ſciente delictum eſſe committendum, & non reuelante, vel impediente, vide infra *capit.* 2. & late Flores de Mena *quæſtione* 18. *per totam.* 92

Delinquens an poſsit poſt ſententiam innocentiam ſuam probare, vide infra *cap.* 13. *n.* 34. 93

Item de iudice an poſsit pœnam à lege ſtatutam remittere, augere, vel minuere, & an peccent, qui hoc petunt? & an dicta remiſsio pœnæ vel eius diminutio poſsit fieri poſt ſententiam? explicat Pater Thomas Sanchez *in conſilijs lib.* 6. *cap.* 1. *dubio* 21. 22. *& 23.* & vide infra *c.* 13. *nu.* 34. *& ſup. hoc ca. n.* 51. vide etiam Gregorium de Valencia 2. 2. *diſput.* 5. *q.* 11. *punct.* 4. & Bobadil. *lib.* 2. *c.* 16. *n.* 99. vbi de Rege, et dominis inferioribus. 94

Item de pluribus simul delinquentibus quod omnes teneantur in solidum; vide late explicantem Carleualium *de iudicijs, lib. 1. disputatione 5. ex num. 20. & num. 45. & seq.* vbi etiam quod beneficium cessionis denegatur solventibus ob proprium delictum, licet quantum ad beneficium diuisionis duæ sint opiniones, cum vide per totam disputationem, vbi etiam agit an salarium possit in solidum exigi a quolibet delinquente, & affirmatiue resoluit, maximè quando socius non est soluendo, cum vide post Couarrubias *in regula peccatum, 2. parte, §. 12. num. 3.* & videsupra *num. 88.* & Gratianum *regula* 355. *num. 15.*

(*)

CAPVT SECVNDVM DE CRIMINE LÆSÆ MAIESTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*

2 *De pœna in crimine læsæ maiestatis diuinæ.*
Quid in hæretico pœnitenti seu conuerso, & reincorporato Ecclesiæ.

3 *Alienatio bonorum committentis hoc crimen an sit ipso iure nulla.*

4 *An in casu dictæ pœnæ transferatur possessio sine apprehensione.*
De præscriptione contra fiscum.
An fiscus teneatur stare locationi facta a reo læsæ maiestatis.

5 *An, & quando filij vel descendentes efficiantur inhabiles ad dignitates, & officia*
An sint irregulares, & nobilitatem amittant.

6 *Pœna ipso iure imposita an debeatur in foro conscientiæ.*

7 *Quando committatur crimen læsæ maiestatis humanæ.*

8 *Eripiens aliquem de carcere an committat hoc crimen.*

9 *Sciens crimen esse committendum contra Principem, & non reuelans an committat crimẽ læsæ maiestatis.*

CAPVT II.

De sciente, & non reuelante aliud quod libet delictum.

An, & quando teneatur aliquis aliũ defendere si offendatur.

10 *Sciens delictum committendum an in conscientia teneatur reuelare.*

11 *An hoc crimen committatur contra dominos inferiores.*

Non subditus non committit hoc crimen.

12 *De pœna confiscationis.*

De pœna euersionis domus.

13 *An hoc delictum duret post mortem*

14 *Filij committentium hoc crimen, an, & quomodo puniantur.*

An possint acquirere ex contractu.

Filij hæreticorum quomodo sint in successibiles.

15 *Filio exclusso a successione an hæreditas applicetur venientibus ex testamento vel ab intestato seu fisco.*

16 *Prædicta pœna an extendatur ad nepotes, & eos comprehendat.*

17 *An dicta pœna habeat locum in filijs natis ante delictum commissum.*

18 *Reus læsæ maiestatis amittit bonorum administrationem.*

DE hac materia, & huius sceleris atrocitate agunt præter ordinarios, Clarus receptarum *§. læsæ maiestatis*, Decianus tracta crimin. *lib. 7. ex cap. 1.* Bolsius *in practica, in titulo de crimine læsæ maiestatis*; Gigas *eodem tractatu*, Morla *in emporio rit. 11. num. 73.* vbi quod testes inhabiles admittuntur in hoc crimine, Tuschus *lit. M. conclusione 6. & sequentibus vsq; ad* 14. Petrus Gregorius *in syntagmate lib. 33. & 35.* Latissimè Fachinæus *lib. 9. controuersiarum, cap. 31. & multis sequentibus*, Baeza *de debitore, cap. 16. num. 16.* qui alios plures referunt, Parladorus, *to. mo 3. differentia 107. & 108.* Gratianus *regul. 406.* vbi quod resistens iudici incurrit pœnam læsæ maiestatis de quo etiam alter Gratianus *discept ation. cap. 54.* vbi declarat, Gregorius *in l. 6. tit. 13. partita 2. & l. 7. tit. 8. partita 3. glossa 4.* Cantera *de quæstionibus tangentibus punitionem delict. cap. 2.* & latissimè Farinacius *in præxi, quæstione 112. & sequentibus, & consilio 79.* Couarrubias, *lib. 2. variarum cap. 8. & cap. 9. num. 4.* Menoch. *de arbitrar, casu 300. & 360.* vbi de conatu in hoc delicto: Bernardus Diaz *in practica cap. 118. & 119.* Pichardus *in §. interdum* instituta *de hæreditatibus quæ ab intestato ex num. 6. & in §. publica autem* instituta *de publicis iudicijs, & in manuductionibus 3. parte §. 4. ex num. 75.* vbi alios plures refert, & late Narbona *in concordia familiarium Sanctæ Inquisitionis, glossa* 7. Azeuedus, & cæteri *in l. 1. tit. 3. lib. 8. Recopilationis*, Aluarado *de coniecturata mente defuncti, lib. 2. cap 3. ex num. 22.* vbi de maioratu in hoc delicto, Cenedus *de confiscatione agens in quæstione 16. per totam, & in collectanea 103.* Thomas Sanchez *in summa, lib. 2. quasi per totum*, maximè *ex cap. 9.* Barbosa plures referens *collectanea cap. 10. de hæreticis, & per totum titulum*, & Farinacius *in simili tractatu de hæreticis*, & D. Larrea allegatione *fiscali 65. & 66.* vbi de conspiratione contra Principẽ late.

Ad numerum 1. ibi: *In crimine læsæ maiestatis diuinæ, &c.*

Committens crimen læsæ maiestatis diuinæ est excommunicatus ipso iure, & etiam ipso iure eius bona confiscantur, & applicantur Cameræ Apostolicæ in terris Ecc lesiæ

&

& fisco sæculari interris imperij, ita resoluit Gomezius, & docent Clarus §. *hæresi num.* 23. Couarrubias *in regula peccatum*, 2. *parte in initio, num.* 7. Simanc. *de catholicis, institut. tit.* 42 *ex num.* 3. Azeuedus *l.* 1. *tit.* 3 *lib.* 8. *Recop. num.* 155. Sanchez *in summa, lib.* 2. *cap.* 8. & alij plures apud Barbosam *in collectanea, cap.* 13. *de hæreticis*, Farinacius *de hæreticis, quæstione*, 192. vbi de excommunicationis pœna contra hæreticos: & de confiscatione similiter idem docent Menochius *de recuperandæ remedio* 1. *num.* 308. & *de arbitrar. iis casu* 174. Peregrinus *de iure fisci, lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 166. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *priuilegio* 35. & *tit.* 9. *quæstione* 32. Barbosa *in l.* 1. *ff. soluto matrimonio* 4. *parte, ex num.* 82. Castillo *lib.* 6. *controuersiarum cap.* 137. *num.* 31. Amaya *l.* 1. *Cod. de iure fisci num.* 58. iterum Farinacius *de hæresi. quæstione* 190. vbi latissimè ampliat, & limitat, Thomas Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 14. & *sequentibus* omninò videndus Tuschus *lit. M. conclusione* 12 & alij plures relati a Barbosa *in collectanea, cap.* 10. *de hæreticis*, vbi sex ampliationes congerit, & octo limitationes, plurimos Doctores pro qualibet earum referens apud quos, maximè apud Farinacium, & Sanchez omnes difficultates in hac pœna confiscationis occurrentes inuenies, & vide infra *num.* 3. vbi alia, & an confiscatio comprehendat bona futura? & an hæreticus occultus incurrat excommunicationem? præter supra relatos disputat Zeallos *quæstione* 698.

Quid verò dicendum sit in hæretico conuerso, & pœnitenti an recuperet bona confiscata? disputat late Farinacius de hæresi, *quæstione* 190. *ex num.* 131. *vsq; ad* 153. & Barbosa *in collectanea. cap.* 10. *de hæreticis*, *num.* 24. Sanchez *in summa, lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. & *cap* 27. *ex num.* 21. iterum Farinacius, *quæstione* 193. *ex num.* 65.

Ad numerum 2. ibi: *Secundo infertur quod a tempore commissi criminis &c.*

Ipso iure nullam esse alienationem factam a committente hoc crimen, & fiscum posse bona alienata vindicare, etiam pretio non soluto, præter id quod in vtilitatem eōdem nati versum est, resoluit Gomezius, & docent latissimè Gigas, *in hoc tractatu, lib.* 2. *rubrica de pœnis committentium crimen læsæ maiestatis, quæstione* 24. *ex num.* 1. & late Decianus *in tractatu criminalium. lib.* 7. *cap.* 40. *num.* 6. Gutierrez *in canonicis, lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 76. Hermosilla *l.* 2. *tit.* 4. *partita* 5. *glossa* 1. *ex num* 13. & *glossa* 6. Gratianus *disceptationem cap.* 54. *ex num.* 16. vbi declarat quod poterit fieri alienatio ex causa necessaria, veluti pro soluendis creditoribus vel pro dotibus seu alimentis, &c. Azor *institutionum Moralium* 1. *parte, lib.* 8. *cap.* 12. *quæstione* 1. & plurimos referens, Barbosa *in collectanea, cap.* 10. *de hæreticis, num.* 3. & per totum, Pachinæus *controuersiarum. lib.* 9. *cap.* 35. vbi fundamenta huius opinionis refert, licet ipse contrarium teneat: & latissimè Pater Thomas Sanchez *in summa, lib.* 2. *cap.* 14. vbi etiam probat in hac confiscatione non comprehendi bona futura, de quo Gratianus *disceptationum, cap.* 309. ac proinde hæretico, ad fidem redeunti, non esse publicanda bona ex tunc acquisita, sed ea quæ ante hæresim habuit, & quæ ea permanente acquisiuit, *& num.* 15. *& sequentibus* late disputat ipse Sanchez, an iura conditionalia seu sub conditione debi

debita confiſcentur, & reſoluit quod ſi deſcendant ex vltima voluntate veluti hereditas, legatum, ſeu fidei commiſſum, non publicantur, quando conditio, extitit poſt condemnationem, quia in vltimis voluntatibus conditio non retrotrahitur, ſi verò iura, & debita cõditionalia deſcẽdãt ex contractu, & ſi impleatur conditio poſt condemnationem, pertinent ad fiſcum virtute retrotractionis. *& exn.* 3. latiſsimè diſcutit, an hereditas delata hæretico non dum ab eo adita pertineat ad fiſcum? & negatiue reſoluit poſt longam diſputationem, ſubdiſtinctione, & declarationes per eum videnda, *& cap.* 22. *eodem lib.* 2. reſoluit cumplurimis contra alios minimè teneri hæreticum ſeu alium, cuius bona confiſcantur ipſo iure, ea reſtituere fiſco ante iudicis ſententiam & tunc ſufficere non facere reſiſtentiam, non tamen teneri offerre, latiſsimè etiam Farinacius *in praxi quæſtione* 116. *ex num.* 42. *maximè num.* 59 *& ſequentibus, & quæſtione* 164. *num.* 44. *& ſeq. & in tractatu de hæreſi, quæſtione* 190. *ex num.* 1. vbi fere infinitos refert ampliat. & limitat. & declarat quem omnino videas, *& num.* 68. *& ſeq.* & Nouiſsimè D. Franciſcum de Amaya *in l.* 1. *Cod. de iure fiſci, ex nu.* 57. vbi aliomodo hãc reſolutionem declarat.

4 Ad num. 3. ibi: *Verum tamen eſt, &c.* Quod licet in fiſcum transferatur ipſo iure dominium (de quo infra *n.* 12.) non tamen tranſeat poſſeſsio an, te apprehenſionem, vt hic reſoluitur, docent Gutierrez §. *ſui, num.* 68. quem videas ibi: *& in cap.* 5. *lib.* 2. *Canonicarum, num.* 67. Cantera *in rubrica de hæreticis, & cap.* 1. *num.* 16. Amaya *l.* 1. *Cod. de iure fiſci lib.* 10. *num.* 58. & Farinacius *in praxi, quæſtione* 25. *num.* 13. *& ſeq. & in tractatu de hæreſi, quæſtione* 190. *num.* 85. *& quæſtione* 116. *num.* 18. vbi de modo ea piendi poſſeſsionem.

Et de præſcriptione in hoc caſu quando alius poſſeſſor bonæ fidei dicta bona poſſedit tempore legitimo, vide Thomam Sanchez *in ſumma, lib.* 2. *cap.* 22. *ex num.* 36. vbi etiam *num.* 53. agit, an fiſcus teneatur ſtare locationi factæ per eum? & diſtinguit inter confiſcationem ſeu publicationem alicuius rei particularis, & confiſcationem vniuerſalem, vt primo caſu non teneatur ſtare locationi ſecus in ſecundo.

Ad numerum 4 ibi: *Item etiam pro iſto delicto eſt pœna, &c.* 5

Quod filij hæreticorum vſq; ad ſecundam generationem per lineam paternam, & vſq; ad primam per lineam maternam, efficiantur inhabiles ad dignitates, & officia ſpiritualia, & temporalia, vt hic reſoluitur, docent, & explicant latiſsime Molina *de iuſtitia, tomo* 3. *diſputatione* 658. *num.* 19. Azor *inſtitutionum Moralium, tomo* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *poſt quæſtionem* 8. *in pœna* 8 *hereticorum* Clarus *in* §. *læſæ maieſtatis, num.* 19. Simanc. *de catholicis inſtitutionibus, tit.* 29. *num.* 15. Menochius *de recuperanda, remedio* 1. *ex num.* 331. vbi quod hæreticus ipſo iure amittit beneficia, Parladorus *differentia* 108. *num.* 4. Decianus *tractatu num criminalium. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 4. *et cap.* 45. *num.* 4. Thomas Sanchez late *in ſumma, lib.* 2. *cap.* 27. vbi etiam *num.* 1. probat, hanc pœnam locum habere in filijs quomodocumq; illigitimis, *et num.* 9. *et ſequentibus* latiſsimè diſputat, an filius conceptus ante crimen læſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ in currat prædictam pœnam? & negatiue reſoluit, *et num.* 2. *et ſequent.* agit de filio hæretici reincorporati Eccleſiæ ſeu reconciliati, *et in* 6, 28. latiſsimè materiã proſequitur *ex n.* 18. vbi de beneficijs antea habi-

habitis vel posteà acquirendis, *& nu.* 36. probat ex multis idem dicendum in pensione ac in beneficio, latissimè etiam Farinacius *in praxi, quæstione* 116. *ex num.* 86. vbi pariter de filijs naturalibus, & spurijs idem dicendum probat, *& in tractatu de hæresi, quæstione* 191. *ex num.* 44. vbi de beneficijs antea habitis, & postea acquirendis agit, amplians, & limitans, Cenedus *quæstione* 16. *per totam vbi num.* 7 quod tales filij nõ possunt ad sacros ordines promoueri, *& num.* 8. quod tales filij non priuantur officijs, & beneficijs obtentis ante crimen.

Item de irregularitate, & an filij hæreticorum, fautorum, defensorum seu receptatorum, sint irregulares? videndus est idem Thomas Sanchez, *dis.* & *cap.* 28. *ex num.* 6. vbi affirmatiue respondet. Item an nobilitatem amittant, idem Sanchez *cap* 29. *late.*

6 Ad numerum 5. ibi: *Et magistraliter, & resolutiue dico, &c.*

Quod in casibus inquibus pœna imponitur ipso iure reus teneatur in conscientia restituere fisco ante condemnationem, resoluit Gomezius in præsenti, & docent plures relati a Siraquel. *in l. si vnquam*, verbo: *Reuertatur, num.* 268. Castro *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 10. *&* 11. *& de iusta hæreticorum punitione lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. Nauarrus *in manuali, cap.* 23 *num.* 67 & alij apud Barbosam *in collectanea cap* 10. *de hæreticis, num.* 4. sed contrariam sententiam imo non teneri reum bona restituere fisco ante iudicis sententiam, & post eam non teneri offerre, sed tantum non resistere quominus bona ab eo exigantur, & sententia mandetur executioni, quã ipse non teneatur aduersus se ipsum exequi, probant Simanc. *de catholic. institutionibus tit.* 9 *ex num.* 161. *vsq; ad* 252 Molina *de iustitia tomo* 1. *disputatione* 65. Scaccia *de commerciis* §. 1. *g.* 7. *parte* 2. *ampliatione* 19. *num.* 139. *vbi* limitat præter quam si pœna veniret applicãda parti, & alias quatuor limitationes adducit, Cancerius 3. *parte, cap.* 11. *num.* 40. Gutierrez *lib.* 2. *canonicarum cap.* 5. *ex num.* 14. *vbi* limitat, quem omnino videas vsq; ad finem capitis, Azor, *tomo* 1. *institution. Moral. lib.* 5 *cap.* 7. *quæstione* 1. *&* 3. *& lib.* 8 *cap.* 12 *quæstione* 3. Sayrus *in claui Regia. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 30. Lesius *de iustitia, lib.* 2. *cap.* 29. *dubio* 8. *num.* 64. Matienzo, *l.* 2. *tit.* 2. *glossa* 5. *num.* 4. *& l.* 6. *tit.* 8. *glossa* 8. *num.* 8. *& l.* 5. *tit.* 11. *glossa* 1. *num.* 2. *&* 3. *lib.* 5. *Recop.* Azeuedus *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 8. *Recopil. num.* 189. Cantera *tit. de quæstionibus tangentibus punitionem delictorum, cap.* 1. *num.* 16. *&* 17. Barbosa *in dicta collectanea, cap.* 10 *de hæreticis, num.* 4. & fere infinitos referens Thomas Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 22. *ex num.* 7 *cum pluribus sequentibus* vbi optimè declarat, & limitat, quem omnino videas & Farinacium, *in tractatu de hæreticis, quæstione* 190. *num.* 82. & Zeuallos *quæstione* 687. & latissimè disputantem Morlam *in emporio, tit.* 1. *quæstione* 9. *per totam vbi num.* 34. declarat præter quam si ex parte recipientis non fit pœna, sed damni illati satisfactio tunc enim ante iudicis sententiam obligat restitutio, vide etiam nouissimè Carleualium *de iudicijs tomo* 2. *tit.* 2. *disputatione* 1. *num.* 18. *&* 39. *& sequentibus*, & Amayam *l.* 1. *Cod. de iure fisci num.* 61. & vide *infra cap.* 14. *num.* 4.

Ad numerum 6. ibi: *In quo articulo resolutiue dico, &c.* 7

Quod crimẽ læsæ maiestatis humanæ cõmittatur, quãdo quis offẽdit Imperatorẽ vel Regẽ nõ recognoscẽtẽ superiorẽ, vel Rẽpubl. Romanã, vel aliã superiorẽ nõ recognoscẽtẽ, vel eos qui sunt de consilio Principis, vt hic resolnitur, docent Gigas, *intractatu de crimine læsæ maiestatis, lib.* 1.

lib 1, rubrica quatuplex sit maiestas num.6.& 7.& in rubrica qualiter aquibus crimen læsæ maiestatis,&c. quæstione 13,num.1. & sequentibus, Bossius, *in tit. de crimine læsæ maiestatis, sub, num.5. & 6. & seq.* Clarus *in §. læsa maiestatis ex num.2.* Decianus *tractat. criminal. lib. 7. cap. 2. & 5.* Tusch. *lit. M, conclusione 8.* Petrus Gregorius *in singulagnate lib. 35. cap. 3. & sequentibus*, Fachinæus *lib 9. controuersarum, cap. 32.* vbi de offendēte principem interiorem (de quo etiam Farinacius *infra num.176.*)& latissimè Farinacius *in prax, quæstione 112. ex num.18. vsq; ad 220.* vbi sex decim casus cumulat in quibus hoc crimen cō mittitur, plures ampliationes,& limitationes ad eos congerens, Azeuedus *in l.1. tit.18 lib.8. Recopil.* (& vide *conclusionem 34. post opera* Roderici Suarez) Hermosilla *in l.2. ti.4. partita 5. glossa 3.* vbi de consiliarijs principis, de quibus etiam Gratianus *disceptationum cap.54. num.7.* & latissimè Narbona *in concordia familiar. glossa 7. per totam.*

8 Ad numerum 7. ibi: *Quando quis violenter exemit, &c.*

Eripiens de carcere reum læsæ maiestatis post delictum probatum confessione vel alia legitima probatione, vel dum ad supplicium duceretur si hoc fiebat per iudices Imperatoris vel regis, seu si alicuius magnatis, ducis, seu Marchionis, quod committat crimen læsæ maiestatis, vt hic resoluitur, docent Lucas de Penna, *in l. quoties, num.1. Cod. de exactoribus tributorum, lib.10.* Gigas *de crimine læsa maiestatis, lib.1. in rubrica qualiter. & aquibus crimen læsæ maiestatis quæst.58. num.8.* Plaza *in epitomè delictorum cap.38. num.7.* Azeuedus *in l.1. tit.18. lib.8. Recopil. ex num.171.* Pradilla *de lege panali, cap.53.* & plurimos referens, & late amplians, & limitans, & declarans Farinacius, *q. 30. ex num.101. & q. 32. num.4.* Gratian: *discept. c.54. ex n.1.* & optimè Narbona *in concordia famil. glossa 7. ex num.58. & num.72. & seq.*

Ad num.8. ibi: *Item etiam committitur istud crimen &c.* 9

Quod crimē læsæ maiestatis committat qui scit hoc crimen a alio crō mittendum, & non reuelat, vt hic esoluitur, docent Gigas *de crimine læsæ maiestatis lib.2. rub. qui accus pos. q.20 n.2. et lib.3. rubri. fin q.2, n.1. et* 4. Menoch. *de arbitrar lib.2. cas.* 155 *n.9.* vbi bene declarat,& Fachinæus *lib.9. controuers. c.86.* Gratian *reg. 120.n.7.* Scaccia *de iudicijs, lib.2. ca. 10, ex n.25.* Plaza *in epitomè delictor. cap.22.n.17.* Bossius *tit. de crimine læsæ maiestatis, n.47.* Clarus *in practica, § fin. q.87* versiculo: *Punctus est.* Auiles *in cap. 52. prætorum. verbo Incurra*, & latissime explicans Farinacius. *quæstione 51. ex num. 69.* & de hæresi, *q.197. §.2.* Narbona *in concordia familiarium glossa 7. num.12.* quos omnino videas, & Gregorium *in l.33. tit.6. partita 1.* vbi quod obligatio reuelandi intelligitur si possit probari: late Flor. de Mena *q.18. per totam*, & latissimè D. Larrea omnino videndus *in suis allegationibus fiscalibus, allegatione 65. per totam, tomo 1.* vbi optimè explicat,& alios plures refert, *& num.75.* cum plurimis additis a Farinacio *dicta quæstione, 51. num.76.* docet crimen debere denuntiari, quamuis probari non possit, *& num.72.* expluribus docet ipse Larrea patrem,& vxorem debere denuntiare filium vel maritum, & è contra vide etiam eum *allegat. 66. ex num. 8.* vbi alia plura.

Ibi: *Procuius declaratio, dico quod regulariter licet quis sciat, &c.*

Quod regulariter licet quis sciat delictum committendum in alio vel sit præsens, et nō prohibeat, nec reuelet, nō teneatur aliqua præua vt hic

resoluitur, præter quam in patre vel domino scientè delictũ cõmittendum à filio, seruo, vel familiari, vel siquis sciat delictum committendum contra patrem, vel ascendentes, docent Menochius omnino videndus *de arbitrar. casu* 355. vbi quid de iure canonico, & inforo conscientiæ, Gigas *de crimine læsæ Maiest. lib.* 2. *tit. qui accusare possunt, quæst* 20. *in principio*, Bernardus Diaz *in regul.* 184. Scaccia *de iudic. libr.* 2. *cap.* 10. *ex n.* 33. Barbosa *in l. qua dotis, ff soluto matrim. n.* 153. Carrerius *in practic. tract.* 3. *de homicidio*, §. *nono quæro, post num* 9. Plaza *in epitome delictorum, cap.* 22. *n.* 17. Gratian. *in reg.* 130. vbi quod delinquẽtem non tenetur quis indicare, pro regula constituit & declarat, & plurimos referens Farinacius *in praxi, quæst.* 51. *ex num.* 7. *& per totam, & quæstione* 24. *ex num* 234 *& quæstione* 125. *&* 130. *& consil.* 104. *& quæstione* 120. *ex nu.* 153. quem omnino videas, & Sotum *in tract. de ratione tegendi secretum quæst.* 4. *&* 5. Nauarr. *in cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *conclusioa* 6. Anilès *in cap.* 52. *prætor.* verb. *Incurran.* Anton. Gabriel. *commun. lib.* 7. *tit. de criminalib. conclusio.* 37. *n.* 2. Menchacam *illust. c.* 16. Gutierres *canonicarum, lib.* 1. *ca.* 11. Anilès *in cap.* 1. *prætor.* verb. *Ni consenserẽt, num.* 6. Gregor. *l.* 2. *tit.* 28. *part.* 2. Morlam *in emporio, tit.* 2. *quæstion.* 3. *num.* 43. *& seq.* Flores de Mena *variar. lib.* 1. *quæst.* 18. & Barbosam *in collect. cap. sicut dignum de homicidio, ex nu.* 18. vbi latissimè explicat vsq; ad num. 30. quãdo quis teneatur *vel* non alium defendere, eum omnino videas, & Gratianum *regula* 120 *per tot.* & Farinacium latissimè *dicta quæst.* 51. *ex n.* 4. qui omnes pro regula constituunt neminem teneri alium defendere vel obuiare delicto de iure ciuili, secus de iure canonico, & in foro conscientiæ: & certe crediderim, non reuelãtem seu obuiantem delicto, *vel* non defendentem agressum cum posset, minori, & extraordinaria pœna puniendum. ex allegatis per Barbosam, Gratianum, Flores de Mena, & Farinacium supra *& quæst.* 125. *ex n.* 267. latissimè, & Molinam *tom.* 4. *disp.* 18. Lessium *lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 13. & nouissimè D. Larrea *alleg. fisc.* 65. *ex num.* 32. *& num.* 43. vbi de crimine parricidij post Solorzanum *lib.* 2. *cap.* 19. omnino videndus, *& allegat.* 65.

Ad num. 9. ibi: *Secus tamen in foro conscientiæ, &c.* 10

Quod in conscientia quilibet teneatur delictum reuelare & obuiare, probant ex multis (*vt* iam dictũ est num. præcedenti) Gratianus, Farinacius, & Barbosa in locis supra relatis, qui alios quam plurimos referunt, & Carrer. *in pract.* verſic. *Circa quartũ, ex n.* 67. ex quo procedit (*vt* ait Gomezius in præsenti) quod ille qui videt *vel* scit delictum committendum in clericum, & non prohibet, est excommunicatus, *vt* docent Suarez *de censuris, disputation.* 22. *sectione* 1. *nu.* 56. Sayrus *in claui Reg. lib.* 10. *tract.* 2. *c.* 14. *n.* 2. *& de censur. lib.* 3. *cap.* 25. *n.* 24. & alij plures ab eis relati, & licet alij grauissimi Doctores hoc velint limitari in eo qui ex iustitia tenetur impedire, et non si ex sola charitate, veriustamen est indistincte esse intelligendum, vt aduertit Barbosa *in collectan. cap. quanta* 47. *de sententia excommunicationis, n.* 2. et latius *in tractatu de iure ecclesiastico, lib* 1. *ca.* 39. §. 1. *num.* 50. vbi addit, quod si quis nõ dolose sed ex negligentia, *vel* quia non vult se immiscere rumoribus aliorum, non prohibeat clerici percussionem, non incurret excommunicationem.

Ad num. 10. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 11

Hoc

CAPVT II.

Hoc crimen non committit contra dominos inferiores, sed contra Principem vel Rempublicam non recognoscentem superiorem, vt hic resoluitur, docent plures, quos refert Cigas *in tract. de crimine læsæ Maiestatis, rubrica qualiter & à quibus crimen læsæ Maiestatis, quæstione 29. num. 2.* Gratianus *discept. for. tom. 2. c. 368. n. 6.* Decianus *lib. 7. c. 49. num. 21.* & alij relati à Farinac. *in praxi, quæstione 112. nu. 181.* vbi & numeris sequentibus late disputat, & resoluit hanc quæstionem per positionem diuersorum casuum, Bobadilla *in polit. lib. 2. cap. 16. num 177. & 178.* vbi etiam addit, quod cum dicti domini sint de consilio Regis poterit contra eos committi crimen læsæ Maiestatis, quod iterum reassumit *in lib. 3. cap. 1. n. 29.* vbi loquitur de offendente correctorem alicuius loci, & postea ait, quod hoc crimen committitur contra Senatores Auditorij, vel Chancelariæ vtentes nomine, & sigillo Regio, de quibus late Parladorus *tom. 3. differet. 10. & 11.* Azeuedus *in l. 1. tit. 18. lib. 8. nu. 22.* vbi ait, quod impropriè committitur in dominos inferiores hoc crimen, & de pœna agit.

Ibi; *Vnum tamen est, &c.*

Non subditus non committit crimen læsæ Maiestatis, nisi iuuando alium qui sit subditus: ita Gomezius in præsenti, & probant Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, lib. 3. rubrica de proditore, quæst. 1. nu. 1. & lib. 1. rubrica qualiter & à quibus læsæ Maiestatis, &c quæst. 3. nu. 3.* Bolsius *in practica hoc tit. nu. 80. & sequentib.* Bernardus Diaz *in pract. ca. 119. post nu 1.* vbi Salzedo *lit. B.* Clarus *in §. læsæ Maiestatis, num. 6.* & hos & alios referens Farinacius *in praxi, q. 112. ex num. 240. vsq; ad 262.* vbi ampliat, limitat, & declarat *& quæst. 8. num. 3. & seqq.* vbi an clericus committat hoc crimen? Scaccia *de commerciis, §. 2. glossa 3. num. 129.* Narbona *in concordia familiarium Sanctæ Inquisitionis, glossa 7. nu. 115.* Et de clericis & de Episcopis committentibus hoc crimen, Petrus Gregor. *in syntagm. lib. 35. cap. 2. nu. 8.*

Ad num. 11. ibi: Pœna autem huius 12
delicti, &c.

Pœnam huius delicti esse mortem naturalem, & confiscationem bonorum & demolitionem domus, vt hic resolui tur, docent Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, lib. 2. tit. de pœnis, quæst. 1.* Clarus *in §. læsæ Maiest.* Bolsius *hoc tit. ex n. 131.* Decianus *lib. 6. cap 32. num. 27. & cap 39. ex num. 14.* Gratianus, *discept. cap. 54. num. 13.* vbi enumerat pœnas, Scaccia *de commerciis, §. 7. glossa 2 num. 81.* vbi quod si hoc crimen committatur per lubricum linguæ, sola temeritatis pœna puniendum est, & alij latissime relati à Farinacio *in praxi, quæst. 116. ex num. 1. maximè nu. 20. & seqq. & nu. 66.* vbi de pœna confiscationis, & quod bonorum dominium amittat committens hoc crimen ipso iure ante sententiam, licet declaratoria sit necessaria, & executio, vt diximus *num. 3. et 6.* supra, & aduertit ipse Farinacius *ibidem nu. 17.* & colligitur ex Deciano *lib. 7. cap. 4. nu. 38.* Surdo *decisione 247. nu. 1.* Cujacio *in l. Imperator, ff. de iure fisci,* & Farinacio supra *et q. 164. et decis. 87. et 90.* vbi alia, Gutierrez *lib. 2. canonicarum, cap. 5. ex n. 67.* Hermosilla *in l. 2. tit. 4. partita 5. glossa 1. et 2. ex nu. 2. et glossa 6. per tot.* Sanchez *in summa, lib. 2. cap. 22.* ex quibus D. Franciscus de Amaya *in l. 1. Cod. de iure fisci lib. 10 num. 58 et seqq.* concludit in hoc crimine dominium amitti bonorum à die commissi falsi modo secundum quid, nempè sub conditione si feratur sententia, & sic secundum quid dominium ex tunc fis-

cus

ejus acquirit, & hoc modo competit ei rei vindicatio, sequta scilicet condemnatione, vel potius declaratione delicti perpetrati, eum omnino videas, & Carleual. *de iudicijs, tom. 2. tit. 2. disp. 1. n. 39.* vbi de pœna priuationis factionis testamenti.

Item domum huiusmodi delinquentis euertendam, docuerunt Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, lib. 2. rubrica de pœnis committentium crimen læsæ maiestatis, quæstione 35.* Decianus *lib. 7. cap. 40. num. 37.* Baiardus ad Clarum §. *læsæ Maiestat. num. 25. & in quæstione 82. nu. 92.* & & latius Farinatius *quæstione 116. ex 28.* vbi ampliat, & limitat vsq; ad numerum 41. & docet non destruendam domum communem cum alijs de quo etiam *in quæstione 112. n. 117. & seq.* Gratian. *disceptat. forens. cap 179. & cap. 217. nu. 26.* vbi de ratione quare sal seminetur in domo delinquentis? Parladorus *lib. 1. quotidian. cap. 21.* Lara *de annuersar. cap 2. lib. 2. nu. 125.* Qualdus *in tractat. de duobus fratribus, parte 8. nu 26.* Petrus Gregorius *in sintagm. lib. 35. cap. 1. num. 20.* Cenedus *quæstione 16 nu. 18* vbi quod in perpetuum non est erigenda talis domus.

33 *Ad numer. 12. ibi: Item adde quod istud crimen, &c.*

In hoc crimine defunctum posse reum pronuntiari, & eius memoriã damnari, & bona confiscari, formato processu cum hæredibus, vel defensore, vt hic resoluitur, docent Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, tit. qualiter in crimine procedatur, quæstione 20. libr 1. & tit. de pœnis quæst 32. libr. 2.* Clarus §. *læsæ Maiestatis, & in §. fin. quæstion. 61.* Menochius *consil. 99. num. 159. & sequentib. lib. 1.* Peregrinus *de iure fisc. lib. 4. tit. 5. num. 19.* & plurimos referens Farinacius *in praxi, quæstion. 10. num. 42. & sequent.* vbi limitat, & declarat, & latius *in tractatu de hæresi, quæst. 197. ex nu. 86. vsq; ad finem, vbi nu. 112. de sequentibus*, disputat, an post quinquiennium possit procedi: & Petrus Cenedus *quæst 16. nu. 5.* & optime Pichardus *in §. 2. institutã. de public. iudic. num. 11.*

Ad numer. 13. ibi. Item etiam in 14
isto crimine, &c.

Quod filij committentium hoc crimẽ fiant insuccessibiles, & infames & inhabiles ad honores, & officia publica, vt hic resoluitur, docent late explicantes Gigas *in hoc tractatu de crimine læsæ Maiestat. lib. 3. rubrica de pœnis quas filij incurrunt quæst. 1 ex num. 1.* Decianus *lib. 7. cap. 31. et sequentibus*, Fachinæus *lib. 7 cap. 23* Gratianus *disceptt. forens. tom. 2. cap 368. nu. 7. et sequent.* Osualdus ad Donel. *lib. 18. cap. 8. notatis lit. Xx.* Baiardus ad Clarum *in §. læsæ Maiest. num. 25.* Bossius *in tit. de crimine læsæ Maiest. num. 134. et 137.* Menoch. *consil. 175. lib 3. ex num. 2.* Peregrinus *de iure fisc. lib. 3. tit. 9.* Gregor. Lopez *in l. 2. tit. 2. par 7.* Molin. *tom 3. de iustit. disput. 658.* Gutierrez *lib. 2. canonicar. cap. fin.* Cenedus *in quæst. 16. num. 1.* vbi de iustificatione huius pœnæ, de quo etiam Barbosa *in collectan cap. 2. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, et in ea cognoscentes de constitutionib. in fine*, Amaya *lib. 2. obseruation. cap 6. ex num. 47.* & optime explicans Thomas Sanchez *in summa, lib. 2. cap. 29.* vbi quinque conclusionibus declarat quando & quomodo dicti filij amittant nobilitatem, et *nu. 9. 10. et 11.* explicat incapacitatem succedendi, eum omnino videas, et Farinacium etiam latissime disputantem *q. 116, ex num. 72. vsq; ad 146. et in decisione 87. 90. 122. et 241. et consil. 65. & 140. lib. 2.*

Aduertit etiam Thom. Sanch. vbi supra *n. 10.* quod cum nouissimo iure huius

huius regni legitimæ filiorum stirpes, poterunt filiæ habere totam matris legitimam, ex doctrina Gomezij hic referens ad hoc Gregorium, & Molinam supra, & de statuto imponere pœnam ob delictum alterius vide *conclusione* 102. post opera Roderici Suarez.

Item addit ipse Thomas Sanchez *num.* 11. cum eisdem Gregorio, & Molina, & cum altero Molina *de primogenijs, lib.* 4. *cap vltimo, num.* 50. & alijs quod dicti filij non sunt incapaces aliquid recipendi ex donatione, vel alio contractu inter viuos, Farinacius *de hæresi, quæstione* 191. *num.* 42. vbi de bonis acquisitis a patre pro se, & filijs, & *quæstione* 116. *ex num.* 112 & *consilio* 140.

Ibi: *Ex quo sub deducitur, & infertur, &c.*

Quod mitius puniatur crimen læsæ maiestatis diuinæ quam humanæ, & sic quod filij hæreticorum licet nõ possint succedere patri vel ascendenti, qui crimen commisit, cum bona confiscentur, tamen non prohibentur succedere omnibus alijs descendentibus collateralibus, & extraneis ita resolut Gomezius, & docent Menochius, *consilio* 805. *num.* 23. & 24. *volumine* 9. & *consilio* 1128. *per totum volumine* 12. Molina *de iustitia tomo* 3. *disputatione* 658. *ex num.* 19. Cantera *rubrica de crimine læsæ maiestatis, cap.* 2. vbi quod ita practicatur: optimè Thomas Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 13. vbi plurimos refert, Barbosa *in collectanea, cap. vergentis de hæreticis, num.* 25. & *sequentibus vbi num.* 27. quod filij propter paternam hæresim, non solum legitimæ sed etiam alimentis priuantur (de quo etiam Farinacius *quæstione* 115. *num.* 128.) Farinacius *de hæresi, quæstione* 191 *num* 25. & 26. vbi plures contrarium tenentes refert, Cenedus, *quæstione* 16. *num.* 22.

Ad numerum 14. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 15

Non fisco sed alijs successoribus applicari hereditatem, quando filius committens crimen læsæ maiestatis debebat succedere alicui, vt hic resolvitur, docent Menoch. *consilia* 275. *num.* 26. & *seq.* Fachinæus *lib.* 9. *controuersiarum, cap.* 36. & eos, & alios referens Farinacius, *quæstione* 115. *ex num.* 131. quem videris, & hæc pars notissima, & communi Doctorum assertione fulcitur (vt ait Gomezius) quatenus docemur quod quando palam relinquitur hereditas indigno, non applicatur fisco, sed alijs successoribus, vt probant noster Gomezius *in l.* 9. *Tauri, num.* 21. & Gomez Arias *in l.* 7. *Tauri, num* 78. & 79. Rojas *in epitome successionum, ca.* 20. *num.* 151. & 160. Farinacius *in fragmentis*, verbo: *Fiscus num.* 98. & *seq.* parer Thomas Sanchez *in consilijs Moralibus lib.* 4. *cap.* 3. *dubio* 21. & late Garcia *de tacita fidei commissione.* 10 elegantèr Amaya *in l.* 1. *Cod. de delatoribus, lib.* 10. *num.* 36.

Ad numerum 15. ibi: *Sed attenta* 16 *hodie dispositione textus, &c.*

Quod si maritus committat hoc crimen pœna extendatur ad nepotes, si vero vxor, tantum comprehendantur filij, vt resolvit Gomezius, docent Gigas *de crimine læsæ maiestatis lib.* 3. *rubrica de pœnis quas filij incurrunt, quæstione* 8. Clarus *in* §. *læsa maiestatis, num.* 13. Peregrinus *de iure fisci lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 5. Thomas Sanchez *in summa lib.* 2. *cap.* 27. *ex num.* 2. Farinacius, *quæstione* 116. *ex num.* 89. Cenedus, *quæstione* 16. *nu.* 1. & 7. & alij pœnes ipsos.

Ad numerum 16. ibi: *Sed certe de* 17 *iure Regio prima opinio est tenenda, &c.*

Dictam pœnam tantum habere locum contra filios natos post commissum delictum, resolvit Gomezius his

hic de iure Regio, vt vides, sed eam opinionem vt veriorem etiam de iure communi sequuntur Bernardus Diaz *in regul.* 15. versic. *Secundo sustinita*. Clarus *in* §. *læsa Maiestatis*, *n.* 12 & § *hæresis*, *n.* 12. Mieres *de maioratibus*, 2. *part. quæst.* 4. *illatione* 2. *num.* 7. Gratianus *regul.* 55. *n.* 24. Molina *de primogen. lib.* 4. *cap.* 11. *nu.* 55. alter Molina *de iustit. tom.* 3. *disput.* 6. 8. Zeuallos *quæstione* 653. vbi latissime disputat omnino videndus, Farinacius *in praxi, quæstione* 116. *num.* 92. & *de hæresi, quæstione* 191. *num.* 39. & *decisione* 87. & 90. & 122. & optime Thomas Sanchez *in summa, cap.* 27. *ex num.* 9. *cum sequentibus*, vbi latissimè pro vtraque parte disputat, & tandem concludit filios conceptos ante crimen læsæ Maiestatis diuinæ vel humanæ minime affici pœnis in iure statutis, & hoc videtur tenendum, sed nouissime D. Ioannes de Escobar *in tractatu de puritate sanguinis*, 1. *parte quæstione* 4. §. 4. *ex num.* 34. hanc quæstionem disputat pro et contra latissimè eum omnino videas, per triginta columnas, & Carrança *de partu legitimo & naturali, cap.* 1. *sectione* 2. *num.* 42. & vide *conclusionem* 36. & *sequent.* post opera Rodeci Suarez.

Ad num. 17. ibi: *Item postremo, & filius naturalis adde, &c.*

Reum huius criminis amittere statim bonorum administrationem & iure Regio etiam dominium ipso iure, resoluit Gomezius in præsenti, & quod attinet ad administrationem, ita probat Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, lib.* 2. *rubric. de pœnis committentium crimen læsæ Maiestatis quæstione* 23. Bossius *in tit. de crimine læsæ Maiestatis, nu.* 63. Clarus *in* §. *læsæ Maiestatis, num.* 9. Gratianus *discept. tationum, cap.* 54. vbi alia plura *ex n.* 13. & etiam agit qui dicantur rebelles, Decianus *lib.* 7. *cap.* 40. *num.* 39. vbi quod etiam amittit administrationem bonorum extranei (si quam habebat) & plures referens Farinacius *in praxi quæstione* 116. *num.* 57. & 67. & *in tractatu de hæresi, quæstione* 190. *ex num.* 68. vbi etiam agit, quid in dominio, & an eo priuetur ipso iure committens hoc crimen? de quo vide quæ diximus supra *n.* 3. & 6. & 12. & vide etiam Gutier. *lib.* 2. *canonicarum, cap.* 5. *num.* 74. & *seq.*

CAPVT

TERTIVM

DE

HOMICIDIO.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*

2 *De pœna homicidij.*
An valeat statutum, ve pœna minor imponatur.

3 *Nobiles, & illustres an eadem pœna puniantur.*
Nobilem in adulterio de præsumptione an liceat occidere.
Quadrupes an sit occidendus si hominem occiderit?

4 *De parricidio, & eius pœna.*
Socius eadem pœna punitur in crimine parricidij.
An in hoc crimine puniatur affectus effectu non sequto.

5 *De filio sciente delictum contra patrem committendum, & non revelante.*
De sciente delictum contra Regem, vel Rempublicam committendum.

6 *De proditore, & qualiter puniatur.*
Clericus proditorie homicidium mittens, an sit tradendus iudici seculari?

7 *Socius proditoris an teneatur eadem pœna.*

8 *De occidente cum veneno.*

9 *De probatione in hoc crimine.*

10 *De vendente venenum, vel emente illud.*

11 *De assassino, & eius pœna.*

12 *An conatus absque effectu puniatur pœna ordinaria in hoc crimine.*

13 *De diffidatore, & de duello.*
Diffidatio unde dicatur.

14 *De occidente se ipsum.*
De occidente se ipsum indirecte.
De sepultura negenda iis qui se occidunt.

15 *Percutiens se ipsum qualiter puniatur.*

16 *Quando homicida excusetur.*

17 *Qua pœna puniatur delinquens sine dolo.*
De morte seu homicidio in ludo contingente.
De iudice male iudicante ob imperitiam, vel dolum.
De culpa medici.

18 *Dolus an præsumatur in homicidio.*

19 *Adde extum in cap. finali de homicidio, lib. 6.*

20 *Infante mortuo reperto in lecto nutricis vel matris.*

21 *de homicidio ad defensionem.*
De irregularitate in hoc casu.

22 *de occidente ob defensionem alterius.*
De homicidio ob defensionem bonorum, & honoris, ibid.

23 *Aggressus non debet expectare vt perquutiatur ab aggressore.*
An liceat interficere cum quite interficere decreuit.

24 *Aggressus an teatur fugere, & nõ occidere.*
Quid de iure canonico, & in foro conscientiæ.

25 *Excedens modum defensionis qualiter puniatur.*
Quidsi aggressor fugiat & aggressus eum sequatur, & occidat.
Aggressor si velit ab aggressione desistere & aggressus nolit, quid.

26 *Quis præsumatur aggressor occisor an occisus.*

27 *De reo confitente homicidium ad suam defensionem, alia non existente probatione.*

28 *An sufficiat probatio per coniecturas in hoc casu.*

29 *Vulneratum mortuo ob malam curationem quid?*

30 *An sit præsumendum vulneratum decessisse ex vulnere, et vulnus esse letale.*

31 *Affectus an puniatur effectu non secuto.*

32 *Is grauiter vulneratus, vt de eo mors speretur, an possit accusare de homicidio.*
Accusatione facta fuerit de vulnere et pendente accusatione vulneratus moriatur, an possit sequi condemnatio de homicidio.

33 *De occidente posthumum in vtero.*
De abortu procurato.
De partu monstruoso.

34 *De præbente poculum amatorium ex quo mors sequatur.*

35 *De occidente Petrum cuedente esse Ioannem.*

36 *De occidente prætereuntem sine mediatorem.*

37 *De pluribus occidentibus aliquẽ.*
De irregularitate in hoc casu.

38 *Homicida an etiam teneatur ciuiliter ad interesse.*

39 *Si occisus erat officialis vel operarius qualiter restitutio sit facienda, & de cõput. faciẽda proeius vita*

40 *Mandante occidi, & qualiter puniatur ipse, & mandatarius.*
Restitutio damnorum quo ordine facienda hoc casu.

41 *Quid si mandatum reuocetur.*

42 *Si mandatum non habuit effectum an habeat locum pœna.*
Delicta quæ atrocia, & quæ leuia.

43 *Mandatarius quando excusetur.*
De laboratoribus seu operarijs laborãtibus in alieno de mãdato alterius

44 *De consulente seu persuadente delictum vel laudante malefactum.*

45 *Consulens reuocans consilium qualiter excusetur.*

46 *Mandatum an possit fieri tacitè & per coniecturas.*

47 *De secreta alloquutione ad aures.*

48 *Deconiuncto vel consanguineo occidente eum cumquo consanguineus rixam habuit.*
De irregularitate in hoc casu.

49 *De auxiliatore in delictis ante delictum.*

50 *De auxilio in ipso delicto.*
Quando dicatur actus proximus vel remotus delicto vt eadem pœna puniatur auxiliator vel non.

51 *De auxiliatore post delictum, & receptatoribus.*

52 *Homicida an possit succedere in bonis occisi.*
Quid de successore maioratus occidente eius possessorem. (in hoc casu)
An fiscus impediat ius arcescendi

53 *Homicida an possit succedere ei*

 qui

qui occisso successerat.

De marito occidente vxorem adulteram an aliquid possit lucrari.

54 *An hæres teneatur vindicare necẽ defuncti.*

55 *De pace, & remissione homicidij.*

56 *Et.*

57 *Facta concordia an alius possit accusare vel iudex procedere.*

58 *Quod lex partita non procedit si accusator remittens sit extraneus, & non hæres.*

59 *Nec procedit dicta lex in delictis commissis in rem sed in personam.*

60 *An in homicidio proditorio vel cũ alia simili qualitate.*

61 *Quid si reus aliud simile delictum commisserat.*

62 *An requiratur quod omnes consanguinei remmittant, vel sufficiat maior pars.*

63 *Hæredes occisi an possint remittere delictum.*

64 *Si plures sint hæredes an omnes debeant remittere.*

65 *Si concurrant hæredes extranei, & consanguinei qui præferantur.*

66 *An Fœmina possit remittere, & facere pacem.*

De vxore præferenda.

Quid si maritus vxorem occidat, an filius communis remittat, & pacem faciat.

67 *Minor an possit pacem facere.*

68 *Spurius an possit facere concordiam.*

69 *Pax facta cum vulnerato an extendatur ad mortem postea secutam.*

Quid de procuratore constituto ad pacem faciendam.

70 *Quo tempore debeat fieri pax, & concordia.*

71 *an concordia possit fieri appellatione pendente a sententia.*

72 *An iudex possit compellere partes ad concordiam.*

DE materia homicidij latissimè agunt Carrerius in practica, tractatu de homicidio, & assassin, Decianus *lib. 9. ca. 17. & seq.* Bossius *in practica, tit. de homicidio*, Clarus etiam *in practica, §. homicidium*, & omnes summistæ *eodem* verbo: Plaza *in epitomé delictorum, lib. 1. cap. 9.* Bernardus Diaz *in practica, cap. 94.* Petrus Gregorius *in sintagmate lib. 36. cap. 15. & multis sequentibus*, vbi materiam latissime exornat, Tuschus *lit. H. conclusione 141. vsq; ad 151.* Uela *de delictis, cap. 15.* Gutierrez *lib. 2. canonicarum cap. 5. & 6.* Azor *institutionum Moralium parte 3 lib. 2. de homicidio*, Farinacius alios quam plurimos referens, & fusissimè materiam explicans, *quæstione 119. & pluribus sequentibus* Molina *de iustitia, tom. 4. disputatione 3. & sequentibus vsq; ad 40.* Barbosa *in collectaneis ad tit. 12. lib. 5. decretalium*, Azeuedus *in l. 1. et per totum, tit. 23 lib. 8. Recopilationis*, Lessius *de iustitia, lib. 2. cap. 9. per totum*, Egidius Trullench. *in quintum præceptum decalogi*, & ibi Reginaldus, & reliqui Neoterici, Ioannes Gratianus *in regula 224.* & plurimos congerens Pichardus *in manuductionibus 3. parte §. 4. num. 66*, & latissimè Diana *resolutionum Moralium tomo. 5. tractatu 4. per totum* post Filiucium *in summa, tomo 2. tractatione 29. cap. 1. & sequentibus.*

Ad n. 1. ibi: *In quo resoluti. dic &c.*

2 Pænã mortis pro homicidio stabilitam esse vt hic resoluitur, docent Bossius *in ti. de homicidio n. 107. & seq.* Couar. *variar. resolution. li. 2. c. 9. n. 2.* Plaza *in epitomé delict. lib. 1. c. 10.* Clar. *in §. homicid. n. 14.* Decian. *li. 9. c. 17. et 20.* Tusc. *lit. H. concl. 148.* Molin *de iust. to. 4. disp. 21. vbi n. 5.* quod etiãnobilis dictã pænãpatidebet licet

non

non furca sed gladio, de quo etiam Azeuedus *in l. 3. tit. 23. lib. 8. Recopilationis*. Pichardus *in manoductionibus, 3 parte §. 4. num. 66. & §. 4. institutæ de publicis iudicijs, num. 11.* & latissimè Farinacius *in praxi, quæstione 119. ex num. 1. vbi num. 14.* rationes adducit addictæ pœnæ impositionem, *& num. 15.* etiam iure diuino eam imponi debere, *& num. 26.* octo casus congerit in quibus pœna mortis minui debet, & ibi etiam agit de pœna Clerici homicidæ de iure canonico, *& num. 27.* Facit regulam quod non valeat statutum seu consuetudo, vt pro homicidio non pœna mortis, sed pecuniaria imponenda sit, quod etiam optimè explicat Molina de iustitia, *tomo 4. disputatione 22.* & Azeuedus *in l. 3. tit. 23. lib. 8. num. 3.* Pradilla *de lege penali, cap. 15* Gratianus *in regula 327. late.*

3 Ad numerum 2. ibi: *ed certe saltem eorum pœna, &c.*

Illustres personas, & indignitate constitutas non eadem pœna, mortis scilicet, sed leuiori esse puniendas, vt hic resoluitur, docuerunt plures relati a Farinacio *in praxi quæstione 119. n. 18.* & Plaza *in epitomè delictorum, cap. 10. ex num. 2.* sed quod indistinctè nobilis seu illustris pœna mortis eondemnari debeat pro homicidio, tenent Bossius *tit. de homicidio, num. 100.* Clarus §. *homicidium, n. 18.* Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 21 n. 3.* Azeuedus *in l. 3 tit. 23. lib. 8 Recopilationis, num. 5. & 6.* Farinacius *dicta quæstione 119. num. 17. vbi* alios plures refert. *& in q. 98. n. 108. vbi* addit ex iusta, & rationabili causa posse iudicem hoc casu pœnam mortis minuere, optimè Pichardus *in §. item lex Carolina institutæ de publicis iudicijs n. 10. vbi n. 11.* ait quod ipse nobilitatis gratia, inconsulto Principe nõ traderet morti nobilem, nisi tumultus populi aliter sedari non posset.

Dixerunt etiam aliqui non posse maritum occidere nobilem in adulterio repertum, quod hodie locum habere non posse, *ex l. 28. Tauri, & l. 1. tit. 20. li. 8. Recopilationis* docuit cum alijs Gratianus *in regula 343. num. 13.* cum illæ leges indistincte loquantur.

Adeo autem pro homicidio pœnam mortis imponendam esse dixerunt alij, vt id ad quadrupedem extendendam fore, docuerint, quod tanquam a iure alienum obseruandum non esse voluerunt Couarrubias *lib. 2. variarum resolutionum, cap. 8 num. 1.* & eum, & alios referens Parladorus *tomo 3. differentia 52. n. 3*

Ad numerum 3. ibi. *Et magistraliter, & resolutiue dico, &c.* 4

Crimen parricidij committi per occidentem aliquem ex ascendentibus vel descendentibus, vel aliquem extranseuntem alibus, vsq; ad quartum gradum, nec non per occidentem vxorem seu maritum, & alios docet *hoc num.* Gomezius. vbi eã pœnam imponendam refert, & ita probant Couarrubias *in clementina si furiosus 2. parte in initio, ex nu. 9.* Clarus *in §. parricidium*, Menochius *de arbitrarijs, casu 356. & 396.* Bernardus Diaz *in praxi, cap. 96.* vbi Salzedo Tuschus *lit. P. conclusione 90.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 25. per totam*, Parladorus *differentia 117 per totam*, Petrus Gregorius, *in syntagmate, lib. 35. cap. 24.* Farinacius *in praxi, q. 120. ex num. 1.* Plaza *in epitomè delictorum, lib. 1. cap. 22.* Pradilla *de lege penal. 1. parte. cap. 16. vbi num. 4.* quod Clericus parricidij debet degradari, & tradi iudici sæculari, de quo Salzedo ad Bernardum Diaz supra: per quas autem personas, & quibus casibus hoc delictum committatur, explicat latissimè ipse Farinacius, *dicta quæstione 120. ex num. 104.* vbi etiam de transuersalibus

affinibus & reliquis, *& quæstione* 51. *ex num.* 9 & Sarmiento *lib* 7. *cap.* 14 *num* 2 vbi de occidente patrem spirituale, & Nouissimè Solorzano in tractatu satis erudito quem fecit de hoc crimine Pichardus *in* §. *alsa de eade lex.* 3. *iustituta de publicis iudicijs* vbi optimè declarat pœnam huius criminis, & quare cum cane, Callo, vipera & simia includatur reus?

An autem patrē Bannitum, vel per duellionis reum liceat occidere? videndus est Menochius *de arbitrarijs quæstione* 90. *ex num.* 43. *& casu* 356. vbi an incurrat dictam pœnam qui patrem occidit ex aliqua causa ex qua posset exhæredare? de quo etiā Farinacius *consil.* 66. *ex num.* 1.

Ibi: *Item etiam, &c.*

Quod locus in illo crimine, etiam si sit extraneus simili pœna debeat puniri docent Plaza *in epitomē delictorum lib.* 1 *cap.* 12. *ex num.* 15. Decianus *lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 7. *& num.* 13 vbi de præstante opem post parricidium, puta sepeliendo cadauer ne illud deprehendatur, *& num.* 14. de accommodante equum parricidæ, vt fugiat: bene Molina *de iustitia tomo* 4. *disputatione* 26. *num* 10. & latissimè Farinacius *dicta quæstione* 120. *ex num.* 139. *cum multis sequentibus*, vbi de præstante opem auxilium consilium, &c. *& num.* 147. *& sequentibus*, an puniatur hoc casu affectus effectu non secuto? in quo distinguit an deuentum fuerit ad actum proximum, vt puta ad aggressionem cum gladio, vel veneni propinationem, & tunc eadem pœna puniatur, aliàs secus Menochius *de arbitrarijs casu* 360 *ex num.* 63. Cujacius, *lib.* 15. *obseruationum, cap.* 25 & alij adducti a D. Fracisco de Amaya, *lib.* 1. *obseruationum, cap.* 2. *num.* 8. *&* 9.

5 Ad numerum 4. ibi: *Item adde, &c.*

Quod si filius sciat delictum committendum contra patrem, *vel pater* contra filium, & non reuelent nec prohibeant, teneantur eadem pœna, secus in fratre vel collaterali qui extraordinaria pœna tenentur, resolut Gomezius in præsenti, & docent Plaza *in epitomē delictorum, lib.* 1 *ca.* 22. *ex num.* 16, Bayardus ad Clarum, *quæstione* 87. *num.* 2. *& in* § *parricidium num.* 4. Diuius *opinione* 694. *num.* 2. Menochius *de arbitrarijs casu* 355. *& sequentibus*, vbi addit, sed aprædicta resolutione differentiunt communiter Doctores, vt constat ex Farinacio, *quæstione* 120. *ex num.* 154. *& consilio* 66. *&* 104. & Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 26. *num.* 11. & alijs relatis a Solorzano vbi supra qui tenent non pœna ordinaria puniendum esse filium nec extraneum nō reuelantē crimen committendum contra patrem, eos vide, & maxime Farinacium *vbi supra* qui cum alijs explicat *textum in l. vtrum ff ad l. Pompeiam de parricidijs* vt non procedat in scientem solum, sed etiam cooperante, de quo Nouissimè D. Larrea *allegatione fiscali* 65. *ex num.* 42. omnino videndus vbi *num.* 43. docet pœnam ordinariam locum habere, *& num.* 74. laudat nostrum Comezium hoc numero asserentem quod crimen reuelari debet quamuis non possit probari, vide etiam *supra cap* 2. *num.* 9.

Ibi: *Et ex his potest inferri &c.*

Diximus iam de hoc supra *cap.* 2. *num.* 9. vbi etiam dictum manet, an quis alium defendere teneatur, & quid in foro conscientiæ? ibi vide bis.

Ad numerum 5. ibi: *Aduertendum* 6 *tamen, &c.*

Proditorium homicidium esse quando quis occidit amicum securum, secus si inimicum, & hoc secundum ius commune, de iure vero Regio etiam committi proditionem,

quan

quando inimicus taliter occiditur, seu vulneratur, quod nõ potuerit se defendere docet Gomez. impræsenti & tenent plures relati a Farinacio *in praxi, quæstione* 18. *num.* 75. *& 76.* Paz *in praxi, tomo* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 6 *num.* 31. Gratianus *disceptationum cap.* 38. *num.* 39. *& 40.* verius tamen est etiam de iure commun proditorium homicidium committi quoties quis offenditur taliter quod se defendere non potuerit etiam si sit inimicus, vt probant latissime ex textu *in cap.* 1. *de homicidio*, & alijs Farinacius ibidem *num.* 76. referens Couarruviam *lib.* 2. *variarum cap fin. ex num.* 6. Plazam, & alios, Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 23. *num.* 5. Gutierrez, *lib.* 1. *practicarum quæstione* 2. *ex num.* 20. *& lib.* 4. *quæstione* 13. *ex num.* 31. & alij relati a Barbosa *in ca. inter alia de immunitate Eccles. nu.* 45. *& cap.* 1. *de homicidio* iterum Farinacius *consilio* 75. *num.* 7. *&* 15. quid quid dicat Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 23. *li.* 8. *Rec. op. num.* 12. videlate Narbonam *in concordia familiarium, glosa* 11. *per totum.*

De pæna autem huius homicidij, & an incurratur pro vulnere? vide supra relatos, & Pradillam *de legibus penalibus, cap.* 18.

Quid si Clericus committat proditorium homicidium qualificatum, an sit degradandus tradendusq; iudici sæculari? magna est concertatio inter doctores, vt constat ex Couarrubias *in practicis, cap.* 32. & Bernardo Diaz *in cap.* 96. & ibi Salzedo, & alijs relatis a Zeuallos, *quæstione* 564 Sayro *in tractatu de censuris, lib.* 5. *cap.* 22. *ex num.* 15. Farinacio, *quæstione* 8 *ex num.* 75. *& quæstione* 19. *num.* 14. *& 49. & decisione* 241. *post. libr.* 2. *consiliorum*, Fachinæo *lib.* 9. *cap.* 29. Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 49, *num.* 18. *& quasi per totam* Bouadilla *in Politica, lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 38. *& 74.* Villadiego etiam *in Politica cap* 5. §. 37. *ex num.* 1. Pradilla *de lege penali* 1. *parte, cap.* 18. *num.* 3 Barbosa *de officio, & potestate Episcopi, allegatione* 110. *ex num.* 11. vbi enumerat tria solum delicta de gradatione digna, nempe hæresim, falsitatem in litteris Apostolicis, vel conspirationem contra proprium Episcopum, & postea agit quid in alijs delictis qualificatis? ex quibus facile colligitur magis iuri consonam videri opinionem, quod solum in dictis casibus a iure expressis locum possit habere degradatio, licet de consuetudine aliud sæpius obseruetur in atrocissimis delictis, vt docet Narbona *de ætate anno decimo cum dimidio quæstionis* 10. *num.* 10. Et vide infra *num.* 8. vbi de Clerico occidente alium veneno: vide etiam Carleualium *de iudicijs, disputatione* 2. *num.* 773. vbi quod iudex sæcularis non potest cognoscere de viribus sententiæ degradationis, nec nouum formare processum sed solum imponere pænam.

Ad numerum 6. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 7

Eadem pæna esse puniendos principalem, & socium, ita vt socius non dicatur proditor, si principalis non fuit proditor, & è contra, licet ipse socius aliter assistat, resoluit Gomezius in præsenti, & docent latissimè Plaza *in epitomè delictorum, lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 20. Clarus *in §. finali quæstione* 90 *ex num.* 1. Mascardus *de probationibus, conclusione* 159. *num.* 18. & bene declarans Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 23. *num.* 9. & plurimos referens amplians, & limitans Farinacius *in praxi, quæstione* 131. *ex num.* 1. *maxime num.* 23. *&* 24. eum videas, & Barbos.

de iure Eccleſiaſtico lib. 2. cap. 3. nu. 93. vbide occidente proditoris rixantem cum filio ſeu conſanguineo.

8 Ad numerum 7. ibi: *Tertius caſus &c.*

Veneno occidens punitur eiſdem pœnis ac proditorie occidens, & eodem modo procedituri in vno caſu ac alio, imo totius conatus punitur, licet extraordinaria pœna: ita Comezius in præſenti, & docent late Carrerius *in practica, in 1. tractatu de appellat. & in ſexto ibi venefic orum, ex num. 1.* Bernardus Diaz *in practica, cap. 95.* Piaza *in epitome delictorum, lib. 1. ca. 20.* Decianus *lib. 9. cap. 21. & ſeq.* vbi *n. 22. n. 4. & ſeq.* aliqua ſpecialia in iure ſtatuta ob immanitatem huius criminis commutat, Petrus Gregorius *in ſintagm. lib. 36. cap. 18.* vbi etiam quod mortuo non extinguitur hoc crimen: optimè Molina *de iuſtitia tomo 4. diſputatione 24. per totum*, vbi de conatu in hoc crimine an puniatur pœna ordinaria? *& num. 3.* docet inſicientem veneno conſanguineũ, qui eſt in carcere pro aliquo delicto, ne ignominia pœnæ afficiatur, puniri pœna parricidij, ſi conſanguinitas erat intra quartum gradum, Canteta *c. 5 per tot.* Azeuedus *in l. 5. 6. & 7. ti. 3. lib. 8. recopilationis*, Gregorius, *to. to. tit. 23. partita 7.* Zeuallos, *quæſtione 5 20.* vbi quid ſi non ſequatur effectus? & latiſsimè, vt ſolet, Farinacius *quæſtione 122. ex num. 1. vbi n. 4.* quod hoc crimen dicitur proditorium, & eiſdem pœnis cohibetur, & *num. 7.* quod Clericus alium veneno occidens, poſt depoſitionem lõgiori carcere puniendus eſt, ſi autem in calice Sanctiſsimę Euchariſtiæ venenũ propinauit, quod ſit curiæ ſæculari tradendus, *& n. 12.* agit de venenante fontẽ, *& n. 14.* & ſequentibus latiſsimè agit de conatu in hoc crimine, & quod non ordinaria, ſed extraordinaria pœna puniendus ſit effectu nõ ſequto, etiam ſi decentum fuerit ad actum proximum & propinationem veneni (de quo Salzedo ad Bernardum Diaz *cap. 95.*) & tandem per diſcurſum quæſtionis agit de vendẽte, & emente, conficiente aut retinente venenum, eum vide, & Pradillam *de lege pœnali, 1. parte cap. 17.* vbi de eius pœna, & Hermoſillam *in l. 17. tit. 5. partita 5 gloſſa 1.*

Ad numerum 8. ibi: *Ingnobreuiter dico, &c.* 9

Non eſſe ſufficientem probationem in homicidio veneno commiſſo depoſitionem Teſtium dicentium vidiſſe dari venenum, & quod mors ſequta fuerit, vel quod reus ita fatea tur, ſed requiri quod talis depoſitio ſeu confeſsio coadiuetur, & verifice tur declarationibus medicorum, vt hic reſoluitur, docent Carrerius *in practica, tit. de homicidio §. 1. num. 102* Gregorius *in l. 7. tit. 8. partita 7.* & alij penes ipſos: quod bene explicat & temperat, Molina *de iuſtitia, tomo 4. diſputatione 24. num. 16.* aſſerens, quod quando teſtes dicunt, & declarant, quod genus veneni homicida dederit defuncto, & de eo veneni genere conſtat, quod fuerit ſufficiens ad occiſionem, & teſtes ſunt omni exceptione maiores, ſatis probatum cenſeri debet delictum ad condemnationem, abſq; eo quod medicorum requiratur declaratio, ſed opinionem Comezij ſecuriorem iudice, cum hoc delictum ſit difficilis probationis, vt expluribus probat Farinacius, *quæſtione 18. num. 105. & quæſtione 37. num. 150.* indeq; in eo iudex debet eſſe facilior, & promptior ad torturam inferendam quam ad condemnandum, vt docuit ipſe Farinacius *quæſtione 122. num. 57.* vbi numeris antecedentibus, & ſubſequentibus de præſenti quæſtione agit latiſsimè

&c.

& in quæstione 85. ex num. 29. & consilio 19. num. 30. vbi quod corpus delicti non dicitur constare quando medici præcisè nō affirmant quem mortuum esse ex propinato veneno, vide etiam Hermosillam *in l. 17. tit. 5. part. 3. glossa 1. num. 2. versic. De veneficio*, & Scacciam *de iudic. lib. 1. ca. 83. nu. 3.*

10 Ad nu. 9. ibi: *Item adde circa prædicta &c.*

Uendens venenum tunc tenetur quando vendidit homini fatuo, seu dementi, vel seruo, minori, seu meretrici, secus vero si probo, & discreto viro, vel mulieri, ita Gomez. *in* præsenti, & docent Plaça *in epitomé delictorum, lib. 1. cap. 20. num. 9.* Decianus *lib. 9. cap. 23. n. 5.* Menochius *de arbitrar. casu 359. ex num. 1.* Molina *de iustit. tom. 4 d spotat. 24. n. 14* Farinacius *in praxi, quæst. 122. nu 49 & sequentib.* vbi ait quod vendens dictis personis prohibitis, non tamen dolosè extraordinaria pœna puniri debet pro modo culpæ, & addit quod si quis vēdat meretrici venenum, quo communiter vti solent mulieres, pro se poliendo (prout est sublimatum) tunc nulla pœna venditor erit puniēdus licet homicidium sequatur, verisimiliter enim credere potuit in communem vsum emptum fuisse, & Hermosilla *in l. 17 tit. 5 part. 5 glossa 1. n. 5.* Petrus Gregorius *in sintagm. lib. 36. cap. 18. n. 2.*

11 Ad num. 10. ibi: *Quartus casus est, &c.*

Assassinum, qui pretio corruptus alium occidit, eadem pœna ac proditor, & aleuosus esse puniendum, vt hic resoluitur, docent late explicantes Carrerius *in practica, in 3. tract. de homicidio, & assassino, §. circa igitur tertium, nu. 11.* Bernardus Diaz *in pract. cap. 96.* vbi ex multis probat Salzedo, Clericum assassinum absq; eo quod præcedat degradatio posse puniri per sæcularem iudicem dummodo per ecclesiasticum iudicem declaretur ipsum esse assassinū, Couarrub. *variar. libr. 2. cap. 20. num 9. & 10.* Plaz. *in epitom. delictorum lib. 1. cap. 10.* Clarus *in §. assassinum, nu. 6.* Gratian. *reg. 374. n. 8.* vbi quod propter immanitatem huius criminis nō requiritur integra probatio, sed sufficiunt probabilia argumenta, Molina *de iustitia, tom. 4, disputation. 25 per totam*, vbi bene explicat, & late agit de pœna excommunicationis impositæ per Innocentium Quartū, *& num. 9.* ait, conatum cum actione immediata puniendum esse pœna ordinaria, & plurimos referens Cenedus *in collectan. 26. super caput 1. de homicidio lib. 6.* & omnium latissime Farinacius *in praxi, quæst. 123. ex n. 19. vsq; ad num. 162.* vbi omnia congerit ad hanc materiam pertinentia per ampliationes, limitationes, & declarationes, quem videre sufficiet, & fere infinitos referens Pichardus *in manuductionibus 3. parte, §. 4. num. 12.* Zeuallos *tom. 4. quæst. 901. per totam*, vbi late de hac materia, *& n. 31.* probat contra alios quod Clericus assassinus non potest per iudicem sæcularem puniri absq; præuia degradatione vel declaratione, in qua expressè conuincatur crimen assassinatus commisisse, cum videas, & Pradillam *de lege pœnali, 1. parte, cap. 19 per totum.*

Ad num. 11. ibi: *Licet effectus non sequatur, &c.* 12

Et ibi: *Sed salua eius pace, &c.*

Propter animum, & intentionem occidendi non pœna ordinaria, sed mitiori, & extraordinaria puniendū assassinum, non sequuto affectu, vt resoluit Gomezius, docent plures relati à Farinacio *quæstione 123. n. 78.* & à Zeuallos *quæstion. 901. ex nu. 53.* vbi etiam *n. 58. & sequentib.* agit, an gaudeat immunitate ecclesiæ assassinus

non

non sequto effectu, vera tamen resolutio in hac quæstione est quod si assassinus devenit ad actum proximum delicto pœna ordinaria puniri debet, si verò ad actum remotum tantum, tunc mitior, & extraordinaria pœna imponi debet, vt colligitur ex relatis supra num præcedenti, maxime Farinacio *dicta quæst. 123. ex nu. 104. cum multis sequentibus*, vbi late declarat, qui actus dicatur proximus, qui remotus: Zeuallos *dict. quæst. 901. tom. 4. ex nu. 55.* referens Couarrubiam *in clementina si furiosus in fine. 2. part. n. 9.* quos videas, & eundem Zeuallos *quæst. 540. maximè ex num. 6.* & Molinam *de iustitia, tom. 4. disputation. 25. n. 9.* & iterum Farinac. *cons. 37. n. 13.*

13 Ad nume. 12. ibi. *Quartus casus, &c.*

Diffidator qui alium occidit, vel vulnerauit pœna mortis, & confiscationis bonorum punitur, si verò non sequatur mors, nec vulnus, nec rixa, non habet locum pœna mortis, sed confiscationis ex sola diffidatione, si autem diffidatus interficiat, vel offendat diffidantem pœna exilij puniendus est: ita resolvit Gomezius in præsenti, & docet ex iure Regio Azeuedus *in l. 10. tit. 8. lib. 8. Recopilat.* vbi & per totum titulum late materiam prosequitur, Reginaldus *in praxi, lib. 21. cap. 7.* & Molina *de iustit. tom. 4, disputat. 17.* Petrus Gregor. *in sintagm. lib. 48. cap. 16.* late Gutierr. *lib. 2. canonicar. cap. 6. num. 133.* Iacobus de Castillo *in tract. de duello*, & generaliter de hoc delicto, & eius gravitate, & de pœnis duelli, videndi sunt Bernardus Diaz *in pract. cap. 100.* & ibi Salzedo, Menchacha *illustrem, cap. 49. ex n. 11.* Zerola *in praxi Episcop. verb. Duellum.* & ibi omnes Summistæ, necnon omnes Doctores congesti in voluminae communiũ opinionem, eodem verbo; Azor *institutionum moralium, 3. parte, lib. 2. cap. 5.* Sayrus *de censuris, lib. 3. ca. 31. ex num. 29.* Diana *2. parte, tract. 16. resolution. 55. & 3. part. tract. 6. resolut. 1. & 4. parte, tract. 4. resolut. resolut. 192.* vbi de sepultura Ecclesiastica deneganda, & alijs locis citatis in eius compendio, verb. *Duellũ*, Thomas Sanchez *in summa, lib. 2. ca. 39.* & alij plures in vnum congesti à Barbosa *in collect. ad Gabric. & totum titulum de clericis pugnantibus in duello*, Farinacius *quæstion. 119. n. 23. vbi num. 24.* ait, quod requiratur ad hoc delictum tractatus, & deliberatio, si enim incontinenti orta inter duos rixa, vnus alter ũ calore iracũdię motus ad duellum invitat, in continentię; ad aliquem locum accedentes dimicant, tunc pœnam duelli locum non habere ait, secundum Plotum *de in litem iuran. §. 42. num. 3. & sequent.* eum vide, & Gratianum *discept. cap. 110. per totum*, & Thomam Sanchez *supr. dict. cap. 39. vbi ex nu. 18.* adducit pœnas impositas iure cõmuni, & motu proprio Gregor. XIII. & Clementis VIII. & quod etiam duellum priuatum eandem prohibitionem habeat *ibidem num. 22.* late Egidius Trullenchus *in decalogum, lib. 5. cap. 2. dub. 13.* & Pradillam *de lege pœnali, 2. par. cap. 3.* vbi de pœnis iure Regio impositis, & Barbos. *de iure Ecclesiastico, lib. 2. cap. 10. n. 45.* vbi de Ecclesiastica sepultura deneganda, & de materia duelli vide plures referentem D. Larream *allegatione fiscali 116. & 117.* vbi optime materiã pertractat.

Vnde autem originem duxerit diffidatio, & quare sic dicatur; explicat Gutierrez *libr. 4. cauilãum quæstione 13.*

Ad numer. 13. ibi. *Sextus casus in quo aggravatur, &c.* 14

Et ibi: *Hodie autem, &c.*

Hodie in hoc Regno indistinctè quan-

quãdo quis se interficit, siue tædio vitæ impatientia, vel dolore, siue metu pœnæ delicti commissi, siue ex aliqua qualibet causa incurrit pœnam confiscationis bonorum præterquã si habet filios aut alios descendentes qamuis de iure communi, & partitarum *ex l. 3. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consciuerunt, & l. 34. tit. 1. & l. 6. tit. 27. partita 7.* & alijs adductis a Gomezio alia distinctio fiebat, ita docent Gregorius *in dicta l. partita*, & Azeuedus *in l. 8. tit. 23. lib. 8. Recopilation* (quem videas circa reseruationem bonorum fauore ascendentium vel descendentium delinquentis ibidem, *& in l. 3 tit. 10. li. 4. Recopilation.*) Gratianus *in regula 55. ex num. 1.* vbi in aliquo dissentit a nostro Gomezio, vt fecerunt Auendañus in suo dictionario, verbo: *desesperado*, Didacus Perez *in l. 9. tit. 13. & l 19. tit fin lib 8. ordinamenti*, & alij relati ab ipso Azeuedo, & Lara, *in tractatu de anniuersarijs lib. 1. cap. 11. ex num. 44.* videas tamen Menochium *de arbitrar, casu 284. & conclusionem 65.* post opera Roderici Suarez, Bonacinam *de restitutione, disputatione 2. quæstione vltima, punct. 5.* Plazam *de delictis, cap. 23.* Conarrubiam *lib. 2. variarum, cap. 2. ex num. 11* Molinam *de iustitia, tomo 4. disputatione 20. per totam, & disputatione 9.* Scacciam *de iudicijs, lib. 1. cap. 83. num. 8.* Carreram *cap. 6. nu. 33.* & Pradillam *de legibus penal. 1. parte cap. 20* vbi de pœna huius delicti *& num. 21.* addit ex *l. 10. tit. 8. partita 7* & Gregorio ibi, quod qui arma dedit scienter, vt quis se interficeret, pœnam mortis incurrit, Diana *resolutione 26. 27.* & multis sequentibus, *tomo 5. tractatu 4.* Barbosa *de axiomatibus axiomate 47* vbi etiam *ex num. 3.* quod Clericus se ipsum perquiens iniuriose excommunicationem incurrit, & quid si tom en iam vt alius eum perquiat? Gutierrez latissimè *lib. 2. canonicarum, cap. 3. per totum*, Reginaldus *in praxi, lib. 21. cap. 4.* late, & Nouissime Valenzuela, & Amaya *in l. 10 Cod. de iure fisci lib. 10 vbi num. fin.* addit ipse Amaya quod si descendens ex cap. impotentiæ, vel notanratis excludatur ab hereditate fiet locus fisco, licet talis descendens ex potentia sanguinis vel iuris deliberandi possit transmittere hereditatem, quia dicta *lex. 8. tit. 23. lib. 8. Recopil.* descendentes tantum volait admitti, hanc etiam materiam ad saturitatem explicat Farinacius *quæstione 128. per totam*, & alios refert Genedis *collectanea 29.* addecie am D. Larrea *allegatione fiscali 144. ex num. 5.*

De eo autem qui in lecto mortem sibi conscruit, videndi sunt Sayrus *in claui Regia, lib. 7. cap. 9.* Lessius *lib. 2. cap 9. dubitatione 5. per totam*, Diana *resolutione 27.* & sequentibus, *tomo 5 tractatu 4.* Reginaldus supra *dicto cap. 4.* Thomas Sanchez *in consilijs Moralibus lib 5 cap. 1 dubio 33.* & Egidius Trullenchus *in decalogum lib. 5. cap. 3. dubio 1. 2. & 3.* & alij pœnes ipsos qui latissimè agunt de eo qui abstinentijs, & ieiunijs vitam abbreuiant, &c.

Sepulturam Ecclesiasticam esse denegandam ijs qui se occidant, non una est in iure vt tradunt supra allegati, & maximè Lara *in tractatu de anniuersarijs, lib. 1. cap. 11. num. 28. & quæ si per totum* vbi etiam late disputat de legato relicto alicui Ecclesiæ pro sepultura, an si is postea se interficiat vel alio modo efficiatur incapax Ecclesiasticæ sepulturæ amittat legatum Ecclesia, (de quo etiam) Farin. *dicta q. 23. n. 20.* Gutier. late in canonicis, *li. 2. c. 3. per totũ*, late Barb. plures referens *de vniuersoiure Ecclesiastico lib. 2. cap. 10. num. 49.* vbi etiã addit quod si quis reperiatur mortuus

in puteo vel laqueo suspensus non debet priuari Ecclesiastica sepultura quia dum non constat quod se ipsum interfecerit vel præcipitauerit, hoc non est præsumendum, cum potuerit per insidias aut vim in puteũ proijci, vel suspendi, aut ex furore seu mentis alienatione id facere, Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 20 num finali*, Scaccia *de iudicijs, lib. 1. cap. 83. num. 8.*

15 Ad numerum. 14. ibi; *Item addo quod si quis se percusserit, &c.*

Si quis se percusserit (licet non interfecerit) metu pœnæ delicti commissi, ex quo veniebat imponenda pœna mortis, & confiscationis bonorum, post quam erat accusatus habetur pro confesso, & dictam pœnam incurrit. secus si se percusserit tædio vitæ, vel ex alia causa, quia tunc pœna arbitraria puniri debet, ita Gomez. in præsenti; & docent Carrerius *in practica, in 3. tractatu de homicidio, & assassino, §. octauo quæro num. 9.* Plaza *in epitomé delictorum, lib. 1. cap. 23. num. 11. 18. & 19.* Menochius *de arbitrarijs casu 284. ex num. 22.* Peregrinus *de iure fisci, lib. 4. tit. 4. num. 4.* Decianus *lib. 9. cap. 3. num. 4.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 20. n. 4. & 5* vbi laudat nostrum Gomeziũ, Diana *resolutione 32. tomo 5. tractatu 4.* Reginaldus, *lib. 21. cap. 4. ex num. 53.* & late Farinacius *dicta quæstione 128. ex num. 34.* qui omnes id explicant procedere quando se occidere intendebat, & hoc non habuit effectum fortè quia ab alio fuit detentus & impeditus, & tandem de consuetudine pœnam mortis non infligi sed aliam minorem: vide etiam Egidium Trullench. *in decalogum, lib. 5. cap. 3. dubio 4.* vbi etiam de castrante se ipsum, & eruditus Amaya, *li. 3. obseruationum cap. 6. ex num. 35. 44. & sequentibus.*

16 Ad numerum. 15. ibi: *Primus est quando homicida, &c.*

Homicidium committens sine dolo quod non teneatur pœna ordinaria, vt hic resolutum docent Carrerius *in practica in 3. tractatu de homicidio, & assassino §. decimo quarto ex causas, ex num. 1.* Clarus *in §. homicidium num. 3.* Menochius *de arbitrarijs, casu 324. num. 1. & 12* Plaza *in epitomé delictorum lib. 1. cap. 10. ex n. 5.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 21. ex num. 1.* Azeuedus *in rubr. & tit. 23. lib. 8. Recopilationis ex n. 16.* Barbosa *in collectanea cap. decastero de homicid.* & latissimè ampliàs & declarans suo more Farinacius, *quæstione 126. quasi per totam*, maximè *ex num. 41.* quem omnino videas, *& consilio 30. in additione lit R.* & Zeuallos *quæstione 580.* vbi late disputat, an pœna imponenda in hoc casu possit esse corporalis? & Gratianus *in regula 116.*

Ad numerum 16. ibi. *Ex quo infertur quod si quis occidat, &c.*

Non ordinaria sed extraordinaria pœna illum delinquẽtem puniendum esse qui culpa, & non dolo aliũ occidit, vt in exemplis hic positis, docent Carrerius *in practica, in 3. tractatu de homicidio, & assassino, §. decimo quarto excusat*, Clarus, & reliqui numero præcedenti, Pichardus *in §. iniuria, institutæ de lege Aquilia ex num. 60. & in relectione tit. de substitutionibus, cap. 4. num. 24.* & Farinacius *dicta quæstione 126. num. 4. & num. 17. & sequentibus* vbi plura ponit exempla, *& num. 42. vbi num. 43.* & sequentibus probat hanc pœnam extraordinariam pro modo scilicet culpæ imponendam, extendi posse vsq; ad exilium, & relegationem, & plures referens Zeuallos *in dicta quæstione 580.* vbi plurimos refert, & ait cum Claro sup. pœnam ferrei mium ad tempus aliquando imponi posse vide etiam Farinacium, *consilio 2. lib.*

lib. 1. num. 1. & consilio 30. in additione lit. K.

Item de lusis illicitis, vel non caute exercitis, ita vt ex eis alicuius mors sequatur, agunt late Clarus, *in §. ludus*, vbi Bayardus *in additionibus* Petrus Gregorius *in sintagmate, lib. 39. cap. 2. & sequentibus*, Cujacius *obseruationum lib. 6. cap. 15.* Farinacius *dicta quæstione 126. ex num. 28. vbi num. 31.* agit de homicidio in collectatione, eum omnino videas, & Tiraquel. *de panis temperandis, causa 13.* Azuedum *in l. 2. tit. 7. lib. 8. Recopil. num. 21. & 22.* Gutierrez *lib. 2. canonicarum, cap. 6. nu. 143. & sequentibus*, Picardus *in § iniuria, instituta de lege Aquilia, ex num. 75.* vbi optimè explicat, & Auendañus *cap. 16. pratorum. 2. parte, num. 16.*

Ibi: *Quando iudex ex imperitia, sua, &c.*

De iudice autem male iudicante per imperitiam vel dolum, vide Gregorium *in l. 24. tit. 22. partita 3.* Menochium *de arbitrarijs, casu 339.* Anton Fabrum *in iuris prudentia, Papinian. tit. 1. de iustitia, & iure, principio. 4. illatione 1. & 2.* Olsualdus ad Donel. *lib. 28. ca. 2.* Auiles *cap. 1. pratorum*, verbo: *Fiel*, & verbo: *Alas partes, & cap 2.* verbo: *En justicia* Farinacius latissimè, *quæstione 111. ex nu. 435.* Richardus *in principio instituta de obligationis, quæ quasi ex malef.* Sayrus *in claui Regia, lib. 10. cap. 13.*

Ibi: *Idem est in medico, vel chirurgo &c.*

De medici culpa ob imperitiam, & de eius dolo in curatione commisso. Clarus in §. *homicidium num. 17.* vbi Bayardus, *num. 39. & sequentibus* Rota *in tractatu de peste, tit. de remedijs 3. medicorum*; Menochius *de arbitrar. casu 581.* Menchaca *illustrium lib. 1. cap. 19.* Couarrubias *in clementinam si furiosus 2 parte, §. 4.* Siluester *in summa* verbo: *Medicus*, Plaza *de delictis cap. 26.* Sayrus *in claui regia lib. 1. cap 10.* Gregorius Lopez *in l. 6. tit. 8 partita 7.* Molina *de iustitia, tractatu 3. disputatione 75.* & alij relati a Barbosa *in collectanea cap. 7. de ætate, & qualitate &c.* vbi de eorũ irregularitate: optimè Richardus, *in §. præterea si Medicus, instituta de lege Aquilia per totum*, quem omnino videas, & Gutierrez *lib. 2. canonicarum cap. 6. ex num 26.*

Ad numerum 17. ibi: *Semper præsumitur quod homicida, &c.* 18

Regulariter homicidium præsumi dolo commissum nisi contrarium probetur, vt resoluit Gomezius, docent Carrerius *in practica tractatu 3. de homicidio, & assassino, §. homicidij autem species nnm. 83. & sequentibus*, Bossius *in tit. de homicidio, num. 34.* Mascardus *de probationibus, lib. 1. conclusione 71. ex num. 1. & conclusione 864 num. 30. & sequentibus* Bayardus ad Clarum *§. homicidium, num. 13.* Zeuallos, *dicta quæstione 580. ex nn. 4.* post Gutierrez, *in authentica sacramenta puberum num. 63. in fin.* & Farinacius *quæstione 126. num. 103. vbi num. 104.* alios pro contraria adducit, & numeris sequentibus vsq; ad finem quæstionis per quinquaginta, & tres conclusiones latissimè materiam explicat, quod etiam fecit Menochius *de arbitrarijs cas. 361. & lib. 5. præsumptione 40* per totam Molina *de institia tomo 4. disputatione 3. num. 4.* exquibus colliges manifestè quid sit dicẽdum in quocũmq; casu contingibili; vide etiam Gratianum *regula 128.* Matienzo *in Dialogo 3. parte cap. 19. num. 6.*

Ad numerum 18. *Ibi limita tamen & intelligo, &c.* & ibi *sed etiam isto casu, &c.* 19

Nimis rigorosa videtur opinio nostri Gomezij in præsenti quatenus asserit mandantem aliquem verberari

rari sub protestatione, ne occidat, si mandatarius fines mandati exgedat, & offensus moriatur, teneri de homicidio *ex Tex. in cap. finali de homicidio lio. 6.* cum ille Tex. loquatur de irregularitate, & eo minus sit relo lutio doctorum quod tali casu non ordinaria sed extraordinaria, & mitior pœna sit imponenda, ex Alexandro *consilio 140. volumine 2.* Decio, *consil. 234. & consil. 482.* Hipolito, *consil. 7. num. 52.* Felino, *in cap sicut dignum, de homicidio*, Farinacio, *quæstione 135. num. 171. & consilio 32. lib. 1.* Fachineo *controuersiarum, lib. 1. cap. 36. vbi ait Tex. in dicto cap. fin.* de irregularitate loqui, ad quam sufficit culpa, vt ex pluribus docet Sayrus *in tractatu de censuris, lib. 7. cap. 2. num. 7. vbi num. 8.* agit quid dicendum si quis licite mandet alicui vt alium percutiat, vel verberet, vide etiam Barbosam *in collectanea, dicto cap. fin.* omnino.

20 Ad numerum 19. ibi: *Item etiam ex superioribus infero, &c.*

Si infans reperiatur mortuus in lecto nutricis, quod præsumatur mortuus casu vel culpa, seu negligẽtia non dolo, & per consequens pœna arbitraria locum habeat pro modo culpæ, resolvit Gomezius, & docent Carrerius *in practica, in 3. tractatu de homicidio, & assassino, §. nono quæro num. 31.* Plaza *in epitomé delictorum, lib. 1. cap. 22. num. 29.* Bayardus ad Clarum § *parricidium, num. 12.* Menochius *de arbitrarijs casu 356. num. 78. in additione*, Decianus *lib. 9. cap. 8. & cap. 16. num. 31.* Auendañus *in cap. 1. pratorum, num. 17.* & alij plures relati a Cenedo, *in collectanea 48. ad decretales, num. 1.* Barbosa etiam *in collectan. cap. fin. de his qui filios occiderunt, num. 2.* vbi ex Henriquez *in summa, lib. 14. de irregularitate, cap 15 propo finem*, & Paulo Comitol. *responso Moralium lib. 4. cap. 12.* refert, quod iacere in eodem lecto cum infante non caret culpa, cum respericulosa sit, nec quis sit dominus actionum in somno accidere tamen possit, vt huius modi cubatio culpa careat, puta si lectus sit latus, & puer implacabilis, aut qui aliter a frigore defendi non possit, & mulier in somno suum retineat situm separatum, Farinacius, *quæstione 120. num. 178. & sequentibus, & quæstione 98. de pœnis temperandis, num. 72.* quem etiam videas & Gutierrez *lib. 2. canonicarum cap. 6. num. 159. & seq.* vbi etiam de irregularitate.

Ad numerum 20. ibi. *Secundus casus in quo homicida excusatur, &c.* 21

Vulgarissimà conclusio est occidentem pro sui defensione pœna excusari, vt ait Comezius in præsenti, & ita docent latissimè explicantes Dueñas *in regula 192.* Carrerius *in practica, in tractatu de homicidio, & assassino §. quinto excusat defensio ex num. 1. & in §. circa sextum num. 16.* Plaza *in epitomé delictorum cap. 28. ex num. 1.* Bossius *in tit. de homicidio, num. 82.* Ciarus *in §. homicidium, num. 19.* Auendañus, *cap. 10. pratorum 2. parte num. 20. vbi* de defensione honoris, Diana *tomo 5. tractatu 4. resolutione 1. & multis sequentibus omnino videndus*, Sebastianus Medices *de casibus fortuitis, 1. parte, quæstione 8. num. 1. 28. & sequentibus*, vbi quod defensio est permissa etiam ex communicato, & diabolo, & plures relati a Zenedo, *in collectanea 29. ad decretum num. 2.* Suarez *de censuris, disputatione 22. sectione 1. num 33.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 11. & seq.* Sarmiento *lib. 1. select. cap. 1. per totum* Lessius *de iustitia, lib. 2. cap. 9. num. 41. & sequentibus*, & alij plures relati a Barbosa *in collectanea ca. 2. de homicidio & in ca. 1. de causa possessionis, & prop. num. 7. et in cap. petitio de iure iurando ex num. 2.* ite-

runa

rum *Molina*, *tomo* 4. *disputatione* 81. *Menochius de arbitrarijs casu* 277. *& sequentibus*, *Gregorius in l.* 2. *tit.* 8. *partita* 7. Ossualdus ad *Donellum lib.* 1. *cap.* 7. *& lib.* 17. *cap.* 2. Fachinæus, *lib.* 1. *controuersiarum*, *cap.* 27. 30. 31. *&* 32. nec amittit salutum conductum delinquens ad defensionem, vt ait Farinacius, *quæstione* 29. *num.* 61 & etiam in captura iniusta licet resistere, & sedefendere, ex eodem Farinacio, *quæstione* 31. *num.* 29. *& sequentibus* vbialià, & quæstione 103. *num.* 129. *& sequentibus* vbi an liceat Bannito se defendere? Cancerius *variarum* 2. *parte*, *cap.* 10. *ex num.* 68. Scaccia *de commerciis* §. 1. *questione* 7. *parte* 2. *num.* 24. *&* 25. Gutierrez *canonicarum*, *lib.* 2. *cap.* 6. *ex num.* 60. Reginaldus *in praxi*, *lib.* 21. *cap.* 5. *per totum*, Auendanius *in dictionario* verbo: *Amparança*, Menchaca *illustrium cap.* 18. vbi erudite (vide etiam *conclusionem* 50. *& sex sequentes*, *post opera* Roderici Suarez) & Gregorius *in l.* 2. *tit.* 16. *partita* 2. *glossa* 3. & omnium latissimè Farinacius *in quæstione* 125. *per totam* vbi materiam explicat per ampliationes, & limitationes, & quæstione 107. *num.* 510. *& quæstione* 112. *num.* 129. *&* 148. *& sequent. & quæstione* 120. *num.* 186. vbi de filio occidente patrem ob defensionem, *& quæstione* 121. *num.* 21. *& num.* 116. vbi alia, *& infragmentis*, verbo: *Irregularitas*, vbi quando hæc incurratur, vel non, *num.* 472. *& sequentibus*, *& consilio* 2. *lib.* 1. *num.* 5. vbi *de occidente* tertium se interponentem, *& consilio* 35. vbi quomodo probetur ad defensionem occidisse, & alia multa, *& consilio* 65. vbi quando dicatur quem vim vi repellere incontinenti (de quo etiam D. Larrea *allegatione fiscali* 117. *num.* 43. post Cujacium *lib.* 5 *observatione* 18.) *& consilio* 99. vbi idem Farinacius agit an princeps possit tollere defensionem (de quo Salgado *de retentione bullarum*, 1. *parte*, *cap.* 2. *sectione* 2. *per totam*) *& consilio* 141. *iterum* Barbosa *in tractatu de iure Ecclesiastico*, *cap.* 39. §. 1. *ex num.* 66. iterum Cenedus *quæstione* 24. vbi de Clerico adultero occidente inuasorem, Pichardus *in* §. *in iuria*, *institutæ de lege Aquilia*, vbi bene explicat Bonacina *de restitutione*, *disputatione* 2 *quæstione* 11. *puncto* 8. optimè Egidius Trullench. *in decalogum*, *lib.* 5. *cap.* 4. *dubio* 4. late, *& dubio* 7 *num.* 1. vbi idem in eo qui primum fuit aggressor, si desistit, & vide D. Larream *allegatione*, *fiscali* 114. *num.* 4. vbi quod in iuste damnatus possit iudici resistere, & custodes carceris occidere pro sui defensione dummodo grauissimum scandalum non adsit.

Ad numerum 21. ibi: *Imo etiam quod magis est*, *&c.* 22

Non solum pro sui ipsius defensione, sed etiam pro alterius consanguinei vel extranei, quemlibet posse alium occidere, vt hic resoluitur, probant late Carrerius in practica, in tractatu de homicidio, et assassino, §. *quinto excusat defensio*, *num.* 46. Villalobos in communibus, *lit. O. num.* 21. Plaza *in epitomè delictorum lib.* 1. *cap.* 28. Bossius *in tit. de homicidio*, *num.* 85. Clarus *in* §. *homicidium num.* 22. Gutierrez *lib.* 2. *canonicarum*, *cap.* 6. *num.* 116. vbi etiam de irregularitate ob defensionem omissam: D. Larrea *allegatione fiscali* 114. *ex num.* 2. (vbi etiam late disputat an princeps possit vassallum inno-

centem morti certæ exponere pro communi bono? & posse probat) Cfualdus ad Dencl. *lib. 17. cap. 2. lit. E* Suar. *de censuris disputatione 46. sectione 3.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 18. vbi num 2.* ait, teneri quem libet sub reatu peccati mortalis alium defendere, si commode potest, & hoc recte explicat; Lessius etiam *de iustitia lib. 2. cap. 9. dubio 13.* Diana *tomo 4. tractatu 2. resolutione 5.* Bonacina *de restitutione, disputatione 3. quæstione 11. puncto 11.* verum Diana, *tomo 5. tractatu 4. resolutione 19.* Cancerius, *1. parte cap. 10. ex num. 73.* Reginaldus *supra cap. 6.* optimè Egidius Trullench. *in decalogum, lib. 5. cap 4. dubio 7.* vbi etiam late quid pro defensione bonorum extranei an alium occidere liceat? Aules *in cap. 44. præterum*, verbo *Amistad. num. 9.* vbi an pro defensione amicitiæ de quo etiam Matienzo *in dialogo 3. parte, cap. 17. num. 2.* & omnium latissimè Farinacius *quæstione 51. num. 38. & 58. & quæstione 125. ex num. 167.* vbi ampliat, & limitat, & dictam resolutionem procedere asserit, etiam pro defensione inimici, & pro inuito, & etiam si aggressor sit Clericus, & aliàs plures ampliationes congerit, eum omnino videas ibi, *& num. 168. & sequentibus* vbi fusissimè de occisione pro defensione bonorum ipsius occissoris, amici, vel extranei, quod licita sit, de quo etiam Pichardus *in §. iniuria institutia de lege Aquilia, ex num. 30.* vbi etiam de defendente extraneum, Molina, *de iustitia, tomo 4. disputatione 16.* vbi agit de valore rei ob quam quis interficitur, Diana *tomo 4. tractatu 2. resolutione 4. & tomo 5. tractatu 4. resolutione 17. 18. & 20.* Scaccia *de commerciis*, §. 1. *quæstione 7. parte 2. ampliatione 19. num. 67.* vbi de honoris æstimatione, de quo etiam Augustinus Barbosa *axiomate 111.* Reginaldus *supra* Flores de Mena *variarum, quæstione 18. num. 9. & 30.* Scobar *de puritate sanguinis quæstione 1. §. 8. num. 11. & seq.* Barbosa *in col. lectanea, cap. 2. de homicidio, num. 5. & 6.* vbi de defensione honoris seu bonorum, & *num. 7.* addit huiusmodi obligationem in priuatis esse de lege charitatis, in personis vero publicis constitutis auctoritate publica, & in illis qui ad defensionem conducti sunt, vt sunt milites, famuli, tutores curatores, vasfalli, & similes obligationem esse ex iustitia, & per consequens teneri ad restitutionem damni illati, & incurrere irregularitatem, si voluntarie non impediant homicidium, seu mutilationem. ex Bonacina *de censuris, disputatione 7. quæstione 4. puncto 8. num. 37.* Diana *supra*, & Salgado *de protectione 1. parte, cap. 1. præuaio 3. num. 87.* vbi de conuocante alios ob defensionem.

Ad numerum 22. ibi: *Etiam si nullam percussionem, &c.*

Aggressum non debere expectare vt percutiatur, sed posse preuenire (non excedendo) contra eum qui aduersus eum venit etiam cum ligno, vel manu vacua volens ei dare alapam, vt hic resoluitur docent late explicantes Dueñas, *in regula 192. limitatione 1.* Plaza *in epitomè delictorum, lib. 1. cap. 28. num. 15.* Gail. *de pace publica lib. 1. cap. 16. num. 21.* Mascardus *de probationibus conclusione 1126. num. 11. & seq.* Salgado *de protectione 1 parte, cap. 6. num. 13.* & alij plures in vnum congesti per Farinacium *quæstione 125. num. 50. & sequentibus*, & maximè *num. 74.* vbi fere infinitos refert: Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione*

Tr. vbi late disputat, an liceat interficere eum, qui nondum aggreditur tamen aggredi, decreuit? *et num.* 2. resoluit licere interficere eum, qui te interficere decreuit, quando aliter non patet via euadendi mortem, ex Couarrubias *in clementina si furiosus, 3. parte, § vnico, num.* 3. cum vide, & Egidium Trullench. *in decalogum lib. 5. cap. 4. dubio 4. ex num.* 4. quem omnino videas, & Bonacinam *in tractatu de restitutione disputatione 2. quæstione 11. puncto 9.* & Dianam *tomo 5. tract. 4. resolutione 4. et 5. et 6. et 8. et 10.*

24 Ad numerum 23. ibi: *Quæ omnia singulariter excendo, &c.* agressum non teneri fugere cum periculo personæ, vel honoris iactura, vt hic resoluitur, tenent Carrerius *in practica, tractatu de homicidio, et assassino, § circa quartum, num* 42. *et* 49. 50. *et* 55. Plaza *in epitomè delictorum cap.* 28. *ex num.* 10. Gail. *de pace publica, lib. 1. cap. 16. num.* 12. Mascardus *de probationibus, conclusione* 1126. & alij ferè infiniti in vnum congesti a Farinacio, *quæstione* 125. *ex num.* 121. *vbi num.* 126. probat cum multis hoc procedere indistincte etiam in ignobili, & rustico, contra nostrum Gomezium, pro cuius distinctione alios refert *num.* 127. & tandem *num.* 128. contrariam magis seruatam, & communem appellat, nempe quod nullus teneatur fugere ob maius periculum quod ex fuga incurreret, & aliàs rationes ibi cõsideratas, cum vide quia latissime materiam explicat, amplians & limitans *et num* 129. docet expluribus Clericum, si possit, teneri fugere, aliàs irregularitatem incurrere, præterquam si fugiendo periculo vitæ se exponeret, ipsum tamen Clericum aggressorem licite posse occidi absq; eo quod quis teneatur fugere & perconsequens non incurri excommunicationem canonis vt docuit Ugolinus *de censuris, parte 2. cap. 11. §. proposuimus, num. 6.* prout eum refert Farin *supra num.* 122. cum vide ibi, *& consilio* 35. *in additione lit. N.* & nouissimè Scobar *de puritate sanguinis, quæstione* 1. § 8. *ex num.* 13. Cancerius *variarum 2. parte cap. 10. num.* 71. Diana *resolutionum Moralium, tomo* 8. *tractatu* 7. *resolutione* 45. late, *& resolutione* 46. *& 49. et tomo* 4. *tractatu* 2. *resolutione* 3. *& tomo* 5. *tractatu* 4. *resolutione* 48.

Quid vero sit dicendum circa principalem resolutionem huius numeri stando in iure canonico, & in foro conscientiæ agit ipse Farinacius, *dicta quæstione* 125. *ex num.* 134. vbi probat ex multis non habere locum dictam resolutionem, & potius teneri fugere, præter quam si ex fuga periculum vitæ incurreret, sed distinctionem Gomezij inter fugam ignominiosam, & non ignominiosam, & cum periculo vitæ vel sine eo, sequuntur communiter Theologi, & canonistæ, vt apparet ex Suarez 3 *parte, tomo* 5. *de censuris, disputatione* 46. *sectione* 1. *num.* 6. Bonacina *de contractibus, & restitutione, disputatione* 2. *quæstione vltima, sectione* 1. *puncto* 10. *num.* 8. Lessio *de iustitia lib.* 2. *cap.* 9. *dubio* 12. *num.* 85. vbi addit rationem, nempe quia non tenetur sustinere ignominiam, quæ pluris æstimatur, quam multæ pecuniæ iactura, Diana *resolution. Moral. 2 parte, tractatu* 15. *miscellan, resolutione* 15. & Egidio Trullencho *in decalogum, lib. 5. cap. 4. dubio 5. num. 6. vbi num.* 7. disputat an Clericus vel Religiosus si nolint fugere, sed se defendere & occidere peccent contra iustitiam vel solum contra charitatem

& duas opiniones contrarias refert, exquibus, & alijs ab eis relatis probat Scobar *de puritate sanguinis 1. parte quæstio. 1. proemiali §. 8. nu. 12. & seq.* quod nec irregularitatem incurret, vide iterum Dianam *resolution. Moral. tomo 8. tractatu 7. resolutione 45. & 46. & 49. & vide supra hoc num.*

25 Ad numerum 24. ibi: *Aduertendum tamen quod si aggressus excedit, &c.*

Excedentem moderamen defensionis minori, & arbitraria pœna non ordinaria esse puniendum, vt docet Gomezius probant latissimè Couarrubias *in clementina si furiosus 3. parte §. 1. num. 3.* Carrerius *in practica, in tractatu de homicidio, & assassino §. circa quintum, ex num.* Plaza *in epitome delitorum. lib. 1. cap. 28. num. 14.* Cancerius *variar. 2. parte cap. 11. num. 75.* vbi an ad restitutionem teneatur hoc casu? Bossius *in tit. de homicidio, num. 91.* Clarus *in §. homicidium, num. 27.* Menochius *de arbitrar. casu 278. ex num. 1.* Mascardus *de probationibus, conclusione 1126. num. 30.* Dueñas, *regula 192. amplatione 5.* Tiraquellus *de pœnis temperandis, causa 1.* Barbosa *in collectanea, cap. 18 de homicidio,* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 11. num. 2. 5. & 6.* & plurimos referens Farinacius *quæstione 125. num. 399. & sequentibus* vbi *ex num. 336.* disputat quando, & quomodo dicatur excessum in moderamine culpatæ tutelæ, & quod plane excessus sit (inquit *num. 385*) in moderamine, quando insultatus aggressorem fugientem occidit, cum ad vindictam faciat, præter quam si illum fugientem insequatur, & vulnere pro iusta satisfactione iniuriæ sibi illatæ tunc enim nullo modo punitur, vt probat, *num. 392.* vide etiam eundem Farinacium, *consil. 2. lib. 1. num. 6 & sequentibus*, & Scobar *de puritate sanguinis, quæstione 1. §. 8. ex num. 14.* & Dianam *resolutione 11. & 24. tomo 5. tractatu 4.* Reginaldum, *lib. 21. cap. 5. ex num. 62.* iterum Dianam *tomo 8. tractatu 7. resolutione 48* & inforo conscientiæ docet cum Nauarro in manuali, *cap. 15. num. 4.* & Enriquez *de irregularitate, cap. 10* & alijs, Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 9. dubio 12. num. 79* asserens valde probabile, licet in praxi difficile admittendum, prout etiam testatur Egidius Trullench. *in decalogum. lib. 5. cap. 4. dubio 5. num. 2.* vbi *dubio 4. num. 1.* ponit casum practicum contingibilem, puta si Petrus inuadit iniuste Ioannem, & postea vult ab inuasione desistere suam voluntatem in dicens Ioanni, qui noluit desistere, & ob hoc non excendendo modum defensionis, Petrus occidit Ioannem cum aliter non posset defendere vitam suam, & ait non peccare Petrum in foro tamen exteriori reum esse homicidij, & teneri ad restitutionem damnorum ex Molina, *tomo 4. disputatione 15. num. 2.* vide iterum Farinacium *consilio 67. in additione.*

Ad nume. 25. ibi: *Et ista est verior opinio &c.*26

Occidentem præsumi aggressorē indeq; debere ex parte sua probare ad defensionem occidisse, si ex hoc velit se defendere, vt hic resoluitur, docent Gail, *de pace publica, lib. 1. cap. 16. ex num. 4.* Sebastianus Medices *de casibus fortuitis, 1. parte, quæstione 8. num. 6.* Mascardus *de probationibus, conclusione 71. num. 2. & conclusione 1003. num. 62. & conclusione 1126. num. 1.* Fachinæus *controuersiarum, lib. 1. cap. 30.* & alij relati, & sequuti a Farinacio, *dicta quæstione 125.*

ex-

ex num. 419. vbi num. 423. probat ex multis, quod sufficit præsumptiua probatio, imo admittuntur testes inhabiles, domestici, consanguinei, & deponentes per verbum *credo*, & similes, & *num.* 428. probat ex multis sufficere probari quod homicidium fuerit commissum ad defensionem, & si non probetur quod ad necessariam defensionem & *num.* 432. & 433 docet quod probato aliquo facto ex quo oriatur præsumptio defensionis vt puta aggressio, & insultus aduersarij, terror armorum, aut quid simile, tunc etiam alio non probato, homicidium præsumitur factum ad defensionem, vide etiam eundem Farinacium *consilio* 6. *lib.* 1.

27 Ad numerum 26: Ibi: *Sed his non stantibus, &c.*

Si reus confiteatur delictum sed ad suam defensionem illud commisisse, & aliæ non existant probationes quod ex hac confessione debeat condemnari, quamuis non pœna ordinaria, sed mitiori, vt hic resoluitur, docent Bernardus Diaz *in regula* 122. Plotus *de in litem iurando*, §. 40. *num.* 2. Bossius *in tit. de confessione num.* 19. Anton. Gabriel. *in suis communibus, lib.* 7. *conclusione* 19. *ex num.* 1. Clarus *in practica* §. *finali*, *quæstione* 55. Menochius *de recuperanda possessione remedio* 2. *num.* 47. & *de arbitrarijs, casu* 93. *num.* 37. & 38. & *casu* 279. *num.* 6. Mascardus *conclusione* 490. *num.* 17. & *conclusione* 867. *num.* 1. & alij plurimi penes ipsos; & ratio prædictæ resolutionis est, quia quando sumus in prohibitis, & ijs quæ habent præsumptionem contra se, vt est homicidium, confessio scinditur, & acceptari potest pro parte, Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 31. *num.* 6. Auendañus *cap.* 16. *practicarum*, 2. *parte num.* 16. versiculo: *Item sola confessio.* Gratianus *regula* 85. Thomas Sanchez *in consilijs Moralibus lib.* 3. *cap vni. o dubio* 13. & ita etiam probat latissimè quam plurimos referens Farinacius, *quæstione* 81. *ex num.* 110. & *num.* 157. vbi cum alijs plurimis docet pœnam extraordinariam hoc casu imponendam, & hanc pecuniariam, quamuis alij, & forsan verius etiam corporalem imponi posse asserant, vide eum omnino, & Zeuallos, *quæstione* 362. *num.* 10. vbi alios etiam refert, & Morlam *in emporio, tit.* 11. *quæstione* 3. *num.* 9. & iterum Farinacius, *quæstione* 125. *ex num.* 419. sed aduertendum quod in prædicto casu adminus debet constare de corpore delicti alias enim virtute suę confessionis non posset reus condemnari, vt expluribus probat Farinacius, *quæstione* 2. *num.* 7. & 8.

Ad numerum 27. ibi: *Item adde* 28 *quod reus accusatus, &c.*

probationem per coniecturas, & præsumptiones, imo per testes consanguineos affines & domesticos, sufficere ad probandum, quod homicidium fuerit commissum ob propriã defensionem vt hic resoluitur, docent Bossius, *tit. de homicidio, num.* 62. Medices *de casibus fortuitis parte* 1. *quæstione* 8. *num.* 14. Mascardus *de probationibus, conclusione* 491. *ex num.* 1. & *conclusione* 904. *num.* 16. Bayardus ad Clarum *in* §. *homicidium num.* 100. Menochius *de præsumptionibus lib.* 5. *præsumptione* 3. *num.* 50. & alij plures relati, & sequti a Farin. *q.* 86. *n.* 76. & *q.* 125. *n.* 423 & de testibus, *q.* 62. *ex nu.* 90. quem videas, & *consil.* 6. *lib.* 1. *late, & iterum quæst.* 47 *num* 135.

Ad nu. 28. Ibi: *Tertius, casus, &c.* 29

Si mors vulnerati interueniat propter culpã vel negligentiã adhibitã in curatione eius, homicida excusatur, & quod hoc debeat cõstare ex de clara-

claratione peritorum, vt hic resolui tur, docent Bolsius *in tit. de homicidio, num.* 116. Plaza *in epitomé delictorum lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 12. *& cap.* 13. *num.* 27. Clarus *in* §. *homicidium, nu.* 33. Menochius *de arbitrarijs, casu* 275. *num.* 10 Mascardus *de probationibus conclusione* 1073. *num.* 14. Surdus *de alimentis, tit.* 8. *privilegio* 69. *num.* 8. Stephanus Gratianus *decisione* 185. *nu.* 8. & late Molina *de iustitia tomo* 4. *disputatione* 32. Egidius Trullench *in decalogum cap.* 5. *dubio* 1. *num* 2. vbi etiam agit de irregularitate, Gratianus *regula* 349. & plurimos referens Farinacius, *quæstione* 127. *num.* 24. *& 27. & seq. vbi* quando præsumatur seu probetur vulnus fuisse mortale vel non, *& num.* 87. *& sequentibus vsq; ad numerum* 100. agit quando, & exquibus cognoscatur malum regimen vulnerati, vel negligentia in curando, *& num.* 101. *& seq. vsq; ad* 170. quando, & quomodo credatur medicis seu peritis, & quando sufficiat vnus, (de quo etiã diximus *tomo* 2. *in cap. de contractu verborum*) & Barbosa plures etiam referens *in collectanea, cap.* 7. *de homicidio, ex num.* 4. vbi quando præsumatur vulneratum ex vulnere obijsse, *& num.* 7. probat cum alijs quod si certum sit vulnus non fuisse lethale, tunc præsumitur vulneratum obijsse ex negligentia aut imperitia medicorum & vulnerans non tenetur de occisso, sed de vulnerato, ex farinacio *supra num.* 25. quem omnino videas per totam quæstionem. & *consilio.* 100 *nu.* 32. vbi omnia ad hanc quæstionem pertinentia congerit, & eundem Barbosam *in collectanea, cap.* 18. *eodem tit. de homicidio, ex num.* 2. vbi de numero peritorum in hoc casu requisito. *et num.* 7. quod tunc dicitur vulnus lethale cum eius curatio vel impossibilis vel difficilima est, & quod in dubio, vulnus non præsumitur lethale, ex eodem Farinacio ibidem *num.* 20. vbi alios refert. & hoc quando constat de aliqua culpa in non adhibendo Medicum, vel eum imperitũ seu alia.

Ad numerum 29. ibi. *Inquo articulo resolutiue dico, &c.* 30

Vulneratum ex vulnere decessisse præsumi, si post vulnus illatum in continenti decesit, vel si continuo fuit infirmus, & tandem decesit, & hoc idem esse præsumendum, si constet de morte absq; alia maiori declaratione ex vna parte nec ex altera, secus si constiterit quod vulneratus remansit sanus & liber, quia postea moriens ex alia infirmitate naturali præsumitur decessisse, vt hic resoluitur, docent Boerius *decisione* 323. *num.* 4. *&* 8. Carrerius *in practica, in* 3. *tractatu de homicidio, & assassino,* §. *vndecimo excusatur, nu.* 6. Clarus *in* §. *homicidium num.* 33. & ibi Bayardus *num.* 147. *&* 149. quos, & alios refert, & sequitur Farinacius *in dicta quæstione* 127 *num.* 21. *vbi num.* 22. alios plures pro contraria parte adducit, & tandem *num.* 23. resoluit difficile dari casum, in quo res omnino dubia sit, an vulnus sit mortale vel non? nam regulariter vnum aut aliud facile cognoscetur aut ex qualitate vulneris, aut ex parte corporis læsa, aut ex brevitate seu diuturnitate temporis, in quo vulneratus obijt, & tandem dato casu quod omnino essemus in dubio, opinionem nostri Gomezij approbat, eum vide, & Couarrubias *in Clementina si furiosus, parte* §. 2. *num.* 9. versiculo: *Secundus casus, &* §. *vlt.* Molinam *de iustitia, tomo* 4. *disputatione* 32. *num.* 3. vbi bene explicat, vide etiam iterum Farinacium consilio 100. *num.* 16. & Menochium *de arbitrar casu* 275.

Ad numerum 30. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.* 31

Quod

Quod si quis tantum cogitauit aliũ occidere, nullomodo tenetur, si vero vltra animum occidendi processit ad actum externum, vel causa occidendi cum telo ambulauit tenetur pœna ordinaria de iure, secus de consuetudine, præter quam in proditorio homicidio, in quo vulnus de iure Regio pœna mortis punitur. In delictis vero non atrocibus, mitius punitur reus non consummato delicto, vt hic resoluitur, docent Socinus *in regula* 31. Couarrubias *in clementina si furiosus, initio* 2. *partis*, *num* 6. Clarus *in* §. *fin. quæstione* 91. *in principio* Menochius *de arbitrarijs casu* 360. *ex num.* 2. Decianus *lib.* 9. *cap.* 23 *ex num.* 1. Gregorius *in l.* 2. *tit.* 31. *partita* 7. Pichardus *in* § *furtum, nu.* 15. *institutæ de obligationibus quæ ex delicto, &c. et in* §. *vnde illud eodem tit. num.* 5. Farinacius *quæstione* 28. *n.* 5 *et quæstione* 124. *num.* 104. *et quæst. ead.* 135. *ex num.* 4. qui omnes late agunt de cogitatione occidẽdi non deducta ad actum externum, & de interpretatione *Textus in l. cogitationis ff. de pœnis*: quando vero ad actũ externum est deuentum, sed effectus non fuit subsequutus quod de consuetudine mitiori, & extraordinaria pœna puniendus sit reus, & quod non obseruetur decisio *Textus in l. si quis cum telo, Cod. ad legem Corneliam de sicarijs*, docent Couarrubias *supra num.* 6. *versiculo, tertio est omninò cõsiderandum*, Suarez *in suis communibus lit. V. num.* 70. Clarus *in* §. *homicidium. num.* 65 *et* §. *fin. quæstione* 92. Menochius *dicto casu* 360. *num.* 36. & per totum. Zeuallos *quæstione* 540. *nu.* 12. *et* 19. Gregorius *in dicta l.* 2. *tit.* 31. *part.* 7. & latissimè Farinacius *quæstione* 123. *num.* 106. *et quæstione* 124. *num.* 78. *et seq. et per totam quæstionem* vbi fusissimè materiam conatus seu affectus siue effectu explicat; Gratianus, *in regula* 327. *nu.* 9. Cantera *in quæstion. criminal. cap.* 6. *nu.* 26. Mascardus *conclusione* 138. *num.* 9. vide iterum Farinacium *consilio* 101. *num.* 31.

Ibi: *Hodie tamen, &c.*

Vide quæ diximus supra *num* 6. & Auendañum 2. *parte*, *cap.* 16. *num.* 14.

Ad numerum 31. ibi: *In quo breuiter et resolutiue dico, &c.* 32

Quod nullus quamuis mortaliter vulneratus possit accusare de homicidio, donec mors sequatur, vt hic resoluitur, docent Misingerius *observatione* 9. *centuria* 3. Gail *de pace publica, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 3. *versiculo, et licet regulariter, et num.* 19. Bossius *in tit. de extraordinarijs criminibus num* 2. & alij communiter ex regula ordinaria supra tradita, quod affectus seu conatus non punitur nisi sequuto effectu, nec vulnus sicut homicidium punitionem habet.

Ibi: *Maius tamen dubium est, &c.*

Quod si quis accusetur de vulnere asserendo esse mortale, vel faciendo protestationem, quod si mors sequatur, reus puniatur pœna mortis possit sequi condemnatio de homicidio, vt hic resoluitur, tenent Doctores ex notissimis Principijs hic adductis a Gomezio, & a Graciano *disceptationum forens, tomo* 3. *cap.* 546. *num.* 36. *et* 45. Ossualdo ad Donel. *lib.* 19. *cap.* 14. *notatis lit. D. et lib.* 23. *cap.* 5. *lit. M. et N, et lib.* 26. *cap.* 4. *lit.* D. Menochius *de arbitrar quæstione* 80. *num* 124. Ioan. Gratia. *in regula* 300. Pichardo *in* § *sicitaq; discretis, institutæ de actionibus num.* 57. Morla *in emporio, tit.* 2. *quæstione* 8. *num.* 9. Amaya *lib.* 3. *observation. ca.* 2. *num.* 89. qui omnes videri potest pro exornatione *Tex. in l. non potest videri ff. de iudicijs* vbi ponitur fundamentum huius quæstionis.

Ad numerum 32. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* 33

Quod

Quod si quis posthumum vel puerum existentem in vtero iam animatum etiam monstruosum interfecerit poculo vel aliomodo puniendus sit pœna ordinaria, si vero non erat animatus, vel fumus in dubio pœna extraordinaria, vt hic resoluitur, docent Carrerius *tractatu* 3. *de homicidio, et assassino*, §. *sexto quæro, num.* 41. Plaza *in epitome delictorum, lib.* 1. *cap.* 101. *num.* 5. *et cap.* 26. *num.* 8. Clarus *in practica*, §. *fin. quæstion.* 68. Decianus *lib.* 9. *cap.* 8 *num.* 13. Fachinæus *controuersiarum, lib.* 9. *cap.* 100. *& lib.* 10. *cap.* 4. Gutierrez *lib.* 2. *canonicarum, cap.* 6. *ex num.* 37. *et* 162. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *nu.* 10. Menoch. *de arbitrarijs, casu* 357. Molina *de iustitia, tomo* 4. *disputat.* 27. Cened. *in collectanea* 32. *ad decretales, num.* 1. & alij plures relati a Barbosa *in collectanea, cap.* 5. *de homicidio, num.* 2. vbi etiam *num.* 3. docet quod abortum procurantes, consulentes, & consentientes, quoquomodo incurrunt ex communicationem, ex Bulla Sixti Quinti, & omnium latissimè Farinacius, *quæst.* 122. *ex num.* 131. post quam *num.* 91 *et sequentibus* late disputauit de poculo abortionis, vel amatorio, conceptionis, sterilitatis, vel sanitatis, *et num.* 138. cum nostro Gomezio, quem laudat, docet quod in dubio præsumitur fœtus inanimatus ad excludendum homicidium, & pœnam ordinariam, nonuero quo ad irregularitatem, & alios referens Pichardus, *in manuductionibus* 3. *parte* §. 4. *num.* 2. vbi etiam ait pœnas impositas in dicta Bulla Sixti Quinti, præsertim ex communicationem sedi Apostolicæ reseruatam, esse sublatas per Gregorium Decimum Quartum, & reductas ad terminos iuris communis, & Concilij Tridentini, quantum ad procurantes abortum fœtus inanimati, aut exhibentes mulieribus vel sumentes venena sterilitatis, aut auxilium seu consilium dantes, de quo etiam optimè Lessius *de iustitia, lib.* 2 *cap.* 9. *dubio* 10. & (vt in vno plura ad hanc materiam spectantia, tibi referam) vide omnino Alphonsum Carrança *de partu naturali et legitimo, cap.* 16. *per totum* vbi erudite resoluit, *et in cap.* 1. §. 2. vbi latissimè de animatione, & quando contingat, & plura cumulantem Narbonam *de ætate anno.* 1. *quæst.* 2. *num.* 18. & per totam.

Item de partu monstruoso, an illum occidens teneatur ex homicidio, vide Azeuedum *in rubrica tit.* 23. *lib.* 8. *Recapil. num.* 4. & alios quos refert Carrança *supra de partu naturali, cap.* 17. *num.* 32. *& per totum caput*, vbi late differit post Farinacium *quæstione* 120. *num.* 191. vbi plures refert, & ait quod pater occidens filium monstruosum, habentem caput vel corpus aut aliud notabile membrum Bruti, non tenetur; secus si habeat membra diminuta vel ampliata, puta vnum pedem, vel plures pedes, vnum vel plura Brachia, vnum vel plures digitos, &c.

Ad numerum 33. ibi: *& resoluitur* 34
dico, &c.

Poculum amatorium præbens si ex eo mors sequatur, quod pœna ordinaria puniri debeat, si uero causa amoris liciti, vel causa conceptionis, vel mors non sequatur, pœna extraordinaria, vt hic resoluitur docet Carrerius in practica, 3. tractatu de homicidio §. *sexto quæro*, Bossius *in tit. de homicidio ex num.* 5. Clarus in practica §. *homicidium, num.* 10. Decianus *lib.* 9. *cap.* 23, *num.* 2. *&* 8. Bernardus Diaz *in regula* 540. *fallentia* 3. & Farinacius alios referens *quæst.* 87. *num.* 48. *& quæst.* 122. *num.* 112. *& sequentibus* vbi alios pro contraria parte adducit, asserentes quod pœna extraordinaria puniri debet hoc delictum ob defectum doli, & addit

quid

quid si in poculo interueniat sortilegium? vide etiam Granianum *regula* 116. *num* 8.

35 Ad numerum 34. ibi: *Sed breuiter hoc non obstante, &c.*

Quod ille qui occidit Petrum credens esse Ioannem pœna ordinaria puniri debet, vt hic resoluitur, docent Couarrub *in cap. alma mater* §. 10. *num.* 14. Plaza *in epitomé delictorum cap.* 27. *ex num.* 1. Morla rationē nostri Gomezij laudans *in emporio, tit.* 2. *num.* 12. versiculo *neq; his obstat, &c.* Molina *tomo* 4. *disputa.* 30. & plures referens Trullench. *in decalogum, lib.* 5. *cap.* 4. *dubio* 2. *num.* 4. & Farinacius *quæstione* 125 *num.* 137 vbi *num.* 156. alios adducit pro contraria opinione, imo quod non ordinaria sed extraordinaria pœna puniri debeat talis homicida; vide etiam Amayam *lib.* 1. *observation cap.* 3. omnino vb. de delictis quæ ignorātia committuntur ad interpretationē *l.* 1. *ff. de legibus.*

36 Ad numerum 35. ibi: *Sed certe in puncto iuris prima opinio, &c.*

Quod si aliquis occidere vel offēdere volens Petrum cum quo habebat rixam occidat prætereuntem, vel mediatorem, non debeat puniri pœna ordinaria sed minori, licet in puncto iuris contrarium sit verius; & quod omnino debeat absolui si nō dabat operam rei illicitæ, sed se defendebat: vt hic resoluitur, docent Bossius *in tit. de homicidio, num.* 75. Carrerius *in practica, in* 3. *tract. de homicidio, & assassino* §. *tertio quaronum.* 1. *& seq.* Couarrubias *in cap. alma mater* §. 10. *num.* 14. Plaza *in epitomé delictorum cap.* 27. *num* 4. *& 5.* Clarus *in* §. *homicidium, num.* 4. Parladorus *differentia* 88. *num.* 4. Fachinæus *lib.* 1. *controuersiarum cap.* 37. & alij plures in vnum congesti, & sequitur Farinacio, *quæstione* 125. *num.* 139. *& 152.* vbi vtramq; partem dictæ resolutionis comprobat, *& consilio* 1. *& 2. lib.* 1. & optimè explicans Molina *de iustitia tomo* 4. *disputatione* 30. *vbi num.* 7. docet quod si interfector mediatoris vel alterius non fuit in culpa, vt puta quia se defendebat tunc nec ad pœnam nec ad restitutionem damni tenetur, sed Auctor rixæ vt pote causam dās ad vtrumq; scilicet pœnam arbitrariam, & damni satisfactionem tenebitur, *& num.* 9. explicat quid dicendum quando vnus rixantium vt alterius ictum fugeret, se protexit tertio aliquo inter medio, vel ictum fugiendo in alium, qui in eodē loco erat, deveniē eum videas, & latius Farinacium, *dicta quæstione* 125. *ex num.* 142. *& num.* 145. *& seq.* vbi de eo qui cum aggressus fuisset ab alio, apprehendit tertium, eoq; vsus fuit tanquam clipeo, quem aliqua pœna arbitraria puntē dum, tanquam excedentem moderamen in culpatæ tutelæ asserit, ex Bayardo *ad* Clarum *in* §. *homicidium, num.* 88. *& alijs, & num.* 148. & sequē tibus agit de eo qui se defendens mediatorem, seu alium tertium interfecit, cum aliter euadere non posset; iterum Farinacius *consilio* 65. *lit.* M.

Ad numerum 36. ibi: *Et quia arti-* 37
culus est necessarius, &c.

quatuor conclusionibus (vt vides) præsentem quæstionem resoluit Gomezius, quas comprobant late Clarus *in* § *homicidium, in versiculo alia etiam est defensio*, Thesaurus *decisione Pedemontana* 31. *num.* 5. Carrerius *in practica, in* 3. *tractatu de homicidio,* § *quarto quaro, &* § *quinto quæro, nu.* 9. Plaza *in epitomé delictorum lib.* 1. *cap.* 2. Menochius *de arbitrar. casu* 362. Peguera *decisione criminali* 14 Couarrubias *in clementina, parte* 2. §. 2. Mascardus *de probationibus conclusione* 1003. *num.* 55. Gutierrez *lib.* 2 *canonicarum, cap.* 6. *num.* 46. *& seq.* vbi etiam de irregularitate, Bobadilla

Vales Polit. *lib.1.cap.8.num.8.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione* 33. *& 34. vbi etiam de irregularitate in hoc casu, de qua omnino videndi sunt* Couarrubias *dicta clementina, 2. parte §.2. num.4.* Vgolinus *de irregularitate cap.14. §.1. num.1. & seq.* Suarez *de censuris, disputatione* 45. *sectione 4. num.11.* Sayrus etiam *de censuris, lib.7. cap.4. num.14.* Bonacina *eodem tractatu disputatione 7. quæstione 4. puncto 8. num.30. &* 31. quos, & alios refert Barbosa *in collectanea, cap.18. de homicidio*, & Farinacius cum aliis, *quæstione 96. num.17. & 50. vbi ex num.14. vsq; ad num 97.* latissimè declarat dictam principalem resolutionem nostri Gomezij, quem videre sufficiet, vbi etiã agit, quando locum possit habere tortura: *& consil.116. tomo 2. nu.13. & 14. & consil.2. lib.1. in additione lit.C. & consil.100. num.12.*

38 Ad numerum 37. ibi: *Et breuiter dico, &c.*

Quod vltra pænam ordinariam homicidij teneatur reus ciuiliter ad interesse, & damna vt hic resolvitur docent Clarus *in §. homicidium, ex num.18.* & Bayardus *num.69.* Plotus *de in litem iurando, §.41. num.7.* Placa *in epitomè delictorum, lib.1. cap.6. num.32. & cap.10. num.12.* qui loquẽs de operis occisi ait, eas etiam deberi in foro conscientiæ, Molina *de iustitia tomo 4. disputatione* 83. per totam vbi latissimè explicat, quæ restituenda sunt, & pluribus disputationibus sequentibus vbi omnia explicat, Menochius *de arbitrar. casu 122.* Diana, *tomo 5. tract.4. resolutione* 44 *& seq. vsq; ad* 64. vbi omnes quæstiones resoluit, Nauarra *de restitut. lib. 4. cap.1. num.57. & seq.* Lessius *de iustitia, lib.2. ca.9. dubitatione 19.* Thomas Sanchez *in consilijs Moral. lib. 1. cap 4. dubio 1. & seq.* per totum caput, vbi omnes difficultates resoluit *& dubio 4.* docet quod si homicida aduertit addamnum, quod creditoribus occisi procedebat ex homicidio, nempe quod illis non poterat satisfieri debitore interfecto restituere illis teneatur sua debita, si vero de hoc non cogitauit ad hanc satisfactionem non tenetur. *& dubio 5.* an homicida teneatur restituere damna quæ alius passus est cui homicidium fuit imputatum? eum omnino videas per totum caput, & Egidium Trullench. *in decalogum. lib.7. cap.8. dubio 1. & seq.* & Farinacium latissimè *quæstione 119. in sectione 4. ex num. 93. & consilio 3. num.8.* Zeuallos *quæstione 893.* Richardum *in rubrica de obligationibus quæ ex delicto nascuntur, num.12.* vbi docet quod licet vtrumq; iudicium ciuile scilicet, & criminale simul, & principaliter proponi non possit, incidenter tamen potest, vt etiã ait Suarez de Paz *in praxi, 1. tomo 5 parte, cap.2. num.29.* Castillo *in l.48. Tauri*, verbo: *A restituir* iterum Farinacius, *quæstin. 105.* vide etiam Auendañum, *2. parte, ca. 16. num.12.* & Cancer. *2 parte, cap.12. num.73. & 75. & 82.* vbi quid in homicidio addefensionem, & an dictum interesse applicetur heredi bonorum?

Ad numerum 38. ibi: *Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, &c.* 39

Si occisus sit operarius vel officialis, & restitutio operarum faciendarum sit pro eius vita, quod computatio vitæ faciendæ sit iusta dispositionem Tex. *in l. hereditatum*, aliàs *computationi ff. ad legem falcidiam*, docet Gomezius, & comprobatur extraditis a Gregorio *in l.5. tit. 11. partita 6.* Mantica *de coniecturis vltim. volunt. lib.4. tit.5. artic.5. num.7.* Suarez *in l. quoniam in prioribus, ampliatione 3. num.8.* vbi Valdesius, Sardo *de alimentis, tit.4. quæstione 17. num.14. ex*

tit.

tit. 9. quæstione 11. num. 28. & quæstione 41. num. 16. & 18 Barbosa *in l. maritum, num 12. & in l. 1. 4. parte num. 74. ff soluto matrim.* Zeuallos *quæstione 55.* Osual l. ad Donel. *lib. 8. ca. 24. lit. P.* Gratianus *disceptat. lib. 1. ca. 5. vbi declarat in quibus casibus habeat locum dicta lex,* Rodriguez *de redditibus, lib. 1. quæstione 5. ex n. 15.* Gutierrez *lib. 2 quæst. 17.* Pichardus *in §. iremis, instituta de obligationibus quæ ex quasi maleficio num. 43. & in principio tit. eiusdem num. 34.* optimè Castille *lib. 4. controuersiar. cap. 13. ex num. 15.* quos vide ad explicationem *Tex. in dicta l. hæreditatum,* & in specie circa resolutionem nostri Gomezij in præsenti Farinacium qui plurimos refert *in quæstione 119. ex num. 99:* optimè Lessius *de iustitia lib. 2. cap. 9. dubitatione 20. & 21.* vbi quid restituere debeat qui modum iustæ defensionis excessit? de quo etiam Egidius Trullench. *li. 7. cap. 8. dubio 1. num. 7. & dubio 3. n. 3.* vbi de prædicta computatione faciendapro vita interfecti: Cancer. *variar. 2 parte cap. 11. num. 70. 76. & sequentibus* Thomas Sanchez *consil. Moral. lib. 1. cap. 4. dubio 2.* vbi plures refert, & bene explicat, & Diana *tomo 5. tra. 4. resolutione 53.*

40 Ad numer. 39. bi: *Inquo breuiter & resolutiue dico, &c.*

Mandantem, & mandatarium pœna ordinaria teneri, si homicidium sequatur, vt hic resoluitur, docent late explicantes Carrerius *in practica, 3. tractatu de homicidio, §. sequitur de vtroq; num. 15. et seq.* Bernardis Diaz *in regula 453.* Plaza *in epitome delictorum lib. 1. cap. 15 num. 2.* Tuschus *lit. M. conclusione 36.* Sanchez *in summa lib. 3. cap. 7 num. 3.* Farinacius *consilio 85. ex num. 72.* vbi an mãdatarius comprehẽdatur statuto cõtra facientem? Bossius *in tit. de mandat. ad homicidium, num. 4. et 11.* Menochius *de arbitrar. lib. 2. casu 353. num. 2.* Decianus *lib. 9 cap. 31. et 39.* Zeuallos *quæstione 166.* Gratianus *regula 224. et 305. et 307.* Amaya *lib. 3. observation. cap. 4. num. 43.* Molina *de iustitia, tomo. 4. disputatione 33. membro 3.* vbi etiam de irregularitate latissimè, *& membro 4.* vbi de retinhabitione homicidij alterius nomine commissi, & latissime Farinacius *quæstione 135. ex nmm. 1.* vbi plurimos refert amplians, & limitans dictam resolutionem, & quid si ipse mãdatarius occidatur? *et consilio 4. ex 102. et 104.* eum vide, & Couarubiam *in clementina si furiosus 2. parte §. 2. ex num. 8.*

De restitutione autem damnorum quo ordine facienda sit per mandatem, & mandatarium, vide Iessium *de iustitia, lib. 2. cap. 13. dubitatione 52. num. 42. et 44.* Molinam *de iustitia tomo 3. disputatione 737. num. 3.* vbi bene explicat, & Trullench. *in decalogum, lib. 6. cap. 28. dubio 1. num. 6.* & alios sup. relatos qui docẽt primo teneri mandatem.

Ad numerum 40. ibi: *Adde tamẽ, &c.* 41

Mandãtem ad nihilum teneri si reuocauit mãdatum siue expresse siue tacite facta pace cum inimico, dummodo hoc perueniat in notitiam mãdatarij, vt hic resoluitur, docent Menochius *de arbitrarijs casu 352. num. 7.* Plaza *in epitome delictorũ lib. 1. cap. 15. num. 7.* Decianus *lib. 9. cap. 36. num. 32.* Carrerius *in practica 3. tractatu de homicidio, §. circa tertium decausis excusantibus mandantem, ex num. 17.* Molina *de iustitia, tomo 4. disputatione 33. membro 3. num. 4.* Egidius Trullench. *in decalogum lib. 6. cap. 28. dubio 1. num. 16* vbi congerit modos reuocationis mandati & late Farinacius *quæstione 135. parte 5. ex n. 174.* vbi *num. 176.* addit, quod mandatum censetur reuocatum ex superuenien-

nescente inimicitia cum mandatario, & n. 182. tradit, & aduertit, quod si mandans fuit negligens in non reuocando mandatario reuocationem mandati, quam fecerat, non incurrit excommunicationem, in casibus in quibus ea est stabilita, & ex eadem ratione infert in quolibet delicto nō esse imponendam pœnam ordinariā delicti, & mandati post reuocationem, quamuis non fuerit intimata, quia defectus intimationis solum continet culpam, quæ non sufficit ad incurrendam pœnam ordinariam, cum ad hanc requiratur dolus, vt constat ex superioribus: de quo quantum ad excommunicationem attinet, vide Sayrum *in tractatu de censuris, lib.* 3. *cap.* 26. *nu.* 23. Egidium Trullench *in decalog. lib.* 7. *cap.* 13. *dub.* 2. *n.* 2. vide etiam Pachinæum *lib.* 1. *controuersiar. cap.* 36. vbi de mandato ad vulnerandum, & quid si mandatarius occidat.

42 Ad num. 41. ibi: *Item adde quod si mandatum.*

Si mandatum non habuit effectum quod nulla pœna sit imponenda præterquam si delictum mandatum esset atrox, vt hic resoluitur, docent Azeuedus *in l.* 3 *tit.* 2 *lib.* 1 *Recopilation. n.* 28 & alij communiter, cum obligatio non oriatur ex mandato, sed ex delicto subsequto ex Claro *in* §. *final. quæstione* 83. *nu.* 4. Molina *de iustit. tom.* 4. *disput.* 33. *memb.* 3 *n.* 3. vbi bene declarat, & alijs adductis à Farinacio *in quæst.* 135. *num.* 8. ex quibus infert cum alijs multis, & nostro Gomezio supra *nu.* 39. quod locus delicti, & non locus mandati debet considerari ad punitionem, & quod tempus ad accusandum à die commissi delicti currit, & non à die mandati, & leges habilitæ tempore delicti, & non tempore mandati, sunt considerandæ, & alia: & in specie supradictam resolutionem comprobant Carrerius *in practica in tertio tractatu de homicidio,* §. *circa tertium de causis excusantibus mandantem. nu.* 24. & 26. Plaza *in epitome delictor. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 4. Menochius *de arbitrar. cas.* 352. *n.* 9. & plures referens Farinacius *quæstion.* 124. *num.* 90. *& sequentibus, vbi num.* 93. ampliat dictam resolutionem in mandatario qui non punitur ex sola susceptione mandati, delicto non secuto, *& num.* 95. limitat præterquā si ex voluntatum habeat mandatum pro delicto perfecto.

Quæ autem delicta dicantur grauia quæ atrocia, quæ leuia, vide Doctores *in l. prætor,* §. *prætor. ff de iurijs. & in cap. sedes de rescriptis, & in cap. at si clerici de iudic.* Clarum *in practica* §. 1. versi *Sunt etiam,* Menochium *de arbitrar. cas.* 266. Farinacium latissimè *quæstion.* 18. *ex nu* 61. vbi materiam explicat per conclusiones.

Ad num. 42. ibi; *Et resolutiue dico,* 43 *&c.*

In illicitis mandatum non excusat mandatarium non subiectum mandanti: in prohibitis non simpliciter, sed mandanti vt ædificare in alieno, & similia facere, si mandatarius bona fide operetur, excusatur: sed si mandatur aliquid prohibitum, & mandatarius est persona subiecta mandanti, vt filius seruus, vxor, famulus, pupillus, vel adultus, qui subest potestati tutoris seu curatoris, mandatum exequēs excusatur à pœna ordinaria, nō ab extraordinaria, in leuibus vero bene excusatur, ita resoluit Gomezius in præsenti, & docent latissimè, Carrerius *in practica in 2. tractat. de homicidio,* § *sequitur exquibus causis excusetur mandatarius, ex nu.* 1. Plaza *in epitome delictor. cap.* 15 *ex num.* 23. Bossius *in tit. de mandat. ad homicidium, num* 12. Clarus *in* §. *finali, quæst.* 60. *n.* 12. Menochius *de arbitrar. cas.* 354. *n.* 35. *et sequent. et casu* 343. *num.* 11. *et casu*

caſ. 194. *n.* 15. Tiraq. *de panis tẽper. caſ.* 12. Salgad. *de retent. Bullar. 1. parte cap.* 3. *num.* 21. vbi plures refert ad illam quæſtionem, an ſit obediendum in illicitis vel iniuſtis? Tuſchus *lit. L. concluſione* 2. vbi de laboratoribus operantibus in alieno de mandato alterius bona fide, de quo etiã Afflictis *deciſione* 217. Iterum Menochius *de retinenda remedio* 3. *num.* 314. Barboſa alios referẽs *in collecta cap.* 2. *de ordine cognitionum num.* 7. vbi quod ſi ſcienter laborauerint in re aliena turbare dicuntur, *& in cap.* 15. *de reſtitut. ſpoliator.* vbi quando præſumatur mandatum in ſeruo famulo, & ceterum Tuſchus *lib. M. concluſione* 70. *per totam*, Molina *de iuſtitia tom.* 4. *diſputione* 33. *membro* 3. late explicans, & vt in vno multos tibi referam, videas omnino Farinacium *quæſtion.* 97. *per totam.* vbi de mandato Principis, iudicis, ſuperioris, patris, mariti, domini, & cætera omnia ad hanc materiam per ineptia nullat per caſus, eum omnino videas, *& numer.* 131. *& ſequentibus, vſq; ad* 140. vbi de laboratoribus operantibus de mandato alterius in alieno fundo, *& quæſt.* 91. *num.* 6.

44 Ad nu. 43. ibi: *Item adde quod nec dum mandator, &c.*

Qui perſuader, vel conſulit delictũ quod teneatur ſequto effectu, vt hic reſoluitur, docent late explicantes Bo sius *in practica in tit. de mand. dato ad homicidium num.* 59. Boerius *deciſione* 262. *numer.* 3. Bernardus Diaz *in regula* 175. Pichardus *in* §. *ſed eadem*, inſtituta *de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur, & in* § *non ſolum*, inſtituta *de iniurijs*, Tuſchus *lit. C. concluſione* 762. Molina *de iuſtitia tom.* 4. *diſputation.* 33. *mẽbro* 2. vbi optime diſtinguit, & declarat quando ex conſilio incurratur irregularitas? Leſsius *de iuſtit. lib.* 2. *cap.* 13. *et dubitation.* 2. *circa finem. ex nu.* 15. & alios referens, & optime declarans Egidius Trullench. *in decal. legum, lib.* 7. *cap.* 13. *dub.* 2. §. 1. & ante omnes Farinacius *quæſt.* 129. *ex n.* 1. *vſq. ad nume.* 22. vbi declarat quibus modis dicatur dari conſilium, *et num.* 23. *vſq; ad num.* 106. vbi de pœna conſulentis, & quando incurratur, *& nu.* 107. *vſq; ad* 154. vbi de conſulente aliàs facturo, quem allegare ſufficiebat quia fuiſſimè materiam pertractat, vide etiam Azeuedum *in l.* 2. *tit.* 13. *lib.* 8. *num.* 22. vbi de laudante maleficium committendum, Dianam *reſol.* 64. *tractatu* 4. *tom.* 5. vbi de reſtitutione ſi non certiorauit offendẽdum, Sayrum *de cenſuris, lib.* 7. *capit.* 3. *per totum*, & iterum Farinacium *conſil.* 104. *in additione literæ* A, Gratianum *regul.* 224.

Ad num. 44. ibi: *Adde tamen quod licet, &c.*

Licet mandans reuocatione intimata mãdatario excuſetur, conſulẽs tamen reuõcato conſilio non excuſatur, ſed debet impedire effectum, vel denuntiare ei incuius perſona cõmittendum erat delictum, ita Gomezius in præſenti, & docent late explicantes, Carrerius *in practic. in* 3. *tract. de homicidio*, § *circa quartũ primo excuſatur conſulens ex n.* 3. Menoc. *de arbitr. caſ.* 351. *n.* 8. Boſſ. *in tit. de mand. ad homic. n.* 59. Baiard ad Clar. *q.* 88. *nu.* 4. Plaza *in epitom. delict. lib.* 1. *cap.* 17. *nu.* 9. Molina *de iuſtit. tom.* 4. *diſputat.* 33. *memb.* 2. *n.* 8. *vbi n.* 9. quid ſi aliquis conſilium dedit, nec tunc perſuadere potuit, poſtea tamen is, cui datum eſt conſilium, eo permortus delictum committat an teneatur? & ait teneri in defectum executoris cõtra Carrer. Leſsius etia *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 13. *dubitat.* 3. *ex num.* 15. vbi etiam de irregularitate, & bene explicans Egidius Trull. *in decalogum, lib.* 7. *cap.* 13. *dubio* 2. §. 1. *numer.* 3. & optime

Farinacius *quæstione* 129. *ex num.* 90. *vbi num.* 91. ampliat sufficere tacitã reuocationem per pacem, vel parentelam contratam cum inimico, & *nu.* 92. explicat cum Gomezio, & alijs quod requiritur, vt consulens non puniatur, quod sit certus quod alter nõ committet delictum, & si non sit certus, debet denuntiare illi in cuius necem consilium præbuit, non tamen declarare personam per quam committendum erat delictum, ex Bayardo ad Clarum *dicta quæstione* 88. *nu.* 4. & alijs, contra asserentes requiri quod nominetur persona Sayrus *in claui Regia lib.* 10. *tractatu* 2. *cap.* 8. *num.* 8. & in tractatu de censuris *omni no videndus lib.* 7. *cap.* 3. per totum, vbi de consilio ad homicidium, & quando ex eo incurratur irregularitas? Suarez *eo dem tractatu de censuris disputatione* 44. *sectione* 3. *ex num* 10. quem etiam omnino videas, & iterum Farinacius *consil.* 102. *lit. H.* & Dianam *tomo* 5. *tract.* 4. *resoluit* 64. vbi quid si non certiorauit offendendum.

46 Ad numerum 45. ibi: *Sed tacite, & per coniecturas, &c.*

Et mandato tacito (vt si aliquis accipiat iniuriam, vel præcedente rixa cum alio dixit seruo, famulo, vel amico vade, & non reuertaris donec aliquid noui sentiam in hoc casu) quod quis teneatur, licet non pœna ordinaria, nec in plus, quam poterat, iniuria vel offensa accepta per tacitè mandantem, vt hic resoluitur, docent Carrerius *in* 3. *tractatu de homicidio* §. *circa secundum videlicet de mandante num.* 4. Bossius *tit. de mãdato ad homicidium ex num.* 48. Antonius Gabriel, *lib.* 7. *conclusione* 2. *nu.* 45. Plaza *in epit. delict. li.* 1. *c.* 14. *n.* 5. & *c.* 15. *n.* 4. Clar. *in* § *fin. q.* 89. versic. *Sed hic incidenter quæro* Gratia. *reg.* 307. Zeual. *q.* 642. *n.* 3. & late, & optimè explicans Farin. *q.* 40. *n.* 15. & *q.* 134. *ex n.* 41. *vbi n.* 50. & 51. quod dãs tale mandatum præsumptum tãum tenetur pro offensa facta a mandatario quatenus correspondet iniuriæ sibi illatæ. & hoc bene declarat. & *n.* 56. & *sequent.* late agit de secreta alloquutione ad aures. & quod ex ea præsumitur mandatum & procedi possit ad torturã. cum vide ib. & *n.* 67. & *sequentibus* vbi de pluribus modis mãdati præsumpti. vt è filio, seruo famulo consanguineo, seu amico occidente inimicum patris domini consanguinei amici. & c. vide etiam eum *in consil.* 60. *in addit. ne lit. L.* & *consil.* 61. *n.* 71. & *cõsil* 82 & alios referentem D Larream *decisione* 55. *n.* 21. & Negueriol. *allegatione* 12. *ex num.* 165.

Ad nu. 46. ibi: *Itẽ etiam a de &c.* 47

Quod mandatũ præsumatur. ex secreta alloquutione ad aures post rixã vide dicta supra *n. præcedenti.* & Farinac ũ *cõsil.* 100. *n.* 37. & *cons.* 102. *n.* 34.

Ad numerum 47. ibi: *In quo breuiter dico quod non tenetur &c.* 48

Quod si aliquis habuit rixam cum aliquo, & postea consanguinei famuli vel amici occiderunt illum, non teneatur, nisi hoc sciuit, & potes prohibere non prohibuit, vt hic resoluitur docet, Plaza *in epitome delict. c.* 14. *n.* 2. *lib.* 1. late Menoch. *de præsumpt. li.* 5. *præsump.* 27. *ex n.* 1. & de arrestari. *casu* 471. Decian. *lib.* 9. *c.* 34. *n.* 23. Mascard. *de probationib. concl.* 1003. *n.* 36. & *concl.* 1012. *n.* 2. & *concl.* 1300. *ex n.* 1. Barb. *in collect. c.* 17. *de homicid. n.* 4. & *in c.* 33. *de simon. et in c. cõstitutis de restib. n.* 3. & bene declarãs Molin. *de iustitia tomo* 4. *disputatione* 33. *mẽbro* 3. *num* 10. vbi quod nec irregularitatem incurrit, & latissimè explicans Farinacius *quæstione* 134. *ex n.* 67. vbi ampliat limitat, & declarat iterum Barbosa *in collectanea cap.* 15. *de restitutione spoliatorum num.* 2. & *seq.* post Bernardum Diaz *in regula*

gula 183. & alios, vide late Gutierrez *lib. 2. canonicarum cap. 6. ex num. 7.*

Circa irregularitatem autem in hoc casu aduertit Barbosa cum alijs *in collectanea cap. 17. de homicidio*, non conferi homicidam nec irregularem illum cuius occasione, eo tamē prohibente, & causam non dante homicidium committitur ab amicis seu consanguineis, irregularitatem tamen incurrere, qui dedit causam rixæ, si eius amici, famuli, vel cōsanguinei alterum cum eo pugnantem occiderunt, etiam præter eius voluntatē & contra eius prohibitionem ex Covarrubias *in clementina si furiosus 2. parte §. 2. nu. 8.* ex alijs ibi relatis vide Gutierrez *supra.*

49 Ad numerum 48. ibi: *In quo articulo resolutiue dico, &c.*

Auxilium præstans ante delictum eadem pœna puniri debet ac delinquens: ita resoluit Gomezius, & docent Plaza *in epitomē delictorum lib. 1. cap. 16. num. 2.* Clarus *in practica §. finali quæstione 90 num. 1. in fine* Menochius *de arbitrar. casu 349. ex nu. 1.* Mascardus *de probationibus conclusione 159. num. 26.* & hanc explicans Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 33. membro 5. ex num. 4.* Barbosa *in collectanea cap sicut dignum de homicidio n. 14.* Couar. *in clemētina si furiosus parte 2. §. 2. ex num 2.* Sayrus *de censuris lib. 7. cap. 4. num. 9.* vbi de irregularitate: Egidius Trullenc. *in decalogum lib. 7. cap 13. dubio 1. n. 4.* & Farinac. latissimè amplians limitans, & declarans *in q. 130. ex num. 1.* vbi *nu. 7.* limitat dictam resolutionē vt procedat quando sciens arma, ferramenta, equm, vel alia commodauerit, *& num. 49. & sequentibus* declarat quādo dicatur datum auxiliū, per actum remotum vel proximum, cum omnino videas, Pradilla *de lege pœnali, 2. parte cap. 28. &* 29.

50 Ad numerum 49. ibi: *Quando quis præstat auxilium in ipsomet delicto, &c.*

Auxilium præstantem in ipso delicto tanquam principalem puniri pœna ordinaria, vt hic resolutur, docent Plaza *in epitomē delictorum lib. 1. cap. 17. num. 20.* Clarus *in §. finali quæstione 90. ex num. 1.* Menochius *de arbitrarijs casu 249. num. 7.* Mascardus *de probationibus conclus. 159. nu. 18.* Molina *de iustitia tomo 4. disputatione 33 membro 7.* vbi etiam de irregularitate optimè Sayrus *in tractatu de censuris lib. 7. cap. 4. nu. 9.* vbi ait quod qui tradit gladiū alicui sciēs occisurum alium erit irregularis, secus autem si nesciat etiam si occidat, quia tunc intelligitur causa remota; Suarez *de censuris disputatione 44. sectione 3. ex num. 31.* Barbosa *in collectanea cap. sicut dignum de homicidio num. 14.* & latissime explicans Farin. *quæstione 131. ex num. 1.* vbi ampliat limitat & declarat, *& in dicto num. 1.* cum alijs ait quod quando auxilium fuit præstitum accedente consensu, vel scientia ipsius auxiliatoris, ipse auxiliator punitur eadem pœna, qua principalis *& num. 8.* ampliat etiam si auxilium præstetur verbis licet nō facto, & quid si auxilium præsteturei, qui alias erat facturus? disputat late ipse Farinacius *quæstione 129. ex num. 125.* vide eum quia fusissimè explicat præsentem resolutionem, *per totam dictam quæstionem 131.* vbi etiam *num. 28.* de eo qui casu aut ignoranter astitit rixæ nullo præcedente tractatu.

Ibi: *Aduertendum tamen, &c. & ibi vnde dico, &c. teneo, &c.*

Eadē pœna puniendū auxiliatorē & principalem, quādo auxilium præstitit per actum proximum, secus si per actum remotum, explicant late Plaza *in epitomē delictorum lib. 1. ca. 16. num. 2.* Clarus *in §. fin. quæstione 90.* Menoch. *de arbitrarijs casu 349.*

ex num. 5. Mascardus *conclusione* 59. *num.* 19. sed pro contraria opinione imo quod non sit distinguendum an actus fuerit proximus vel remotus, sed an fuerit causa homicidij vel nō vel influat in illud? plures refert Farinacius eos sequens *quæstione* 130. *nu.* 48. vbi numeris sequentibus late explicat, & concludit, quod tunc dem num auxilians tenetur eadem pœna qua principalis, quando cum auxilio dedit causam delicto, vel quando sine auxilio, quis non potuisset committere delictum eum vide.

Ad numerum 50. ibi, quando quis
51 præstat opem vel auxilium post delictum commissum, &c.

Et ibi pulchrum tamen dubium est &c.

Quod auxilium præstans post delictum commissum vel receptans delinquentem scienter, tenetur, licet non pœna ordinaria sed mitiori, & extraordinaria, præter quam si præcesserit tractatus, & promissio illius auxilij, quia tunc eadem pœna punitur ita resoluit Gomezius hic, & docent late Clarus *in* §. *finali quæstione* 90. *ex num* 2. Menochius *de arbitrarijs, casu* 348. & 349. *num.* 21. Mascardus *de probationibus conclusione* 159. *nu.* 23. Carrerius *in practica* 3. *tractatu de homicidio* §. *post vero maleficium ex num.* 1. Auendañus *cap.* 7. *prator* 2. *parte num.* 10. Plaza *in epitomé delictorum lib.* 1. *cap.* 16. *num.* 5. Bayardus ad Clarum *dicta quæstione* 90. *num.* 52 qui omnes etiam agunt de receptatoribus, & præter eos Gregorius *in l.* 18. *tit.* 14. *partita* 7. *glossa* 13. & 14. Auendañus *in capitibus prætorum* 2. *parte dicto cap.* 7. Bossius *in practica cap. de rapinis ex nu.* 15. Auiles *ca.* 1. *prætorum* verbo: *Derechamente n.* 10. & *ca.* 27. verbo: *Fortalezas & ca.* 44. verbo: *Amistad*, Surd. *de alimen. tit.* 8. *privileg.* 78. & 90. Gutier. *consil.* 36 *ex n.* 23. Bobadil. *in Politi. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 13. Pichar. *in manuduction.* 3. *par.* §. 4. *n.* 109. Pradil. *de lege pœnali.* 2 *par. c.* 18. & *vide conclusionem* 59. post opera Roderici Suarez, & Farinacius *to.* 1. *q.* 30. *ex num.* 98. & *q.* 112. *ex n.* 92. & *q.* 113. *ex num.* 259. & *q.* 133. per totā qui latissimè omnes difficultates pro sequitur, vbi *n.* 1. *in dicta q.* 133. plures Doctores congerit asserentes eadem pœna puniri receptatorē, & *n.* 4. eos componit cum cōtrarijs, & *n.* 32. & sequentibus late agit de cōsanguineo seu amico receptante, & *num.* 75 & subsequentibus, de receptante fures & latrones eum vide ibi. & *in consil.* 37. *n.* 15. *vide etiam* Scacciam *de iudicijs lib.* 2. *cap.* 9. *nu.* 101. & *seq.*

Ad numerum 51. ibi: *In quo notabi-* 52
li articulo. &c.

Homicidam non posse succedere occisso ex testamento nec ab intestato, & quod hereditas applicatur fisco præter quam si tantum vulnerauit, & tempus ad fuit mutandi testamentū vel faciendi de nouo, quia tunc non priuatur hereditate, ita Gomezius in præsenti, & docent Plaza *in epitomé delict. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 22. Clarus *in* §. *homicidium num.* 17. Decianus *lib.* 2. *cap.* 16. *ex num.* 26. Caldas *in l. sicuratorem* §. *sua facilitate ex num.* 16. Molina *de iustitia to.* 1. *disputat.* 178. & alij plures in vnum congesti a Farinacio *quæstione* 123. *num.* 268. & *quæstione* 120. *ex num.* 23. *vbi num.* 36. cum communi docet quod hoc casu non priuatur hereditate homicida ipso iure, sed hereditas potest ab eo auferri per fiscum, & ante quā fiscus auferat, ipse est heres, & potest cum effectu actiones hereditarias exercere, *et n.* 45 quod fiscus aufert hanc hereditatem etiam in præiudicium filiorum ipsius homicidæ *et n.* 46. idem asserit in occidente illum, quo moriente occisor fuit substitutus, *et n.* 25. agit de marito occidente vxorem vel è cōtra *et n.* 33. ampliat, dictam resolutione

vt

vt non ſolum non poſsit ſuccedere occiſſo ſed etiam nec eius heredi, cum vide ibi,& in fragmentis verbo *fiſcus* vbi bene diſtinguit materiam indigni heredis, & de occidente graduatum fideicommiſſo quod non ſuccedat ei,late Fuſſarius *de ſubſtitutionibus in tractatu de fideicommiſſis queſtione* 317.*nnm.* 18. & de homicida quod non ſuccedat occiſſo, late Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus*, §. *finali*. ff. ſoluto matrimonio Matienzo *in l.* 11. *tit.* 8. *lib.* 5. *gloſſa* 3 *num.* 10. & Noguerol *allegatione* 12. *quaſi per totam* Cancerius *variar.* 1. *parte cap.* 6. *nu.* 2. vbi de marito occidente vxorem, *& num.* 5. *& ſeq.* vbi alia: iterum noter Gomezius *in l.* 80. *Tauri ex num.* 64. & nouiſsimè alios plures referēs Thomas Sanchez *in conſilijs Moralibus, lib.* 4. *cap.* 1. *dubio* 38. *num.* 5. *&* 6. vbi quod hereditas hoc caſu non amittitur ipſo iure, ſed per ſententiam venit amittenda, nec anteaneri eam reſtituere, *& in dubio* 39. late diſputat an ſucceſſor in maioratu occidens eius poſſeſſorē, illud amittat poſt Molinam *de primogenijs lib* 1. *cap.* 9. & noſtrum Gomezium *in l.* 40. *Tauri*, & Cancer. 1. *parte cap.* 6. *nu.* 7. Quid item in legatis dicendū ſit diſputat ipſe Thomas Sanchez *dicto dubio* 38. *ex num.* 7. & vide quæ diximus ſupra *tom.* 1. *cap.* 10. *in additione ad numerum*, 30.

Ibi: *Addetamen quod ſi eſſent alij coheredes, &c.*

Ius accreſcēdi in hoc caſu an impediatur per fiſcum? vide notata ſupra, *to.* 1. *c.* 10. *in notatis ad numer.* 30. & Pichard *in* §. *ſi eadem res inſtit. de legatis, ex n.* 58. & vide Farin. *dicta q.* 120 *ex n.* 41. vbi laudat noſtrū Gomez. cōtra alios, & Cācer. *vari.* 1. *p. c.* 6. *n.* 8.

53 Ad nu. 52. ibi: *Et breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Homicidā nec immediate, nec mediate poſſe ſuccedere occiſſo, & ſic ſi maritus occidat vxorē ſine cauſa, cui filius ſuccedit, ſi poſtea filius decedat quod nō poſsit ei pater heres eſſe, & ſimiliter ob eandē rationem, ſi patri acquiri debet vſusfructus vel alia cōmoditas nō poterit filius matri occiſſæ ſuccedere, niſi ſit emācipatus, vel pater renūtiet vsūfructū, ita reſoluit Gomez. *hoc numero*: & tenēt Plaza *in epitome delict. li.* 1. *c.* 20. *n.* 23. Pereg. *de iure fiſcali lib.* 2. *tit.* 3 *n.* 4. Bayardus ad Clarū §. *homicid. n.* 58. Menochius *conſil.* 557. *ex n.* 16. late, & alij plures adducti a Farin. *q.* 120 *n.* 33. *&* 48. vbi laudat noſtrum Gomez. hic *& q.* 129. *n.* 95. Gratianus *regula* 208. *num.* 5. Caldas verb. *Sua facilitate nu.* 20. Molina *de iuſtit. to.* 1. *diſput.* 178. *nu.* 3. *vbi num.* 4. ait contra Gomez. delictū patris impedimēto non eſſe filio vt ſuccedat matri, quamuis ſit filius familias, etenim eo euentu vſusfructus in bonis matris, non ad patrem, cum indignus ſit, ſed ad filium pertinebit, abſq; eo quod pater renuntiet talem vſumfructum, quod etiam approbare videtur Barboſa *in l. ſi ab hoſtibus ff ſoluto matrimonio* §. *finali ex num.* 23. omnino videndus.

Item de marito occidente vxorem adulteram vide Farinaeium *dicta queſtione* 120. *ex num.* 57. Barboſam *in dicta l. ſi. ab hoſtibus* §. *fin. ff. ſoluto matrimonio, ex num.* 41. Clarum §. *homicidium*, *verſiculo privatur etiam*, Couarrubias *in* 4. *decretalium* 2. *parte cap.* 7. §. 7. *nu.* 7. & Patr. Thomam Sanchez *in conſilijs Moral. lib.* 4. *cap.* 1. *dubio* 38. *num.* 16. Caldas *in l. ſi curatorem* §. *ſua facilitate ex nu.* 11. Pichardum *in* § *fuerat inſt. de action. n.* 56. Gutier. *li.* 2. *canonic. ca.* 6. *n.* 40.

Ad numerum 53. ibi: *In quo articulo breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Quod heres teneatur vindicare necēdefūctiper viā iuris intra quinquiēnium a die occiſsionis cognitæ, aliàs prīuetur hereditate, & applicetur fiſco

prærer quam fi fit minor, vel filius occiſſoris, vel careat probatione, vel ignoret mortem violentam, vel aquo fuerit illata, reſoluit Comezius hic, & docent late explicantes Boſsius *in practica tit. de his quibus vt indignis* Caneerius *variarum 2. parte cap. 11. num 90. & 1. parte cap. 6. num. 12.* Plaza *in epitome delictorum cap. 39. num. 23. & ſequentibus* Clarus *in practica §. fin. quaſtione 60* & eos referens, & laudans noſtrum Gomezium Farinacius *quæſtione 13. ex num. 7. vbi num. 9.* addit quod hæc pæna receſsit ab vſu, & infrágmẽtis verbo: *Fiſcus ex num. 47.* Tuſchus *lit. F. concluſione 394. ex num. 33.* & bene explicans Molina *de iuſtitia tomo 1. diſputatione 179. ex num. 5.* Azeuedus *in l. 11. tit. 8. lib. 5. Recopilationis* vbi reſolutio Gomezij ſtabilitur cum ſuis limitationibus, & addit fœminas excuſari a prædicta pæna, & ibi Matienzo late comprobans, Caſtillo *de vſufructu cap. 40. num. 4.* vbi quod hæc pæna non eſt in vſu, Morquecho *in tractatu de diuiſione bonorum lib. 1. cap. 10. num. 15.* vbi quod hæc pæna receſsit ab aula *& in cap. 6. lib. 3. num. 93.* & vide Nouiſsimè Narbonam *de ætate anno 25. q. 44. vbi de minore, & quæſtione, 41*

55 Ad numerum 54. ibi: *In quo breuiter, & reſolutiue dico, &c.*

Quod in homicidio vel quolibet alio delicto in quo venit imponẽda pæna corporalis licita ſit tranſactio propretio vel abſq; eo, vt hic reſoluitur, docent latiſsimè explicantes Corraſsius *lib. 2. miſcelaneor. cap. 1.* Connanus *commentariorum lib. 5. ca. 7.* Reuardus *variar. lib. 4. cap. 6.* Plaza *lib. 1. delictor. cap. 39. num. 3.* Clarus *§. finali quaſtione 58. ex num. 5.* Fachinæus *lib. 1. controuerſiarum cap. 8. & 9.* Morla *in emporio, 1. parte tit. 4. de tranſactionibus in præmiſſis num. 47. & tit. 12. quæſtione 9. num. 7.* Barboſa *in l. 2. ff ſoluto matrim. in principio ex num. 104.* Mantica *de tacitis conuentionibus lib. 26. tit. 8. ex num. 23.* Molina *de iuſtitia tom. 4. diſputatione 45. & 46.* & latiſsimè quamplurimos referens Caſtillo *in tractatu de vſufruct. c. 40. per totum.* Cancres caſus declarans videndus omnino, Pallad. *different. 51. §. 2.* Menoch. *caſ. 419. n. 53.* Oſualdus ad Denel. *lib. 18. cap. 8. notatis lit. Q Q.* Villadiego *in Politica cap. 3. ex num. 183.* Thomas Sanchez *in conſilijs Moralibus lib. 6. cap. 4. dubio 1.* vbi quod tuta cõſcientia poſsit peti, & concedi hæc remiſſio, Farinacius latiſsimè *quæſtione 13.* vbi qui præferantur in accuſatione & remiſsione, *& quæſtione 14.* vbi qui poſsint eam concedere? *& quæſtione 15.* vbi de pace habita a minore, ſeu eius tutore, & curatore (de quo etiam late Gutierrez *de tutelis, & curis 2. parte cap. 1. ex num. 69. & cap. 6. num. 23. & cap. 7. per totum* Viuius *in communibus verbo pacem*, & Ioannes Matienzo Iunior, *in repetitione l. 1. ff. de minoribus num. 189.* & Barboſa, *in l. 22. Co. de pactis*) Lara *de anniuerſar. & capellan. lib. 1. cap. 13.* vbi qui præferãtur in pace concedẽda? & alia, & quod vxor ſecũdo nubẽs nõ tenetur reſtituere vel reſeruare filijs primi matrimonij quod accepit ex dicta remiſſione licet poſt cõtractũ ſecũdum matrimonium non poſsit illam concedere, & an aliqua pars ſit expendenda pro anima? late etiam materiam explicat Barboſa *in collectanea, ad textum in l. tranſigere Cod. de tranſactionibus vbi num. 8.* declarat ſuper quibus criminibus tranſigi poteſt, Suarez *alleg. 23. ex n. 22.* Bolan. *in Cur. Phil. §. acuſador, nu. 5. & §. acuſado nu. 10.* vbi quod ſpurius eſt capax accuſationis, & remiſsionis, de quo etiam Farinacius *ſupra*, Azeuedus *l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. ex num. 130.* Gutier. *in authẽt. Sacramẽta puber. n. 137.* Parl.

diffe-

differentia 51. §. 2. *nu.* 8. Amaya *lib.* 1 *obſeruationum cap.* 6 *nu.* 35. iterum Farinacius *quæſt.* 5. *nu.* 11. *& ſeq.* vbi de conditione non habitandi in loco & alijs apponi ſolitis (de quo etiam Amaya ſupra, & Cancerius 2. *parte, cap.* 11. *nu.* 94.) *& quæſt.* 107. *num.* 262 Tuſchus verb. *Pax*, & an profit pax habita à filijs pro occiſsione matris commiſſa per patrem? Clarus *dicta quæſt.* 58. & exacquiſitis ob hanc trãſactionem filius vel alius non tenetur ſoluere creditoribus hæreditarijs, vel reſtituere aliquid, Lara ſupra *dict. cap.* 13. & an minor reſtituatur aduerſus pacem factam? Gratianus *diſceptation. cap.* 518. late, Didacus Gomez Bayo *quæſt.* 91. vbi quod mater præfertur filijs in accuſando, & remittendo, nec tenetur reſeruare filijs quod accepit, & de monacho vel patre eius aut filio interfecto, ad quem pertineat pacẽ facere? Thomas Sanchez *de religione lib.* 6. *c.* 12. *ex num.* 33. vide etiam Noguerol *allegat.* 24. *ex num.* 141. vbi quod tranſactio licite facta delicti confeſsionem non inducit, Cancer. *variar.* 2. *part. cap.* 11. *ex n.* 62.

56 Ad num. 55. ibi: *Non valet nec prodeſt tranſactio, &c.*

Et ad num. 56. ibi: *Hodie tamen in iſto Regnõ.*

Et ibi: *Tamen interim antequam, &c.*

De iure communi, & Regio partitarum non obſtãte concordia & tranſactione poſſe alium conſanguineũ, vel extrãneum, vel ipſum iudicem procedere, & punire eum pœna ordinaria, ſed in praxi hoc non eſſe obſeruandũ reſoluit Gomezius his duobus numeris, & ita tenent alij relati per Couarrubiam *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *ex num* 5. & per Padillam *in dict. l. tranſigere, Cod. de tranſactionibus, ex num* 50. ſed contrarium imo quod ſtante *l.* 22. *tit.* 1. *partita* 7. nec ad inſtantiam alterius accuſatoris nec iudicis officio pœna corporalis poſsit apponi poſt concordiam, ſeu tranſactionem legitime factã, probant Gregorius *in dicta l.* 22. & alij relati, & ſequti à Padilla ſupra *dicta leg. tranſigere*, & Molina *de iuſtitia, tom.* 4. *diſputat.* 47. *n.* 8. qui aſſerit eum eſſe ſenſum prædictæ legis, eum vide, & Auendañum *cap.* 16. *prætor.* 2. *parte, ex num.* 20. Zeuallos *quæſtione* 77. *num.* 4.

Ad num. 57. ibi: *Aduertendum tamen, &c.* 58

Deciſsionem dictæ legis 22. *tit.* 1. *partit.* 7. non procedere in accuſatore extraneo remittente, vt hic reſoluitur docent fere omnes ſupra allegati in additione ad numerum 54. & maxime Molina *de iuſtitia, tom.* 4. *diſputat.* 47. *num.* 8. & alios referens Farinacius *quæſt.* 14. *ex num* 19. *cum ſequẽtibus*, vbi quod pacem facere pertinet ad conſanguineos, & hæredes, & quo ordine, de quo etiam infra, vide Larream *deciſsione Granat.* 27. *num.* 9, Cancerium *variar.* 2. *part. cap.* 11. *nu.* 62. *& ſeq.*

Ad num. 58. ibi: *Quando delictum* 59 *principaliter, &c.*

Diſpoſitionem dictæ legis 22. non procedere in delictis in rem cõmiſsis ſed in perſonam hic reſoluitur: ſed vide, Padillam *in l. tranſigere, Codic. de tranſactionibus, num.* 34. Clarum *quæſt.* 58. *num.* 6 & 10. & etiam vide Barboſam *in collectanea ad l. tranſigere, Cod. de tranſactionibus, num.* 13. *& ſequentib.* vbi declarat, & Molinam *de iuſtit. tom.* 4. *diſput.* 46. *num.* 1. & *diſputat.* 47. *num*, 7. Gregorium *in l.* 4. *tit.* 28. *partit.* 7. vbi an concordia poſsit fieri in delicto blaſphemiæ?

Ad numer. 59. ibi: *ſi fierct p. oditorie, vel alienosè.* 60

Reum condemnandum eſſe pœna ordinaria ſi homicidium fuit commiſsum proditoriè, vel cum aliqua alia ſimili

similiqualitate non obstante pace, seu concordia, vt hic resoluitur, docent Gregorius Lopez *in dicta l. 22. tit. 1. part. 7.* Padilla *in l. transigere, Cod. de transactionib. nu. 48.* Molina *de iustit. tom. 4. disputat. 47. num. 9.* qui idem esse aiunt in quocumq; alio crimine, quod prudentis arbitrio sit adeo fœdum, ac præiudiciale vt Reipublicæ expediat non minori pœna puniri, quam capitis, vt in latrocinio commisso grassando, & similibus, ex text. *in l. 1. tit. 25. lib. 8. Recopilation. & l. 2.* ibidem, vide Mastrillum *de indulgent. general. cap. 28 per totum*, & Zeuallos *quæstione 77. num. 5.*

61 Ad num. 60. ibi: *Secus vero si iam bis vel ter, &c.*

Concordiam seu transactionem non prodesse, si iam bis vel ter simile delictum commisserat. quod fuit sibi remissum, vel transactione, seu indulgentia principis, vel ob insignē peritiam artis, vel alia simili causa, vt hic resoluitur, comprobant Clarus *in § finali, quæstione 59. nu. 9.* Menochius *de arbitrarijs, casu 293. nu. 72.* Franchis *decision. 230. num. 3. & 6.* Gutierrez *canonicarum, lib. 2. cap. 15.* Caldas *in l. curatorem, §. vel adversarij dolo, nu. 51.* Couarrub. *lib. 2. variar. cap. 10. num. 2.* Farinacius *consilio 3. num. 11. & sequent. & quæst. 22. num. 12. & quæst. 23 per totam*, Azeuedus *in l. 2. tit. 25. lib. 8. Ricop. nu. 13. & 16.* Tiraquel *in l. boues, §. hoc sermone, nu. 71.* & in specie Molina alios referens *de iustit. tom. 4. disputation 47. n. 9.* quem videas.

Et similiter venia Principis impetrata non facta mentione de iterato crimine nulla est. ex Farinacio *quæst 6. num. 49. & dicto consil. 3.* vbi late Tusch *lit. S. conclusion. 730.* & alijs congestis à Cenedo *in collectan. 34. ad decretales num. 4.* & à Barbosa *in collectanea ad l. 3. Cod. de Episcopali audientia, nu. 13.* & Molinā *de iustit. tom. 4. disput. 47. nu. 9.* versic. *Quando item, &c.*

Ad num. 61. ibi: *Sed ego resolutiue dico, & teneo, &c.* 62

Omnes consanguineos in eodem gradu existentes intra quartum, debere remittere, & pacem, & concordiam facere, vt valeat, docet Gomezius, & tenent plures relati à Farinacio *quæstion. 14. nu. 4.* & Morla *in emporio, tit. 1. quæst. 14.* vbi contrarijs satisfacit, & cum ea trasire videtur Barbosa *in collectan. l. transigere, Cod. de transact. n. 19.* ipse tamen Farinacius vbi iupra cōtrariam tuetur, imo maiorem partem suficere, plures Doctores pro ea referens, *nu. 1. & 5.* quem omnino videas, & Cancerium *variar. 2. parte, cap. 11. nu. 70.* vbi laudat nostrum Gomecium.

Ad num. 62. ibi: *Sed teneo contrarium, &c.* 63

Etiam hæredes occisi posse facere dictam transactionem, absq; metu pœnæ vt hic resoluitur, tradunt relati à Farinacio *quæst. 13. n. 7.* Molina *de iustit. tom. 4. dicta disputat. 47. num. 10.* cum enim faciant lege permittente, pœnam timere non debent, ob nō vindicatam necē defuncti, vide etiā Noguerol *allegat. 13. num. 15.* vbi quod quærela, & remissio pertineat hæredi, & non substituto post Baiardum ad Clarum *§ finali quæst. 79. n. 17.* Cancerium supra.

Ad num. 63. ibi: *Et certe articulus est difficilis, &.* 64

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Omnes hæredes debere remittere, & concordiam facere. si plures sint, vt vt hic resoluitur, docent Morla supra *dicto tit. 1. quæst. 14.* vbi contrarijs satisfacit, Plaza *in epitome delict. cap. 46. nu. 7.* vbi hanc fundat, licet eam non omnino sequatur, Clarus *quæst. 58. versicul. Frequenter sol et dubi*

dubitari, Zeuallos *quæst.77.num.1.* & alij apud Farinacium *dicta quæst.14. nu.14* ipse tamē contrarium imo maiorem partem sufficere, defendit, vide etiam Cancerium *variar.2. part. cap.11.n.69. & seq.* vbi nostrum Gomezium sequitur.

Ad num.64. ibi: *Et breuiter dico,* 65
&c.

Hæredes extraneos esse præferendos si concurrāt cum consanguineis in transactione, & pace facienda docuerunt Padilla *in l. transigere Codi. de transactionibus n.59.* & Zeuallos *quæst.77.nu.2.* Clarus *quæst.58.* vers. *Quæro nunc.* vbi subdit tutius esse ab vtrisq; pacem habere, Pichard. *in repetitione tit. ff. de legatis, cap.11.n.7.* vbi ampliat in seruo hærede qui potest remittere, & alij relati ā Castillo *de vsufructu, cap.40.nu.6.* sed contrarium defendit Farinacius *quæst.14.n. 23. & 24.* imo cōsanguineum esse præferendum, vide Molinam *de iustitia, tom.4. disp.45.n.7.* vbi laudat nostrū Gomezium.

Ad num.65, ibi: *Sed his non obstan-* 66
tibus, &c.

Fœminam prosequendo suam, vel suorum iniuriam posse accusare, & facere pacem, vt hic resoluitur, docent Plaza *in epitome delict. cap.46.nu.11, & sequent.* Diuius *communium*, verb. *Statutum disponens quod bannitus, &c.* Bossius *in pract. tit. de pace num. 8.* Clarus *quæstio 58.* vers. *Sed statuor*, & alij plures in vnum congesti à Farinacio *quæst.14. ex num.25. vbi n. 26. & 27.* probat dictam resolutionē procedere etiam si fœmina non sit hæres, sed tantum consanguinea, vel ad effectum statutum remouens fœminas dotatas à successione, & etiam si adsint cōsanguinei masculi, dummodo non sint proximiores.

Ibi: *Imo quod magis est, &c.*

Uxorem esse præferendam in accusando, & remittendo, consanguineis, & etiam filijs, probant late Plaza *in epitome dilectorum, cap.45. nu.1 & seq.* Padilla *in l. transigere Cod. de transaction. num.57.* Clarus *in § finali quæst.14. num.8.* vbi Baiardus, Boerius *decis.233.* Paz *in praxi, tom.1. p. 5. cap.3. num.14. & sequent.* Flores de Mena *libr.1. quæst.7. per totam* Zeuallos *quæst.77. in fine*, Bolan. *in Curia Philip. §. acusador, n.8.* Villadiego *in polit. cap.3. nu.150 & seq.* Lara *de anniuersarijs, lib.1. cap.13.* & alij penes ipsos, & apud Cancerium *variar.2 part cap 11. ex n.71.* vbi etiam quod si secundo nubā amittit hoc ius quamuis Farinac. *in dicta quæst. 13. num.15.* dicat se dubitare de hoc, nempe quod præferatur filijs, vbi etiam addit quod vir præferatur proprijs filijs in faciēdo pacem super morte vxoris, cum Deciano, & Ioseph Ludouico, vide etiam Castillo *in tractat. de vsufructu, ca.40.n.18.* vbi quod vxor & filij simul admittantur.

Quid autem si vir vxorem occidat quod non sufficiat remissio filij communis docet late Molina *de iustitia, tom.4. disput.45.nu.5.* Clarus *quæst. 58, n.31.*

Ad num.66. *Sed his non obstanti-* 67
bus, &c.

Minorem posse concordiam, & pacem facere quando ei competit secundum supradicta, si sit adultus cum authoritate curatoris, & si sit impubes tutor eius solus, etiam sine decreto iudicis, & spe restitutionis, vt hic resolui tur docent Clarus *in quæstione 58.* Post Padillam *in l. transigere, Cod. de transaction. nu.64.* & alij quam plurimi in vnum congesti à Farinacio *q. 15. per totam*, vbi ampliat, limitat, & declarat latissimè, & fusissimè probat decretum iudicis non requiri in præd&a remissione, nec alias solemnitates, etiam à statuto requirantur, & similiter cum multis probat *num.29.* quod hoc casu non concedatur resti-

tutio

cutio minori, & alia, *& in consil. 41. n. 4.* Fachinæus *lib. 9. controuer. ca. 43.* Azeuedus *in l. 2. tit. 10 lib. 8. Recop. n. 144.* vbi consulit quod talis remissio authoritate fiat iudicis, Barbos. *in collect. l. 22. Cod. de pactis, num. 10.* vbi laudat nostrum Gomezium inm præsenti, late Gutierrez *in tractat. de tutelis, 2. p. c. 1. ex n. 69. & c. 6. n. 23. & ca. 7. per tot. vbi n. 6.* probat decretũ iudicis requiri, *& in auth sacramenta pubervm, n. 138.* Cancerius *variar. 2. parte cap. 11. num. 11.* Fachinæus *li. 9. controuersiar. cap. 43. & 44.* Surdus *decisione 99. num. 19.* Matienzo Iunior *in repetition. l. 1. ff. de minorib. n. 190.* vbi etiam addit cum Farinacio supra quod pax à minore adulto, vel impubere doli capace facta, & iuramento confirmata authoritate curatoris non indiget, vide etiam Molinã *de iustitia, tom. 4. disputation. 45. numer. 6.* vbi quod non requiritur decretum iudicis.

68 Ad num. *67.* ibi: *sed his non obstantibus, &c.*

Spurium posse accusare, & facere concordiam, & pacem pro morte patris, vt hic resoluitur, docent, & probant Decianus *part. 1. lib. 3. cap. 5. n. num. 12.* Plaza *in epitom. delictor. lib. 2. cap. 41.* Clarus *quæst. 58.* vbi etiam addit tanquam verius etiam natos ex damnato coitu posse accusare, & remittere mortem matris, & Molina *de iustitia, tom. 4. disput. 45. num. 11.* qui alio modo vult declarare resolutionem Gomezij, & omnium latissime Farinacius *quæstion. 13. ex nu. 51. vsq; ad 75.* vbi postquam declarauit species filiorum illegitimorum, & qui dicantur spurij tandem docet, quod spurij etiam nati ex damnato coitu, & sic adulterini, vel incestuosi, vel nati ex personis, inter quas non poterat esse matrimonium, si patrem certum habent & nominant, possunt accusare, & concordiam facere, & solum excludit illos qui patrem certum nõ habent, vel cum non nominant, cum vide late materiam explicantem per nouem conclusiones.

Ad num. 68. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico, &c.* 69

Pacem factam cum vulnerato super vulnere, comprehendere etiam mortem postea sequtam, si vulnus erat mortale, & ex eo mors verisimiliter sperabatur, secus aliàs, vt hic resolutur, docent Plaza *in epitome delict. cap 12. num. 15.* Octauius Vulpel. *in tract. de pace, quæst. 21. & 22.* Clar. *quæst. 58.* & ad eum Baiardus *in quæst. 28. num 51.* vbi ampliat, quod non solum procedit quando expresse fit mẽtio de morte, sed etiam quando aliquomodo deprehendi potest, quod paciscentes mortis casum præcogitauerunt, tũc enim quamuis vulnus nõ sit mortale, præsumitur mors remissa, & latissimè explicans Farinacius *quæstion. 14. ex n. 29. vsq; ad 43.* quem videas, *vbi n. 31.* addit, quod si vulneratus non dedisset pacem expresse de morte, sed constituisset procuratorem ad eam faciendam in casu mortis, talis procurator poterit virtute mandati eam facere etiam post mortem vulnerati, nec mandatum hoc casu morte mandãtis extinguitur etiã re integra.

Ad numer. *69.* ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Ante sententiam, vel etiam post eam si sumus intra terminum ad appellandum, posse concordiam, & pacem fieri, vt hic resoluitur, docent Gregorius Lopez *in l. 22. tit. 1. part. 7.* Padilla *in l. transigere, Cod. de trãsactionibus, ex n. 40.* & fere omnes citati supra *in annotatione ad num. 54.* & Molina *de iustit. tom. 4. disput. 46. nu. 19.* vbi etiam addit quod si in absentia rei, vulgo: *En rebeldia*, lata sit sententia, ita vt reus postea comparens audiri adhuc debeat, valida erit tran-

transactio, Gutierrez *de iuramento confirmato.10.3.part.cap.4.nn.3.* vbi alia & quid si confirmetur iuramento transactio facta post sententiam quæ transiuit in rem iudicatam? vide etiam Farinacium *quæstione 56.num. 20.*

71 Ad num.70.ibi; *Sed his non obstantibus, &c.*

Etiam post sententiam, dummodo non transierit in rem iudicatam fieri posse transactionem, & etiam pendente appellatione fieri posse pace & concordiam, vt hic resoluitur, docent citati supra numero præcedenti, & Farinacius *consilio 30. num 89. lib.1.*

Item an possit iudex inducere, vel compellere partes ad concordiam? vide Thomam Sanchez *in consil.lib. 6.cap.1.dub.25.*

CAPVT QVARTVM

DE VIOLENTIA.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur de hac materia tractantes.*

2 *De violentia cum armis, & seditione.*

De auferente rem propriam, vel alienam propria authoritate ad l. si quis in tantam, Cod. vnde vi.

De auferente per vim bona aliena.

De auferente ab alio possessionem propria authoritate.

De contrahente per vim, vel metum celebrato.

De creditore qui auferet per vim sibi debitam.

In casu violentia, ea probata standum iuramento vim passi super æstimatione damnorum.

An liceat vassalis non recipere in opido, aut ciuitate dominum venientem è loco peste infecto. vel suspecto?

CAPVT IV.

MATERIAM violentiæ explicat Tiberius Decianus *2. tom. lib. 8 ex ca. 1. 16. & 18.* Menochius *de adipiscẽda, reme. 5.* Donel *lib. 15. commente. cap. 30. & seq.* Petrus Gregorius *in sintag. lib. 36. cap. 25. & sequent. & lib. 37. cap. 1. num. 14.* Duarenus *lib. 1. disp. cap. 22.* Socinus *reg. 34. 52. 292. 360. & 432.* iterum Menochius *de recuperanda, in præludijs, ex num. 37. & rem. 5. & 9.* Bernardus Dias *in reg. 779.* Couarrub. *lib. 3. variar. cap. 16 nu. 7.* Gutier. *lib. 1. pract. quæst. 77. & in canonicis, cap. 34. nu. 90.* Siluester verb. *Rapina*, Bossius *in pract. in tit. de pluribus violent.* & bene declarans Cabal. *resolut. criminal. cas. 90. & 95.* Molina *de iust. tom. 3. disputat. 682. & sequent.* vbi late Tusch. *lit. V. conclus. 214.* Gregorius Lop. *tot. tit. 10. part. 7.* Menochius *casu 394.* Fachinæus *lib. 9. controuer. ca. 102. & lib. 10. cap. 5.* Mogollon *in tract. de his quæ vi*, Barbosa *in collect. cap. 7. de his quæ vi*, Farinacius *quæst. 175. per totam*, & vide *conclusion. 49.* post opera Roderici Suar. & Pichar. *in rubrica, & per tot. tit.* institutæ *vi bonorum*, vbi in principio, *ex n. 13.* explicat quæ vis sit publica, quæ priuata, *& in §. item lex Iulia de vi*, institutæ *de publicijs iudicijs & in manutentionib. 3. par. §. 4. n. 124.* Salgado *de protect. 1. part. cap. 1. prælud. 4.* vbi refert species violentiæ.

Ad numerum 1. ibi: *Aliquando quis committit, & infert violentiam, &c.*

Committens violentiam cum armis licet delictum ad effectum non perducatur, & cõuocans amicos causa seditionis, & violentiæ committẽdæ incurrit pœnam deportationis, & confiscationis bonorum, & si homicidium interueniat ex vna aut altera parte pœnam mortis, ita resoluit Cõmezius, & comprobant Gregorius *in l. 8. tit. 10. part. 7.* Menochius *de arbitrarijs, cas. 394.* & ante eum Bossius *in pract. tit. de pluribus violent.* Decianus *libr. 8. cap. 16. & seq.* Clarus *in §. fin. quæst. 83.* Azeued. *in l. 1. & 6. tit. 12. libr. 8. Recop.* & Pradilla *de lege pœnali, 2. parte, cap. 38.* & bene Molina *de iustitia, tom. 3. disput. 682. ex nu. 11. vbi n. 13.* cum Gregorio supra ait, pœnam deportationis hodie non esse in vsu, & consequenter locum etiam non habere confiscationem omnium bonorum, quæ de iure communi in cõsequentiam deportationis locum habebat, indeq; hodie committens vim publicam siue priuatam ex generali consuetudine puniri pœna arbitraria, cum vide, & Couarrub. *in cap. 16. lib. variar. num. 7.* & Pichar. *in §. item lex Iulia* institutæ *de publicijs iudicijs, ex n. 7.* & vide supra *cap. 15. tom. 2. nu. 19.* versicul. *Nostrum Comezium, &c.*

Ibi: *Aliquando, & secundo &c.*

Vide supra relatos maxime Molinam, & Pichradum.

Ibi: *Aliquando & tertio, &c.*

Auferẽs alteri rem propriam, vel alienam propria authoritate quod incidat in pœnam *l. siquis in tantam, Cod. vnde vi*, vt hic resoluitur, cõprobant latè explicantes Menochius *de recuperanda, remed. 9. ex num. 204. & per totum, & remed. 1. num. 312. & remed. 5. num. 40.* vbi an si creditor occupet propria authoritate rem fideiussoris amittat debitum? Antonius Grabriel *in suis communib. tit. de acquir. & amitt. possess. conclus. 1. ex n. 38.* Socinus *rebul. 34.* Gregorius *in l. 10. & 11. tit. 10 part. 7. & in l. 13.* ibidẽ Osuald. ad Donel. *lib. 15. cap. 30. notatis lit. B. & in cap. 31. lit. E. & sequentibus, & lib. 17. cap. 2. lit. A.* Philipus Portius *in regul. 38. lib. 1.* Castillo *in l. l. 45. Tauri in princip.* & verb.

Le-

Le agan *dadola poſſeſsion*, Auendanus *in cap. 4. pratorum, num. 11.* Menochius *caſu 194. num. 15.* vbi an excuſet ruſticitas? Caldas *in leg. ſi curatorem §. cum non abſimilis ex nu. 44. & §. vel aduerſarij dolo*, vbi quid in minore? Quelada *in ſuis quæſtionib. cap. 14.* Sarmiento *libr. 2. ſelectarum, cap. 13. num. 7.* Pichardus *in §. item is*, inſtituta *quibus modis re contrahitur obligatio, n. 27.* vbi de commodante eijciente commodatarium, *& §. ita tamen*, inſtituta *vi bonorum raptorum, ex numer. 48. & §. item lex Iulia*, inſtituta *de publicis iudicijs*, Gratianus *in regula 9.* Barboſa latiſsimè *in l. ſi mora ff. ſoluto matrimonio, num 18. & ſequentibus*, alter Barboſa *in collectanea, cap 1. de dolo & contumacia.* Gutierrez *lib. 1. practicarum, quæſtione 77.* vbi quod dicta pœna receſsit ab vſu, Farinacius *quæſtione 24. num. 5 & ſequentibus*, vbi de filio occupante propria authoritate bona aduentitia, *& quæſtione 90. nu. 33.* vbi an causa iniuſta excuſet? *& quæſtion. 92. n. 114. & ſequent.* vbi an excuſet minor ætas? *& quæſtione 174. ex n. 44 & quæſtione 175. per totam*, vbi latiſsimè materiam explicat per ampliationes, & limitationes, *& infragmento, lit. A num. 253. & ſequentibus & conſil. 4.* Pradilla *de leg. pœnali, 2. parte, cap. 46.* Molina *de iuſtit. tom. 3. diſputat. 682.* qui fere omnes aiũt pœnam dictæ legis ab aula receſsiſſe, Cancerius *variar. 2 parte, cap. 10, ex numer. 3.* latiſsimè ante omnes amplians, & declarans, *et num. 95.* an locator poſsit expellere conductorem propria auctoritate finita locatione? de quo etiam Parlador. *lib. 2. quotid cap. 6. n. 3.*

Ibi: *Aliquando, et quarto*, &c.

Auferens per vim bona aliena tenetur pœna quadrupli infra annum, poſt annum ſimplum, ita docet Gomezius, & comprobant ex notiſsimis principijs Gregor. per textum ibi *in l. 3. titul. 13 partita 7.* Menochius *de adipiſcenda in praludijs, num. 37. et 40. et remedio 5. et 9.* Decianus *libr. 8. capit. 1. capit. 16. et 18.* Donellus *libr. 15 capit. 30.* Petrus Gregorius *libr. 37. in ſintagmate, cap. 1. num. 14.* & Pichardus in principio inſtituta *vi bonorum raptorum, ex numer. 2. vbi numer. 3. et 20.* agit quid ſi res communis ſubripiatur, vide etiam Azeuedum *in leg. 1. titul. 12. libr. 8. Recopilat.* & reliquos ſupra citatos in principio huius numeri, ex quibus dictam pœnam antiquatam colliges.

Ibi: *Aliquando et quinto*, &c.

De auferente ab alio poſſeſsione propria auctoritate, vide latiſsimè Anton. Gabriel. *in titulo de acquirenda, vel amittenda poſſeſsione, concluſione 1. quaſi per totam*, Gregorium *in leg. 10. titul. 10. partita 7.* Menochium *de recuperanda, remed. 9. per totum*, & vide relatos ſupra in verſiculo: *Aliquando, et tertio*, & Azeuedum late *in leg. 1. titul. 13. libr. 4. Recopilationis*, Pradillam *de lege pœnali, 2. parte, capit. 46.* vbi pœnas omni iure impoſitas adducit, & Farinacium *quæſtione 175. per totam.*

Ibi: *Aliquando, et ſexto*, &c.

Contractus venditionis, donationis, vel alius ad quem aliquis fuit cõpulſus quod valeat mero iure, ſed debeat reſcindi, vt hic reſoluitur, docent latiſsime materiam explicantes Gregorius *in leg. 56. titul. 5. partita 5.* Padilla *in leg. interpoſitas, num. 4. Codic. de tranſactionibus*, Gutierrez *de matrimonio, capit. 76. ex numer. 2.* Barboſa *in rubrica, ff. ſoluto matrimonio, 4. parte, num. 28.* Petrus Gregorius *in ſintagmate, libr. 20. capit. 2. numer. 3. et libr. 36. capit. 25. numer. 10.* Auendanus *in titul. de exceptionibus, nu. 31.*

& 32. vbi etiam de compulsone iudicis, Scacia *de commercijs*, §. 1. *quæstione* 7. *parte* 2. *ampliatione* 10. *numer.* 11. *& ampliatione* 19. *ex numer.* 67, Tuschus *liter. M. conclusione* 221 222. Richardus *in* §. *item actio* 27. *numer.* 15. 27. 32. *&* 42. *& in* §. *actionum* 28. institura *de actionibus, ex numer.* 24. defendens bonæ fidei contractus ipso iure rescindi, Zeuallos *quæstione* 604. *ex numer.* 3. Castillo *quotidianarum. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 141. *&* 147. *& quasi per totum*, Barbosa *in collectanea*, *capit.* 2. *de ijs quæ vi, numer.* 5. *& per totum titulum*, vbi varios casus enumerat, & exornat, Thomas Sanchez *de matrimonio libr.* 4. *disputatione* 8. optime materiam explicans, & per totum librum omnino videndus, & fere infinitos referens, & eam exornans, & declarans Hermosilla *in annotationibus ad leg.* 56. *titul.* 5. *partita* 5. vbi de omni metu, & omni contractu cum iuramento, vel absque eo celebrato per metum, & vide etiam Farinacium *in fragmentis*, verb. *Metus*, Parejâ *de instrumentorum editione, titul.* 1. *resolutione* 2. §. 2. *numer.* 71. Noguerol *allegatione* 29. *vbi ex numer.* 209. probat quod actio, quod metus causâ habet locum contra tertium post Thomam Sanchez supra, & alios, & quod fructus sint restituendi, & Carleualium *de iudicijs, tomo* 1. *disputatione* 2. *ex n.* 1014. *vbi* etiam agrit de prorrogatione iurisdictionis metufacta.

Ibi: *Aliquando, & 3 primo, &c.*

Creditorem per vim auferentem rem sibi debitam, debitum amittere, vt hic resolvit Comezius, comprobant lare explicantes, Gregorius *in leg.* 14. *titul.* 16. *partita* 7. Menochius *de recuperanda, remedio* 9. Antonius Gabriel *in titulo de acquirenda, vel amittenda possessione, conclusione* 1. *ex numer.* 38. Covarrubias *libr.* 3. *variarum, capit.* 6. *numer.* 7. Sarmiento *libr.* 2. *selectarum, cap.* 13. *numer.* 7. Cutierrez *libr.* 1. *practicarum*, *quæstione* 77. vbi quod rigor dictæ pœnæ non est in vsu, & latissime amplians, & limitans Farinacius *quæst. ne* 175. *ex nu.* 149. *vbi num.* 158. cum Menochio *de recuperanda, remedio* 5. *num.* 23. docet quod creditor sub conditione ante eius cuentum rem debitam recipiens amittit eam multo magis, *& numer.* 159. iterum ampliat, etiam si creditor auferat debitori suo rem alterius ab eo bona fide possessam adhuc enim amittit debitum, *& numer.* 160. limitat quando debitor esset in fuga, tunc enim licet creditori rem sibi debitam, vel obligatam auferre, cum qua fugit vide eum quia latissime dictam resolutionem explicat vsque ad numerum 173.

Ibi: *Item adde pro complemento, &c.*

Quod probata violentia debeat stari iuramento *vim passi* super damnis, & interesse, vt hic resolvitur, docent Gregorius *in l.* 9. *titul.* 10 *partita* 7. Didacus Perez *in l.* 1. *titul.* 5. *lib.* 3 *ordinamenti. glossa.* 2. Seraphinus *de privilegijs iuramenti, privilegio* 31. *numer.* 102. Mascardus *de probationibus, conclusione* 552. *nu.* 13. *& conclusione* 1329. *num.* 18. Menochius *de arbitrarijs, cas.* 28. *num* 26. Salzedo ad Bernardum Diaz *regula* 186. Tuschus *liter. I. conclusione* 538. Farinacius *in fragmentis*, verb. *Iuramentum, ex num.* 985. *& quæstione* 24. *ex num.* 216. Barbosa *in collectanea, capit. final. de his quæ vi, nu.* 2. Scobar *de ratiotinijs*, *cap.* 15. & plurimos referens, & materiam latissime explicans Hermosilla *in annotationibus ad leg.* 8. *tit.* 3. *partita* 5. *glo*

5 *gloſſa 6. & ſequentibus*, quem omnino videas, iſtud verò iuramentum perſonis ſuſpectis non defertur, vt aduertunt ſupradicti, & Narbona ad *leg.* 13. *titul.* 18. *lib.* 5. *Recopilationis*, *gloſſa* 4. *numer.* 5.

Item adde quòd poteſt vaſſallus impune non recipere in ciuitate, vel oppido dominum venientem è loco peſte infecto, vel ſuſpecto, vt poſt *Ripam*, & *Menochium lib.* 3. *præſumpt.* 44. *nu.* 9. ait Cancerius, *variar. 2. part. cap.* 10. *num.* 62.

CAPVT QVINTVM

DE FVRTO

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*

2 *De diffinitione furti, & de eo qui bona fide rem alienam accipit credēs dominum permiſſurum.*

3 *De retinente reminuentam, vel cuius dominus ignoratur.*
An poſsit peti pretium inuentionis

4 *An filius familias, ſeruus, famulus vxor teneantur de furto.*

5 *De pœna primi furti.*
In hoc caſu vna actio aliam non tollit cum vna contineat rei perſecutionem alia publicam vindictam, & an tranſeat contra hæredem.

6 *De pœna ſecundo furto.*

7 *De pœna tertij furti.*

8 *Prouno furto magno an poſsit imponi pœna mortis.*

9 *De eo qui duo furta commiſsit in alijs locis, & tertium in territorio iudicis an poſsit condemnari pro trino furto.*
De furto paruæ quantitatis.

10 *An requiratur quod pro primis duobus furtis ſit cōdemnatus reus ad hoc, vt pro tertio locum habeat pœna mortis.*
Quid ſi pro duobus primis furtis fuit abſolutus per gratiam Principis.
An poſteriora furta aggrauent primum.
Reliqua de triplici furto, ſeu alio delicto reiterato remiſsiuē.

11 *Furans in itinere publico an puniatur pœna mortis pro primo furto & quis dicatur publicus latro.*

12 *De furto rei ſacræ, & de ſacrilegio.*

13 *De furto cum effractura, seu violentia.*
14 *De furto pecorum seu abigeatu.*
15 *De eo qui reperitur sine auriculis an ex hoc possit condemnari pro furto furto.*
16 *Qui inuentus fuit in domo alterius causa furandi, an teneatur furti, & quid de latronibus in viis publicis repertis, & an liceat furem occidere.*
17 *De receptatore furis, & an possint res furata perquiri in aliena domo? & de condemnatione ad restitutionem, & de non renelante furtum.*
De crimine expilatæ hereditatis.
De emente rem furtiuam, & re furtiua reperta penes aliquem.
18 *De æstimatione quanti plurimi soluenda per furem, & deductione expensarum, ad interpretationem text. in l. 1. Cod. de infantibus expositis.*
19 *De foro competenti in delicto furti.*
20 *De eo qui redemit rem furatam an si tilli pretium satisfaciendum.*
21 *Quid faciendum si reus fateatur se abscondisse rem in vno, vel alio loco, & non inueniatur?*

EXPLICANT præsentem materiam latissime præter ordinarios, Clarus *in* §. *furtum*, Petrus Gregorius *in Instit. lib.* 37. *cap.* 1. *& sequent.* Bossius *in practica tit. de furtis*, Tuschus *lit. F. conclusione* 552. *& pluribus sequent.* Cantera *in quæstionibus criminalib. rubrica de furto*, Gregorius *in l.* 1. *& per totum titulum* 14. *partita* 7. Decianus *lib.* 6. *cap.* 3. Cassanæus *in consuetudinib. Burgund. rubr.* 1. §. 1. Menochius *de arbitrar. cas.* 295. Donellus *commentariorum, lib.* 15. *ex cap.* 28. & ad eum Osualdus, Gonatrub. *in regula peccatum*, 2. *part.* §. 1. *ex nu.* 1. Bernardus Diaz *in praxi, cap.* 90. & ibi Salzedo, Quesada *in suis quæst. cap.* 19. Mascardus *conclus.* 829. *& sequentibus*, Azeuedus *in l.* 7. *& sequentibus, titul.* 11. *lib.* 8. *Recopilationis*, Suarez *allegatione* 26. vbi an vniuersitas possit accusare pro furto vicinorum? & omnium latissimè Farinacius *in praxi, quæstion.* 165. *& sequentibus vsque ad* 177. vbi omnia quæ desiderari possunt comprehendit, Dom. Larrea *allegatione fiscali* 65. *ex num.* 33. *&* 57. vbi de scientæ, & non reuelante hoc crimen, de quo Barbosa *in collectanea, capit.* 4. *de furt.* Pradil. *del. pœn. c.* 18. Moli. *de iust. to.* 3. *disp.* 680. *& seq. vsq; ad* 696. Filiuc *in sum. to.* 2. *tract.* 3. *c.* 10. *per tot.* Secac *de commer.* §. 1. *q.* 7. *p.* 2. *ampliat.* 19. *nu.* 64. vbi in quo differat à rapina, Reginaldus *in prax. lib.* 23. *c.* 1. Siluest. *ver. Furtum*, Less. *de iust. lib.* 2. *c.* 12. *per tot.* Bonac. *de rest. disput.* 2. *q.* 8. 9. *et* 10. Egid. Trul. *in dec. log. lib.* 7. *ca.* 5. *per tot.* Pichard. *in manuduct.* 3. *p.* §. 4. *n.* 60. *et in* §. 1. *et seq.* insti. *de oblig. quæ ex delicto nascuntur.*

Ad nu. 1. ibi: *Ex quo infertur quod si quis*, &c.

Definitionem furti hic adducta à nostro Gomezio comprobant, & late explicant, fere omnes relati nu. præced. & à Pichard. *in* §. *furtum*, inst. *de obligat. quæ ex delicto nascuntur*, 1. *n.* 1. nec non alij relati à Farin. *q.* 165. *n.* 6. *et q.* 174. *ex n.* 48. vbi de contrectatione licet alij breuiorem, alij longiorem eã faciant, apud eos vide, & apud Molinam *de iust. to.* 3. *disp.* 681. *et concl.* 16. Post opera Roder. Suarez, & Amayam *lib.* 2. *observant. cap.* 9.

Ibi: *Ex quo infertur*, &c.

Quod si quis accipiat rem alterius credens dominum permissurum, ex aliqua iusta causa, non teneatur furti

furti, vt hic resoluitur, docent Bossius *in tit. de furto, num. 12. & titul. de confessis. num. 23.* Petrus Gregorius *in syntagmate, lib. 37. cap. 1. num. 6.* Tuschus *lit. F conclus. 557. nu. 4.* Menochius *de arbitrarijs, quæstione 90, et casu 244.* vbi de eo qui palam accipit rem, *& casu 298. ex num. 2.* Pichardus *in §. furtum, institutæ de obligationibus quæ ex delicto nascuntur, ex num. 28.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 12. dubitatione 1 num. 4.* Bonacina *de restit. disput. 2. quæstione 8. puncto 1. num. 1.* Egidius Trullench. *in decalogum. libr. 7. cap. 5. dubio. 1. num. 1.* vbi cum Sayro *in claui, libr. 9. c. 13.* & Lessio supra resoluit non esse furem, qui occulte aliquid accipit in extrema necessitate, nec quando compensandi, cau à non potens aliter recuperare, & late & optimè Farinacius *quæstione 174. ex numer. 141. vbi numer. 142. & sequentibus*, disputat an causa credulitatis debeat esse iusta; vel sufficiat quælibet etiam fatua, & iniusta? in quo tres contrarias opiniones adducit, vide apud eum, & Scacciam *de iudicijs lib 2. cap. 11. num. 355. & sequent* & Cancerium *variar. 2. parte, cap. 10 nu. 35.* vbi de subtrahente rem existimanse esse suam an contra eum sit procedendum criminaliter.

Ad nu. 2. ibi: *Ex quo deducitur & inferetur, &c.*

3 Accipiens rem deperditam, vel cuius dominus ignoratur, si nõ demõstret, vel faciat præconizare, quod teneatur furti, vt hic resoluitur, docent Petr. Greg. *in syntag. lib. 37. capit. 1. num. 10.* Menochius *lib. 5. præs. 30. n. 13.* Couar. *in reg. peccat. 3. p. §. 1 n. 1. & seq.* Nauarr. *in sum. c. 17. n. 170.* Molin. *de iust. tom. 3. disp. 681. nu. 4.* Azeued. *in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recop. n. 44.* Less. *de iust. li. 2. c. 14. dub. 7.* vbi commnem, & verã opinionẽ esse ait quod si facta diligẽtia inquisitione dominus non compareat, pauperibus vel alijs pijs operibus faciendã esse restitutio. Egid. Trull. *in decalog. lib. 7 cap. 14. dub. 4. & 5. vb n. 3* probabilissimam, & in foro conscientiæ tutissimam ait sententiã posse inuentorẽ siue ditem, siue pauperẽ facta debita diligentia domino nõ apparẽte rẽ inuentam sibi retinere, ante quã per iudicis sententiã applicetur fisco, seu alij, vide eum, & Farin. ante omnes *q. 174. n. 155. & q. 168. ex n. 61.* vbi latissime ampliat, & limitat resolutionẽ nostri Comez. *vbi n. 64.* docet exmultis, quod si quis rem inuentã accipit animo restituendi domino quando cumq; apparuit, & ita protestatus fuit non tenetur furti, prout etiã non tenetur qui inuenit, & retinet rẽ quæ numquam fuit alicuius, vel pro derelicta habita fuit à domino, *& nu. 70.* varias opiniones refert circa illam quæstionẽ an inuentor possit recipere pretium pro inuentione, vel illud petere? de quo Egid. Trull. sup. *dub. 5.* ait, non posse peti, nisi voluntariè detur, vel fuerit promissum, vel sit in consuetudine: Gutier. *lib. 2. canon. ca. 9. n. 25* Barb. *in collect. c. 4. de furtis, n. 8.* vide etiã late Azeued. *in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. ex n. 5.* & Gutier. *lib. 2. canonic. d. c. 9. ex n. 16* & Pichard. optimè *in select. ad tit. ff. de acquirend. rer. dom. cap. 5. n. 24.* vbi in hoc laudat resolutionem Molinæ *de iust. tom. 2. disputation. 750.* & Gutierrez supra contra Azeuedum, eum videas, & reliquos circa præconia, & reliquæ quæ debent facere inuentores: vide etiam Scacciam *de commerciis, §. 1. q. 7. part. 2. ampliat. 8. n. 200. & ampliat. 9. nn. 82. & 130. & seq.*

Ad numer. 3. ibi: *Et resolutiue dico, &c.*

Filium, seruum, vxorem, consanguineum, seu familiarem non teneri de furto rei parui valoris, licet dominus possit eam recuperare, secus

vero de furto rei magni valoris, resoluit Gomezius, & comprobant late Clarus *in* §. *furtum, nn.* 23. Tusch. *practicar. lit. F. conclus.* 555. *n.* 30. Menochius *de arbitrar. cas.* 580. Petrus Caball. *resolut. crimin, casu* 204. *ex num.* 24. vbi optime declarat, mitius puniri furta leuia domesticorum, in famulis ancillis, & alijs seruientibus, præterquam in coniunctis sanguine domino domus, qui in leui furto non puniuntur, Gutierr. *de iuramento*, 1. *parte, cap.* 16. *n.* 33. *& consil.* 24. *n.* 24 Mendes de Castro *in l. cum oportet*, 2. *parte, num.* 139. (& vide *conclusionem* 16. post opera Roderici Suarez) Donel. *lib.* 15. *commentar. capit.* 29. Gregorius *in l.* 4. *&* 8. *tit.* 14. *partit.* 7. & latissimè explicans Farinacius *quæst.* 174. *ex nu.* 95. *vsq; ad* 117. vbi late etiam agit de furto facto ab vxore, *& num.* 98. declarat, qui dicantur domestici, *& nu.* 101. quid è contra si pater faciat furtũ filio? *et n.* 110. quod in furtis domesticis, nec etiam ex officio iudex possit criminaliter procedere, quod iuxta superius dicta declarandum est, vide cum ibi *et quæst.* 48. *num.* 70. vbi de famulo fugiente cum re furtiua, & Pichardum *in* §. *furtiua*, institutа *de vsucapionibus*, *et in* §. *hi qui*, institutа *de obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, per totum*; vbi de furto facto per filium, seruum, vel vxorem, & quod res furata per filium, vel seruum fit furtiua quo ad vsucapionem, furti tamen actione eos non teneri, Suarez *titulo de las ganancias, num.* 17. vbi quid in vxore putatiua? *et conclusione* 16. post eius opera, & conclusiones sequentes, vbi alia, Molina *de iustitia, tom.* 3. *disputatione* 686. *per totam*, vbi optime explicat, & late etiam Egidius Trullench *in de calogum, libr.* 7. *capit.* 5. *dubio.* 7. vbi de furto filij, *& dubio* 8. vbi de furto vxoris, *& dubio* 9. vbi de furto monachi, qui etiam omnes docent adiuuantes, & cooperatores in hoc casu furti teneri, vide etiam Dianam *tom.* 5. *tractatu* 13. *resolution.* 69. vbi an virtute monitorij sub excommunicatione sit reuelandum furtum domesticum?

Ad num. 4. ibi: *In quo articulo magistraliter, et resolutiuè dico, &c.* 5

Ibi: *Sed certe communiter in maiori parte Regni, &c.*

Pro primo furto si est manifestum vltra restitutionem rei imponitur pæna pecuniaria quadrupli, si vero non est manifestum dupli. & similiter imponitur pæna arbitraria, secundum consuetudinem autem huius Regni, non imponitur pæna pecuniaria applicanda parti, nec fisco sed solum corporalis, vel alia iudicis arbitrio, ita resoluit Gomezius toto hoc numero, & comprobant Petrus Gregorius *in syntagmate, lib.* 37. *cap.* 1. *num.* 23. Cantera *quæstionum criminal. cap.* 8. *rubrica de furto, nu.* 10. Auilès *in cap.* 1. *pratorum*, verbo: *Setenas* Auendanus *cap.* 16. *pratorum*, 2. *parte, num.* 14. vide pæna minoranda, Tuschus verbo: *Furtum, conclusione* 564. *nu.* 5. Menochius *de arbitrarijs, casu* 295. *et sequent.* Donel. *lib.* 15. *commentariorum, cap.* 29. Gregor. *in l.* 18. *titul.* 14. *partita* 7. Scaccia *de commercys*, §. 1. *quæstione* 7. *parte* 2. *ampliatione* 8. *num.* 117. *et ampliotione* 19. *numer.* 82. vbi etiam quod teneatur ad restitutionem rei quamuis sine sua culpa perierit, Baça *de inope debitore, cap.* 1. *num.* 69. *et* 76. vbi quod fur tradebatur domino rei furatæ, Auilès *in cap.* 29. *pratorum.* verb. *Iuegos*, vbi quod aleator non agit de furto, Pichardus *in* §. *pœna manifesti*, institutа *de obligationibus quæ ex delicto nascuntur per totum*, vbi late & bene explicat, Farinacius etiam latissime *quæstione* 166. *et* 167. *ex num.* 1. vbi de pœnis iure di-

uino, & apud varias nationes ſtabitis, nec non de iure canonico, & ciuili, *et nu.* 18. cum Claro *in* §. *furtum, num.* 16. Cantera ſupra, & alijs reſoluit pœnam dupli & quadrupli receſſiſſe ab vſu de generali conſuetudine, quia fur tenetur ſolum ad reſtitutionem rei, & pœnam corporalem arbitrariam, quod etiam explicat latiſſime Molina *de iuſtitia tom.* 3. *diſput* 695. *per totam* Azeuedus *in l.* 7. *et* 9. *lib.* 8. *Recopilation. tit.* 11. *ex num.* 89. Pradilla *de leg. pœnali,* 1 *parte, capit.* 28. Salzedo ad Bernardum Diaz *in pract. cap* 90. & alij plures penes ipſos: Et de eo qui ſtatim reſtituit rem furatam, Farinacius *quæſt.* 124. *num.* 174. Et quod pro minimis non datur actio furti, Baeza *de debitore, cap.* 12 *nu.* 10. Et de furto facto ſcholari vide *l.* 2. *tit.* 1. *part.* 2. Et an contra hæredem tranſeat actio furti? Farinacius *quæſt* 10. *nu.* 72.

Ibi: *Non obſtat ſecunda ratio, &c.*

Quando ciuilis actio, & criminalis vtraq; conceditur ad vindictam, vna aliam tollit, quando verò iudiciũ ciuile eſt de re familiari, criminale vero de vindicta, & publica vltione, tũc vna actio aliam non tollit; Lancelotus *de attentatis* 2. *parte, cap.* 4. *lim.* 23. *num.* 4. Cujacius *libr* 20. *obſeruat.* 25. *et* 26. Paz *in praxi,* 1. *tom.* 4. *part. cã* 3. *ex n.* 26. & alibi dictum manet: Et ſic in præſenti vna actio aliã non tollit quod intellige ſecundum ſupra dicta, vide etiam ſupra *cap.* 1. *nu.* 12. & Farinacium *quæſt.* 1. *nu.* 64. *et ſequent.* vbi quod fur non relaxatur donec rem reſtituat, Barboſam *in l. ſi ab hoſtibus,* §. *final. ff. ſoluto matrimonio. ex nu.* 48. Molinam *de iuſtit. diſputat,* 695. *nu.* 4.

6 Ad numer. 5. ibi: *Pro ſecundo furto pœna augetur, &c.*

Quod pro ſecundo furto pœna augeatur aggrauando pœnam corporalem iudicis arbitrio, & quod hodie debeat imponi pœna flagellorũ, & abſciſsionis auricularum, vt hic reſoluitur, docent Farinacius *quæſt.* 167. *num.* 44. *et conſilio* 41, *num.* 4. Auendañus 2. *parte, cap.* 16 *præter. nu.* 14. vbi de pœna furti minoranda, Gregorius Lopez *in l.* 18, *tit.* 14. *part.* 7. Molina *de iuſtitia diſputat.* 695. *tom.* 3. *num.* 12. *vbi num.* 13. carpit Gregoriũ ſupra, quatenus dicit pœnam abſciſsionis auricularum eſſe pœnam abſciſsionis membri, cum cartilago auriũ non ſit membrum, nec eam abſcindẽtes fiant irregulares: Pradilla *de leg. pœnali cap.* 28. *n.* 3. Hodie verò pro ſecundo furto pœnam flagellorum, & ſeruitij ad triremes imponi aſſerit Azeuedus *in dict. l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *num.* 99. eum vide, & Pradillam ſupra & Molinam *num.* 16. & Farinacium *quæſt.* 20. *num.* 42. *et quæſtio.* 22. *num.* 12.

Aduertit tamen Morla *in empor. tit.* 2. *in præmiſſis num.* 50. quod vbi pœna abſciſsionis auricularũ debet imponi in locis, vbi hæc pœna viget, ita debet executioni mandari, licet facies hominis illa ſignetur nota, cõtra textum *in l. ſiquis in metallum* 18. *Codic. de pœnis, leg.* 6. *titul.* 31. *partita* 7.

Ad num. 6. ibi: *Pro tertio verò furto, &c.* 7

Pro tertio furto pœnam mortis eſſe imponendam ex generali conſuetudine, vt reſoluit Gomezius, docent Sotus *de iuſtitia libr.* 5. *quæſt.* 3. *ad finem* Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 9. *n.* 7. Clarus §. *furti, num.* 9. & ibi Baiardus *num.* 27. Caball. *reſolut. crimin. caſ.* 99. *num.* 48. Cantera *in rubr. de furtis, cap.* 8. *nu.* 10. Molina *de iuſtit. tom.* 3. *diſput.* 695. *nu.* 12. Azeuedus *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recop. num.* 105. latiſsimè Farinacius *quæſt.* 167. *ex num.* 48. *vbi* ampliat, limitat, & declarat, Pradilla *de leg. pœnali,* 1. *parte, cap.* 28. *nu.* 4. Queſada *cap.* 19. *nu.* 1. verſ.

Sed

Sed tamen controuertitur solet. Hanc tamen resolutionem limitant supra dicti maxime Farinacius, præterquam si furta fuerint modicæ quantitatis, & sine qualitate aggrauante, tũc enim fustigantur, & in exilium, vel triremes mittuntur, vbi alia, vide iterum Farinacium *quæst.* 23. *num.* 3. & 4. & *quæst.* 98. *ex num.* 116. vbi quod nobiles suspendantur in hoc crimine.

8 Ad num. 7. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Pro vno furto quantumcumq; magno non posse imponi pœnam mortis, vt hic resoluitur, docent Carrera *in rubrica de furtis cap.* 8. *num.* 10. Tuschus *lit. F. conclus.* 564. *num.* 46. Molina *de iustit. tom.* 3. *disp.* 695. *num.* 9. eleganter Quesada *in suis quæst. cap* 19. *per totum* Azeuedus *in dict. l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 8. *Recopilat. ex nu.* 103. Dela *in tractat. de delictis ca.* 12. versic. *Sed si vnum*, & plures referens Zeuallos *quæst.* 741. *per totum*, Farinacius *quæst.* 167. *num.* 47. vbi alios refert, & *quæstione* 23 *ex num.* 3. Gratianus *reg.* 209. *nu.* 11. vbi de fœmina furante, Pichardus *in manuductionibus*, 3. *part.* § 4. *num.* 61. vbi cum alijs pluribus totum hoc iudicis arbitrio relinquit, qui aliquãdo pro primo furto (vt ipse ait) vltimum supplicium imponet, aliquando nec pro tertio, æstimata persona furantis, & eius cuius fuit ablata, item ipsa re furata, loco, & tẽpore furti commissi, quod mihi iuri consonum videtur, prout etiam colligitur ex Zeuallos supra, vide etiam Gregorium *in l.* 1. *tit.* 17. *part.* 2. *glos.* 2. & Fachinæum *lib.* 9. *cap.* 91. & 92. & Anilès *in cap.* 1. *prat.* verb. *Derechamente, num.* 13. 15. & *seq.* & Azeuedum supr.

9 Ad num. 8. ibi: *Sed contrarium est tenendum, &c.*

Furem qui duo furta in alijs locis commisserat, si modo tertium faciat in territorio iudicis, posse tanquam pro tribus puniri, vt hic resoluitur, docent Couarrub. *variar. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. Clarus *in* § *furtum, num.* 11. Menochius *de arbitrar. cas.* 295. *nu.* 18. Baiardus ad Clarum supr. *num.* 54. & *sequent.* Tusch. *lit. S. conclus.* 560. *num.* 19. 24. & *sequent.* Carrera *rubr. de furtis, cap.* 8. *nu.* 10. Azeuedus *in l.* 7. *tit.* 11. *libr.* 8. *Recopil. num.* 106. & *sequentib.* vbi etiam ampliat quamuis pro duobus primis fuerit iam punitus, & etiam si pro illis fuerit absolutus per gratiam Principis, vide cum & Farinacium *quæst.* 167. *ex n.* 50. vbi ampliat. & limitat.

De furtis autem paruæ quantitatis, vel minutim factis, vide Menoch. *casu* 72. *num.* 12. Pichardum *in* § *gallinarum*, instituta *de rerum diuisione*, Farinac. *quæst.* 167. *ex nu.* 76. & *quæst.* 174. *ex n.* 70. Molinam *de iustit. tom.* 3. *disp.* 685. 688. 689. Lessium item *de iust. lib.* 2. *c.* 12. *dub.* 7. 8. & 9. Egidium Trullench *in decalogum lib.* 7. *cap.* 5. *dubio* 2. *num.* 6. & 8. & *dub.* 4. *per totum*, Baeçã *de inope debitor. ca.* 12. *num.* 10. & optime Dianam *resolut. moral. tom.* 5. *tract.* 4. *resol.* 18.

Ad num. 9. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 10

Quod etiam si fur non fuerit punitus pro primo & secũdo furto, adhuc pœna mortis puniri possit iuxta supradicta, vt hic resolutur. docent I& cõprobant Baiard. ad Clarum §. *furtum, num.* 59. & eum referens Farinacius *quæst. ion.* 23. *ex nu.* 9. & *quæst.* 167. *ex num.* 68. Fachinæus *lib.* 1. *controuers. cap.* 1. versic *Caterum illud.* iterum Farinacius *consil.* 30. *n.* 72. & hoc necessario præsupponit Azeuedus *in l.* 7. *tit.* 11. *libr.* 8. *Recopil. nu.* 106. vbi loquens de pœna imponenda ei qui tria furta commisit, ampliat hoc procedere, etiam si pro duobus iam fuerit punitus, vel per gratiam Principis fuerit absolutus, cum illa duo furta eo casu computentur ad aggrauã-

dum

dum licet non ad puniendum, quod etiam late comprobat Farinacius supra, vide etiam Cenedum *in collectanea 2. ad decretum num. 1.* vbi plures refert.

Ibi: *Ex quibus deducitur, & infertur, &c.*

Quod iudex primi furti qui solum super eo procedit, non possit aggrauare pœnam ex furtis postea commissis, quia priora aggrauant posteriora, non è contra, vt hic docetur, comprobat Farinacius supra *dicta quæstione 23. numer. 10. & quæstione 167. n. 60.*

Reliqua omnia de triplici furto, vel alio quolibet delicto reiterato, vide latissime per Farinacium *dicta quæstione 23. per totam, & quæstione 167. ex n. 48.*

11 Ad numerum 10. ibi: *Sed hodie in nostro Regno, &c.*

Quamuis de iure communi furtum vnum committens in itinere publico, vel in mari, pœna mortis nõ debet puniri, hodie secus *ex l. 18. tit. 14 partit. 7.* ita resoluit Gomezius, & comprobant late de iure communi Boerius *decisione 173. n. 3. & 7.* Gratianus *regula 19. n. 7.* vbi quod profuribus insignibus non admittitur aduocatus, Ludouicus Peguera *decisione criminal. 40. n. 3. & 7.* & alij plures adducti à Farinacio *quæst. 167. num. 87. & 88.* vbi numeris sequentibus optime agit de famoso, & insigni latrone, *& in tractatu de immunitate Ecclesiast. nu. 147.* vbi quis dicatur publicus latro, *& quæst. 39. num. 63. & 107.* vbi quod latro famosus potest suis exceptionibus renuntiare, Barbosa *in cap. cum sit Romana de appellat. nu. 18.* Cantera *in rubrica de furto, c. 8. num. 11.* Azeuedus *in l. 7. tit. 11. lib. 8. Recopilat. nu. 109.* & optime Pichardus videndus omnino *in manuduct. 3. parte, §. 4. nu. 64.* vbi addit hoc casu appellationi non esse deferendum, vt etiam docet Salgado *de protectione, 3. parte, cap. 14. n. 28. ex l. 16. tit. 23. partit. 3.* vide Molinam *de iustit. tom. 3. disputat. 695. num 31.* vbi cum Gregorio Lopez ait, pro primo furto dicto modo comisso non esse imponendam pœnam mortis.

Ad nu. 11. ibi: *Hodie vero indistinc-* 12 *te, &c.*

Furtũ rei sacræ de loco sacro pœna mortis esse puniendum, vt hic resoluitur, docent, & cõprobant Boerius *decisione 254. nu. 6.* Clarus *in §. sacrilegium, late maximè num. 4.* Pradilla *de lege pœnali, 1. part. cap. 32.* Molina *de iustit. tom. 3. disput. 68. num. 3. & disput. 695. ex num. 35. vbi num. 36.* cum Gregor. Lopez *in l. 18. tit. 4. part. 7.* verb. *Alguna cosa santa, o sagrada*, ex circunstantijs debere minui eam pœnam ait iuxta dispositionem iuris communis, & declarat laudans nostrum Comezium, quę dicatur res sacra, & an crux sit talis? Petrus Cauallus *casu 134. nu. 6.* Uela *de pœnis delictor. cap. 10. nu. 9.* Riccius *in praxi fori Ecclesiast. resolut. 409.* Diana *tom. 1. tract. 7. resolut. 27* late Farinacius iuxta terminos iuris communis loquens *quæst. 172. ex nu. 1. & per totam*, vbi fusissimè de sacrilegio agit, & quotuplex sit, & quando locum habeat eius pœna, & quis dicatur locus sacer, & quæ res sacra, & concludit non semper pœnam mortis locum habere, vt videri potest apud eum, *num. 25.* de quo etiam Pichardus *in manuduct. 3. part. §. 4. nu. 110.* vbi pœna arbitraria, quæ ad mortem naturalem extenditur, puniendum sacrilegium asserit, Barbosa *in cap. 2. de priuileg. nu. 3. in collectaneis.*

De sacrilegij autem materia vide sunt supra relati, qui alios plures commemorant, & Zerol. *in prax. Epis copali*, verb. *Sacrilegium*, Siluest. & reliqui Summistæ eodem verbo. Cardina-

Hinalis Tuſchus *lit. S. concluſ. 6.* Petrus Gregor. *in ſintagm. lib. 33. cap. 14. nu. 8. & cap. 16. & cap. 18.* Barboſa *in collectan. cap. 2. de priuileg. & cap. 8. lib. 2. tit. 2. num. 4.* vbi quod ſacrilegium eſt mixti fori, *& de iure Eccleſiaſt. lib. 1. cap. 39. §. 4.* Diana *tom. 1. reſolutione 27.* Boſsius *in pract. tit. de ſacrileg.* & alij fere infiniti ab eis relati, Couarr. *libr. 2. variar. cap. 2. nu. 18.* Martha *de iuriſdict. 2. part. c. 11. ex n. 21.* Gutierr. *lib. 3. quæſt. 1. nu. 13. & 14.* Zeuallos *tom. 5. quæſt. 59.* & Plurimos referens D. Ioſeph Vela *in cap. 1. de officio ordinarij, 1. parte, ex nu. 49.* omnino videndus.

Ad num. 12. ibi: *Tertius caſus eſt, &c.* 13

Quod furtum cum violentia, vel effractura domus debeat puniri pœna mortis, ex repetita *l. 18 titul. 14. partit. 7.* reſoluit Gomezius, & de iure communi quod alia minori pœna puniri debeat, docet ex multis Farinacius *quæſt. 167. ex num. 27. vbi nu. 28.* refert Menoch. *de arbitrar. caſ. 299. nn. 5.* & alios dicentes quod etiam de iure communi dicta pœna vſque ad mortem extendi poteſt, quod ipſe explicat ſi huiuſmodi furtum factum fuerit coadunatis hominibus armatis, & fracto oſtio. De iure verò huius Regni contra Gregor. Lopez *in dicta l. 18.* affirmat Molina *dicta diſputat. 695. nu. 31.* quod in hoc caſu furti cum effractura domus ſufficit vnus actus, vt mortis pœna incurratur, vt docet Gomezius, vide etiã Azeuedum *in l. 6. tit. 26. li. 8. Recop.* & Narbon. *in concord. familiar. gloſ. 12. n. 49. & gloſ. 15.*

Ad numer. 13. ibi: *Quartus eſt caſus quando quis commiſsit crimen abigeatus, &c.* 14

Pro crimine abigeatus pœnã mortis imponi, quando hoc crimen frequenter in aliquo loco committitur, reſoluit Gomezius, & docent Petrus Gregorius *in ſintagm. lib. 37. cap. 5. num. 2. & per totum.* Cabal. *reſol. crimin. caſ. 160.* Gregor. *in l. 19. tit. 14. partita 7.* Boſsius *in pract. titul. de furtis, nu. 40. & titul. de abigeis,* vbi late Gratianus *diſcep. cap. 319.* Molina *de iuſtitia, tom. 3. diſput. 684. nu. 6. & ſeq.* vbi etiam ait quod qui oue aut equm errantem abegerit, fur eſt non abigeus, quia ad hoc crimen neceſsè eſt, vt furtum ſit de grege, ſeu armento, *& dictam l. 19.* cum Gregorio ibidem explicat, *& in diſputat. 695. num. 19.* vbi de furto boum, aut animalium ad culturam attinentium Pichardus *in manuductio. 3. part. §. 4. nu. 1.* vbi alios plures refert hanc materiam explicantes, Pradilla *de lege pœnali, 1 parte, cap. 35.* & late Farinacius *quæſt 167. nu. 105. & ſequentibus, vſq; ad 123.* vbi etiam de receptatoribus in hoc crimine, & eorũ pœna (de quo etiam *quæſt. 168. n. 58.*) & pœnis iure diuino, & canonico impoſitis, *& quæſt. 174. num. 36.* vbi de eo qui putauit animalia eſſe ſua.

Dum autem iuris conſultus *in l. 12. ff. de abigeis*, meminit illius verbi: *Verueces*, eum intellige iuxta doctrinam Parladorij *differentia 85. n. 2.*

Ad num. 14. ibi: *Sed his non obſtantibus, &c.* 15

Abſciſsionem auricularum non eſſe ſufficientem præſumptionem, vt ſic repertus in alio furto poſsit pœna mortis puniri, vt hic reſoluitur, docent Bayardus ad Clarum *in §. furtum, n. 51.* Farinacius *in quæſtio. 176. num. 94.* Molina *de iuſtit. tom. 3. diſputat. 695. num. 15.* in cauſis enim criminalibus non ſufficit probatio præſumptiua, ex late adductis à Sarmiento *libr. 1. ſelect. ca. 1.* Auendaño *ca. 16 prator. 2 parte, nu. 12.* Menochio *caſ. 279. & 362. nu. 26. & caſ. 536. in fine.* Mantica *de coniecturis, lib. 1. tit. 2.* Barboſ. *in l. 2. ff. ſoluto matrim. 1. part. nu. 61. & 76. & ſequentibus, vſq; ad*

ad 94. Auendanus iterum in dictionario, verb *Præsumption*, Graciano *in regula* 374. *& 85. Matienzo in dialago*, 3. *parte, cap.* 30. *num.* 5. *Morla in emporio, titul.* 12. *quæstione* 1. Farinacio *quæstione* 40 *nu.* 15. *& consilio* 58. *lib.* 1. *et consil.* 60. *et consilio* 75 *in additione, et consil.* 78. *in additione, et consilio* 81. vide etiam *conclusionem* 97. post opera Roderici Suarez & Barbosam *in collectanea, cap. afferre de præsumptionibus*, iterum Farinacius *quæst.* 176. *n.* 94.

16 Ad num. 15. ibi: *Et breuiter, et resolutiue, dico*, &c.

Qui inuenitur volens furari, quod pœna arbitraria debeat puniri, vt hic resoluitur, docent Menochius *de arbitrarijs, cas.* 360. *num.* 62. *et seq.* Socinus *in regul.* 31. *fallentia* 8. & plurimos referens, & optimè explicans Farinacius *quæst.* 124. *num.* 64. *et* 65. *et* 154. *et quæstione* 174. *ex nu.* 2. *vsq; ad* 9. vbi quod sola cogitatio nullatenus debet puniri nisi post cogitationem deuentum est ad aliquem actum exteriorem, *et num.* 6. agit de latronibus, qui in vijs publicis furantur qui quandoq; puniuntur etiam furto non secuto, quando scilicet deuenerunt ad actum aggrediendo, vel incipiendo spoliare viatorem, tunc enim puniuntur licet non pœna mortis, sed alia mitiori, vt ibi concludit. *num.* 7. Molina *de iustitia, tom.* 3. *disput.* 695 *num* 11. Pradilla *de lege pœnali, cap.* 35. Oualdus ad Donel. *lib.* 17. *cap.* 2. *notatis lit. O.* vbi an liceat, furem repertum in domo occidere de quo etiam plurimos refert Zenedus *ad decretales, collectanea* 96. *num.* 1. *&* Diana *tom.* 1. *tract.* 15. *resolut.* 15. *et tom.* 5. *tract.* 4. *resolut.* 18.

17 Ad num. 16. ibi: *Et breuiter, et resolutiuè dico quod sic*, &c.

Receptatorem furis eadem pœna esse puniendum, si receptet furem cum furata, si autem solum furem receptat, tantum habebit locum pœna simplicis receptatoris, ita resoluit Gomezius, & docent Petrus Gregorius *in syntag. lib.* 37. *cap.* 15. & alij plures adducti à Farinacio *quæstione* 133 *num.* 96. *vbi ex nu.* 75. late explicat hanc quæstionem amplians, & limitans, *et quæstione* 168. *num.* 56. *et sequentibus, et dicto num.* 96. ait, receptantem solum furem, vel solam rem, mitiori pœna puniendum, Molina *de iustitia, tom.* 3. *disputione* 695. *nu.* 22. *et num.* 48. vbi dictam resolutionem explicat hoc modo, quod si quis furem receptat, dum furatur, & continuat furtum ita quod receptio, & occultatio sit quasi adiutorium, vt ille commodius furetur, vel vt perseueret in delicto pœna furis debet puniri, si verò ita illum recipiat, vt receptio nullas vires nullumq; adiutorium illi præberet ad delictum, quia similiter hospitari posset apud quemcumq; alium, qui furta illius ignoraret, tunc longe minus puniri debet quam ipse fur, & ita intelligit nostrum Gomezium, & Gregorium *in l.* 18. *titul.* 14. *partita* 7. eum vide, & Pradillam *de leg. pœnali*, 2 *parte, cap.* 28. & Parejam *de instrumentorum editione, tomo* 2. *titul.* 7. *resolutione* 1. *num.* 24. vbi quod sine sufficientibus indicijs non debet iudex intrare domum alicuius ad perquirendam rem furtiuã, & quod iudex ex officio teneatur cõdemnare furem ad restitutionem rei, Federicis *resolutione* 20. inter opera Farinacij, & de non reuelante furtum ex mandato superioris, optimè Sanchez *in consilijs moralibus, lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 23. *et sequent.* Larrea *allegatione fiscali* 65. *ex numer.* 33. *et* 57.

Ibi: *Item adde*, &c.

De furto commisso hæreditate iacente quod crimen expilatæ hæreditatis appellatur, vide Menochium *de arbitrarijs, casu* 300. Petrum Gregor-

Gregr. *in sintagmate. lib.* 37. *cap.* 1. *num.* 10. *& cap.* 9. *num.* 2. *& per totum*; Canteram *rubr. de furto, cap.* 8. *num.* 5. Tuschum verb. *Furtum, conclus.* 553. *ex num.* 1. *& conclusione* 554. *num* 14. Gregorium. *in l.* 31. *titul.* 14. *partita* 7. *cum legibus sequentibus*, latissimè Farinacius *quæst.* 166. *num.* 48. *& quæstione* 174. *ex nu.* 118. cum plurimis sequentibus, Pichardum *in manu ductionibus*, 3. *parte*, §. 4. *nu.* 54. & doctissimũ D. Franciscum de Amaya *lib.* 2. *observat. ca.* 7. *vbi n.* 17. probat rationem, quare hæreditati furtum non fiat, esse quia hæreditas nõ habet possessionem, cum vide per totum caput, & Quesadam *in suis quæstionibus cap.* 2. *num.* 7. iterum Pichardum *in repetitione ad titulum. ff. de acquirenda hæreditate, cap.* 2. *numer.* 43. *& sequent.*

Item de emente rem furtiuam, vide Molinam *de iust. cia, tom.* 3. *disputatione* 695. *nu.* 25. Farinacium *quæstione* 177. *nu.* 19. *& sequent.* Barbosa *in collectan. cap. in literis de restitutione spoliatorum, nu.* 9. latissime, & Hermosillam *in l.* 19. *tit.* 5. *partita* 5. *per totam*, vbi etiam de emente rem alienam, Grarianus *in regl.* 130. Menoch. *de arbitrar. cas.* 462. *nu.* 10. vbi de re furtiua reperta penes alium, de quo etiam Farinacius *in d. quæst.* 177 *ex num.* 1. & Cenedus *in collect.* 2. *ad decretum, n.* 2.

18 De æstimatione quãti plurimi soluenda per furem, & sumptibus per eum factis in re furtiua deducendis, ad interpretationem rex. *in l.* 1. *Cod. de infantibus expos.* vide Sarmient. *lib.* 1. *select. cap.* 10. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim.* 1. *parte, nu.* 22. *& in l.* 8 §. *fin ex n.* 58. Fachin. *libr.* 1. *controu. cap.* 54. Garcjam *de expens. c.* 2. *& c.* 5. *num.* 3. Britum *de locato, & conduct. in rubr.* 2. *part.* §. 3. *ex n.* 3. *& 7.* Gratian. *discept. ca.* 243. *n.* 3. *& 4.* Osual. dum ad Donel. *lib.* 20. *c.* 7. *notatis lit* G. Menoc. *de recu. reme.* 15. *n.* 115. Pichar. *in* §. *& si rẽ*, instit. *de offic. iud. ex n.* 21. Carrãç. *de part. legit. c.* 4. *ex nu.* 140. Hermol. *in l.* 8. *tit.* 1. *partita* 5. *glossa* 2. *num* 7. vbi de æstimatione momentanea soluenda per furem, quia fur semper sustinet periculum rei subtractæ, vt bene explicat Larrea *decision. Granat.* 14. *nu.* 49. vide etiam Dianam *tom.* . . *tract.* 17. *resol.* 50. vbi de eo qui locauit rem furatam *& resol.* 51. *& 52.* vbi de æstimatione quanti plurimi

Item de foro vbi conueniendus est fur, videto Farinacium *quæst.* 7. *nu.* 7. *& sequent. & quæstion.* 145. *ex nu.* 64. *& quæstione* 174. *numer.* 53. *& sequent.* Fachinæum *lib.* 9. *contron. cap.* 19. & Carleual. *de iudicijs, tom.* 1. *disput.* 2. *quæst.* 7. *ex n.* 720.

Item de eo qui redemit rem furatã dan ominus teneatur satisfacere illi? vide Farinacium *decis.* 220. *lib.* 2. *vbi num.* 2. cum Bossio *in practic. titul. de furto. num* 50. Claro §. *furtum*, versic. *Sed hic incidenter*, Couarrubias *in cap. peccatum*, 2 *parte*, §. 12 *num.* 5. & alijs resoluit pretium esse restituendum redemptori, dummodo illud sit modicum, ita quod videatur vtiliter negotium domini gessisse, & constet ex probabili coniectura quod dominus verisimiliter pro tali pretio eas recuperasset.

Item adde quid faciendum si fur fatcatur furtum, & dicat se pecuniam furatam abscondisse modo in vno modo in alio loco, & non reperiatur? de quo vide Farinac. *quæst.* 2. *num.* 15.

CAPVT EXTVM DE INIVRIA.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*
2 *De libellis famosis.*
3 *De iniuria verbali, & an veritas eius excuset.*
De palinodia recantatione.
4 *Iniuria quæ facto infertur quomodo puniatur.*
5 *Iniuria atrox quæ dicatur,*
De alapa, & eius pœna.
6 *Iniuria per quas personas fiat alicui.*
Quis possit petere, vel remittere iniuriam.
7 *De iniuria facta famulo, vel monacho.*
Qui possint remittere iniuriam.
8 *De pœna iniuriæ & an ciuilis actio tollat criminalem.*
9 *Pœna arbitraria an possit extendi vsq; ad mortem.*
10 *Damna etiam, & expensa debent satisfieri.*
11 *Quæ actio competat pro his damnis, & interesse.*
12 *Si offensus remanet claudus, vel alias læsus, qualiter fiat æstimatio operarum.*
13 *Cicatricis an fiat æstimatio.*
14 *Remittens iniuriam non intelligitur remittere damna.*
15 *Si ex iniuria sequatur mors, an possit agi ciuiliter contra homicidam.*
16 *Actio iniuriarum quibus modis tollatur, & de remissione iniuriæ.*
Quo tempore dicta actio tollatur.
Princeps an possit remittere iniurias pro bono pacis etiam absq; satisfactione damnorum.
17 *Qui iniuriam intulit an possit petere ab offenso cautionem de non offendendo, & an valeat pactum non habitandi in eodem loco?*
Iudex an possit compellere ad concordiam, & pacem.
18 *An sufficiat cautio iuratoria si non inueniat fideiussorem.*
Cautio quando intelligetur cum fideiussore.
Meretrix, & poste infectus possunt expelli à vicina.
An pro cõdẽnatione in hoc crimine habeat locũ cessio bonorũ remissiue

CAPVT VI.

An iniuriarum actio competat hæredi, vel contra hæredem.

19 de iniuria facta histrioni, & similibus personis.

EXPLICANT præsentem materiam latissime, præter ordinarios in proprijs locis, Clarus *in practica*, §. *iniuria*, & ibi Baiardus, Perrus Gregorius *in sintagmate*, *libr.* 38. *capit.* 1. *& sequentibus*, Mascardus *de probationibus*, *conclusione* 902. *& sequentibus*, verbo: *Iniuria*, Silvester, & omnes eodem verbo, Tuschus *lit. I conclusion.* 150. *& sequentibus usq; ad conclus.* 165. Bosius *in pract. tit. de iniurijs*, Tiberius Decianus, *to.* 1. *lib* 1. *ca.* 17. *rubrica de iniuria*, Auendañ. *in tractatu de iniur.* Gratianus *discep cap.* 185. *nu.* 46. vbi quod non consideratur iniuria facta histrioni, & similibus personis, Cenedus *in collectanea cap. innotuit de maledicis*, Plaza *in epitom. delictor. lib.* 1. *cap.* 6. Pichardus *in tit.* institura *de iniurijs*, & latissime omnia prosequens Farinacius *quæst* 105. *per totam*, Barbosa *in collectaneis ad titulum de iniurijs, & damno dato.* Molina *de iustitia*, *to.* 3. *disputatione* 715. *& tom.* 5. *disputat* 83. *& sequentib.* & plurimos referens Pichard. *in manuduction.* 3. *par.* §. 4. *num.* 72. Azeuedus latissimè *titul.* 10. *per totum*, *lib.* 8. *Recopilationis*, Scobar *de puritate sanguinis*, *quæst.* 1. *proœmiali.* §. 1. 6. *& 8.*

1

2 Ad num. 1. ibi: *Primo modo fit alicui iniuria per scripturam, &c.*

Iniuriam tripliciter fieri, verbo scilicet, re, & facto, & pro iniuria literis facta per famosum libellum quod incurratur pœna mortis, si delictum in eo contentum eius modi qualitatis erat, vt hic resolvitur docet, & explicant late Couarrubias, *lib.* 1. *variar. cap.* 11. *ex nu.* 1. Plaza *in epitome de libellorum*, *cap.* 1. *numer.* 1. *&* 2. Bosius *tit. de iniurijs*, *n.* 1. Clar. *in* §. *iniuria in princip.* Bellembech. *in paratitla huius tit.* Petr. Gregor. *in sintag. lib.* 38. *cap.* 3. *n.* 13. Tusch. *lit. I. concl.* 160. Molina *de iust. tom.* 5. *disputat.* 33. *& disputatione* 35. Zeuallos *quæst.* 821. *ex nu.* 21. Franchis 4. *part. decis.* 53. *&* Azeuedus *in rub. tit.* 10 *lib.* 8. *nu.* 19. & latissimè Farinacius plurimos referens *quæst.* 42. *&* 105 *ex n.* 1. vbi plures modos inferendi iniuriam refert, & postea *n.* 421. *& sequentibus*, latissime agit de materia libelli famosi, *ee n.* 428. pœnam arbitrariam esse asserit, prout etiam ex Menochio *de arbitrarijs*, *cas* 263. Mascard. *concl* 902 Claro, & alijs resoluit Pichardus *in manuductionib.* 3. *par.* §. 4. *nu.* 72. *& in rubrica*, institura *de iniurijs*, Pradilla *de lege pœnali*, 1. *par. cap.* 42. vide etiam Farinaci. *cons.* 30. *per totum & cons.* 123. *&* 145. *lib.* 2. Scobar *de de puritat. sanguin.* 2. *par. quæst* 2. & Pichardum iterum *in* §. *atrox. eod. tit. ex n.* 9. vbi sex casus constituit in materia libelli famosi, & eius pœnam declarat, & tandem contra Gonez. tenet, quod qui libellum famosum inuenit, & perlegit, si non manifestauit, nulla pœna tenetur.

Ad num. 2. ibi: *Secundo modo fit simplici verbo, &c.* 3

Verbo etiam fieri iniuriam punibilem alicui etiam absenti, & etiam si verum dicatur, si modo Reipub. non expediat sciri, & puniri, vt hic resolvitur, docent late Clarus §. *iniuria n.* 16. Diana *resolut.* 13. *tom.* 5. *tract.* 4. Fachinæus *controuersiarum*, *libr.* 9. *capit.* 10. & alij plures relati à Lara *de annuersarijs*, *capit.* 4. *ex numer.* 76. Zeuallos *quæstion.* 323. vbi etiam agit de iniurijs illatis in iudicio, & à Tuscho *liter. I. con-*

conel. 152. Scobar *de puritate sanguinis 2. par. quæst.* 5. Azeued: *in l.* 1 *tit.* 10 *lib.* 8. *n.* 8. vbi de iniuria in absentem, & *l.* 2. *ex nu.* 205. late Farinac. *d quæst.* 90. & 105. *ex n.* 226. vbi numeris præcedentibus, & subsequentibus terdecim opiniones congerit, & tandem, vt mihi videtur, optimam resolutionem adducit, *num.* 247., hoc modo quod si sumus in iudicio veritas conuitij excusat, si ex causa legitima proferatur, si verò sumus extra iudicium, aut iniuria est facta per libellum famosum, & tunc veritas non excusat, aut est facta verbo, & non scripto, & tunc si iniuriam proferens fuit prouocatus alia iniuria, veritas excusat dummodo non excedatur: aut non fuit prouocatus, & tunc si animo iniuriandi eam protulit non excusatur, licet verum dicat secus si sine animo iniuriandi, & cum causa eam protulerit, eum vide, & Pichardum *in* §. *iniuria* 1. instituta *de iniurijs*, *num.* 18. vbi verius dicit (vt antea dixerat Couarrubias *in capit.* 11 *lib.* 1. *variarum*, *num.* 6.) non excusare veritatem criminis si animo iniuriandi dicatur, qui animus semper præsumitur, nisi probet se alia ratione fecisse, quælibet enim causa etiam falsa, & iniusta excusat à dolo, prout etiam magis declarat, ipse Pichardus, *numer.* 47. ibidem quem etiam videas, & Gratianum *discepetationum*, *cap.* 81. *n.* 5. vbi quod non fit iniuria per hæc verb. *Tu dicis mendacium vel falsum*, & Cenedum *collectanea*, 146. vbi de iniuria verborum, & Petrum Gregorium supra, *capit.* 5. & Barbosam *in collectan. cap.* 23. *de sententia*, & *re iudicata nu.* 14.

Ibi: *Ex quo infero notabiliter*, *&c.*

Quod ille qui contra alium dixit aliquam ex iniurijs contentis *in l.* 2 *tit.* 10 *lib.* 8. *Recop.* teneatur palinodiam recantare sub distinctione sup. tradita, vt hic resoluitur, docent cõmuniter Doctores, vt constat ex Azeuedo ibidem, Farinacio *quæstion.* 105. *num.* 71. & Parladoro *lib.* 1. *quotidianarum*, *cap.* 17. Pichard. § *in Summa hoc titulo*, Pradilla *de lege penali*, *cap.* 42. vbi quod non relaxatur sub fide iusiurandi sic iniurians, & plures referens Cenedus *in collectanea*, *capit innotuit de maledicis*, *numer.* 4. modus autem, quo id fieri debet, in controuersia est, & placuit D. Francisco de Amaya *in l.* 4. *Cod. de iure fisci*, *lib.* 10. *num.* 43. post Ualenzuel. & alios quod non requiratur dicere se mentitum, sed sufficiat dicere verba equipollentia, vt si dicat, tale conuitium non esse in persona iniuriati, sed esse virum bonum, & à tali macula alienum, & liberum: *Diziendo: Que no dixo tal, ni pudo, porque lo tiene por limpio, y en quien no cabe tal injuria*, *&c.* eum vide, & Bernardum Diaz *in pract. cã.* 66. vbi Salzedus agit de clerico iniuriante, Salgad *de protect.* 2. *part. c.* 4. *ex n.* 169. & 4. *part. ca.* 12. *ex n.* 108. vbi de clerico, & nobili, & quod in hoc casu non fit relaxatio sub fide iuss. Gutierr. *lib.* 4. *q.* 19. *n.* 5. & Pichard. *in maundat.* 3. *parte*, §. 4. *num.* 72. vbi etiam de clerico, & nobili, quod non teneatur palinodiam recantare, Auil. *in proem. c. prat. ex. n.* 20. vbi de vxore nobilis.

Ibi: *Aduertendum tamen*, *&c.*

De errore, & causa excusante ab huiusmodi delicto, vide Pichardum supra §. *iniuria*, instituta *de iniurijs*, *num.* 19. & latissimè Farinacium *quæstione* 90. *ex nu.* 1. vbi limitat, & declarat post plures ampliationes, cum vide ibi, & *quæstione* 16. *num.* 67. & *seq.* vbi quod sine dolo, & animo iniuriandi non committitur.

Ad num. 3. ibi: *Tertio modo est alius qui iniuria facto*, *&c.*

Iniuriarum actione teneri eũ qui iniuriam facto intulit, vt si aliquem ma-

manu, vel alio quolibet instrumẽto percussit, vel domum per vim introiuit, vel manum aduersus alium leuauit, vt hic resoluitur, docent Clarus *in §. iniuria*, in principio, Plaza *in epitome delict. lib. 1. cap. 6. ex n. 2.* vbi de minante cumbaculo, vel cultello, Boer. *decis. 323.* & alios referens Pichar. *in manud. 3. p. §. 4. n. 72.* vbi etiã quod pœna arbitraria est imponẽda pro iniuria facto illata, & plura exẽpla huius iniuriæ afferẽs Farinac *q. 105. ex n. 6. & cõs. 36. in addit.* Auend. *2. p. c. 21. prax. nu. 1.* vbi de iniuria facta signo, Azeuedus *in rubrica tit. 10 lib. 8. num. 24.* cum vide ibi *et l. 2. n. 85. & 86.*

5 Ad num. 4. ibi: *Item adde quod iniuria, &c.*

Atrocem dici iniuriam ratione facti, vel personæ, vel loci, vt hic resoluitur docent omnes sup. citati, *nu. 1.* maxime Menochius *de arbitrar. cas. 263.* Plaza *in epitome delictor. lib. 1. cap. 6.* Gregorius *in l. 2. tit. 16. part. 2. l. 4. tit. 7. partita 6. l. 8. tit. 31. partita 7.* Azeuedus *tit. 10. lib. 8. Recop. in rubrica, numer. 23.* Barbosa *in collectanea, capit. 1. de maledictis, num. 4.* vbi de iniuria facta multis præsentibus, *& capit. 17. de sententia excommunicationis, nu. 3. & ca. 10. de donation. n. 20.* Farinac latissimè *quæstione 105. ex nu. 175.* vbi decem & octo conclusionibus explicat quæ dicatur leuis iniuria, quæ grauis, quæ atrox, Petrus Gregorius *in sintagm. lib. 38. cap. 3. ex nu. 3.* Pichardus late *in §. atrox*, institutæ *de iniurijs.* Cenedus *collect. 57. ad decret. n. 6.* & alij plures penes ipsos, item Farinacius *cõsil. 41. n. 9. & sequente*, vbi de alapa, Gregorius *in rubrica, tit. 19. partita 3. & in leg. 14. ibidem*, vbi quod iniuria reputatur atrox, si fiat tabellioni, iterum Farinacius *quæst. 17. numer. 35. & sequentib.* vbi de alapa data iudici, & iterum *in quæst. 20. n. 121. & consil. 30. libr. 1. n. 28.* Matienzo *in dialogo 3. parte, cap. 10. n. 11.* vbi de iniuria facta iudici. Item de alapa quod sit atrox iniuria, & pro ea debeat imponi pœna arbitraria vsq; ad mortem, considerata persona inferentis hanc iniuriam, & eam recipientis, & loco vbi illata fuit, docet ex multis Pichardus *in manuductionibus, 3. parte, §. 4. numer. 6.* quem videas, & Valenzuelam *tom. 2. conf. 142. ex nu. 55.* & Barbos. *in collect. c. 11. de pœnis, n. 5.* vbi quod in dubio iniuria nõ præsumitur facta iudici vt iudici, sed vt priuatę personæ.

Ad num. 5. ibi: *Et breuiter dico, &c.* 6

Iniuriam fieri alicui, vel immediatè in propria persona, vel per filium in eius potestate existentem, vel per vxorem, vel seruum quando est atrox iniuria, vel in contumeliam domini facta, item fit cadaueri, & hæredi competit actio pro ea, vel consanguineis, ita Gomez. hic, & docent late Plaza *in epitome delictor. lib. 1. cap 6. n. 16. & sequent.* Clarus *in §. iniuria, ex n. 4.* Petrus Faber *lib. 3. semestrium, c. 9.* Petrus Gregor. *in sintagm. lib. 38. cap. 3. ex n. 11.* Azeuedus *in rubrica, tit. 10. lib. 8. num. 66.* vbi laudat Gomezium *in l. 1. num. 8. & l. 2. n. 190.* & latissimè Farinac. *quæst. 105. ex n. 253. vsq; ad n. 305.* vbi alias plures personas enumerat perquas nobis fit iniuria latissimè amplians, & limitans, & etiam disputat ad quẽ pertineat petere, vel remittere iniuriã, Pichardus *in §. patietur*, institutæ *de iniurijs*, vbi etiam quis possit remittere iniuriam, vel agere pro ea, iterũ Farinac. *q. 14. ex. numer. 35. vbi n. 41.* quod mater non potest remittere iniuriã filij, vide Azeued. *in l. 2. tit. 10. lib. 8.* latè *ex n. 125.*

Ad nu. 6. ibi: *Et dico quod si in contumeliam domini, &c.* 7

Iniuria facta famulo, vel monacho, aut

aut clericõ, an domino abbati, & Æcclesiæ facta intelligatur, vt resoluit Gomezius, docent late Plaza *in epitome delictorum, lib. 11. cap. 6. num. 15.* Baiardus ad Clarum §. *injuria nu. 39* Azeuedus *in l. 2. tit. 2. lib. 1. Recopilationis, num. 9.* Matienzo *in dialogo, 3. part. cap. 55.* & alij plures relati à Farinacio *dictâ quæstione 105. ex num. 277.* vbi de iniuria facta famulo, & *nu. 291 & sequentib.* vbi de iniuria facta clerico *et n. 295.* vbi de monacho iniuria affecto, de quo etiã Thomas Sanchez *in summa lib. 6. cap. 12 n. 5.* & 6. vbi alios refert, & contra Farinac. *quæstione 13. nu. 26.* docet, solum superiorem posse remittere iniuriam factam monacho, de quo Azeuedus *in l. 2. tit. 10. li. 8. Recop. ex n. 125.* Barbos. *in collect. c. 7. de sent. excom.* vbi quod satisfactio iniuriæ factæ clerico etiam debet fieri Æcclesiæ.

Ibi: *Adde tamen*, &c.

Patrẽ posse remittere iniuriã etiã inuito filio, nisi sit vilis, & turpis persona, vt hic resoluitur, docent Doctores sup. citati hoc nu. & Azeued. maximè, & Farinacius *d quæst. 105. ex n. 254.* Tuschus *lit. I. conclus. 163.* Pichard. *in §. patitur*, instit. *de iniurijs* late, vide Fachineum *lib. 9. cap. 42.* & Rodriguez *de redditibus lib. 3. quæstione 7. nu. 68.* Barbos. *l. 2. §. fin. ff. solo matrim.*

Ad ea tendũ tamen est quod licet regulariter cuilibet liceat propriãcõ donare, vel remittere iniuriam, tamẽ aliquando id non permittitur absq; graui culpa, veluti si iniuria tenderet in graue præiudicium monasterij, patris, seu familiæ, vt ex Arag. 2. 2. q. 62 *artic. 2.* Pet. Naur. *de rest. lib. 2. ca. 4. n. 385. 393. et seq.* Less. *de iust. li. 2. c. 11. dub. 24. n. 129.* Sayr. *in clavi Reg. lib. 11. c. 6. n. 16.* Regin. *in pra. lib. 10. n. 338.* Ioan. Sanc. Abul. *selec. disp. 46. ex n. 6.* & alijs optime resoluit Sotus *de just. jure q. 1. §. 8. ex n. 17.* quẽ videas.

Ad num. 7. ibi: *In quo articulo magistraliter, et resolutive dico*, &c.

Pro iniuria posse ciuiliter agi ad pœnam pecuniariam parti applicandam pro satisfactione iniuriæ, vel criminaliter ad vindictam, & tunc imponi debere pœnam arbitrariam, vt latius explicat Gomezius, docent Clarus §. *iniuria*, & ibi Baiardus, Gail *lib. 1. obseruatione 65.* Couarrub. *variar. lib. 2. cap. 10. num. 7.* Azeuedus *in rubr. titul. 10. lib. 8. Recopilationis ex num. 63. et l. 2. num. 194.* Bossius *tit. de iniurijs, nu. 11.* Plaza *in epitome delictorum, lib. 1. cap. 6. num. 30. et seq.* Surdus *decisione Mantuan. 89. num. 10.* optime Pichardus *in §. in summa*, instituta *de iniurijs*, & latissime Farinacius *quæstione 20. num. 59.* vbi an reuocans iniuriã pœnam euadat? *et quæstione 26. numer. 33. et sequent.* vbi an pœna pecuniaria conuertatur in corporalem ob paupertatem? *et quæst. 105. ex n. 25. vbi n. 28. et seq.* explicat per conclusiones, an per electionem ciuilis actionis tollatur criminalis, vel è contra? & postquam regulam constituit affirmatiuã, cũ vtraq; actio tendat ad vindictam, *n. 30.* secundam facit conclusionem, quod si primo loco intentata sit actio non ad æstimationem iniuriæ, sed addamna, & interesse, tunc non censetur prohibitum postea intentare actionem criminalem, & è contra, vide eum ibi per septem conclusiones quas adducit, *et vsq; ad numerum 82.* vbi latissimè agit de hac pœna, & etiam D. Larream *decision. Granat. 98. ex num. 1. et 69. et seq. et allegatione fiscali 95. ex numer. 34.* & Noguerol *allegatione 12. numer. 117.* Barbosam *in collectanea, capit. 7. de iniurijs, nu. 4.* vbi quod iniuriam inferens clerico punitur per iudicem Æcclesiasticum, & ibi *nu. 6.* quod æstimatio iniuriæ potest fieri per partem cum iuramento.

9 Ad num.8.ibi: *Et in tantum est verum, &c.*

Pœnam arbitrariam hoc casu, & similibus posse extendi vsque ad mortem, si grauitas delicti hoc petat, & consuetudo loci, vt hic resoluitur, docent Bernardus Diaz *in reg.* 379. *vel* 147. Viuius *in communibus opin. verb. Iudicis arbitrio, num.* 2. Crasus *in suis communibus, lib.* 2. *cap.* 6. *quæstione* 1. Bossius *tit. de iniurijs. nu.* 30. Azeuedus *in rubr. tit.* 10. *lib.* 8. *ex n.* 65. Thomas Sanchez *in consil. moral lib.* 3. *cap. vnico. dubio* 14. Cenedus *collectanea* 46. *ad decretales num.* 3. Perez de Lara *in compend. vita hominis, cap.* 25. *num.* 65. & alij ferè infiniti in vnum congesti à Farinacio *quæstione* 17. *nu.* 34. 35. *& sequentibus*, vbi limitat, & declarat, *& num.* 53. *& seq.* vbi iterum declarat, & iterum *quæst.* 30. *n.* 204. *& consil.* 32. *nu.* 6. Zeuallos etiam plures pro hac, & pro contraria parte afferens *quæst.* 304. *tom.* 1. Pichardus *in* §. *in summa* instituta *de iniurijs, nu.* 26. Molina *de iustitia, tom.* 4. *disputat.* 40. *nu.* 14. & vide Fachinæum *lib.* 9. *controuers. cap.* 45.

10 Ad num.9 ibi: *Poterit etiam agere ad damna, & expensas, &c.*

Quod vltra supradicta debeat etiã fieri satisfactio damni, & expẽsarum vt hic resoluitur, docent Gail *obseruatione* 65. *lib.* 1. *num.* 2. Thesaurus *decisione pedemontana* 15. *num.* 8. *& seq.* Barbosa *in collect. cap.* 14. *de iudæis* & Sarrac. *num.* 2. alij communiter, cuius ratio est aperta, quia quando iudicium ciuile est de re familiari, criminale verò de vindicta, & publica vltione, tunc vna actio aliam non tollit, vt docent Lancelotus *in tractatu de attentatis*, 2. *parte, cap.* 4. *limitatione* 23. *num.* 40. Cujacius *lib.* 20. *obseruation. cap.* 25. *&* 26. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 4. *parte, cap.* 3. *ex n.* 26. & plures referens Farinacius *quæst.* 105 *num.* 30. *& quæst.* 4. *nu.* 41. vbi an condemnatus ciuiliter pro iniuria possit iterum accusari, Gregorius Lopez *l.* 21. *tit.* 9. *partita* 7. Couarrubias *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *nu.* 7. Molina *de iustit. tom.* 4. *disput.* 40. *nu.* 19. late Azeuedus *in rubr. tit.* 10. *lib.* 8. *num.* 68. & Pichardus *in* §. *in summa*, instituta *de iniurijs, num.* 13. vide iterum Farinacium *quæstione* 21. *num.* 143. & D. Larream *decis. Granaten. s.* 98. *ex numer.* 69.

Ibi: *Ex quo infertur, &c.*

Vide quæ diximus supra *cap.* 3. *de homicidio.*

11 Ad num.10. ibi: *Quæ actio competat pro his damnis, &c.*

Et ibi: *Vnde aliter, & tertiò dicamus, &c.*

Actionem vtilem legis *Aquiliæ* competere pro his damnis repetendis, & per viginti annos durare, vt hic resoluitur, docent aliqui ex supra relatis, & Pichardus in principio instituta *de lege Aquilia, nu.* 28. *& in* §. *in summa*, instituta *de iniurijs, nu.* 17. vbi declarat Molina *de iust. tom.* 4. *disputat.* 40. *num.* 20. & melius *disputatione* 42 *nu.* 11. vbi explicat, & vide *conclusionem* 33. post opera Roderici Suarez.

12 Ad num.11. ibi: *Aduertendum tamen &c.*

Quod si offensus decedat, fiat æstimatio operarum, secundum dispositionem text. *in l. hæreditatum*, aliàs *computationi*, *ff. ad legem falcidiam*, si autem remanet viuus, sed impeditus ad laborandum, debeat fieri condemnatio pro annua quantitate præstanda pro tempore vitæ eius, vt hic resoluitur diximus iam supra, *cap.* 3. *num.* 39. vbi videbis, & Molinam *de iustitia, tom.* 4. *disputat.* 40. *num.* 19. vbi etiam aduertit quod obligatio hæc ad damna locum habet ante iudicis condemnationem in foro conscientiæ licet secus sit in eo quod pœnale est, *& tom.* 3. *disputa.* 697. *ex nu.*

*nu.*33. *& disputatione* 698. & Pichardum *in* §. *item is*, institura *de obligat. quæ ex quasi maleficio, &c. ex num.* 20. & Farinacium *quæst.*119. *ex num.* 93. laudissimè.

13 Ad num.12. ibi: *Vnum tamen esse, &c.*

Quod cicatricis nulla fieri debeat æstimatio, præterquam infœmina in nupta, & in seruo, seu animali, bene tamen etiã in homine libero debeat augeri condemnatio, vt hic resoluitur, docent post Bartolum *in tractatu de cicatricibus* Tassius *lib.* 2. *responsorum, cap.*12. Cacheranus *decisione* 107. Couarrub. *lib.*2. *variar. cap.*10. *num.*7. Plaza *in epitome delictorum, lib.*1. *cap.*6. *nu.*32. & plurimos referens, & late explicans Farinac. *quæstione* 18. *ex nu.*97. *& quæst.*119. *ex n.* 118. Pichardus *in* §. *item is*, institura *de obligationibus, quæ ex quasi maleficio nascuntur, num.*28. *et* §. *cæterum* institura *si quadrupes pauperiem fecisse dicatur, num.*4. Molinã *de iustitia, tom.*4. *disputat.*40. *nu.*20. Diana *resolut. moral. tom.*5. *tract.*4. *resolut.* 54. Lessius *de iustit. lib.*2. *c.*8. *ex n.*1. Sanch. *in cons. moral. lib.*1. *ca.*4. *dub.* 1. *n* 11. vide Osual. *lib.*15. *c.*24. *lit. I.*

14 Ad nu.13. Ibi: *Item addo circa prædicta, &c.*

Quod remittens iniuriam gratis, vel pretio, non videatur remittere dãna & expensas vel interesse, nisi aliud dictum fuerit, vt hic resoluitur, comprobant late Couarrubias *variarum lib.*2 *cap.*10 *num.*7. Plaza *in epitome delictorum lib.*1. *cap.*6. *num.*40. vbi etiam addit, quod remittens dãna, non videtur remittere expensas, Mysingerius *obseruat.* 10. *centur.*3. Clarus §. *final. quæst.*58. *versic. Quæro modo*, & ibi Baiardus *n.*68. Menochius *de præsump. lib.*3. *præsumption.* 114. *ex num.*11. Mascardus *de probation. conclus.*902. *nu.*29. Gratianus *disceptat. cap.*518. *num.*14. Scobar *de puritate sanguinis, quæst.*1. §. 8. *num.* 16. vbi quod remissa iniuria in foro poli non videtur remissa, publica satisfactio de quo etiam Cenedus *collectan.*12. *ad sextum decretal. n.*5. Molina *de iustit. tom.*4. *disputat.* 42. *ex n.*6. Paz *in praxi, 1. tom.*5. *part. ca.*34. §.6. *num.*88. Farinac. *quæst.*105. *ex n.* 365. *vbi nu.*369. *& sequent.* declarat dictam resolutionem non habere locum si plena remissio facta fuerit, ex Menochio *dicta præsumptione* 114. & alijs, Fachinæus *lib.*10. *cõtrouersiar. cap.*58 Suarez *allegat* 23. *num.*10. vide etiam Gutierrez *de tutelis*, 2. *par. cap.*7. *num.*9. & iterum Farinacium *quæst.*15. *nu.*13. Cancerium 2. *parte, cap.*11. *nu.*91.

Ad numerum.14. ibi: *Item addo,* 15 *&c.*

Quod si ex iniuria sequatur homicidium, non possit pro ea agi ciuiliter sed criminaliter, vt docet Gomezius, comprobant Socinus *consil.*137 *ex n.* 10. Decius *cons.*66. Carrerius *in practica. tract. de homicidio, & assassin.* §. *circa secundum*, Bossius *titul. de homicidio, ex num.*107. Couarrub. *variar. lib.*2. *cap.*9. *ex num.*2. Plaza *in epitome delictor. lib.*1. *ca.*10. ex quibus omnibus colliges pro homicidio pœnã mortis esse imponendam, quamuis prodamnis & interesse etiam agi possit incidenter, vt dictum manet *in c. de homicidio.*

Ad nu.15. ibi: *Et magistraliter, &* 16 *resolutiue dico, &c.*

Actionem iniuriarum duobus modis tolli, primo remissione iniuriæ, secundo per lapsum anni, vt resoluit Gomezius, comprobant Plaza *in epitome delictorum, lib.*1. *cap.*6. *num.*43. Clarus §. *iniuria, num.*12. Mascardus *de probat. conclus.*1156. *num.*24. Couarrub. *lib.*2. *variar. cap.*10. *num.*7. Pinel. *in l.*1. *Cod. de bonis maternis, 3. parte, in fine*, vbi de patre remittente iniuriam filij, Castillo *in l.*47. *Tauri*

sin fi

in fine, & in l. 55. in principio, vbi an pater possit agere pro iniuria filiæ nuptæ Barbosa *in l. Lucius. ff. soluto matrim. ex num. 2.* Azeuedus *in l. 2. tit. 10. libr. 8. rubr.* 157. *& sequentib.* vbi de modis quibus iniuria remittitur, Suarez *tit. de los matrimonios, nu 35. & n. 39.* (& vide *conclusionem 32.* post opera Roderici Suarez) Auendanus, *2. parte, cap. 21. pratorum num 1.* Gratianus *in regul. 338.* vbi etiam de patre remittente iniuriam filij, Pariadorus *differentia 51. §. 3.* Farinac. *quæst. 14. ex nu. 34. & consil 98. & Lætius quæst. 105. ex nu. 334. vsq; ad 383.* vbi de omnibus modis remittendi iniuriam post Mascardum, quem cõmendo, *de probation. conclusione 902* Gratianus *disceptationum. cap. 284. ex nu. 26.* Tuschus *lit. I. conclus. 164.* Molina *de iustitia, tom. 4. disputat. 42.* Barbosa *in collect. cap. de maledic. num. 6.*

Item de secundo modo quo tollitur iniuriarum actio, per lapsum scilicet anni, vide præter supra citatos, Pichardum *in §. sed & lex Cornelia, institut. de iniurijs, num. 7. & 8.* vbi veriorem, & communiorem opinionem appellat, dicentem actionem prætoriam iniuriarum annalem esse ex lege verò Cornelia descendentem perpetuam, eum vide, & Canc. *variarum, 2. parte, capit. 11. numer. 101.* Farin. *q. 10. n. 21. & seq.* & Gregorium *in l. 12. tit. 9. partit. 7. glossa 1. & 2.* item Pichard. *in §. hac actio, institut. de iniurijs, num. 5. & 14.* Clarum *in §. iniuria, num. 9.* Azeuedum *in l. 2. tit. 10. libr. 8. Recopil. num. 188.* Zeuallos *quæst. 679.* vbi an annus currat ignoranti? Pichard. in principio institut. *de perpetuis, & temporal. action. num. 20 & 37.* & vide *conclus. 33.* post opera Suarez.

Et adde quod Princeps pro bono pacis potest remittere iniurias inter vnum Regnum & alterum, item data accepta, & hæc sine consensu subditorum, laso & Doctores *in l. conuentionũ. ff. de pactis*, & sine eo quod satisfiat subditis de bonis occupatis ab hostibus, vt ex alijs resoluit Sousa *in titul. de pactis, quæst. 1. artic. 2.* vide cum, & Ioannem Gratianum *in regul. 403.* & Auendanum *2. parte, ca 10. prat. in fine*, & late Farinacium *q. 107. ex nu. 6. & 8.* & Thom. Sanchez *in consil. moralib. lib. 3. capit. vnico, dub. 19.*

Ad num. 16. ibi: *Et breuiter, & resolutiue dico*, &c. 17

Iniuriam inferens quod possit petere cautionem de non offendendo ab iniuriato, etiam si culpa sua orta fuerit inimicitia, & quod etiam iudex ex officio possit hoc præcipere, & cautionẽ esse debere prosse, & consanguineis, amicis, & familiaribus, vt hic resoluitur, docent late Menochius *de arbitrarijs, casu 139. et duobus sequentibus*, Bernardus Diaz *regula 510.* vbi Salzedo plures ampliationes congessit, Plaza *in epitome delictorum, cap. 7. nu. 1.* Auiles *in cap. 6 prætorum, nu. 8.* Barbosa *in collect. l. denuntiamus*, vbi quod citatio, & causæ cognitio requiritur, & latissime omnino videndus Farinacius *quæstione 107. per totam*, vbi omnes difficultates fusissimè prosequitur ad saturitatem, *et num. 27.* refert plures tenentes quod quiscauere non teneatur nisi pro filijs, aut eis quos in potestate habet, aut pro illis tantum de familia quibus prohibere potest, ne delinquant, & sic pro sibi subditis, & non pro alijs, Molina *de iustit. tom. 4. disputat. 42. num. 12.* vbi declarat, se intelligere dictam resolutionem, vt tunc procedat, quando timeretur quod illi consanguinei ipsius offensi intuitu damnum inferrent, si verò timeretur quod aliquis cõsanguineus inde offensus prosse damnum inferre vellet, tunc ab eo cautio petenda est,

&

& non ab eo qui iniuriam accepit, à quo ille alius non pendet in eo damno inferendo eos vide, Zeuallos *quæstione* 3 4. & Bouadillam *in polit. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 43. & 44. & latius Farin. *in d. quæst.* 107. *ex n.* 3. apud quos tractatu inuenies an iudex possit cogere partes ad pacem, & concordiam? quod vtique poterit facere post punitionem, vt constat ex Bobadil. & Farinac, & alijs ab eis relatis, & Thoma Sanchez *lib.* 6. *cons. cap.* 1. *dub.* 25. vide etiam Basil. Potium *de matrim. lib.* 12. *cap.* 20. vbi quod valet pactum ne iniurians possit perpetuo ingredi ciuitatem, de quo etiam alia supra, *ca.* 3. *nu.* 55.

18 Ad nu. 17. ibi: *Sed in eo resolutiue dicerem, &c.*

Cautionem iuratoriam sufficere, si non possit fideiussores inuenire, vt hic resoluitur, docent *Menoch. cas.* 335. *de arbitrarijs*, Auilès *in c.* 6. *pretorum*, verb. *Pobres*, *ex n.* 6. Gratian. *in reg.* 464. Gutierr. *in l. nemo potest*, *nu.* 294. Zeuall. *quæst.* 846. *in fine*, & melius *quæst.* 66. vbi tandem totum hoc iudicis arbitrio relinquit, Molina *de iustit. tom.* 4. *disput.* 42. *n.* 12. & latissime, vt solet Farinac. *d. quæst.* 107. *ex n.* 36. *vsq; ad* 44. quem omnino videas, *& quæst.* 33. *ex* 44. Et generaliter quando cautio intelligatur cum fideiussore, vel sine eo, videndi sunt Gregorius *in l.* 33. *tit.* 18. *part.* 3. Gratianus *discept. cap.* 147. Barbosa latissime *in l.* 8. §. *interdum*, *ff. soluto matrim. n.* 11. *& sequent.* Guzman *de euictionib. q.* 17. *nu.* 17. & Farinacius sup. *& tom.* 1. *quæst.* 33. *num.* 43. *& seq.* Barbos. *in collect. Autentica generaliter*, *Cod. de Episcopis*, *& clericis*, *in fine*, *& in collect. cap.* 19. *de restitution. spoliatorum. n.* 6. *& 7. & in cap.* 13. *eodem tit.* Salgad. *de protect.* 4. *part. c.* 12. *ex n.* 92. & de obligato dare talem fideiussorem an impleat dando aliũ æque idoneum, vel pignora? Guzm. *d. quæst.* 17. Et an impleat dando fideiussorem extra ciuitatem? Gratianus *discept. cap.* 230. *ex num.* 4. *& ca.* 229. Fachinæus *lib.* 12. *controuersiar. cap.* 63. & iterum Guzman *quæst.* 2. *ex n.* 55. & Hermosilla *in l.* 32. *tit.* 5. *part.* 5. *glossa* 1. *nu.* 287. vbi an qui debet dare fideiussorem impleat faciẽdo cautionem iuratoriam? de quibus omnibus vide supra, *in cap. de fideiussoribus.*

Ibi: *Et ex superioribus potest deduci, &c.*

Quod meretrix, seu mulier inhonesta, seu infectus morbo pestilenti potest eijci à vicinia, diximus iam *to.* 2 *cap.* 3. *de locatione*, *& conduct.* & videri potest Farinac. *in fragment.* verbo: *Meretrix*, *n.* 407. Azeuedus *in l.* 2. *tit.* 10. *lib.* 8. *Recop. nu.* 28. *& seq.*

An pro cõdemnatione iniuriæ habeat locũ cessio bonorum? vide Baeçam *de debitore*, *cap.* 16. *nu.* 31, *& c.* 18. *nu* 6.

Item an iniuriarum actio competat hæredi, vel contra hæredem? vide omnino D. Francisc. de Amaya *in l.* 10. *Cod. de iureiurando*, *lib.* 10. *num.* 14. vbi quod post litis contestationem hæredi, & in hæredem datur, *ex l.* 13. *ff. de iniurijs*: Et vide sup. *cap.* 1. *n.* 85. & Cancerium *variar.* 3. *p. cap.* 11. *nu.* 133. *et seq.* vbi de virgine defloratæ decedente an transmittat ad hæredes iuspetendi dotem ab stupratore? & Matenz. *l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 5. *glossa* 5. *n.* 5. *et* 14.

Item adde qnod iniuria facta histrioni, & similibus personis non est cõsiderabilis, vt notat Gratianus *discept. c.* 185. *n.* 46. ad quod vide Farinac. *quæst.* 105. *n.* 176.

CAPVT SEPTIMVM

DE CRIMINE STELLIONATVS.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*

2 *Quid sit crimen stellionatus, & an illud committat, qui tacuit obligationem generalem, & quid de contractu nullo.*

3 *De aliis modis committendi stellionatum, et de eo qui vendit rem suppositam censui.*

1 MATERIAM criminis stellionatus explicant, præter ordinarios in hoc tit. *Cod. et ff.* Bossius *in præct. tit. de stellionatus crimine*, Menochius *de arbitrar. cas.* 381 Gregorius *in l.* 10. *tit.* 3. *part.* 5. *et in l.* 7. *et final. tit.* 16. *partita* 7. Osualdus ad Donel, *lib.* 18. *cap.* 8. Petrus Gregorius *in syntagm. lib.* 39. *cap.* 3. Tiberius Decianus *lib.* 3. *ca.* 17. Tuschus *lit. S. conclus.* 691. *per totam* Farinacius *quæst.* 150. *num.* 219. *et seq. et num.* 288. *et quæst.* 168. *num.* 16. *et in fragmentis*, verb. *Creditor, et consil.* 7. *libr.* 1. vbi quod non agitur criminaliter, quando per actionem ciuilẽ ex contractu potest satisfieri, *et consil.* 96. *num.* 19. *et sequentib. et decis.* 138. *libr.* 1. *in additione*, vbi de vendẽte rem duobus, & alia, optime Parlador. *differentia* 132. *num.* 4. *et* 5. *et in* §. 1. ibidem, Bolasius *in Curia Philippica*, 2. *tom.* verb. *Hipotheca, nu.* 16. vbi quomodo purgetur crimen stellionatus, Lassarte *de gabellis in additionibus ad caput* 16. *n.* 10. vbi quod committitur hoc crimen si præconizetur maius pretium quam quod re vera oblatum est, iterum de hac materia Farinacius *quæst.* 19. *ex num.* 33. *et quæst.* 26. *nu.* 28. vbi de fingente se diuitem cum sit pauper, Pradilla *de lege panali*, 2. *parte, cap.* 7. *et cap.* 45. *num fin.* vbi quod crimen stellionatus committit qui debitum solutum iterum petit, Villadiego *in politica in forma libellandi in hoc crimine stellionatus*.

llionatus, Molina *de iustitia*, *tom.* 5. *disputatione* 9. *nu.* 26. apud quos materiam fusissimè explicatam inuenies, & apud Pichardum *in* §. *iniuria* instituta *de lege Aquilia*, *nu.* 64. vbi explicat in quo consistat natura huius delicti, Salgado *in labirinti.* 1. *par. ca.* 14. *ex n.* 98. vbi quod quando materia contractus est ordinata potius ad dolum quam ad nulliter contrahendum, potest agi criminaliter ad pœnam stellionatus.

2 Ad num. 1. ibi: *Primus est, &c.*

Quod crimen stellionatus committat, qui rem prius obligatam specialiter, vel generaliter alteri eam obligauit, tacēdo priorem hipothecam, præterquam si res sufficeret pro vtroq; debito, resolut Gomezius in præsenti, & comprobat Pichardus, qui alios refert *in manuductionibus*, 3. *parte*, §. 4. *nu.* 116. vbi ait crimen stellionatus committi in prædicto casu, si quis bona aliqua vendit, quæ antea sub generali obligatione comprehensa fuerant, asserens ea libera, & vacua vendi, esseq; ab omni onere, & obligatione immunia (vt verbis Pichardi vtar) vide eum, & Azeuedum *in l.* 2. *tit.* 15. *lib.* 5. *Recopilationis*, & Villadiegum *in politica in forma libellandi in criminali*, *num.* 8. versic. *Y es de notar*, qui contrarium videntur tenere, & vide Didacum Gomez Bayo *lib.* 2. *sua praxis quæst.* 143. vbi cum nostro Gomezio transit *num.* 2. vide etiam Pichardum *in* §. *aliquando* instituta *de obligation quæ ex delicto*, *n.* 10. & Scobar *de puritate sanguinis*, 2. *parte quæst.* 4. *artic.* 4. §. 2 *num.* 57. vbi quod non committitur hoc crimen in contractu nullo.

Item de alijs modis quibus committitur crimen stellionatus præter supra relatos, *num.* 1. vide Villadiegū *dicto n.* 3. vbi eos refert, & Scaceiā *de sententia, & re iudicata*, *cap.* 1. *glossa* 1. *quæstione* 1. *sub num.* 5. *& de commercijs*, §. 2. *glossa* 5. *num.* 380. *&* 381. vbi de mandatario emente rem nomine proprio, quod teneatur crimine stellionatus, idem Scaccia *in dicto tract. de sententia, & re iudicata*, *glossa* 14. *quæstione* 19. *num.* 47. vbi quod pendente causa ciuili super actione in factum quæ oritur aduersus eum qui bis idem exegit, non potest intentari actio criminalis ex stellionatu, cum illa ciuilis sit præiudicialis criminali, & Salgado *in labirintho*, 1. *parte*, *cap.* 14. *ex num.* 92. vbi quod crimine stellionatus tenetur debitor, cuius bona sunt in concursu, & administratione, si super eis aliquid disponat.

Item si quis rem censui consignati vno obligatam vendit, tenetur crimine stellionatus, & præterea rem venditam liberare, cum non liceat emptori à cōtractu discedere inuito vēditore, nisi census esset perpetuus, Gutierrez *libr.* 2. *quæstione* 169. Rodriguez *de redditibus libr.* 2. *quæstione* 22. *nu-mer.* 49.

CAPVT

OCTAVVM

DE

EXILIO, ET

RELEGATIONE.

SVMARIVM.

1 *Doctores referuntur, qui hanc materiam explicant.*

2 *Exilium non implens qua pœna puniatur.*

3 *Tempus exilij debet esse continuũ.*

4 *Exilium ad tempus, vel sine eo quo modo intelligatur.*

Exilium debet esse, & intelligi de locis intra iurisdictionem iudicis.

5 *An iudex durante tempore exilij possit remittere illud.*

6 *Exilium voluntarium an iudice defuncto, seu remoto ab officio reuocatum censeatur.*

Exulatus à ciuitate, & eius territorio, an possit habitare in locis exemptis à iurisdictione, & an in suburbijs, & quid in populo augmentato postea.

Exilij pœna an sit corporalis.

Exul si moriatur, an cadauer possit adduci ad locum exilij.

Exul à ciuitate an possit per eam transire.

Exul conseruat domicilium loci à quo exulat.

Exilium implet qui est incarceratus propter debita.

An maritum exulem debeat uxor sequi.



E hac materia agũt præter ordinarios in proprijs locis, Farinacius *q.* 19 *ex n.* 16 *& q.* 87. *num.* 67. *& q.* 107. *ex nu.* 267. *& in fragmentis.* verb. *Bannire, nu.* 69. *& sequant.* Castillo *in l.* 49 *Tauri,* verb. *Desterrados,* Clarus *§ final. quæstion.* 71. Menochius *cas.* 530. Lara *de anni uersarijs, cap.* 21. *ex nu.* 84. *& cap.* 25. *num* 37. Auilès *in proœmio, capit. prætor.* verb. *Islas, & in cap.* 2 verb. *Camara, num.* 6. Barbosa *in l. quia tale. ff. soluto matrimon. num* 91. iterum Farinacius *quæst.* 20. *num.* 130. Bobadilla *in politica, lib.* 5. *cap.* 1. *nu.* 181. *& cap.* 10. *num.* 32. Auendañ *de exequendis mandatis, 1. parte, cap.* 17. *ex nu.* 9. Peguera *in praxi criminal. cap.* 41. Bernar

nardus Dias *in pract. cap.* 126. Paz *in praxi tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex n.* 190. Didac. Gomez Bayo *in collect.* verb. *Exilium*, vbi plura Azeued. *in leg.* 8. *titul.* 18. *lib.* 4. vbi an sit causa ciuilis, vel criminalis, vbi imponitur pœna exilij? Tuschus *liter. R. conclusione* 130. *& liter. B. conclusione* 18. *& sequent.* Narbona *de ætate anno* 10. *quæstione* 9. *num.* 24. vbi an succesſerit exilium in locum deportationis, aut relegationis, & quod non infligitur minori decem annis cum dimidio.

2 *Ad num.* 1. ibi: *Duplicatur tempus exilij, &c.*

Exilium non implens quod ei duplicetur tempus quod ſupereſt, & ſi erat ad decennium perpetuetur exilium, ſi verò in perpetuum ſit exulatus puniatur pœna mortis, vt hic reſoluitur, docent Clarus *in* § *final. quæſtione* 17. *num.* 13. Menoch. *de arbitrar. caſu* 530. *ex num.* 15. (qui in aliquibus diſſentit) Villadiego *in politica, cap.* 3. *num.* 333. Gratianus *diſceptationum cap.* 226. *numer.* 3. *&* 43. vbi quid ſi exilium frangat effectus poſtea clericus, vel è contra, à quo iudice poſsit puniri? Peguera *deciſione criminali*, 41. *ex num.* 1. Gregorius *in leg.* 10. *titul.* 31. *partita* 7. Bernardus Diaz *in practica, capite* 126. Paz *in praxi, tom.* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 12. *numer.* 189. *& ſequentibus* late Farinacius *in fragmentis*, verbo: *Banniti num.* 83. *& ſeq. vbi numer.* 87. aduertit quod in hac duplicatione temporis non computatur, nec duplicatur tempus, quo quis ſtetit in carcere, ſed tantum computatur tempus, quo quis exilium non ſeruauit (de quo etiam Bolaños *in Curia*, 2. *part.* verbo: *Prelacion*, *numer.* 65.) *&* *numer.* 98. iterum aduertit ipſe Farinacius, quod ille qui exilium debebat implere, debet probare implesſe cum ſufficiat ex altera parte negari *& num.* 90. cum Menochio *ſupra dicto caſu* 530. *nu.* 5. & Peguera, & alijs docet non eſſe imponendam pœnam mortis non implenti exilium perpetuum, eũ vide, & Thomam Sanchez *in conſil. moral. lib.* 6. *c.* 4. *dub* 19. vbi an peccet mortaliter frangens exilium? & nouiſsime Narbona *de ætate, quæſtione* 45. *numer.* 3. vbi de minore non implente exilium.

Ad num. 2. ibi: *Quod iſtud tempus exilij, &c.* 3

Tempus exilij debere eſſe continuum, & quod non computetur tempus, quo exitit in carcere, vt hic reſoluitur, præter ea quæ diximus ſupra *capit.* 1. *hoc tomo* 3. a gentes de Blaſphemia, comprobatur ex eo quia regulariter tempus intelligitur continuum ex late adductis per Antonium Bardum *in tractatu de tempore vtili per totum*, Menochius *de recuperanda remedio* 1. *num.* 450. Cardoſo *in praxi*, verbo: *Tempus*, Cujacius *lib.* 2. *obſeruationum*, *capit.* 18. Tiraquel *de retractu linagier*, §. 1 *gloſſa* 11. *num.* 21. Amaya *libr.* 1. *obſeruationum*, *capite* 18. *numer.* 5. *vbi num.* 7. *& ſequentibus*, explicat contra alios, text. *in leg. Paulus* 38. §. *ſinali ff. de liberali cauſa*, hoc loco adductum à noſtro Gomezio, quem videas, & Auilés *in cap.* 25. *prætorum*, verbo: *Diſpenſare*, *num.* 7.

Ad num. 3. ibi: *Et tunc intelligitur exulatus, &c.* 4

Exulatum ad tempus intelligi vſque ad decennium, exulatum autem ſimpliciter in perpetuum exulatum cenſeri, vt hic reſoluitur, docent Peguera *deciſione criminali* 41. *numer.* 11. Bayardus ad Clarum *quæſtione* 71. *numer.* 9. Tuſchus *litera B. concluſione* 15. *numer.* 1. *& ſequent.* Gomez Bayo *in praxi, cap.* 24. *n.* 176. Paz *in praxi*

tom.1.parte 5. cap.3. ex num. 109. in §.11. Vantius *de nullitate ex defectu processus, numer. 95.* Farinacius *in fragmentis*, verb *Bannitus, nu. 79. & seq.* & quod exilium simpliciter impositum intelligatur de præciſſo non de voluntario, docet Salgado *de protect. 4.p.c.12.n.84.* poſt Parlad. *3.to. quæſt.17.nu.6.*

Ibi: *Verum tamen eſt, &c.*

Exilium debere eſſe & intelligi de locis intra iuriſdictionem iudicis, cum declaratione noſtri Gomezij, & non vltra comprobant Clarus *in §. finali, quæſtione 71. num. 4.* Bobadilla *libr.2 cap.21.num.216.* Farinacius ſupra verbo: *Bannitus, ex numer.69. vbi numer.70.* docet cum multis grauiſsimis doctoribus, quod hoc de conſuetudine non ſeruatur, imo iudices poſſe bannire etiam extra locum ſuæ iuriſdictionis, & vide etiam eundem *in conſilio 113. ex numer.9. libr.2.* & Gregorium *in l.5. titul.31. partita 7. gloſſa 1.* Matienzo *in l.2. titul.1. libr.5. Recopilationis gloſſa 3. num.2.* vbi ex multis legibus huius Regni probat quemlibet iudicem poſſe imponere pœnam exilij à toto Regno.

5 Ad num.4. ibi: *Non poteſt concedere licentiam redeundi, &c.*

Non poſſe iudicem dare licẽtiam redeundi durante exilio, ſed ſolum principem id poſſe facere, vt hic reſoluitur, docent Afflictis *deciſione 4. per totam*, Auendanus *capit.7. prætorum, ex num.9.* Farinacius *quæſtione 6. numer.10. & ſequent. vbi numer.14.* ait, ex magna, & legitima cauſa poſſe dictam remiſsionem facere iudicem ordinarium, *& quæſtione 11. ex numer.12.* Bobadilla *in politica libr.2.cap.16.ex numer 122 & capit.21.num.211.* vbi etiam addit iudicem ordinarium qui ſuccedit in locum alterius poſſe remittere exilium voluntarium impoſitum per prædeceſſorem, Auilès *in cap.1. prætorum*, verb. *Derechamente, n.7. & in c.2 prætorum*, verb *Camara, n.6.* vbi an domini temporales poſsint exilium remittere de? quo etiam Bobadilla *in politica, lib.2.cap.16.n.124.* vbi ait, hos dominos inferiores recognoſcẽtes ſuperiorem non poſſe exilium præciſſum remittere, Azeuedus *in l.15. titul.5. lib.2. Recopilationis*, vbi probat eandem concluſionem, niſi tales domini inferiores hoc habeant de conſuetudine, & addit ſe credere quod ſi exulatus eſſet pauper, & cauſa leuis, parte ſatisfacta poſſet iudex, ſi aliter ipſe exulatus commode ſuſtentari non poſſet quam in patria illa exilium remittere, vide etiam Canceri um *variarum, 2. parte cap.2 nu.15.* & Menochium *de arbitrar. quæſt 92.*

Ad num. 5. ibi: *Sed his non obſtantibus, &.* 6

Exilium voluntarium non finiri morte iudicis illud imponentis, nec remotione eius ab officio, ſed eandem voluntatem tranſire ad ſucceſſorem in officio, vt hic reſoluitur, docent Clarus §. *finali, quæſtione 71. numer.14.* vbi Baiardus *numer.32* Caball. *reſolutione criminal. 8. ex numer.60. & caſ.143. ex numer.7.* Tuſchus *liter. B. concluſione 89.* Barboſa *in l. quia tale. ff. ſoluto matrimon. num.91.* Menoch. *de arbitrarijs quæſt 69.* & alij relati à Farinacio *in fragmentis*, verbo: *Banniti, numer. 74. & ſequent, & iterum numer. 99. & ſequentibus*, vbi videtur diſtinguere quod ſi voluntas, & beneplacitum eſt tanquam perſonæ particularis, expirat morte eius, ſecus vero ſi eſt tanquam iudicis, & perſonæ publicæ, ſed profecto, in hoc caſu videtur mihi voluntatem, & beneplacitum eſſe intelligendum tanquam iudicis, & perſonæ publicæ, quia vt talis condemnat

&

& pœnam exilij imponit, vide eum & Gutierez *libr.3. quæstione 11. numer.20.* & Farinacium *quæstione 87. num.67.*

Item an exulatus à ciuitate, & eius territorio, possit habitare in villa exempta à iurisdictione ciuitatis? vide Bobadillam *libr.5. cap.10. num.32.* Menochium *de arbitrarijs, lib.1. casu finali, ex nu.16.* Auilès *in proœmio, cap. pratorum. glossa isilas, ex nu.6.* & quid in suburbijs? Lara *de anniuersar. cap.21. num.84.* Auilès supra vbi etiam quid in populo augmentato postea.

Item an exilij pœna sit corporalis, Azeuedus *in l.2. titul.19. lib.8. Recopilationis num.1. & in l.8. titul.18. lib.4.* Bobadilla *lib.5. cap.1. numer.128.* Salgado *de protectione, 2. parte, cap.4. numer.165. & sequent.* Cancer. *variarum, 3. parte, capit.17. numer.167.*

Item si exulatus moriatur an eius cadauer possit adduci ad locum exilij, vide Rojas *de hæreticis, singulari 62. nu.6.* Lara *de anniuersarijs, lib.1. cap.25. num.37.* post Gregorium *in l.2. tit.28. glossa 8. partita 2.* Farina eius *quæstione 20. num.130.* & vide Medices *in tractat. mors omnia soluit, 3. part. n.59. & 60.*

Item an exulatus à ciuitate possit per eam transire, vide Farinacium *tom.3 quæst.167. num.267. & sequentibus*, & Narbonam *ad titulum 6. lib.1. Recopilationis, leg.10. glossa 2. num.18.*

Item quod exul possit domicilium habere, in loco à quo exulat, Petrus Gregorius *in sintagm. lib.18. cap.13. n.26.*

Item quod exul qui est in carceratus propter debita, exiliũ impleat eo tempore, vide Solorzanum *de pactricidijs, lib.1. cap.23.* Pegueram *in quæstion. criminal. cap.22.* Uicentium de Franchis *decisione 317.* & Bolanum *in Curia Philippica 2. parte, §. prelacion, num.65.* vbi etiam ait, quod condemnatus in exilium debet illud implere, non obstante incarceratione pro debito.

Item adde quod vxor debet sequi virum exulem: sic contra alios docet Thomas Sanchez *de matrimonio, lib.1. disputatione 41. num.12.* nec dissentit Perus Gregorius *in sintagmate, libr.11. capit.4. numer.19.* sed alij plures apud Sanchez supra contrarium tenent.

CAPVT NONVM

DE CAPTVRA REORVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*

2 *Prius quam reus capiatur debet constare de delicto.*

3 *Descriptio bonorum, & sequestrum statim fieri debet.*

4 *Capere delinquentem infragranti, an liceat priuata auctoritate? & ibi de mandato in scriptis.*
Et casus aliqui in quibus id licet ex interuallo.

5 *An index possit capere delinquentem in alieno territorio?*
De fugiente ad aliud Regnum.

6 *De iudice, vel officiali sequente reũ extra suam iurisdictionem.*

7 *Reus resistens iudici in captura an possit occidi?*
Carcer debet esse secundum qualitatem delicti.

8 *Reus ante sententiam potest relaxari si constet de innocentia.*

9 *An reus possit sub fideiussoribus relaxari? & ibi de relaxatione tempore paschatis.*

10 *Reus promittens se præsentare intra certum terminum sub pœna an transacto termino incidat in eam sine interpellatione.*
Si reus fuit captus pro eadem causa & fugiat, an fideiussor liber maneat? & ibi de nuntiante reo, vt fugiat, ne capiatur.

11 *Iniustè captus, an semper possit appellare.*

12 *Fugiens à carcere, an fateri delictum videatur.*
Innocens iniustè captus, an possit fugere rupto carcere?

13 *De vxore quæ mutatis vestibus eximit maritum à carcere & ibi de alio quolibet extrahente carcerato à carcere.*
De obligatione custodis carceris remissiue.
An Episcopus possit habere familiam armatam, & capere laicos? vide in cap. seq.

De



E hac materia agunt latissime præter ordinarios Bossius *in practica, titulo de carcere*, Silvester, & reliqui verbo *Carcer*, Tuschus *liter. C. conclusione 66.* & pluribus sequentibus vsque 94. Dueñas *regula* 389. Clarus §. *finali*, *quæstione* 21. 45. & 69. Menochius *de arbitrarijs quæstione* 88. & *sequen. & casu* 300. & *sequen.* Mascard. *concl.* 266. & *seq.* Couarr. *libr.* 1. *variar. cap.* 2. *nu.* 8. & *lib.* 2. *capit.* 20. *numer.* 13. Bernardus Diaz *in practica, capite.* 124. & ibi Salzedo, Cancerius *variarum* 2. *parte. capite.* 2. *ex numer.* 64. Sanchez *in consilijs moralibus*, *libr.* 6. *cap.* 4. *dubio* 6. & *sequentib.* vbi de fuga, & affractura carceris, Gratianus *disceptationum*, *capit.* 328. vbi de muliere, sene, & puero, Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *parte*, *capit.* 3. §. 2. Didacus Perez *in leg.* 15. *titul.* 12 *libr.* 8. *ordinamenti*, Decianus *tom.* 2. *libr.* 7. *capit.* 11. qui omnes agunt late de carcerum effractoribus, & Fachinæus *controuersiarum*, *capit.* 69. & 72. Bobadilla *libr.* 3. *capit.* 15. & *libr.* 2. *capit.* 13. *ex numer.* 65. Amaya *in leg. nemo carcerem, Codic. de exactor. tribut. ex numer.* 19. Pareja *de instrumentorum editione*, *tom.* 2. *titul.* 7. *resolutione* 2. *ex numer.* 2. Bolaños *in Curia Philippica*, §. *prison.* 1. 2. & 3. *parte*, Petrus Gregorius *in syntagmate*, *libr.* 31. *capit.* 33. Lara *de anniuersarijs*, *libr.* 1. *capit.* 22, *ex numer.* 25. Azeuedus *in leg.* 1. *tit.* 18. *libr.* 8. *Recopilationis*, *ex numer.* 170. & latissime materiam explicans Farinacius *quæstione* 27. & *sequentibus*, *vsq; ad quæstionem* 35. quem omnino consulito, Auendañus 2. *parte*, *cap.* 5. *pratorum*, *ex numer.* 20. Fachinæus *controuersiarum*, *capit.* 55. & *sequente* Salgado *de protectione*, 2. *parte*, *capit.* 4. latissime, vbi de clerico, & etiam de requisitis ad capturam, & alia plura, & Carleual *de iudicijs*, *tomo* 2. *titul.* 3. *disputatione* 12 *ex num.* 27. vbi de mulieris captura, de qua & de minori Salgado supra & Narbona *de ætate anno* 25 *quæstione* 36. & *anno* 70. *quæstion.* 10. vbi de sene.

Ad num. 1. ibi: *Imprimis oportet quod constet delictum, &c.*

Ante quam perueniatur ad capturam debere constare delictum fuisse commissum, & postea quod talis reus sit culpabilis in delicto, resoluit Gomezius, & docent Bossius *in practica*, *titul. de delictis num.* 24. & 53. & optime Bobadilla *lib.* 3. *capit.* 15. *num.* 86. vbi declarat Larrea *decisione Granatens.* 29. *numer.* 15. Salgado *de protectione*, 2. *parte*, *capit.* 4. *numer.* 141. vbi de declaratione vulnerati quod sufficiat, cum videas omnino *ex numer.* 125. vbi alia plura, Narbona *in concordia familiarum Inquisitionis*, *glossa* 18. *numer.* 52. vbi quod non fit resistentia, si aliter fiat, Clarus *in practica*, *quæstione* 4. *in principio in* §. *finali*, & *quæstione* 28. versiculo: *Quæro num quid*, vbi addit quod si clericum capiat iudex Ecclesiasticus non constito prius de delicto incidit in excommunicationem, cum quo & alijs id docet Farinacius *quæstione* 27. *numer.* 74. Bernardus Diaz *in practica*, *capit.* 120. *numer.* 3. vbi Salzedo, Couarrubias *libr.* 2. *variarum. capit.* 13. Pareja *de instrumentorum editione*, *titul.* 2. *resolutione* 6. *ex numer.* 56. vbi quomodo probetur corpus delicti, Sanchez *in consilijs tom.* 2. *lib.* 6. *capit.* 4. *dubio* 6. Barbosa *in leg. siquis postea quam*, *ff. de iudicijs ex numer.* 74. & latissime Farinacius *quæstione* 25 *per totam*, vbi fusissime de

corpore delicti verificando ante captu-
ram cum ampliationibus, & limi-
tationibus, *& quæſt.* 27 *n.* 125. vbi limi
tat ſi timetur fuga, & plures textus
ex vtroq; iure adducens Pichardus
in manuduct. 3 parte, §. 3. nu. 1. Me no
chius *caſ.* 530. *de arbitra nu.* 28. & be
ne explicans Paz *in praxi, tom.* 1. *par
te* 5. *cap.* 3. §. 1. & Ioannes Gratianus
reg. 129.

3 Ad num. 2. ibi: *Deberi fieri per iudi
cem, &c.*

Deſcriptionē bonorum, & ſequeſtrum fieri debere ſæpius in cauſa cri
minali docent communiter Doctores, vt conſtat ex Suarez de Paz *in
praxi. tom.* 1 *parte* 5 *cap.* 3. §. 2. *nu.* 18.
Pichardus *in manuductionib.* 3. *parte*,
§ 3. *num.* 4. *&* 5. Farinacius *quæſtione*
11. *num.* 4. *in ſua praxi criminali*, & la
te Scaccia *de iudicijs, lib.* 1. *cap.* 97.
ex num. 16. *&* c. 98. *ex n.* 21. vbi quod
non bene ſoluitur reo poſt factam
hanc annotationē bonorum, de quo
Bolanus *in Curia, 3 paga nu.* 7.

4 Ad num. 3. ibi: *Item adde quod ne-
mo debet, &c.*

Iudicem competentem, vel alium miniſtrum de mandato eius poſſe ca
pere delinquentem, imo ſi eum infra
granti delicto reperiat, non ſolum
officialis publicus, ſed & pars offen-
ſa, vel quilibet priuatus de populo
poterit eum capere, & iudici præſen-
tare, ita reſoluit Gomezius, & com-
probant late Farinacius *quæſtion.* 21
num. 140. *& quæſt.* 27. *ex num.* 7. *&* nu.
125. *&* nu. 76. vbi de clerico, *&* conſ.
55. *num.* 77. *& quaſi per totum, vbi nu.*
89. agit quid ſi priuatis capere vole-
tibus aliquem fiat reſiſtentia: Grego
rius *in l.* 20. *tit.* 9. *partita* 2. *gloſſa* 8.
Scaccia *de iudicijs, lib.* 1. *cap.* 78. *per
totum* Azeuedus *in l.* 4. *tit.* 4. *lib.* 8.
Recopil. ex nu. 3. vbi de captura pro-
pria auctoritate & Cancerius *variarum*, 2. *parte, cap.* 10. *ex nu.* 11. vbi de
debitore fugitiuo, *&* n. 65. vbi de reo
infragranti, Giurba cum alijs *conſil.*
98. *nu.* 3. Sanchez *in conſil. moral lib.*
3. *cap. vnico, dub.* 28 vbi de mandato
inſcriptis, *& lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 6. *nu.*
5. Barboſa *in collect. cap. cum non ab
homine de iudicijs, num.* 12. vbi cum
Auendaño *de exequendis mandatis*,
1. *par. c* 22. Bernardo Diaz *c.* 125. &
Azeued. *in l.* 9. *tit.* 3. *ii* 1. *& l* 5. *tit.* 3.
lib. 4. *Recop.* & alijs pluribus reſol-
uit iudicem ſæcularem poſſe capere
clericum repertum infragranti delicto, vt ad ſuum iudicē ducat, blq; me
tu excommunicationis, & addit quod
infragranti quis dicitur deprehendi quando nec fugere, nec inficiari
poteſt, Auiles *in cap.* 47. *prætorum*,
verb. *Clerigos, nu.* 4. *& in ca.* 1. verb.
Cartas, num. 6. Bolanus *in Curia Phi-
lipp.* 3. *part.* § *priſion, num.* 6. *&* 4. *&*
2. *tom* verb. *Nauegantes, nu* 7. vide
etiam Barboſam *in l. alia*, §. *elegan-
tes, ff ſoluto matrim. ex num.* 3. vbi de
pacto capiendi debitorem propria
auctoritate.

Ibi: *Item adde, &c.*

Caſus in quibus priuatus poteſt capere delinquentem etiam ex inter
uallo, dummodo intra viginti horas
eum præſentet coram iudice, enume
rat Farinacius *dicta quæſtion.* 27. *nu.*
23. vt ſunt monetarum falſarij, latro
nes, & viarum graſſatores, violenti
fœminarum raptores, milites ſtipen-
darij fugientes, duces, arborum & vi
nearum incenſores, venefici & incan
tatores, & reſ in fragranti reperti, eū
vide, & Bolanum *in Curia Philipp.* 3.
parte, § *priſion. nu.* 2. & Cancerium
variarum, 2 *parte, cap.* 10. *num.* 65. &
Azeuedum *l.* 4. *tit.* 4. *ex nu.* 4. vbi de
blaſphemis, & alijs.

Ad num. 4. ibi: *Item adde quod in-* 5
dex, &c.

Nullum iudicem poſſe capere delinquentem exiſtentem in alieno territorio, *vt* hic reſoluitur, docent, &
explicant Tuſch *litter. C. conclu. 72.*

vbi

vbi ampliat, limitat, & declarat Farinacius *quæst. 7. num. 40. & quæst. 27. nu.* 82. & plures relati à Zeuallos, *quæstione 9.* vbi etiam agit de citatione verbali, & de excommunicatione an liget extra territorium existentem? Parladorus *differentia 19. ca. 2. n. 6.* Carleualius *tom. 1. disput. 2. quæst. 1. num. 2.*, Gratianus *in regula 491. ex nu. 1.* & late Barbosa *in l. Titia, ff. soluto matrim. nu. 35.* & vide Fachin. *lib. 9. cap. 23* Auendañ. *respons. 40. num. 7.* & Scobar *de latrocinijs, capit. 4. num. 1.* Bolanum *in Curiâ, tom. 2. § falidos nu. 19. & § Cuentas num. 9.* Cenedum *in collectan. cap. Romana, § contrahentes, de foro compet. lib. 6.* qui late agunt de fugientibus ex hoc Regno Castellæ ad Lusitanum, vel aliud Regi nostro subiectum, de quo Carleualius *de iudicijs, tom. 1. disput.* 6 *2. ex n. 827.* Et vide etiam Bobadillã *lib. 2. cap. 13. ex n. 65.* vbi de iudice insequente reum fugientem extra suam iurisdictionem, de quo etiam Villadiego *in politicâ, cap. 5. § 27. ex nu. 1.* & in hoc crebrius receptum est, non posse iudicem, vel aliquem ingredi cum virga iustitiæ in alienam iurisdictionem & capere delinquentem fugientem, & casu, quo eum capiat, debere eum relinquere captum in manu iudicis illius loci, vt inde per literas requisitorias alterius iudicis in cuius territorio deliquit, remittatur, vt ex Azeuedo *in l. 3. tit. 2. num. 3. lib. 1. Recopil.* Farinac. *quæst. 7. n. 40. & 41.* & alijs pluribus resoluit Bobadilla *lib. 2. ca. 13. num. 67.* vide etiam Barbosam *in l. Titia ff. soluto matrim. nu. 33. & seq.* & Gutierez *lib. 4. quæst. 25. num. 5. &* 14. Auilés *in cap. 1 pretorum num. 6.* & Carlevalium *dicta disputatione 2. ex nu. 756.*

7 Ad num. 6. ibi: *Potest eum occidere, vel vulnerare, si telo defendat, &c.*

Quod si reus se defendat in captura resistendo possit occidi vel vulnerari, & idem si fuga, vel aliomodo se subtrahat, vt hic resoluitur, docent Bossius *in titul. de captura, nu. 12. & seq.* Plaza *in epitome delictorum libr. 1. cap. 38. num. 6.* Clarus *in §. finali, quæst. 29* & alij plurimi in vnum congesti à Farinacio *quæstion. 32. ex nu. 40. vbi n. 41.* docet quod talis iudex vel officialis nõ potest excedere modum iustum in hoc casu, nec vti armis contra inermem, *& nu. 44.* contra nostrum Gomezium, & alios resoluit, quod si reus fugiat, non possit occidi, nisi reus esset capitaliter dãnatus, & bannitus, vel nisi ita iudex expresse mandasset, eũ vide ibidem *vsq; ad nu. 62.* vbi hanc quæstionem fusissimè explicat per amplationes, & limitationes, Suarez *tit. de los em plazamientos*, verb. *Sed attende. nu. 26.* Fachinæus *lib. 9. controuer. ca. 73. & 74.* Castillo *in 66. Tauri*, Narbona *in concordia familiarium sanctæ Inquisitionis, glossa 18. num. 34.* vbi plures refert.

Ibi: *Item adde quod carcer, &c.*

Quod carcer debet esse secundum qualitem delicti, cum debita securitate, & sine pœna, & cruciatu, vt hic resoluitur, docent plures relati, & sequiti à Farinacio *quæst. 95. & sequentibus*, Gutierrez *libr. 4. quæstione 21.* & late Bobadilla supra *cap. 15 lib. 3.* vbi plura, Auilés *cap. 25. pretorum*, verb. *Dispensaren.*

Ad num. 7. ibi: *Quod si durante lite post publicationem.* &c.

Reum posse relaxari ante sententiam, si de eius innocentia constat, vt hic resoluitur, comprobant late Suarez *tit. de fide in fore in causa crimin.* vbi Valdes. alios refert, Menoch. *de arbitrar. libr. 2. cas. 30.* Clarus *in §. fin. quæstione 46.* Bossius *tit. de carcerato & de iusforibus committendo, ex num. 1.* optime Salgado *de protec-*

tio-

tione, 2. parte, cap. 4. ex num. 187. & 218. vbi de forma huius fideiussionis.

9 Ad num. 8. ibi: *In quo articulo breuiter, & resolutiné dico &c.*

In casibus quibus pœna pecuniaria, vel exilij imponenda venit, reus potest sub fideiussoribus relaxari, secus, vbi est imponenda pœna corporalis, & si de facto relaxetur in hoc casu, pœna pecuniaria potest habere locum contra fideiussorem, vt hic resoluitur, ita docent Suarez *de fide iussore in causa criminali, per totum*, Tuschus *lit. C. conclusione 87. per totam*, Parladorus *differentia 138. numer. 7.* Cancerius *variarum*, 2. *parte, cap. 5. num. 95.* vbi an possit se obligare fideiussor ad pœnam corporalem? *& 3. parte cap. 12. ex n. 132.* & Bobadilla infra *num. 104.* & Clarus *in dicta quæst. 46.* & alij quam plurimi adducti à Farinacio *quæstione 33. & 34. per totas*, vbi fusissimè, vt solet materiam prosequitur, *& num. 2. & sequentibus*, declarat qualis debeat esse iste fideiussor, & quomodo debeat obligatio concipi, *& num. 43. & sequentibus*, agit quid si non inueniat fideiussorem, an admittatur ad cautionem iuratoriam? *& num. 77.* vbi agit de relaxatione paschatis tempore (de quo etiam Bobadilla *lib. 3. cap. 15. num 17.* & Lara *de anniuersarijs, cap. 22. ex num. 28.*) eum vide per dictas duas quæstiones, quibus præsentem resolutionem latissimè exornat. *& num. 9.* addit quod si fideiussor dolo desit reum exhibere puniri potest corporaliter, Carleualius *de iudicijs, tom. 1. disputatione 2. num. 750. & 751.* vbi bene explicat, & latius Salgado *de protectione, 2. parte, cap. 4. ex num. 153.* & Gutierrez *libr. 4. quæst. 21. vbi num. 4.* ait, quod nobilis, diues, & magnæ æstimationis, licet agatur de pœna corporali potest sub fideiussoribus relaxari, Salgado supra *nu. 196.*

Ad num. 9. ibi: *Sed his non obstantibus, &c.* 10

Quod si reus, vel fideiussor pro eo promisit se præsentare intra certum tempus sub certa pœna, quod termino elapso incidat in pœnam absq; alia interpellatione, vt hic resoluitur, docent plures doctores in vnum cogesti à Farinacio *quæst. 34. ex nu. 129. vsq; ad 134.* contra alios plures ibidem *num. 125.* relatos, & Matienzo *in l. 10. tit. 16. lib. 5. Recopilationis, glossa 2. nu. 3.* vbi etiam ait, illum textum esse singularem ad hoc, quod fideiussor de præsentando reum in iudicio, vel *de la haz*, sub certa pœna ad hoc obligatus, si incidat in eam pœnam ob non implementum, & talis pœna non fuerit petita intra annum à die, quo fuit incursa, deinceps non poterit peti, nec exigi, vide etiã Azeuedum *in l. 14. tit. 4. lib. 5. Recopil. num. 3.* vbi quod regulariter, quando ex culpa in non faciendo cõmissa est, pœna incurrenda, requiritur monitio, & Pichard. *in §. sed hodie*, institura *de satisdationibus, nu.* 17. Tuschum *liter. F. conclusion. 322.* & Cancerium *variar. lib. 2. capit. 5. num. 36.*

Ibi: *Dubium tamen est, &c.*

Quod eo ipso quod reus fuerit carceratus pro eadem causa, licet postea fugiat fideiussor liberetur, vt docet Gomezius, probant Afflictis *decision. 130.* Bossius *in practica, tit. de carcerato fideiussoribus committendo, num. 31. & 39.* Matienzo *in l. 10. tit. 16. lib. 5. Recopilat. glossa 2. nu. 4.* vbi laudat nostrum Gomezium, Pichard. *in §. sed hodie*, institura *de satisdationibus, numer. 18.* vbi quid si reus decedat? & alia per totum §. Tuschus *lit. F. conclusion. 326.* Cancer. *variarum lib. 2. cap. 5. num. 134.* & latissimè Farinacius *quæstion. 34. ex num. 93. vbi num. 94.* limitat præterquam

quam si fideiussor promisserit præsentare toties quoties, &c. & de nuntiante reo, vt fugiat ne capiatur, vide Auendañum *respons.* 22.

11 *Ad num.* 10. ibi: *Potest semper appellari, &c.*

Iniustè captum posse semper appellare, etiam si à die mandati de capiendo sint elapsi dies à iure constituti ad appellandum, cum grauamen sit continuum, vt hic resoluitur, docent communiter doctores, vt constat ex Pichardo *in manuductionibus*, 4. *part. præcepto* 11. *num.* . & vide latissimè Salgad. *de protectione Regia*, 2. *parte, capit.* 4. *maxime num.* 237. vbi aduerrit quod appellans post terminum debet allegare grauamen de præsenti.

12 Ad numer. 11, ibi: *Videtur confiteri delictum &c.*

Et ibi: *Sed certe iste videtur dubius, &c.*

Fugientem à carcere haberi pro confesso, & debere puniri pœna, eadem, ac si vere delictum commisisset præterquam si suam innocentiã probet, vt hic resoluitur, docent Clarus *in practica*, §. *finali, quæstione* 21. versicul. *Tertio autem modo*, Menoch. *de arbitrarijs, casu* 30. *num* 5. *& de præsumptionib. libr.* 1. *quæst.* 89. *num.* 45. Mascard. *de probation. conclus.* 266. *num.* 1. *& conclus.* 830. Morla *in emporio, tit.* 11. *qnæst.* 10. *num.* 11. & alij plures relati à Farinacio *in quæst* 30. *ex num.* 7. *vbi vsq; ad numer.* 33. plures opiniones adducit, & late agit de intellectu, text. *in l. in eos. ff. de custodia reorum*, & tandem sub distinctione præsentem resolutionem explicat, & pœnam mitiorem, & non ordinariam imponendam hoc casu asserit, vt videri potest per eum ibi, *num.* 24. *&* 25. eum vide, & Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *parte cap.* 3. §. 2. *ex nu.* 7. Plaz. *in epitome delictor. cap.* 38. *num.* 7. Fachin. *libr.* 9. *controuers. cap.* 69. *&* 72 Bobadill. *lib.* 3. *cap.* 15. *ex num.* 132. Gratianum *in reg.* 127. *per totam* Bolañ. *in Curia*, 3 *parte*, §. 11. *nu.* 13. qui omnes in pœna arbitraria imponenda conueniunt, & addunt quod fugiens à carcere, & se præsentans coram superiori nõ videtur fugere, nec pœnam incurrit: Vide etiam Barbos. *in collect. cap. nullus de præsumption. num.* 3. *vbi num.* 4. remissiue agit de iniustè detento in carcere, an tractis vinculis liceat fugere? plures referens ad hanc quæstionem, quos vide maximè Laram *in l. siquis à liberis*, §. *sed verum, ex num.* 24. Azeued. *in l.* 8. *tit.* 9. *lib.* 3. *Recopil. num.* 7. Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 18. *ex num.* 4. Reginald. *in praxi, lib.* 24. *num.* 149. D. Larr. *allegat fisc* 114. *nu.* 4. *&* 28. vbi quod licet custodes occidere, de quo Sanch. *in consil. lib.* 6 *cap.* 4. *dub.* 17. *& dub.* 7. *& seq.* vbi de iustè carcerato fugiente. Et quod fugiẽs à manibus iudicis punitur, ac si fugisset à carcere, idem Farinc. *quæst.* 32. *num.* 26. Et an fugientem perqutere liceat? ibidem *n.* 43 *& seq.*

Ad num. 12. ibi: *Quæ omnia videntur limitanda, &c.* 13

Uxorem, quæ mutatis vestibus exemit maritum à carcere excusari à pœna ordinaria, vt hic resoluitur, docet Bobadilla *lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 130. & plures relati, & sequti à Farin. *quæst.* 30. *num.* 118. *& quæst.* 31. *nu.* 160. & Pichard *in* §. *cæterum*, iustituta *de leg. Aquilia, nu.* 48. qui alios refert, Gratian. *reg.* 112. *ad fin.* Et an alius quilibet extrahens carceratum committat crimen læsæ Maiestatis? vide Narbon. *in concordia familiarium, glossa* 7.

Item de obligatione custodis carceris, vide Farinac. *quæst.* 31. *per tot. vbi nu.* 93. *& seq.* quod non potest relaxare captum de mandato creditoris sine mandato iudicis, Bobadilla supra. *n.* 127. *& lib.* 2. *cap.* 13. *ex n.* 65

qui

qui etiam agunt de custode carceris cognoscente carnaliter carceratam, & Tuschum verb. *Custos*, lat. te.

CAPVT DECIMVM

QVANDO REVS gaudeat immunitate Ecclesiæ, vel priuilegio primæ tonsuræ.

SVMARIVM.

1 *Doctores referuntur materiam explicantes.*
2 *Quando reus gaudeat immunitate Ecclesiæ, & quid de clerico.*
3 *Publicus latro non gaudet immunitate.*
De nocturno depopulatore agrorum.
De delinquente in Ecclesia.
De eo qui ducitur captus per Ecclesiam.
De homicidio proditorio.
4 *De immunitate clerici quoad forum.*
5 *De clerici coniugati exemptione quoad forum & ibi de eius vxore, & de monachis, & religiosis militaribus, & scholasticis, remissiue.*
6 *Quid si quis post delictum commissum fiat clericus, vel è contra.*
Quid si sit familiaris sanctæ Inquisitionis.
7 *Laicus delinquens simul cum clerico, an gaudeat priuilegio fori.*
Clericus declinans iurisdictionem secularem amittit officia Regalia.
Clericus delinquens in officio seculari, an à seculari iudice puniri possit, & plures casus in quibus seculari iurisdictioni subijcitur, & ibi de clerico tecte.
Clericorum animalia damnum dantia an possint capi à iudici seculari.
Quid in familiaribus Episcopi, seu Nuntij Apostolici, vel cuiuslibet clerici, an gaudeat priuilegio fori? & an Episcopus possit habere familiam armatam? & capere laicum.
8 *Nouitij ordinum militarium an gaudeant priuilegio fori? & de eorum exemptione.*

EHac materia agunt præter ordinarios in proprijs locis, Silues. & omnes Summistæ verb. *Immunitas*, Covarr. *lib. 2. variar. cap. 20.* Clar. *in §. fin. quæst. 30.* Tiber. Decian. *lib. 6. c. 25.* Tusch. *lit. E. concl. 10. & seq.* Petr. Gregor. *in syntagm. libr. 33. cap. 21. ex num. 3.* Gra-

Gratian *disceptat. cap.* 596. & 598. Azeued. *in tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat.* Farinac. late *in quæst.* 28. *& in tract. speciali de immunit. Eccles.* Paz *in praxi, tom.* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 3. Suar. *de religione, tom* 1. *lib.* 3. *cap.* 8. Sanch. *in conf. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *ca.* 1. *dub.* 7. *& seq.* Quesad. *in cap.* 1. *per totum*, Parlador. *differen.* 76. Pachin. *libr.* 9 *cap.* 93. Zeuall. *quæst.* 684. *&* 689. *&* 683. *&* 817. *&* 901. Carrasc. *ad leges Recopilat. cap.* 3. vbi multa particularia congerit, Gutierrez *lib.* 1. *quæstione* 1. *& libr* 3. *quæstion.* 4. Bobadilla *in polit. lib.* 2. *cap.* 14. & alij plurimi in vnum congesti à Barbosa *in collectan. ad rubric. de immunitate Ecclesiar. in decretal.*, necnõ D. Ana *in suis resolut. in primis tractatibus cuiuslibet tomi*, Pichard. *in manud. parte* 3 §. 3. *num.* 6 *&* §. 4. *num.* 67. i e rum Barbos. *de iure Ecclesiast libr.* 2. *cap.* 3. late. plura Larrea *decis Gran.* 29. omnino videndus.

Ad num. 1. ibi: *Regulariter omnis reus, &c.*

Quod regulariter reus gaudeat immunitate Ecclesiæ si ad eam confugiat, vel ad sacerdotem portantem Corpus Domini nostri Iesu Christi, taliter quod non possit per iudicem secularem inhiberi, nec ei dentur alimenta, & omnia necessaria, vt hic resoluitur, docent omnes doctores supra relati, & maximè Gregor. Lop. *in l.* 2. *tit.* 11. *partit.* 1. Couarrub. *lib.* 2. *variar. cap.* 20. *num.* 6. Didacus Perez *in l.* 6. *titul.* 2. *lib.* 1. *ordinam. glossa* 2. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 30. *num.* 1. Zeuall. *quæst.* 169. *&* 269. *& tom.* 5. *de cognitione per viam violentiæ quæst.* 5 *&* 42. & quam plurimos referens Farinac. *in tractat. de immunit. Ecclesiast cap.* 2. *per totum*, vbi latissimè declarat per ampliationes, & limitationes Cened. *in collect.* 4. *ad decretum, nu.* 7. *& quæst.* 9 *num.* 14. vbi quod si Cardinalis pileum suum imponat super caput rei, gaudebit immunitate, Salgad. *de protect* 2. *part. cap.* 4. *ex num.* 113. vbi quod etiam Clericus gaudet immunitate, Cened. *quæst.* 9. *nu.* 7. *&* 8. 9. vbi quid si iudex sub promissione immunitatis reum extrahat ab Ecclesia? *& num.* 10. vbi quod si reus propter timorem sibi incussum exeat ab Ecclesia, est illi restituendus. Barbosa *in tractatu de iure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 50. *& seq.* & quod beneficio immunitatis non possit reus renuntiare, docent plures relati à Larrea *decis. Gran.* 29. *num.* 2.

Ad num. 2. ibi: *Primus, &c.*

Quod publicus latro, ille scilicet qui in itinere publico, vel mari commissit furtum non gaudeat immunitate Ecclesiæ, secus fur, vel alius latro præter quam si commissit tria, vel plura furta, vt hic resoluitur, docent Tiberius Decian. *lib.* 6. *cap.* 28. *nu.* 2. *&* 3. Tusch. *lit. E. conclus.* 11. *num.* 1. Couarrub. *in practic. cap.* 20. *num* 13. Clarus *in* §. *fin. quæst.* 30. *num.* 8. *&* 9. Gutierr. *libr.* 3. *practicar. quæst.* 4. Farinac. *quæst.* 28. *num.* 50. *& seq. & in tract. de immunit. Eccles. cap.* 10. *nu.* 147. *vsq;* *ad* 157. vbi declarat quod publicus latro dicitur qui palam, & publicè furatur, vel qui publice stat in stratis ad effectum furandi, *& nu.* 154. limitat in eo qui solitus sit frequenter homines deprædari. secus in eo qui semel aut bis aliquem spoliauerit, vel furatus fuerit, vel semel grassatus fuerit in via, & optime Barbosa *in tract. de iure Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 78. *& sequent.* vbi etiam bene declarat, & plures doctores refert, *& num.* 81. aduertit seruandam esse in hoc casu consuetudinem, vide etiam Azeuedum *in l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopilat. nu.* 28. Paz *in praxi, tom.* 1. *part.* 5. *ca.* 3. §. 3 *n.* 64. *& seq.* vbi etiam late explicat, & Thom. Sanch. *lib.* 6. *consil. c.* 1. *dub.* 8. *nu.* 14. Diana *resolut.* 9. *tract.* 1. *tom.* 6. late.

Ibi

Ibi: *Secundus est casus, &c.*

Item quod nocturnus depopulator agrorum non gaudeat prædicta immunitate, docent Tuschus *lit. E. conclus.* 11. *num.* 1. & Decianus *libr. 6. cap.* 28. *nu.* 3. Anastat. Germon. *de sacror. immunit. cap.* 16. *num.* 56. & alij plurimi relati à Farinac. *in tract. de immunit. Eccles. cap.* 11. *ex numer.* 158. *vsq; ad* 161. *vbi nu.* 159. declarat quis dicatur nocturnus depopulator agrorum? Barbos. *in collect. cap. inter alia de immunit. Ecclesiar. nu.* 42. & 43. *& in tract. de iure Eccles. lib.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 85. Paz *in praxi, tom.* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 3. *ex num.* 68. Thom. Sanch. *in consil. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 14.

Ibi: *Tertius casus, &c.*

De delinquente in Ecclesia quod non gaudeat eius immunitate, Decian. supra *lib.* 6. *ca.* 28. *num.* 5. Anastat. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 79. Azeued *leg.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *num.* 23. Tusch. *lit. E. conclus.* 11. *num.* 10. 21. *& seq.* Paz *in praxi, to.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 3. *ex num.* 73. vbi de re explicat *vsq; ad num.* 102. Gratianus *disceptat. cap.* 598. *num.* 14. vbi de furante in Ecclesia, Farinac. *in tract. de immunit. Ecclesiast. cap.* 16. *num.* 205. & plurimis sequentibus, vbi optime declarat *vsq; ad num.* 250 & eodem modo Barbos. *de iure Eccles. libr.* 2. *cap.* 3. *num.* 102. *& pluribus sequentib. vsq; ad numer.* 114. omnino videndus, vbi plura specialia congerit, & Thom. Sanch. *lib.* 6. *consil. cap.* 1. *dub.* 8. *ex nu.* 15.

Ibi: *Quarto limita, &c.*

Quod is qui ducitur ad carcerem vel ad furcam captus per ipsam Ecclesiam non gaudeat eius immunitate, vt hic resolvitur, docent Gutier. *lib.* 3. *quæst.* 6. Anastat. Germon. *lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 73. Azeuedus *l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopil. ex num.* 11. Tusch. *lit. E. conclusion.* 11. *num.* 28. & plures referens Farinac. *in tract. de immunit. Ecclesiar. cap.* 15. *num.* 201. *vbi num.* 202. alios plures pro contraria parte adducit: & tandem, *nu.* 203. distinguit, vt prima opinio Gomezij procedat, quando reus captus ducitur per Ecclesiam taliter, quod nunquam evasit manus capientium, secus si existens in Ecclesia eorum manus evasit, tunc enim gaudere debebit, vide Thom. Sanch. sup. *ex nu.* 9.

Ibi: *Quinto limita, &c.*

Item quod proditorius homicida non debet gaudere immunitate, vt hic resolvitur, docent cum alijs plurib. Gutierrez *in practicis, libr.* 1. *quæst.* 2. *num.* 2. *& lib.* 3. *quæst.* 7. *num.* 52. Anastat. Germon. *de sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 58. *& sequent.* Azeued *in l.* 3. *tit.* 2. *lib.* 1. *Recopil. num.* 9. Tusch. *lit. E. concl.* 11. *num* 5. Suarez *de relig. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 10. *& sequent.* Thom. Sanch. *in consil. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 8. *ex num.* 25 *& dubio* 9. vbi quod mandans, vel consulens homicidium proditorium gaudet immunitate, & latissime Farinac. *in d. tract. de immunit. Ecclesiar. cap.* 9. *num.* 135. *& sequent. vsq. ad* 146. vbi fusissime declarat, quis dicatur homicida proditorius? de quo etiam dixi supra *in cap.* 3. *de homicidio*, Barbos. *in collect. cap. inter alia de immunit. Ecclesiar. num.* 45. *& sequent. & in tract. de iure Ecclesiast. lib.* 2. *cap.* 3. *numer.* 88 *& sequentib. vsq; ad* 96. *& in collectan. cap.* 1 *de homicidio* vbi de interpretatione illius text. & an vulnerans proditorie gaudeat immunitate? de quo Gutierrez *dict. quæstione* 7. *num.* 55. & Paz *in praxi, 5. parte, tom.* 1. *cap.* 3. §. 3. *nu.* 126. Gratian. *disceptat. cap.* 380. *num.* 39. *& sequen.* Narbon. *l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recopilat. glossa* 12. *nu.* 106. & cum eo alter Narbona *de ætate anno* 7. *quæst.* 14. *nu.* 7. vbi quod occidens infantem proditor censetur.

4 Ad num. 3. ibi: *in secundo vero articulo, &c.*

Quod clericus etiam primæ tonsuræ habeat priuilegium ne conueniatur coram iudice sæculari, vt hic resoluitur, docent latissimè explicantes Bosi. *in pract. tit. de foro competen. num.* 127. Decianus *lib.* 4. *cap.* 9. *numer.* 21. *&* 27. Couarrubias *in practicis. cap.* 31. *numer.* 5. *& cap.* 32. *numer.* 1. Gutierrez *de iuramento confirmatorio*, 1. *parte*, *cap.* 17. *num.* 12. Paz *in praxi*, *tom.* 2. *præludio* 2. *num.* 26. & fere infinitos referens Farinacius *quæstione* 8. *ex num.* 1. *& per totam*, vbi omnes casus in hac materia contingentes explicat, Diana *tom.* 7. *tractatu* 1. *resolutione* 11. vbi quid in criminibus grauissimis? Barbosa *in collectanea*, *capit. nullus de foro competenti*, *& in capit. si diligenti*, *eodem titulo*, vbi quod clericus huic priuilegio non potest renuntiare, *& numer.* 10. probat cum alijs quod trahens clericum coram iudice laico perdit causam, licet non ipso iure adnihus per sententiam, & quod non euitabit pœnam, quamuis pœniteat, & latius idem Barbosa *in tractatu de iure Ecclesiastico*, *libr.* 1. *cap.* 39. §. 2. *per totum*, *vbi ex num.* 12. optime explicat requisita necessaria ad prædictam exemptionem iuxta dispositionem text. *in capit.* 6. *de reformatione sessione* 23. *Concilij Tridentini*, nempe quod habeat beneficium Ecclesiasticum, vel seruiat alicui Ecclesiæ de licentia, & mandato Episcopi clericalem habitum, & tonsuram deferens, vel in seminario clericorum, aut aliqua schola de eadem licentia versetur, vide eum per totum §. vbi late explicat quomodo debeant intelligi dicta requisita, & nouissime Carleualius *de iudicijs*, *tom.* 1. *disputatione* 2. *ex numer.* 145. 158. 392. *& multis sequentibus*, *& num* 856. vbi de iudice quæstionis de immunitate, & vide etiam Parejam *de editione instrumentorum*, *tit.* 2. *resolutione* 9. *& tit.* 5. *resolutione* 8. vbi late, *& numer.* 31. quod debet constare, quod possessionem beneficij fuerit adeptus; & alia plura, & iterum *resolutione* 6. *& specie* 2. *ex numer.* 258. vbi de contentione iurisdictionis inter iudicem sæcularem, & Ecclesiasticum super causis tonsuratorum, & Sanchez *in consilijs moralibus*, *tomo* 2. *libr.* 6. *capit.* 1. *dubio* 1. *& sequentibus*.

Ad nu. 4. ibi: *Quod procedit etiam si sit coniugatus, &c.*

Clericus coniugatus cum vnica, & virgine tonsuram, & habitum decentem deferens, quod gaudeat priuilegio fori, vt hic resoluitur, docent late fere omnes supra citati qui etiã de clericis coniugatis agunt, maxime Farinacius *dicta quæstione* 8. *ex num.* 64. Scaccia *de iudicijs*, *parte* 1. *cap.* 11. *nu.* 20. *&* 82. Couarrubias *in practic. cap.* 31. *num.* 6. Azeuedus *l.* 22. *tit.* 4. *lib.* 1. *Recopil.* Thomas Sanchez *de matrimon. lib.* 7. *disputatione* 46. *ex num.* 1. omnino videndus, Bolañus *in Curia Philipp.* 3. *part.* §. 1. *n.* 6. Barbosa *de potest. Episcopi.* 2. *parte allegation.* 12. *ex nu.* 26. *& in tract. de iur. Ecclesiastico*, *lib.* 1. *capit.* 39. §. 2. *ex numer.* 37. *& in collectanea ad text. in capit.* 1. *de clericis coniugatis in* 6. vbi omnes quæstiones in hac materia contingentes inuenies, qui *in dictonum.* 38. *cap.* 39. §. 2. addit cum multis quod si in aliqua parte sit consuetudo quod clericus coniugatus etiam gaudeat priuilegio fori in ciuilibus talis consuetudo obseruari debet, & adducit nouam dispositionem Concilij Tridentini *in dicto*, *cap.* 6. *sessione* 23. *de reformat.* vbi additur quod ad hoc, vt talis clericus coniugatus gaudeat priuilegio fori in criminalibus debet

vti habitu, & tonsura, & esse de putatus seruitio alicuius Ecclesiæ, vel ministerio ab Episcopo, & actu seruire, vide etiam eundem Barbosam *in dicta allegatione* 12. *& in collectanea l.* 2. *Cod. de Episcopis & clericis, n.* 9. Bolanum *in Curia Philippica*, 3. *parte*. §. 1. *num.* 6. *&* 7. vbi cum Gregorio *in l.* 32. *titul.* 2. *partita* 3. *glossa* 7. & alijs ait, etiam vxorem talis clerici gaudere prædicto priuilegio etiam post mortem mariti, dum in viduitate permanserit, de quo etiam vide Carleualium *de iudicijs, libr.* 1. *disputatione* 2. *nu.* 402. vbi plures refert, Thomam Sanchez supra *disputatione* 47. Pichardum *de nobilitate communicata*, Amayam *l. finali. Codice de incolis, libr.* 10. & Parejam *de instrumentorum editione tom.* 1. *titul.* 2. *resolutione* 6. *specie* 6. vbi late probat cum Thoma Sanch. ibi contra communem priuilegium fori concessum ratione personæ mariti regulariter ad vxorem non extendi, & sic nec ad vxorem tonsurati, eum omnino videas, & Barbosam *de iure Ecclesiastico, libr.* 1. *capit.* 39. §. 2. *numero* 62.

Plures tamen sunt casus in quibus clerici subsunt sæculari iurisdictioni, quos videre poteris apud Bobadillam *in politica, libr.* 2. *capit.* 18. Zeuallos *quæstione* 897. *ex numer.* 600. Tuschum *liter. C. conclusione* 385. *&* 386. & alios quos refert Carleualius *de iudicijs, libr.* 1. *titul.* 1. *disputatione* 2. *quæstione* 6. *sectione* 1. *numer.* 404. sicut è contra multi sunt casus in quibus Ecclesiasticus iudex potest procedere contra laicos, quos enumerat Bobadilla supra *capit.* 17. post Farinacium *quæstione* 8. *ex numer.* 47. & Scaccia *de iudicijs. lib.* 1. *cap.* 12. & Sanchez *in consilijs moralibus, lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 4. & alij relati à Carleualio supra. qui per totam quæstionem latissimè agit de personis exemptis à iurisdictione sæculari, monachis scilicet, & religiosis militaribus, scholaticis, &c. eum videas.

Ad num. 5. ibi: *Et resolutiue dico, &c.* 6

Eum qui post delictum fit clericus non gaudere dicto priuilegio, vt hic resoluitur, docuerunt aliqui, verius tamen, & receptius est quod si in fraudem iurisdictionis sæcularis effectus fuit clericus, seu *Monachus* adhuc puniri poterit à iudice sæculari, secus aliàs, vt quam plurimos referens testatur, Cancerius *variarum*, 2. *parte, capit.* 2. *ex numer.* 148. vbi alia plura in hac materia omnino videnda, Scaccia *de iudicijs, libr.* 1. *capit.* 11. Farinacius *dicta quæstione* 8. *numer.* 104. *& sequent. vbi numer.* 108. declarat dictam resolutionem procedere quoad impositionem pœnæ pecuniariæ non autem ad pœnam corporalem, quæ à iudice sæculari nullo casu imponi poterit, *& numer.* 110. *et sequentibus*, latissimè explicat quando dicatur assumpsisse ordinem clericalem in fraudem sæcularis iurisdictionis, eum vide ibi, *et consilio* 77. Gratianum *disceptationum forensium, tom.* 2. *capit.* 226. vbi plura notabilia, Salgado *de protectione* 4. *parte, capit.* 14. *ex numer.* 119. Zeuallos *quæstione* 550. *et* 563. *et* 897. *ex numer.* 1020. *et tom.* 5. *quæstione* 37. *et* 44. Barbosa *in collectanea, capit. proposuisti de foro competenti, numer* 7. Carleual. *de iudicijs tom.* 1. *disputatione* 2. *ex numer.* 907. Bobadillam *libr.* 2. *cap.* 18 *ex numer.* 77. *vbi numer.* 79. an hoc casu fideiussor liberetur? Naiboam *in concordia familiarium sanctæ Inquisitionis, glossa* 21. *ex n.* 38. qui etiam

agunt

agunt quidè contra ſi clericus poſt crimen ducat vxorem, vel amittat priuilegium alio modo, de quo etiam Villadiego *in politica, capit.* 5. §. 20. *numer.* 26. & 76. & Sanchez *in conſilijs moralibus, libr.* 6. *cap.* 1. *dubio* 3. qui docet cum alijs clericum debere puniri ab Eccleſiaſtico, licet poſtea fiat laicus delicto commiſſo, quod etiam docet Gratianus ſupra, Diana *reſolutionum moralium,* 3. *parte, tractatu* 2. *reſolutione* 118. Cenedus *quæſtione* 9. *numer.* 22. & *ſequentibus*, vbi agit qui iudex cognoſcat de fraude, & an fuerit commiſſa? & reſoluit quod Eccleſiaſticus, vide etiam Auendañum, *capit.* 22. *prætorum, numero* 12. Gratianum *regul.* 126. *num.* 10. & doctiſsimum Parejam *de inſtrumentorum editione, tom.* 1. *titul.* 2. *reſolutione* 6. *ſpecie* 2. *numer.* 266. vbi cum Carleualio probat, quod ad cognoſcendum quis iudex ſit competens ad punitionem, tempus delicti non eſt inſpiciendum, ſed tempus quo reus in iudicium vocatur.

In familiaribus verò ſanctæ Inquiſitionis verius exiſtimat ipſe Narbona *numer.* 43. indiſtinctè debere puniri à iudice ordinario, ſi poſt commiſſum delictum fiat familiaris. De eorum exemptione, & foro præter ſupra relatos, vide Carleu. *de iudic. lib.* 1. *diſp.* 2. *ex n.* 508.

Ad num. 6. ibi: *Sed his non obſtantibus, &c.*

Laicum ſimul cum clerico delinquentem non gaudere priuilegio fori hic reſoluitur & docent Afflict. *deciſione* 213. *num.* 7. Oſaſcus *deciſione pedemontana* 103. *numer.* 10. Clarus *in practica,* §. *finali, queſtione* 36. Cancerius *variarum,* 2. *parte capit.* 2. *numer.* 144. & alij plures relati à Farinacio *quæſtione* 8. *numer.* 151. vbi etiam alios plures pro contraria parte adducit, prout fecit Zeuallos *quæſtione* 69. *tom.* 5. & Cenedus *in quæſtione* 22. *numer.* 33. & latius *in collectanea* 176. *ad decretales, numer.* 2. apud quos videre poteris latiſsimè, & Barboſam *in collectanea, capit.* 3. *de conſecratione Eccleſiæ*, Fachinæum *libr.* 9. *controuerſiarum capit.* 31. & Caſtillo *lib.* 6. *controueſiar. cap* 165. *nu.* 45. Salgado *de retent. Bull.* 2. *p.* 1. *cap.* 14. *nn.* 28.

Ad num. 7. ibi: *Adde tamẽ pro complemento, &c.*

Quod clericus primæ tonſuræ declinans iuriſdictionem iudicis ſæcularis, amittat officia regalia, & reddatus eorum, vt hic reſoluitur, docent, & comprobant, Auendañus *cap.* 9. *prætorum, numer.* 22. *lib.* 1. & poſt Didacum Perez, Couarrubias *in practicis, cap.* 33. *numer.* 6. qui in eo diſſentiunt an requiratur ſententia, ad hoc vt prædicta pœna incurratur? in quo Azeuedus indiſtinctè tenet dictam pœnam incurri etiam abſq; ſententia, vide eum ibi, & in lege ſequenti, & alios relatos à Barboſa *in collectanea, capit.* 2. *ne clerici, vel monachi ſæcularibus, &c. numer.* 5. *vbi numer.* 4. plures alios refert circa illam quæſtionem, an clericus ſeruiens Principi ſæculari in aliquo officio, & in eo delinquens poſsit à iudice ſæculari puniri? duas opiniones contrarias adducens, de quo etiam late Zeuallos, *q.* 887. *ex num.* 600. latiſsimè, & Thom. Sanch. *in conſ. mor. lib.* 3. *cap. vltimo, dub.* 20. & Barboſa *in collect. cap.* 1. *de termine falſi n.* 4. vbi de teſte falſo Bobadilla *in politica, libr.* 2. *cap.* 18. *num.* 99. vbi per totum caput quam plurimos caſus congerit, in quibus ſæcularis iudex in clericum habere poterit iuriſdictionem, & nouiſsime Carleualius *de iudicijs, tom.* 1. *diſputatione* 2. *num.* 494. &

num. 453. & sequent. vide etiam Cancerium variar. 2. part, cap. 3. nu. 154. & D. Larream allegat. fiscal. 64. ex num. 9. vbi quod iudex laicalis potest mulcta, & pœnis pecuniarijs afficere clericum qui eius mandata impedierit, & de iurisdictione regalis Senatus patrimonij contra exemptos impedientes administrationem regalis patrimonij.

Item adde quod si animalia clericorum damnum dederint, possunt capi à iudice sæculari, & damnari pœna statuti vel alia, retinerique donec partilæsæ, & pœnæ incursæ fuerit satisfactum, ex Azeuedo in l. 11. titul. 3. libr. 1. numer. 2. Auendaño de exequendis mandatis, 1 parte, capite, 4. num. 39. & capit. 13. numer. 7. & 2. parte, cap. 14. numer. 13. Gutierrez libr. 1. quæstion. 4. ex num. 2. & alijs relatis à Thom. Sanchez libr. 3. cap vnico, dubio 31. Bobadilla in politica, capit. 18. ex num. 243. Zeuallos quæstione 897. ex num. 620. & in tract. de cognit. per viam violentiæ, 2. par. quæst. 23. nu. 18. & seq. & quæst. 11. ex n. 41. Pereira de manu Regia, 2. parte, cap. 39. ex num. 4. Hermosilla in l. 3. titul. 5. glossa 1 partita 5 ex num. 67. Pareja de instrumentorum editione, tom. 1. titul. 4. resolutione vnica num. 18. & contra alios Carleualius de iudic. libr. 1. disput. 2. ex nu. 155. vbi nu. 158 probat ex multis clericum inuentum cum armis post sonum campanæ posse eis spoliari à iudice sæculari, videetiam Parejam de instrumentor. editione, tom. 1. tit. 4. d. resol. vnica, nu. 29. & tom. 2. titul. 6. resolut. 9. num. 97. 67. & 78. vbi de animalibus damnum dantibus, & alia, & vide etiam Cancerium variar. 2. parte, cap. 2. n. 243. vbi de iudice capiente clericum in habitu laici.

Item an familiares Episcopi gaudeant fori priuilegio? videnouissime Dianam tom. 6. tractatu 2. vbi late disputat & plures refert omnino videndus & tom. 3. tractatu 1. resolutione 46. & 47. vbi etiam de familia vicarij Episcopi, vel cuiuslibet clerici, quod gaudeat priuilegio fori, post Riccium in praxi, tom. 1. resolutione 471. num. 6. & Menoch. de arbitrarijs, casu 562. numer. 7 & Narbonam l. 20. tit. 1. libr. 4. Recopilationis glossa 1. numer. 27. ab eo relatos contra alios, quod nunquam vidi praxi receptum: Et an Episcopus possit habere familiam armatam? idem Diana ibid. resolutio 5 tractat. 2. de quo etiam late Couarrub. in practicapit. 10 num. 2. Salzedus ad Bernardis Diaz regula 397. & in practica, capit. 151. vel 160. Gutierr. in practicis lib. 1. quæstion. 45. Marta de iurisdictione, 1 parte, cap. 50. ex num. 5. & 2. parte, cap. 29. ex num. 1. Zeuallos quæstione 897. vbi latissimè, Cancer. lib. 3. c. 19. ex n. 57. Cenced. quæst. 39. Barbos. de potest. Episcopi, 3 part. allegatione 107. num. 8. & de iure Eccles siast. libr. 1. cap. 39. §. 4. ex num. 49. Sanches libr. 6. consilior ca. 1. dub. 5. & plures pro vtraq; parte referens D. Ioseph Vela de potestate Episcopi, ex num. 100. omnino videndus, & Salgado de protectione, parte 2. capite 4. ex numer. 36. & Domin. Larrea decisione Granatensi 1. ex numer. 16.

Item de auxilio ad hanc capturam, & alia præstando per iudicem Ecclesiasticum, vel è contra, & mutua editione actorum ad hoc, vide latè, & optimè explicantem, Parejam de instrumentorum editione, tom. 1. titul. 2. resolutione 8. & 9. vbi fere infinitos refert post Morlam in emporio, titul. 2. quæstione 20. ex numer. 9. Cancerium variarum libr. 2. cap. 15. ex numer. 2. & lib. 3. c. 19. per totum, & Parlador. libr. 2. quotid. cap final. 1. parte, §. 2. per totum, & D. Ioseph Vela in relection. ad

text.

text. in cap. 1. de officio ordinarij, ex num. 1. vbi et iam Barbosa *in collect.* & Curleual *de iudicijs, disput. 2. ex numer 75.* & D. Larream. *decis. Granat. 1. per totam.*

8 Item quod nouitij ordinum militarium non gaudeant priuilegio fori ante professionem, docent in terminis Aluarez *de priuilegijs pauperum parte 3. quæstione 17. num. 29.* Mastrillus *decision. 290. nume. 166.* Bobadilla *lib. 2. cap. 19. nu. 16. & 17. & cap. 18. num. 86.* Cenedus *quæstione 4. num. 41.* Pereira *de manu Regia cap. 58. numer. final.* & alij adducti à Valençuela *consil. 95. num. 53.* sed contrarium verius vt probat ipse Valenzuela, & latius Curleualius *de iudicijs, libr. 1. disputat. 2. quæst. 6. sectione 3. ex num. 439.* & D. Larr. *allegatione fiscali 64. ex num. 7. & per totam*, vbi alios refert, & plura cumulat.

CAPVT VNDECIMVM

QVALITER FORMETVR ACCVSATIO.

SVMARIVM.

1 *Doctores qui materiam explicant referuntur.*

2 *De solemnitatibus accusationis.*

3 *Quid si accusator proposuit locum et tempus, et de alio loco, et tempore probauit.*

4 *Conclusio an requiratur in accusatione, et in scripto ad pœnam talionis.*

5 *An accusator teneatur ponere in libello diem, et horam commissi criminis.*

6 *An ad instantiam rei debeat accusator exprimere diem commissi criminis:*

7 *Si accusator non probauit diem, et horam propositam delicti, an sequi condemnatio possit.*

8 *Si qualitas aggrauans delictum non fuerit probata an sequi possit condemnatio?*

9 *an pendente iudicio possit addi qualitas aggrauans delictum.*

10 *An quilibet teneatur ad accusandum.*

CAPVT XI

MATERIAM præsentem explicant præter ordinarios Clarus *in praxi, §. finali, quæst. 12. & pluribus sequent.* Tiber. Decian. *lib 3. cap. 1. & seq.* Bolsius *in sua pract. tit. de accusat.* Petrus Gregor. *in sintag. libr. 32. cap. 7. & sequent.* Tusch. *liter. A. concl. 156. & sequen. vsq; ad 172.* Farinac. latissimè vt solet *quæstione 12. et sequent.* Paz *in praxi, tom 1. parte 5. cap. 3. §. 6.* Pichardus *in manu duction. 3. part. §. 3. num. 17.* Barbosa *in collect. ad de accusation.* Bolan. *in Curia Philipp. 3. parte, §. 14.* Villadieg *in polit. cap. 3. ex nu. 150.* Morla *in empor. tit. 2. quæst. 3. ex num. 44.* & vide conclusiones criminales post opera Roder. Suarez vsq; ad conclusionem 11. Menoch. *de arbitrar. casu 394.* vbi de differentia inter accusationem, & inquisitionem quo ad pœnam, Larrea *decis. Granat. 27.* vbi etiam de delatoribus, & Carleu. *de iudic. tom. 2. cit. 2. disp. 6.* vbi late an accusatus possit reaccusare? & de cõcursu ciuilis, & criminalis, vide alia supra *cap. 1.* & Thom. Sanch. *in consil. moral. lib. 6. cap. 1. dub. 26. et seq. et c. 3. dub. 17. n. 4.*

Ad num. 1. ibi: *In quo articulo breuiter, et resolutiuè dico,* &c.

Nomen Imperatoris, seu Regis, & annum, & mensem, & locum commissi delicti, debere contineri in accusatione, vt hic resolutur, sed sine his requisitis subsistere accusationem, cum debeat procedi attenta veritate, docent fere omnes supra citati, maximè Farinac. *d. quæst. 12. num. 2.* Scaccia *de iudic. lib. 1. ca. 51. ex nu. 2.* Paz *in praxi, d. cap. 3. §. 6.* Pichard. *in manuduct. 3 par. §. 3.* Odlad. *d. ca. 3. ex num. 150.* & in forma libelandi in criminali, iterum Farinac. *quæst. 1. ex num. 5.* Zeuall. *quæst. 815.* vbi latè explicat constitutionem huius Regni præcipientem procedi attenta veritate.

Ad nu. 2. ibi: *Et videtur dicendum quod non, &c.* 3

Non posse sequi condemnationem si accusator probauit alio loco, seu tempore commissum delictum & non proposito in libello, vt hic resoluitur, docent Bolsius *in pract. tit. de inquisit. num. 90 93. et 102.* Mascard. *de probat. conclus. 28. num. 4.* & alij in vnum congesti à Farinac. *quæst. 1. num. 29.* Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. ca. 3. §. 6. n. 20.* & vide infra *n. 7.*

Ad numer. 3. ibi: *Verum tamen est,* &c. 4

Non requiri nec esse necessariam cõclusionem in libello accusationis, nec inscriptionem ad pœnam talionis, vt hic resoluitur, docent Clarus *in pract. § final quæst. 12. num. 21.* Bolsius *in pract. titul. de accusat.* Paz *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 6. num. 49.* Couarr. *lib. 2. variar. cap. 9. nu. 1.* qui talionis pœnam in vsu hodie nõ esse asserit, quod etiam defendit Clarus *quæst 81.* Menoch. *de arbitr. quæst 79. nu. 5.* Gregor. *in l. 13. tit. 9. part. 4.* & plurimos referens Pichard. *in manuduct. 3. part. §. 4. num. 15.* latissimè Farinac. *quæst. 16. ex num. 1. vbi n. 3.* quod pœna talionis recessit ab aula, & Paz supra *num. 52. et sequent.* vide etiam Scacciam *de iudic. lib 1. cap. 51. ex num. 7.*

Ad num. 4. ibi: *In quo articulo breuiter, et resolutiuè dico* &c. 5

Accusatorem non debere exprimere in libello diem, nec horam commissi criminis, præterquam si crimen sit tale quod tantum sit punibile certo die, & tempore, vt hic resoluitur præterquam quod deducitur ex notissimis iuris principijs hic adductis per nostrum Gomezium, docent Bolsius *in pract. tit. de inquisit. num. 19.* Gigas *de crimin. læsa Maiest. lib. 1. tit.*

1. *tit. qualiter in crimine læsæ Maiest. procedatur. quæst. 3. nu. 2.* & *Farinac. quæst. 1. num. 18.* vide etiam *Fachin. libr. 9. controuersiar. capit. 14. Paz in praxi, tom. 1. part. 5. §. 6. num. 21. cap. 3.* & Scacciam supra.

6 Ad num. 5. ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Etiam ad instantiam rei accusatorem non debere exprimere diem cõmissi criminis resoluit Gomez. vt vides, sed contrarium vt verius docet Soarez à Ribeira in annotatione ad hunc locum cum Iulio Claro, & alijs, & idem comprobat *Mascardus* qui alios refert *conclus. 512. num. 3. & conclusion. 28. num. 3.* & eum, & alios refrens *Farinac. quæst. 1. num. 20. vbi num. 21.* limitat præterquam si hoc à reo calumnioſe petatur, tunc enim denegandum est, & iudicis arbitrio relinquit, quando dicatur calumnioſe petere, & consulit tali iudici, vt hoc casu ante quam præcipiat accusatori, vt diem, & horam proferat, inquirat à reo quo die fuerit absens & quam defensionem velit facere, & ad quid petat exprimi diem, & si videat ex expresione diei posse resultare reo aliquam defensionem id præcipiat, *Pax in praxi, tom. 1. part. 5. ca. 3. §. 6. nu. 22.* Scaccia *de iudic. libr. 1. cap. 51. ex n. 35.* late.

7 Ad num. 6. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Si dies, & hora apponatur per accusatorem ad instantiam accusati, quod licet dies, & hora non probetur, posit sequi condemnatio, secus aliàs, vt hic resoluitur, docent Bossius *tit. de inquisit. num. 93.* Clar. *in pract. quæst. 12.* Mascard. *de probat. conclusion. 28 num. 4.* & alij relati à Farinac. *in d. quæst. 1 num. 30. vbi num. sequent.* late comprobat limitationes nostri Gomez. hoc loco, eum videas, vbi aduertit quod licet postea noster Gomez. in versic. *Sed his non obstantibus*, teneat in distincte posse sequi condemnationem quãuis dies, & hora posita fuerit ac cusato non petente, superior resolutio sequenda est, vide etiam Scac. *de iudic. libr. 1. cap. 51. ex num. 39.*

Ad num. 7. ibi: *Sed his non obstantibus &.* 8

Licet non fuerit probata qualitas aggrauans delictum, vt proditio, vel alia similis, quod adhuc sequi possit condemnatio, vt hic resoluitur, docent relatiã *Farinac. quæst. 1. num. 23* vbi etiam alios pro contraria adducit, quam sequitur tanquam communiorem: Ego tamen cum Suarez *in annotat. ad hunc locum*, nostro Gomezio calculum præbendum censeo nimirum delictum, vt probatum fuerit, puniendum: & hoc maximè attento iure Regio *in l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopilat.* quæ præcipit secundum veritatem esse iudicandum, de quo late Azeued. ibi, & Barbos. *in collect. cap. examinata, de iudic. num. 6.* Hermosilla *in l. 56. tit. 5. part. 5. glossa 7. ex num. 30.* Ualasc. *de iur. emphit. quæstion. 6.* late, vide Larr. *decis. Granat. 50.* vbi probat, quod remisso adulterio ei qui illud cum incestu commisit, adhuc puniri possit de incestu, & *decis. 48. num 20* & *Scacc. de iudic. libr. 1. cap. 51. ex num. 39.* late.

Ad num. 8. ibi: *Et breuiter, & resolutiue teneo, &c.* 9

Quod pendente iudicio possit addi qualitas aggrauans delictum, dum tamẽ detur copia reo, vt possit se defendere, & ante conclusionem in causa, vt hic resoluitur, docent Baiard. ad Clar. *quæst. 12. num. 11.* Zeuall. *quæstion. 815. nu. 16* quod sano modo intelligendum est, ita vt defensio rei salua sit semper: vide etiam D. Larr. *decis. Granat. 50.* & Scacc. *de iudic. libr. 1. cap fin. n. 8.*

Ibi: *Nec obstat text. in l. edita a. tio, &c.*

Lau-

Laudat noſtrum Gomezium in præſenti Barboſa *in l. edita actio, Cod. de edendo ne collect. ad Cod.* vbi alios refert.

10 Item an quis teneatur accuſare? vide Thomam Sanchez *in conſil. moralib. lib. 6. cap. 1. dubio 26.* vbi quod teneatur, ſi in commune damnum redunder delictum, & *cap. 4. dub. 1. nu. 4.* vbi an poſsit ab accuſatione deſiſtere.

CAPVT DVODECIMVM

DE PROBATIONE DELICTORVM.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur qui materiam explicant.*

2 *Quid ſit informatio.*

3 *Quid ſit indicium, ſeu præſumptio. De ſemiplena probatione.*

4 *De plena, & legitima probatione, & an confeſsio ſit probatio? & an poſsit pro parte acceptari?*

Confeſſo datur terminus ad probandam deffenſionem, & exceptiones.

Confeſſio non ſufficit ad condemnationem niſi conſtet de delicto.

5 *Confeſsio ſine iuramento an ſufficiat ad condemnationē, vbi etiam quod non habetur pro confeſſo qui non vult reſpondere.*

6 *In cauſis criminalibus an reus debeat iurare de calumnia, & de veritate dicenda.*

7 *Cōfeſsio ſola rei cum perſuaſsione iudicis extorta, an ſufficiat ad condemnationem.*

8 *Si iudex promittat impunitatē rei fugienti ad Eccleſiam, an promiſsionem ſeruare teneatur?*

9 *An ex confeſsione facta in proceſſu nullo reus poſsit condemnari?*

10 *De probatione per teſtes.*

11 *Quando teſtes debeant reddere rationem.*

De teſte deponente de credulitate, vel de auditu.

De teſtibus ſingularibus, & non teſtantibus.

12 *An teſtes poſsint interrogari de cir-*

circunſtantijs, & qualitatibus, & quando teſtis teneatur reſpondere, & recte interrogetur?

13 *Teſtes ſingulares quando faciant plenam probationem.*

14 *Mulier an poſſit eſſe teſtis in criminalibus.*

Quid de minori 25. annorum.

15 *Inimicus an poſſit eſſe teſtis.*

16 *De aſcendentibus, & deſcendentibus, & collateralibus vſq; ad quartum gradum, de famulis, de infamibus, & periuris à teſtimonio repellendis.*

17 *Socius criminis an ſit idoneus teſtis?*

18 *An ſocius poſſit interrogari de ſocijs.*

19 *Si reus confiteatur de ſocio, an ſit legitimus teſtis, & ſufficiat ad torturam.*

De teſte ebrio, vel incarcerato.

20 *De teſte paupere.*

De clerico an poſſit eſſe teſtis.

De monacho.

21 *Teſtes qui recipi non debuerunt, ſi recipiantur, an faciant aliquam probationem.*

22 *Depoſitio teſtis inhabilis an ſupleatur ex habilitate conteſtis.*

Quid ſi veritas per alios probari non poteſt.

23 *Teſtes inhabiles an poſſint ex officio repelli parte non opponente.*

24 *An teſtes inhabiles probent pro defenſione rei.*

25 *An Teſtes cogantur dicere teſtimonium.*

26 *An ex præſumptionibus, & indicijs poſſit quis condemnari?*

27 *Delictum an cenſeatur probatum ex vnico teſte, & alia ſemiplena probatione diuerſa, vel indicijs.*

Teſtes ſummaria informationis an poſſint dari pro ratificatis?

28 *Publicatis atteſtationibus, an poſſint recipi teſtes in criminalibus?*

29 *An iudex debeat iudicare ſecundum allegata, & probata?*

30 *An iudex ſecularis poſſit facere exhumari corpus occiſi ad probationem delicti.*

EXPLICANT præſentem materiam late omnes qui de probationibus tractatus ediderunt (præter ſcribentes in locis ordinarijs) vt ſunt Fuluius Pacianus, & Maſcardus apud quos materiam probationis cuiuſlibet delicti facilime reperies in ſuis locis & Anton. Gabriel. *in communib. opinionib. lib. 4. tit. 9.* Barboſa *in l. 2. ff ſoluto matrim. 1. part. quaſi per totam*, alter Barboſa *axiomate* 191. Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 8. & 9.* Tuſch. *lit. P. concl* 764. *& ſequent. & concluſ* 789. *& ſeq.* Bolan. *in Cur. Philipp. tom. 1. 3. part. §. prueba* Farinac. *quæſt. 36. ex num. 4. & quæſt. 86. per totam*, vbi optimè, *& in tract. de teſtibus*, vbi de habilitate, vel inhabilitate eorum latiſsimè Fachin. *lib. 9. cap. 16.* vbi an ſi non probetur delictum reus debeat abſolui definitiuè? Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 8. 9. & 10. & de re iudic. gloſſa* 14. *quæſt. 7. ex nu.* 78. *& quæſt* 21. & Pichard. *in manud. 3 part. §. 3. num. 21. & ſeq.* & late Boſſius *in praxi, tit. de conuictis*, Scobar *de purit. ſanguin. 1. part. quæſt. 8. & ſeq.* D. Larrea *allegat. fiſcali* 48. late Morla *in emporio, tit. 11. maximè quæſtion. 10. & ſeq. & in titul. 12. quæſt. 1.* Sanch. *in conſil. moral. lib. 6. cap. 5. per totum*, vbi de teſtibus, *& cap. 3. dubio 12. & ſeq.*

Ad numerum 1. ibi: *Informatio eſt, &c.*

Quod informatio ſit ſimplex dictum, ſiue aſſertio alicuius ſine iuramento per quod mouetur iudex ad inquirendum, vt hic reſoluitur, docent Felinus *in cap. ſuis de teſtibus*, Cam-

Campeg. *in tract. de teſtib. reg.* 167. *fallent.* 7. Catellian. Cotta *in ſuis memor.* in verb. *Teſtis nō iurato, ad fin.* Socinus *in reg.* 424. *fallent.* 4. Maſcard. *de probat. concluſ.* 682. *num.* 5. *& concluſ.* 1362. *num.* 14. *&* 15. Clarus *in practic. quæſt.* 6. *&* 7. & bene explicans Sanch. *in conſ. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 26. Salgad. *de protect.* 2. *parte, cap.* 14. *ex num.* 4. Farinac. *quæſt.* 1. *num.* 9. Et an iuramentum in teſte ſit de ſubſtantia, vel potius de ſolemnitate? diſputat late Scaccia *de iudic. lib.* 2. *cap.* 8. *ex num.* 442. & Farinac. *quæſtion.* 74.

3 Ad num. 2. ibi: *Aliud eſt indicium ſeu præſumptio, &c.*

Quid ſit præſumptio, & de eius diffinitone agunt latiſsimè Mantica *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 1. *tit.* 1. Maſcard. *de probation. quæſt.* 10. Menoch. *de præſumpt. lib.* 1. *quæſt.* 7. & latiſsimè etiam Farinac. *quæſt.* 36. *ex num.* 67. *& num.* 218. 226. *& ſequent.* & plurimos referens Caſtillo *lib.* 4. *controuerſiar. cap.* 2. vbi quid ſit coniectura, quid præſumptio? & de eius ſpeciebus, cum omnino videas, & Scobar *in tract. de purit. ſang.* 1. *par. q.* 8. §. 1. *ex num.* 8. late.

Ibi; *Aliud eſt ſemiplena probatio, &c.*

De ſemiplena probatione videndi ſunt Maſcard. *de probat. quæſt.* 4. *& concluſ.* 1360. & latiſsimè Farinac *quæſt.* 36. *ex num.* 11. Menoch. *de arbitrar. caſ.* 464. *num.* 12. Scacc. *de reiudicat. gloſſ.* 14. *quæſt.* 7. *ex nu.* 50. *& quæſt.* 21. Morla *in empor. titul.* 11. *in præmiſ. num.* 22. Barboſ. *in collect. cap.* 2. *de probat. ex num.* 4. Noguel. *allegat.* 26. *ex num.* 82. Parej. *de inſtrument. edit. tit.* 5. *reſol.* 6. *ex num.* 9. vbi de confeſsione extraiudiciali, *& tit.* 2. *reſolue* 6. *num.* 64. Cancer. 3. *parte, ca.* 7. *nu.* 348.

4 Ad num. 3. ibi; *Aliud eſt legitima probatio, &c.*

De diffinitione probationis & an confeſsio ſit probatio? agunt latiſsimè ſupra relati, & maximè Farinac. *d. quæſt.* 36. *ex num.* 4. vbi plures diffinitiones refert ex Maſcard. & alijs, Gratian. *regul.* 126. Poſtius *de munuſc. obſeruat.* 19. *ex nu.* 11. Scob. *de purit.* 1. *part. quæſt.* 8. §. 1. *& part.* 2. *quæſt.* 6. Sanch. *in conſil. moral. libr.* 6. *cap.* 3. *dub.* 13. Morla *in empor. tit.* 11. *quæſt.* 12. vbi late diſputat, an confeſsio ſit probatio? & affirmatiuam defendit, de quo plurimos refert Barboſ. *in collect. ad titul. de conf. ſ. in rubr. & axiom.* 49. D. Larr. *deciſ.* 56. *num.* 4. Parej. *de inſtrume. edit. tam* 2. *tit.* 9. *reſolut.* 3. *num.* 18. poſt Azeued. *in l.* 2. *tit.* 21. *lib.* 4. *Recopil. nu.* 21. Scacc. *de iudic. lib.* 2. *cap.* 11. *ex num.* 332. vbi latiſsimè, & an poſsit confeſsio pro parte acceptari? poſt Tuſch. *liter. C. concluſ.* 673. *&* 674. & alios.

Ibi: *Vnde alitèr, & certio, &c.*

Quod confeſſo debeat dari terminus ad probandam ſuam defenſionē & quod confeſſus non habeatur pro condemnato (quamuis aliud ſit in criminibus) ſed requiratur ſententia declaratoria iudicis, docent Simanc. *de cathol. inſtitution. cap.* 13. Clar. *in pract.* §. *fin. quæſt.* 21. 55. *&* 65. & alij plures apud Valdeſ. *in addition. ad* Suarez *in l. poſt rem, notab.* 3. Paz *in praxi. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 4. *ex nu.* 19. Sanch. *in conſ. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 13. *num.* 3. Pichard. *in manuduct.* 3. *part.* §. 3. *num.* 11. *vbi num.* 12. cum Farinac. *quæſt.* 81. *cap.* 1. *ex num.* 1 addit quod non ſufficit confeſsio rei, niſi aliàs conſtet de delicto, vt etiā probat Scobar *de purit. ſang.* 2. *part. quæſtion.* 6. §. 2. *num.* 19. *& tandem nn.* 13. concludit ipſe Peih. quod delinquēti conſtito iudex terminum aſsignabit arbitrio ſuo ad allegandas exceptiones, quo elapſo peruenietur ad ſententiam, Azeued. *in l.* 1. *titul.* 21. *libr.* 8. *Recopilat. nu.* 66. *&* 67. Scacia *de iudic.*

iudic. libr. 1. *cap.* 78. *num.* 17. vbi de reperto in flagranti, quibus adde Barbos. *in collect. cap.* 2. *de confes. num.* 6. vbi quod præter confessionem requiritur quod constet de delicto, & vide Farin. *consil.* 84. *num.* 2. vbi de termino concedendo reo confesso, Auiles *in cap.* 15. *prat.* verb. *Homecillos, nu.* 22.

5 *Ad num.* 4. ibi: *Etiam si talis confessio sit facta in iudicio sine aliquo iuramento, &c.*

Confessionem sine iuramento valere etiam ad condemnationem cum etiam facta in libello noceat, vt hic resoluitur, docent *Menoch. consil.* 395. *num.* 61. Mascard. *de probat. concluf.* 345. *num.* 36. *& concluf.* 347. *nu.* 16. *& concluf.* 368 *num.* 4. Tusch. *lit. C. concluf.* 646. Gratian. *decis.* 19. *nu.* 21. Cancer. 3. *part. cap.* 7. *num.* 348. *& numer.* 349. D. Larrea *allegat. fiscal.* 66. *num.* 74. post Farinac. *quæst.* 5. *num.* 25 *& consil* 127. *n.* 8. Menoc. *de arbitrar. casu* 279. Gutierr. *de iuram. confirmat.* 1. *part. cap.* 47. *ex nu.* 14. vbi probant quod quando confessio est iurata, etiam sine causa probat. nec reuocari potest, vide etiam Gratian. *in reg.* 89. vbi quod in crimi nalibus nõ habetur pro confesso qui non vult respondere, de quo late Scaccia *de iudic. libr.* 1. *cap.* 97. *ex num.* 74.

6 *Ad num.* 5. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè dicendum est, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Reum legitimè interrogatum debere sub iuramento veritatem dicere in causis criminalibus, vt hic resoluitur, docent Suarez *tit. de las juras ex num.* 14. Salzed. ad Bernard. Diaz *in pract. criminali*, 129. Farinac *quæstion.* 37. *num.* 176. Paz *in praxi, com.* 1. *part.* 5. *cap* 3. §. 4. *ex num.* 8. *vbi nu.* 13. ait, quod delinquens non tenetur veritatem fateri, nisi quando scit ritè & rectè posse à iudice interrogari, quo circa manifestanda esse reo indicia, quæ sunt contra eum asserit, & eorum copia tradenda, & dicta testium ei legenda, eorum nominibus suppressis, Pichard. *in manudict.* 3. *parte*, §. 3 *ex num.* 10. Zeuallos *quæst.* 30. vbi alios refert, & alios pro contraria sententia adducit, Sayr. *in clau. Reg. lib.* 12 *cap.* 16. *ex num.* 1. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 31. *dub.* 1. *num.* 12. Bonac. *tom.* 2. *disput.* 10 *quæst.* 3. *punct.* 2. *num.* 6. & late, & optimè Thom. Sanch. *in consil. moral.* 2 *p. lib.* 6. *c.* 3. *dub.* 29. *& sequent. vsq; addub.* 34. vbi fusissimè materiam præsentem explicat & antea *in summa, lib.* 3. *cap.* 7. vbi an aliquando liceat iudici bene roganti sub amphibologia respondere? & nouissimè Egid. Trul. *in decalogum, lib.* 8. *cap.* 4. *dub.* 2. *per totum & dub.* 3. *&* 4. apud quos omnes difficultates in præsenti quæstione occurrentes inuenies, vide etiam Scacc. *de indic. lib.* 2. *cap.* 1. *quæst* 8. *&* 18. *& per totum caput, & de re iudic. glossa* 14. *quæst.* 21. *ex n.* 70.

Ad num. 6. ibi: *Tamen debet intelligi præterquam si fiat, &c.* 7

Confessionem rei maxima iudicis persuasione, & promissione veniæ extortam non sufficere ad condemnationem, vt hic resoluitur, docent Covarrub. *variar. resolut. libr.* 1. *cap.* 2. *num.* 16. Plaz. *in epitom. delictor. cap.* 37. *num* 4. Fachin. *controuer. iur. lib.* 9. *cap.* 61. Menoch. *de arbitrar. casu* 367. *& in additione*, & latissime Farinac. *quæst.* 81. *ex nu.* 276. *vsq; ad* 314. vbi de omnibus simulationibus, & cautelis quibus iudices vtuntur pro eruenda veritate, eum omnino videas quia fusissime explicat per ampliationes, & limitationes, *& consil.* 53. *in addit. lit. K. & consil.* 83. Petrus Nauarr. *de restitut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 246. & Cened. *quæst.* 9. *num.* 27. & vide *concluf. crimin.* 91. post opera Roder. Suar. & Villadieg. *in polit. cap.* 32. *ex*

ex num. 226 Thom. Sanch. *in cõsilijs moral. lib. 6. cap. 3. dub. 35.*

8 Ad num. 7. ibi: *Ex quibus etiam in fertur, &c.*

Et ibi: *Sed in hoc articulo, &c.*

Quod index non teneatur seruare promissionem impunitatis factã reo fugienti ad Ecclesiam, si reus eius immunitate gaudere non debebat, secus aliàs, vt hic resoluitur, docent Couarrub. *variar. resolut. lib. 1. cap. 2. num. 16.* Plaza *in epitom. delict. cap. 37. num. 10.* & Farinac. eos, & alios referens *quæst. 81. num. 282.* vbi etiam refert Fortun. Garc. *in repetit. l. conuentionum, num. 15. ff. de pactis*, dicentem quod etiam in casibus exceptis talis promissio, & fides seruanda est, & ipse Farinac. iterum *in tract. de immunit. Ecclesiar. cap. 19. num. 301.* Paz *in praxi, com. 1. part. 5. cap. 3. §. 3 num. 166.* Bobadil. *in polit. lib. 2. cap. 14. num. 79.* Cened. *in quæst. canon. 9. num. 9.* & Barbos. *in tractatu de iure Ecclesiast. lib. 2. cap. 3. num. 54.* quem omnino videas, & Thom. Sanch. *in consil. moral. tom. 2. lib. 1. cap. 1. dub. 12.*

9 Ad num. 8. ibi: *Etiam si talis confessio fiat in processu nullo, &c.*

Etiam ex confessione facta in processu nullo, ex defectu solemnitatis posse reum condemnari, licet aliud dicendum sit, si nullitas procedat ex defectu iurisdictionis, vt resoluit Gomez. docent latissimè Bernard. Diaz *in regu. 123.* Bossi. *in pract. tit. de confess. nu. 40.* Clar. *§. final. quæst. 55.* Mascard. *de probat. conclus. 244. num. 4. & conclus. 357 num. 3.* Farinac. latissime *quæst. 81. ex num. 66.* vbi ampliat limitat, & declarat omnino videndus *& n. 188. & mult. sequent.* vbi de confessione nulla ob defectũ iurisdictionis, de qua videri etiam poterit Barbos. *in collect. cap. at si clerici de iudicijs, nu. 6. & 7.* iterum Farinac. *quæst. 82. num. 30. & quæst. 62. num. 386. & consil. 80. in addit. lit. A.* Tusch. *lit. C. conclus. 642. & 643.* Valasc. *consult. 61. & 65.* Merla *in emporio, tit. 2. num. 121.* Zeuall. *quæst. 15. nu. 3.* vbi de lege excludente nullitates, an intelligatur excludere prouenientem ex defectu iurisdictionis, de quo etiam Barbosa supra *in d. ca. at si clerici, n. 3. & 4.* vbi quod si quis iurasset non opponere de nullitate, tamen hanc nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere posset, vide etiam Villadieg. *in politic. cap. 3 num. 257.* & Scob. *de purit. sang. 1. part. quæst. 13. §. 1. n. 6.*

10 Ad num. 9. ibi: *Probatio delicti fit per testes, &c.*

Delictum posse etiam probari per duos testes omni exceptione maiores reddentes rationem depositionum per visũm, vel aliũ sensum corporeũ, vt hic resoluitur, docent Clarus *in pract. § fin. quæst. 66.* versi. *Debes etiam scire*, Mascard. *de probat. conclus. 461. num. 1.* Grammat. *decis. 86.* Gabriel *in commun. tit. de testib. conclus. 1.* Menoch. *de arbitrar. cas. 99. num. 19.* Zeual. *quæst. 494. ex nu. 1. & quæst. 721. per tot.* vbi de probatione hæresis, & testibus singularibus, Bolanus *in Curia Philipp. tom. 1. 3. parte, §. prueba, ex num. 12.* & D. Larrea *allegat. fiscal. 48. num. 17. & per totam* vbi de probatione in crimine repetundarum ad explicationem text. *in l. 6. tit. 9. libr. 3. Recopil.* & latissime Farinac. omnino videndus *quæst. 63. ex num. 232. & per totam quæstionem*, vbi latissimè materiam prosequitur, quando sufficiat testis vnicus, vel non; per ampliationes, & limitationes, *& quæstione 86 ex n. 86. ex num. 6.* vbi quod in criminalibus probationes debent esse luce meridiana clariores, *et quæst. 16. numer. 43.* & Sanch. *in consil. libr. 6. cap. 5. dub. 10. et 11.* Scob. *de purit. sang. 1. parte, quæst. 9. et sequent.* & plurimos

referens Barbosa *in collectanea, cap. in omni negotio de testibus, num. 2. & per totum*, vbi etiam congerit omnes casus in quibus vnicus testis sufficit, quos videas, *& in c. in literis num. 10. eod. tit.*

Ibi: *Vnum tamen est, &c.*

Vide Farinac. *quæst. 70. num. 14. & in fragmentis*, verb. *Iuramentum, ex num. 1209.*

11 Ad num. 10. ibi: *Quod tamen intelligé, &c.*

Ita demum debere testes reddere rationem dicti sui, si interrogentur, præterquã in rebus quæ non possunt comprehendi sensu corporeo, sed iudicio intellectus, in ijs enim nõ interrogati debent rationem reddere, & si non reddiderint, nec fuerint interrogati, poterunt iterũ produci, & eã reddere, etiam publicatis attestationibus, ita resoluit Gomezius in præsenti, & comprobant Bossius *in tit. de oppositione contra testes, nũ. 73.* Vivius *communium opinionum, opinione 898. ex nu. 1.* Clarus *in §. finali, quæstione 53.* verficul. *Præterea dixi*, Mascardus *conclusione 1369. ex num. 1.* Sanchez *in consilijs lib. 6. cap. 5. dubio 19. nu. 6.* & plurimos referens, & hanc resolutionẽ ad saturitatẽ explicans per ampliationes, & limitationes Farinac. *quæstione 62. num. 37. & quæstione 70. ex num. 91.* & Gutierrez *lib. 1. quæst. 57. per totam*, vbi quando possint iterum examinari testes post publicatas attestationes ob nõ redditam rationem depositionũ? & Barb. *in collect. cap. ex tenore de test.* & optime Scobar *de purit. sang. 2. p. quæst. 3. n. 78. & seq.* D. Lar. *decis. Gran. 98. n. 41.* & Cancer. *1. p. c. 20. ex n. 19.*

Ibi: *Item adde quod ad hoc vt testes probent, &c.*

De testibus de credulitate deponentibus latissimè Scaccia *de iudic. lib. 2. cap. 8. n. 892.* Farinac. *quæstione 68. & numer. 62. vsq; ad 117.* vbi materiam declarat, *& consilio 55. nu. 70.* Sanchez *in consil. lib. 6. ca. 5. dub. 19. num. 8.* Item de testibus de auditu latissimè Scobar *de purit. 1. par. quæst. 9. §. 4 per totum*, post Farinac. *quæst. 69.*

Ibi: *Item adde quod etiam oportet, &c.*

Quod testes singulares, & non cõtestantes nõ faciant fidẽ comprobãt latissimè Anton. Gabr. *in tit. de test. concl. 2. n. 1.* Mising. *observation. 76. centur. 3.* & alij plurimi in vnum congesti à Farinacio *quæst. 64. ex nu. 33.* vbi limitat, amplia. & declarat, & numeris præcedentibus differit de modis diuersis singularitatum, Gratian *disceptat. tom. 5. capit. 903. & c. 144. num. 10. 50. & sequentibus*; Gutierrez *lib. 3. quæstione 12.* qui etiam de diuersis confessionibus extraiudicialibus probatis per diuersos testes singulares agunt, de quo etiam Farinacius supra *num. 134. & consil. 75. num. 9. & 50. & consilio 471. & consilio 50. num. 26.* Bolanus *in Cur. Philipi 3. p. §. prueba, nu. 14.* & Thom. Sanch. *in consil. tom. 2. lib. 6. c. 5. dub. 12.* vide infra *num. 13.*

Ad numer. 11. ibi: *Et breuiter dic 12 &c.*

Quod si testes sunt fidedigni, & probatæ auctoritatis, & opinionis, non debent interrogari de circumstantijs, seu si sint leuis opinionis, & notæ, vt resoluitur, docent Bossius *in titul. de oppositione contra testes, nn. 137.* Petra *de fideicommissis, quæst. 12. num. 765. 1294. & sequentibus*, vbi optimè declarat, Scaccia *de iudicijs lib. 2. cap. 8. ex n. 90.* & Farinac. *quæstione 73. nn. 31. & sequentes, & in quæstione 66. num. 24. & sequentibus*, vbi primum probat testem singularium, & contrarium non in substantialibus, sed in qualitatibus, circumstantijs, & accidentalibus probare, *& numer. 25.* probat *ex* multis te-

ſtem ſuſpectum poſſe interrogari de qualita ibus, & circumſtantijs non ſubſtantialibus, & quod ſi in illis ſit ſibi varius, & contrarius non probabit, & quando teſtis recte interrogetur, & reſpondere teneatur, vide late Thomam Sanchez *in conſilijs lib. 6. capit. 5. dubio 1. & capit. 3. dubio 36. & 37.*

13 Ad num. 12. ibi: *Aduertendum tamen, &c.*

Quod teſtes ſingulares probent quando diuerſitas, vel ſingularitas eorum poteſt ſimul iungi, vt in exemplis poſitis per noſtrum Gomezium, docent Oſaſcus *deciſſione pedemontana 99. num. 8. 24. 27. & ſequentibus*, Simanc. *de cath. inſtitut. cap. 62. ex num. 18.* Anton. Gabriel *tit. de teſtibus, concluſion. 2. numer. 48. & 22. & 28. & quaſi per totam*, Scaccia *de indicijs libr. 2. capit. 9. ex numer. 362. et numer. 462. et ſequentib.* latiſsimè, Cancer. *lib. 3. ca. 20. n. 415 & lib. 1. cap. 20. num. 98.* Tuſch. *lit. T. concluſione 263. & ſequentibus vſq; ad 266.* vbi late declarat, Zeuallos *quæſtione 721.* Bolanus *in Curia Philippica, 3. parte, §. prueba, numer. 15.* & D. Larrea *allegatione fiſcali 48.* omnino videndus, quia latiſsimè explicat materiam, & Farinacius, *quæſt. 38. nu. 38. & quæſt 64. ex num. 112 vſq; ad fin.* & Scob. *de purit. ſang. 1. p. q. 9. §. 3. per totum*, vide etiam Barboſ. *in collect. c. in omni negotio de teſtib. n. 32.* & Sanch. *in conſil. lib. 6. c. 5. dubio 12. & 13.*

14 Ad numer. 13. ibi: *Et primo dico, &c.*

Et ibi: *Sed his non obſtantibus, &c.*

Mulierem non poſſe eſſe teſtem in cauſis criminalibus de iure canonico ſecus de iure ciuili, & Regio, vt hic reſoluitur, docent Tiraquel. *de legibus connubialibus in leg. 9. nu. 61.* Villalobos *in ſuis communibus, lit. M. num. 143* Suarez etiam *in communibus eadem litera. num. 263* Dueñas *in regula 315.* Nouellus *regul. 216 n. 9.* Clarus *in practica, quæſtione 24* verſicul: *De iure autem canonico*, Maſcardus *de probationibus, concluſione 762. n. 1. & concluſ 1358. n. 30.* Morla *in emporio, tit. 11. n. 78.* vbi cum alijs pluribus ait, quod ſi veritas aliter haberi non poteſt, etiam de iure canonico fœmina poteſt eſſe teſtis, Barboſa *in collect. cap. quoniam de teſtibus, n. 2 & 4.* & latiſsimè Farinacius *quæſt. 59. ex n. 1. vſq. ad numerum 16.* vbi de iure canonico loquitur, & poſtea *vſq; ad numero 31* de iure ciuili teſtem eſſe poſſe probat fœminam cum omnino videas, & Gratianum *in regula 462.* & Sanch. *in conſil. lib. 6. ca. 5. dub. 14 n. 3.* Narbon, *de ætate anno 20. quæſtione 6. ex n. 15.*

Ibi: *Secundo repellitur minor, &c.*

Minorem viginti quinque annorum de iure Regio non poſſe eſſe teſtē in criminalibus, vt hic reſoluitur, docēt etiā de iure communi Maſcardus alios plures referens *concluſion. 1146. n. 14.* & alij plures in vnū congeſtiā Farin. *q. 58. n. 20. vbi n. 19.* alios plures pro contraria opinione addu cit, nimirū ætatem viginti annorū ſufficere, ſed hodie maiorem ſexdecim annorum poſſe eſſe teſtem, docent Auendañus *reſponſo 31. numer. 8.* & Narbona *in l. 2 titul. 21. libr. 8. Recopilationis, gloſſa 5. numer. 19.* & alter Narbona *de ætate anno 20. quæſtione 6.* vide etiam Gratianum *diſceptationum, cap. 521.* & Sanchez ſupra *num. 4.*

Ad num, 14. ibi: *Tertio repellitur inimicus, &c.* 15

Inimicum graui inimicitia, & non reconciliatū repelli à teſtificādo in cauſis criminalib. etiā in crimine læſæ Maieſt. & alijs exceptis, etiā ſiinimicitia cōtigerit culpa rei, dum tamē non fuerit affectata ad hunc finem, & eādē prohibitionē comprehēdere

deſ-

descendentes, inimici, & collaterales vsq; ad quartum gradum, vt hic resoluitur, docent Bossius *in tit. de oppositione cõtra testes, num.* 52. Nouellus *regul.* 226. *de testibus*, Clar. §. *finali, quæstione* 24. versiculo: *Item quæro*, Menochius *de arbitrarijs, casu* 110 *numer.* 1. Mascardus *de probationibus, conclusione* 899. *ex num.* 1. & plurimos referens Barbosa *in collectanea, cap. per totas de testimonia, num.* 2. (*vbi num.* 7. cum Menochio *casu* 239. *n.* 8. *& 11. & de præsumptionibus lib.* 3. *præsumpt.* 37. *ex num.* 26. & cum Mantica *de coniecturis vltimarum voluntat. lib.* 12. *tit.* 5. *num.* 14. & Farinacio *quæstione* 49. *ex n.* 1. & alijs explicat, quæ dicantur inimicitiæ capitales) & plurimos referẽs ampliãs limitans & declarans idem Farinacius *quæstione* 53. *ex numer.* 3. *& quæstione* 12. *ex num.* 40. Guierrez *de tutelis, 1 parte, cap.* 21. *numer.* 21. Sanchez *in consilijs tom* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *dubio* 14. *nu.* 9. & D. Larrea *allegatione fiscali* 48. *num.* 37. *&* 42. & latissime Scobar *de puritate sanguinis* 1. *parte, quæstione* 12. *per totam.*

16 Ad num. 15. ibi: *Ascendentes, &c.*

Ascendentes, & descendentes, & collaterales vsq; ad quartũ gradum, famulos, infames, & periuros à testimonio repellendos asserit Gomezius, & comprobant late Nouellus *de testibus regula* 216. *numer.* 5. Antonius Gabriel *tit. de testibus conclusione* 17. *num.* 1. Mascardus *de probationibus, conclusione* 1148. *num.* 3. Crassus *in suis communibus, libr.* 2. *capit.* 17. *quæstione* 1. Thomas Sanchez supra *num* 9. Cancerius *variarum*, 1. *parte. cap.* 20. *numer.* 13. vbi de domesticis, & alijs quam plurimi Doctores in vnum congesti à Farinacio *quæstione* 54. *ex num.* 145. vbi de ascendentibus, & descendentibus, *vsq; ad numer.* 209. & de consanguineis, & affinibus, *eadem quæstione* 54. *ex num.* 1. & de famulis, & seruis, *quæstione* 55. vbi etiam de subditis, & vassalis, colonis, inquilinis, amicis, *& quæstione* 56. vbi de infamibus, *& ibidem num.* 186. *& sequent. plurib.* vbi de periuro, eum omnino videas. & Barbosam *in collect. cap. super eo de testibus n.* 5. & alium Barbos. *in l.* 2. *ff soluto matr.* 1. *par. num.* 85. & latissimè Scob. *de puris. sanguin.* 1. *parte, quæstione* 11. *per totam*, & Sanchez supra *dubio* 14.

Ad num. 16. ibi: *Octauo repellitur à socius criminis, &c.*

Quod socius criminis repellatur à testimonio præterquam in crimine hæresis, læsæ Maiestatis, vel sodomię vt hic resoluitur comprobant late Campegius *de testibus, regula* 88. Bossius *in practica, titul. de indicijs, & consideratione ante torturam numer.* 144. Clarus *in practica*, §. *finali, quæstione* 21. versiculo: *Dictum socij criminis*, Sanchez *in consilijs libr. 6. capit.* 5. *dubio* 15. Menochius *de arbitrarijs, casu* 474. qui & alij plurimi relati à Farinacio *quæstione* 18. *numer.* 60. *& quæstione* 43. *ex numer.* 2. docent non solum quod socius non possit interrogari de consocijs, sed etiam quod si de facto interrogetur, nec indicium ad torturam facit, eum omnino videas, vbi etiam *ex numer.* 10. *&* 60. agit de exculpante sociũ, vide etiam eundem Farinacium *consilio* 25. *numer.* 53. *& consilio* 29. *numer.* 11. *& consilio* 39. *num.* 6. *& cons.* 41. *nu.* 13. vide etiam Zeual. *quæst.* 280. *per totam*, vbi etiam quid in simonia? & D. Larreã *allegat. fisc.* 66. *num.* 26. *& sequent. & allegat.* 48. *num.* 38.

Ibi: *Primo quod ille qui proponit exceptionem non videtur confiteri, &c.*

Adde Couar. *lib.* 1. *variar. c.* 1. *nu.* 3. Petr. Greg. *synt. lib.* 21. *c.* 17. *n.* 3. &

vide Barbos. *axiomate* 85. *num.* 10. & 11. vbi explicat, & Farinacium *dicta quæstione* 43. *num.* 33. & Cancerium *variar.* 1. *parte, cap.* 18. *ex numer.* 9. late.

18 Ad num. 17. ibi: *Et resolutiué dico, &c.*

Regulariter loquēdo reū nō posse interrogari de socijs præterquam in criminibus exceptis, vel si sit seruus, vel adsint indicia quod interuenerunt cum eo socij, quo casu torqueri potest, vt hic resoluitur docent latissime supra relati, num. præcedenti, maximè Farinac. *d. quæst.* 43 *per totam, maxime ex num.* 43. vbi congerit casus, in quibus potest interrogari de socijs, vel non, & *consilio* 99. *num.* 36. & Thomas Sanchez *in cons. moral. libr.* 6. *cap.* 3. *dub.* 22. 23 & 24 & *ca.* 5. *dub.* 15. & Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap.* 81. & 82.

19 Ad num. 18. ibi: *Et breuiter, & resolutiue, &c.*

Et ibi: *Sed his non obstantibus, &c.*

Socius criminis legitime interrogatus iuxta supra dicta, & examinatus parte citata, & cum iuramento, quod sit legitimus testis, & faciat indicium ad torturam, & si sint duo, vel plures plene probent, vt hic resoluitur, docent, & comprobant Mascardus *de probationibus, conclusione* 1147. *num.* 39. Carrerius alios referens *in practica, §. octauum indicium nu.* 11. Menochius *de arbitrar. casu* 474. *numer.* 36. Peguera *decisione criminali* 17. *numer.* 44. & alij penes ipsos: sed contrarium imo socium non facere indicium ad torturam, nec si plures sint, plenam probationem, nisi adsint præsumptiones, vel adminicula, probat late Farinacius *dicta quæstione* 43. *ex numer.* 147. *vbi numer.* 134. declarat etiam torturam præcedere debere in ipso socio, deponente contra socium, cum sit criminosus, & infamis, vide etiam eundem Farinacium *numer.* 69. & *sequent.* & *consilio* 75 *nu.* 105. & Thomam Sanchez *in consi. ijs moralib. libr.* 6. *cap.* 3. *dub.* 14. & 15. *num.* 7. & *dub.* 22. & *seq.* & *cap.* 5. *dubio* 15. & Scacciam supra, & vide supra *num.* 17.

Item de citatione hoc casu præmittenda, vide Morlam *in emporio, titul.* 11. *in præmissis ex num.* 28. Thomam Sanch. *in consil. lib.* 6. *ca.* 5. *dub.* 19. *num.* 4.

Item de teste ebrio vel incarcerato, de quibus Gomezius hoc numero, ait esse repellendos, vide ad saturitatem Farinacium *quæstione* 56. *numer.* 434. *et sequentibus*, vbi de ebrio *et numer.* 18e. *et sequentibs*, vbi de incarcerato, & Sanchez supra *dubio* 14.

Ad num. 19. ibi: *Vndecimo repelli* 20 *eur pauper*, &c.

Quod pauper si sit vilis persona repellitur à testimonio, secus si sit honesta, & fidedigna, vt hic resoluitur, docent Socinus *in regula* 289. *num.* 3. Parisius *consil.* 164. *num.* 2. Plotus *de in litem iurando*, §. 50. *numer.* 17. vbi etiam ex hoc infert, quod tali pauperi non defertur iuramentum in supplementum probationis: Campegius *de testibus, regul.* 113. Antonius Gabriel *de testibus, conclusione* 18. *num.* 19. Menochius *de arbitrarijs, casu* 65. *num.* 12. *et casu* 96. *numer.* 9. Mascardus *de probationibus, conclusione* 1155. *nu.* 8. *et* 12. Tuschus *lit. P. conclusion.* 163. *et lit. T. concl.* 215. Cancerius *variar.* 1. *parte cap.* 2 *num.* 88. & alij plurimi congesti à Farinacio *quæstione* 57. *num.* 1. *et sequentibus vsq; ad* 101. vbi latissime, regulam constituens quod pauper nō est testis idoneus & integer, & omni exceptione maior, & ita intelligas resolutionem Gomez. vide etiā Thom. Sanch. *in consil. lib.* 6. *cap.* 5. *dubio* 14. *nu.* 6.

Ibi:

Ibi: *Duodecimo repellitur clericus, religiosus, vel monachus, &c.*

Clericum, vel monachum non posse esse testes in criminalibus, secus in ciuilibus de licentia superioris, vt resolut Gomezius, comprobant Nouelus *in regul.* 216. *nu.* 7. Viuius *in communibus*, verb. *Testificari possunt contra clericum, &c.* in fine, Mascardus *de probationibus, conclusione* 308. *num.* 6. Couarrubias *in elementis ad furiosus*, §. 5. *num.* 5. Bernardus Diaz *in pract. cap.* 98. *ex num.* 21. *vbi numer.* 23. docet, quod in ciuilibus, & ad defensionem rei in criminalibus potest esse testis præcedente licentia superioris, & plurimos referens amplians, & limitans in clerico loquens Farinac. *quæst.* 61. *ex num.* 1. *vsq; ad* 67. quē omnino videas. & Barbos. *in erect. de iure Ecclesiastico, lib.* 1. *cap.* 40. *num.* 103. *& sequentibus*, vbi etiam probat quod in ciuilibus clericus testificari potest coram iudice laico de licentia superioris, *& numer.* 105. ponit formam licentiæ, & *numer.* 106. ait quod si de facto clericus absque licentia prælati testimonium perhibeat coram iudice sæculari in causa ciuili, valet huiusmodi depositio licet malefecerit, quamuis si de facto deponat coram iudice sæculari in causa criminali, nec etiam indicium faciat.

Item de monacho quod possit esse testis cum licentia superioris in ciuilibus, docent Crotus *de testibus, nu.* 187. Bossius *de oppositione contra testes, num.* 92. Campeg. *de testibus, regula* 94. *& regula* 96. Mascardus *de probationibus, conclusione* 1358. *numer.* 32. & alios referens Farinacius *quæstione* 61. *ex numer.* 130. *vbi numer.* 134. ait, quod licet religiosi non possint examinari sine superioris licentia, examinati tamen si fuerint, valet eorum depositio, vt supra dictum est de clericis, optimè Thomas Sanchez *in summa, 3. parte libr. 6. cap.* 13. *numer.* 100. *& sequentibus*, vbi benè explicat, & *numer.* 108. ait, valere depositionem eius, si recipiatur sine licentia superioris de facto, & numeris sequentibus alias declarationes adducit, *& numer. fin.* docet quod si defectus licentiæ à parte opponatur, & adhuc eius depositio admittatur, tunc non valebit testimonium, vide eum ibi, *& lib. 6. cons. ca. 5. dub. 6. & dub.* 14. *nu.* 2.

Ad num. 20. ibi: *Et breuiter, & ad.* 21. *solutiue dico, &c.*

Circa distinctionem, quam hic facit noster Gomezius, circa fidem testium inhabilium, qui de facto fuerunt recepti, videre poteris Bernardum Diaz *in regula* 755. Mascardum *de probationibus, conclusione* 1359. *numer.* 10. *& conclusione* 682. *numer.* 4. Bossium *in practica, titul. de inquisitione, numer.* 56. *&* 57. Clarum *in pract.* §. *final. quæstione* 34. Carrerium *in practica, tractatu de indiciis, & tortura*, §. *in textu ergo, ex numer.* 43. Sanchez *in consiliis moralibus, libr. 6. cap.* 5. *dubio* 16. *num.* 4. & latissimè materiam declarantem Farinacium *quæstione* 58. *num.* 44. *& quæstione* 62. *ex num.* 261. *vbi nu.* 350. *& sequentibus*, agit de exceptione inhabilitatis opposita & an & quando impediat examen testium? vide etiam Scobar *de pœnit. sang. 1. p. quæst.* 12. §. 2. *& 3. & q.* 13. §. 2. *nn.* 58. *& §.* 4. *quasi per totum, &* §. 3. *nu.* 78. vbi de testibus reprobatis per sententiam.

Ad numerum 21. ibi: *Item addo, &c.*

Testium inhabilitas quod suppleatur ex magna fide contestium, vel ex adminiculis, vt hic resoluitur, docent Bernardus Diaz *in regula* 752. Tiraquel *de pœnis temperandis,*

cauſ. 51 *num.* 119. *& ſequent.* Anton. Gabriel *tit. de teſtibus, concluſ.* 5. *nu.* 1. vbi alios refert, Villalob. *in ſuis communib. lit. M. nu.* 142. & optimè explicat Farinac. *quæſt.* 31. *num.* 129. *& quæſt.* 62. *ex num.* 328. vbi late declarat, ampliat, & limitat, eum omnino videas, & Scobar, & Thom. Sanchez ſupra, & Cancer. *variar.* 1. *par. cap.* 20. *num.* 86. *& 94.*

Ibi: *Quæro tamen an prædicti teſtes inhabiles, &c.*

Quod ſi veritas per alios haberi non poteſt, inhabiles admittuntur; & probant, vt hic reſoluitur, docent Bernard. Diaz *regul.* 259. Cancer. *in pract. tract. de indic.* §. *in textu ergo, num.* 31. Plotus *de in litem iurando,* §. *quarto, num.* 22. Boſſ. *in tit. de indic. nu.* 161. Clar. *in pract.* §. *fin quæſt.* 24. Gabriel *tit. de teſtib. concl.* 7. & plurimos ſuo more referens, amplians, limitans, & declarans Farinac. *quæſt.* 62. *ex num.* 50. *vbi num.* 28. *& ſequent.* agit, quid in caſu difficilis probationis, *& num.* 33. *& ſequent.* de probatione facti nocturni, & quando teſtes de eo deponentes probent, *& in conſil.* 39. *num.* 3. Cancer. *variar.* 1. *part. cap* 20. *num.* 14. *& ſeq.* Menoch. *de arbit. caſu.* 106. *num.* 6. *& caſ.* 340. *num.* 11. & Barboſ. *in collect. cap. veniens de teſtib. num.* 11. vide etiam Scobar *de pœnit. ſang.* 1. *par. quæſt.* 11. *&* 12. Sanch. *in conſil. moral. libr.* 6. *capit.* 5. *dub.* 16.

23 Ad num. 22. ibi: *Et breuiter, & reſoluitur dico, &c.*

Iudicem poſſe repellere teſtes vel eorum dicta ex officio, ſi inhabilitas proueniat ex culpa, vel delicto ipſorum teſtium, ſecus ſi teſtes ſunt inhabiles non ex culpa propria, ſed fauore alterius partis, vt domeſticus, conſanguineus, inimicus, &c. docent Carrer. *in pract. in tract. de indic. & tortura,* §. *in textu ergo. &c. n.* 52. Clar. *in* § *final. quæſt.* 24. *in fin.* Dueñas *in reg.* 383. *limitat.* 7. Maſcard *de probat. concluſ.* 408. *num.* 20. *& ſequent. & concluſ.* 1356. *num* 13. *&* 14. & Azeued. *in l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *Recopil. num.* 13 & latiſsimè Farinac *quæſt.* 62. *nu.* 175. *& ſequent. maximè* 192. vbi ampliat. & limitat, Paz *in praxe,* 1 *part.* 1. *tom.* 9. *tempore nu.* 8. *&* 9. Cancer. *variar.* 1 *part. cap.* 20 *num.* 24. *&* 27. Sanch. ſupra *libr.* 6. *cap.* 5 *dubio* 16. *num.* 3.

Ad numerum. 23. ibi: *Vnde cogitaſ* 24
ni, &c.

Teſtes inhabiles etiam examinati pro defenſione rei, quod non plene probent, ſed faciant indicium decundum qualitatem inhabilitatis, & negotij arbitrio iudicis, ad hoc vt mitior pœna imponatur, docent Clar. *in pract. quæſt.* 24. verſic. *Item ſcias,* & Maſcar. *de prob. concl.* 905. *ex* 1359. & bene Farinac. *quæſt.* 62. *num.* 98. vide etiam Barboſ. *in collect. cap. cum eauſam de teſtib. num.* 12. & Menoch. *de arbitr. caſ.* 587. Tuſch. *lit. T. concluſ* 209. *ex n.* 25. & Cance. ſup. *n.* 18.

Ad num. 24. ibi: *Et dicendum eſt,* 25
&c.

Teſtes idoneos poſſe cogi dicere veritatem, & teſtificari in criminalibus præterquam ſi teſtis ſit de aſcendentibus, vel deſcendentibus, vel collateralis vſq; ad quartum gradum, vel maritus, vxor, ſocer, vel nurus, quia non compelluntur, & ſi compellantur, eorũ depoſitio eſt nulla, dum modo veritas per alios haberi poſsit vt hic reſoluitur, docent multi in vnum congeſti à Farin. *quæſt.* 54. *ex nu.* 13. *& quæſt.* 55. *ex num.* 171. *& quæſt.* 78. *numer.* 116. contra alios plures per eum relatos *num* 115. & quamuis ipſe Farinac. negatiuam comprobare videatur, ex eius tamen limitationibus noſtri Gomezij opinio fulciri poteſt, ait enim *nu.* 124. quod ſi veritas aliter haberi non poteſt, poterunt cogi teſtes ad teſtificandum, vt

ibi

ibi probat ex multis, & *num.* 126. addit quod si testes se subtrahunt à testimonio gratia, odio vel timore, & hoc possit constare, tunc cogi possunt, vt docet ex alijs pluribus ipse Farinac. *d. quæst.* 78. *num.* 128. & vide etiam Barbos. *in collect. cap.* 1. & 3. *de testib. cogendis*, vbi plures refert, & Tusch. *lit. T. conclus.* 225. 226. Sanchez *in consil. lib.* 6. *cap.* 5. *dub.* 17. & latissime Scacc. *de indic. lib.* 2. *cap.* 10. *per totum*, & *cap.* 8. *lib.* 2. *num.* 279. vbi de muliere, Cancer. *lib.* 1. *cap.* 20. *ex num* 74. & Post. *de manuten. obseruat* 89. vbi aliqua specialia aduertit.

Ibi *Et si de facta, &c.* Vide Farin. *d. q.* 78. *ex n.* 1. & Sanch. sup.

26 Ad num. 25. ibi: *In quo articulo magistraliter, & resolutiuè dico, &c.*

Ex præsumptionibus reum non posse condemnari, quamuis sint violentæ, nisi præsumptio esset à lege determinata, & approbata, vt resoluit Gomezius docent plures relati, & sequitur Tiraquel. *de pœnis temperan. cau.* 27. Boer. *decis.* 161. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 20. *ex num.* 8. Mascard. *de probat. conclus.* 1221. *num.* 55. & latissime Farinac. *quæst.* 50. *num.* 37. *& sequent. & quæst.* 36. *num.* 36. *& quæst.* 86. *per totam*, & alij apud Cened. *in collect.* 62. *num.* 4. quos vide, & Menoch. *casu* 279. *&* 362. *num.* 20. *& casu* 536. *in fine*, Mantic. *de coniect. libr.* 1. *tit.* 2. Auendan. *in diction.* verb. *Presumpcion*, Sarmient. *select. lib.* 1. *cap.* 1. item Farinac. *quæst.* 40. *nu.* 15. *& consil.* 58. *&* 60. *in additione lit. K. & in consil* 75 *in addit & consil.* 78. *etiam in addit & consil.* 82. *& decis.* 60. *libr.* 1. *in addit.* Thom. Sanch. *in cons. moral. lib.* 3. *cap. vnico, dub.* 12. vbi late per conclusiones declarat, Marienz. *in dialag.* 3. *part. cap.* 30. *num.* 5. Morlam *in empor. tit.* 12. *quæst.* 1. Scob. *de puritate sang. quæst.* 8. §. 1. *ex num.* 5. & latè Barbos. *in l.* 2. *part.* 1. *ff. solut. matrim. nu.* 61. *&* 76. *vsq. ad* 94. & nouissimè Matiez. Iunior, *in repet. ad tex. in cap. afferte de præsumpt.* qui omnes latissimè explicãt materiam huius resolutionis, *& text. in d. cap. afferte*, (vbi etiam Barbos. *in collect.* late) & Azeued. *in l.* 4. *tit.* 6. *lib.* 8. *nu.* 51. apud plerosq; autem magis obtinuit pœnam ordinariam imponi non posse ex præsumptione violenta, sed mitiorem, vt docent Zeuall. *quæst.* 337. qui alios refert Giurba *consil.* 43. *num.* 22. Gratian. *reg.* 374. *et* 385. vide etiam Farinac. *cons.* 99. *num.* 30. *et consil.* 100. *nu.* 37. & Noguer. *alleg.* 12. *num.* 68. 81. *et* 180. & D. Larr. *allegat. fisc.* 66. vbi explicat quando sufficiant indicia ad pœnam ordinariam.

Ad num. 26. ibi: *Et certè videtur quod non*, &c. 27

Si vnus tantum testis adsit & similiter indicium, vel semiplena probatio diuersi generis, vel tantum sint plura indicia, quod hoc non sufficiat ad condemnationem in criminalibus præterquam si præsumptiones sint liquidissimæ, & à lege approbatæ, sed tantum ad torturam procedi debeat, resoluit noster Gomez. & comprobant Boss. *in tit. de conu. &. num.* 23. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *quæst.* 92. *et* 97. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 63. Anton. Gabr. *tit. de probat. conclus.* 1. *num.* 23. *et* 26. Couarr. *de veter. numism. collat. cap.* 8. *num.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 459. *num.* 7. Barbos. *in l.* 2 *par.* 1 *ff. solut. matrim ex num.* 81. Pegue. *decis. crimin.* 17. *n.* 4. Sanch. *lib.* 6. *consil. cap.* 3. *dub.* 12. *num.* 5. & plures referens. Farinac. *quæst.* 47. *ex num.* 80. *et quæst.* 86. *ex num.* 20. *et consil.* 78. *in addit. lit. C. et cons.* 82. *et* 115. & Bolan. *in Cur. Philip.* 3. *par.* §. *prueba*, Parlad. *different.* 138. Pichard. *in repit. l. Gallus*, §. *illecassus*, *cap.* 15. *num. fin.* Noguer. *alleg.* 26. *ex nu.* 80. D. Larr. *allegat.* 48. *nu.* 19. *et* 20. Scob. *de purit. sang.* 2. *par. quæst.* 6. §. 5. *et* 6.

Et

Et adde quod in criminalibus testes non possunt dari pro ratificatis, vt docent Auendan. *respos.* 11. *num.* 5. Simanc. *de catholic. institut. ca.* 62 *numer.* 38. Dueñ. *regul.* 23. *limitat.* 1. Paz *in praxi*, 1. *tom.* 5. *parte*, *cap.* 3. §. 9. *num.* 4. *et sequent.* Richard. *in manuductionib.* 3. *part.* §. 3. *num.* 22. Bolan. *in Curia Philipp.* 3. *parte*, §. *prueba*, *num.* 3. quod plerique intelligunt in casibus, in quibus venit imponenda pœna corporalis, & Auilès *de fund. cap.* 3. verb. *El descargo*, qui etiam concludunt termino probatorio nõ posse renuntiari.

28 An publicatis attestationibus testes possint examinari in criminalibus, vide Gregor. *in l.* 37. *tit.* 16. *partita* 3. Matienz. *in dialago*, 3. *parte. cap.* 49. *num final.* Hermosil. *l.* 56. *titul.* 5 *part.* 5 *glossa* 6. *num.* 72. *et* 73. Gutier. *lib.* 1. *quæst.* 70. Barbos. *in collect. cap.* 35. *de testib.* Cancer. 1. *parte*, *cap.* 20. *num.* 43. & vide infra *cap.* 13 *num.* 34. *et* 35. & Parej. optime *de instrument. edit. titul.* 6. *resolut.* 3. *ex nu.* 73. *et nu.* 68.

29 Item an iudex possit iudicare secundum allegata, & probata contra veritatem sibi notam? vide Thom. Sanch. *in cons. lib.* 6. *cap.* 1. *dub* 7. 18 *et* 19. post Couarrub. *libr.* 1. *variar. cap.* 1. *ex num.* 4. Azeued. *l.* 10. *titul.* 17 *libr.* 4. *Recopilat. num.* 117. & alios relatos ab ipso Thom. Sanch. Diana *tom.* 5. *tract.* 4. *resolutione* 22. D. Larrea *allegat.* 48 *num.* 7. Scacc. *de gloss.* 14. *in tractatu de re iudic. quæst.* 8. & Hermosil. *in l.* 55. *titul.* 5. *part.* 5. *num.* 33. *et* 34. *glossa* 7. & S. Ouar *de purit. sanguin.* 2 *parte*, *quæst.* 9. §. 1. *num.* 29. *et sequent.* vbi bene explicat; Cened. *collectan.* 101 *ad decretales*, *num.* 11.

Item adde an iudex laicus inconsulto Episcopo possit exhumare corpus occisi, vt constet de corpore delicti? in quo Bobadil. *in polit. lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 93. affirmatiuam tenet, sed contrarium verius docet Diana *tom.* 9. *tract.* 7. *resol.* 64. 30

Item an quis teneatur reuelare crimen alterius, & quando? vide supra *cap.* 1. *nu.* 92. *et cap.* 2. *n.* 9. *et* 10. & Cenedum *in collect. ad decretales*, *collect.* 101. *ex num.* 3. 31

CAPVT DECIMVM TERTIVM

DE TORTVRA REORVM.

SVMMARIVM.

1 Doctores qui materiam explicant referuntur.

2 An sit iustum torquere delinquentem.

3 An in omni causa torqueri possit reus?

4 Quæ persona non possit torqueri.

5 Qui non possunt torqueri, an possint terreri.

6 Qualiter debeat dari tormentum.

7 Si reus in tortura decesserit, an index puniatur?

8 Testis vnus de visu an sufficiat ad torturam?

9 Confessio extrajudicialis facit indicium ad torturam.

10 Quid de confessione sacramentali.

11 Fama an faciat indicium ad torturam.
Fuga an faciat indicium ad torturam, & quid de contumacia.

12 Inimicitia an faciat sufficiens indicium.
De eo qui visus est exire cum gladio de domo, vbi aliquis erat mortuus.

13 De re furtiua reperta penes aliquem.

14 De eo qui cum esset pauper postea reperitur dives.

15 De indicio contra eum qui dicit inuenisse occisum, & denuntiat.
Quid de contra de non denuntiante homicidium.

16 Quid de eo contra quo cadaver sanguinem emittat.

17 Declaratio occisi an faciat indicium.

18 Exculpatio occisi an liberet à pœna, & delicto.

19 Quomodo probentur indicia.

20 In quo statu processus debeat admitti tortura.

21 Torqueri non potest reus stantibus legitimis probationibus.

22 An debeat dari reo copia indicium.

23 Tortura an debeat peti per partes?

24 A tor-

CAPVT XIII.

24 *A tortura an possit appellari?*
Quid si index fuerit recusatus.
Reus quomodo debeat interrogari in tortura, & an de socio:

25 *Ratificatio confessionis facta in tortura requiritur.*

26 *An possit condemnari reus ex confessione ratificata, si fuerit extorta non præcedentibus indicijs.*
Tortura inuitè illata non nocet, nec vllum producit effectum.

27 *Tortura an repeti possit.*

28 *Si reus ter positus fuit ad torturam, & semper confessus fuit, & in ratificatione negauit, quid faciendum?*

29 *Si reus in negatiua persistat, an sit condemnãdus, vel absoluendus?*

30 *Testis quando possit torqueri.*
In causa leui, vel ciuili tortura nõ infertur.

31 *Sententia quomodo ferenda in criminalibus.*

32 *Appellatio quando sit permissa in criminalibus.*
Appellare quãdo possit extraneus pro reo.
De reo conuicto, & confesso appellante.

33 *Admissa appellatione in casibus quibus admitti nõ debuit, an index possit exequi?*

34 *Quo tempore possit reus probare innocentiam suam, & an possit index suam sententiam reuocare.*

35 *An iudex possit in qualibet parte litis recipere testes contra reum.*

36 *Sententia statim debet mandari executioni.*

37 *Sententia quæ transiuit in rem iudicatam, an & quando possit reuocari, vel suspendi.*
Sententia executio suspenditur ob redditionem rationum.
Peritissimus, & insignis in arte sua non torquetur, nec punitur pœna ordinaria.

38 *Quid in muliere prægnante.*
De accipiente meretricem in vxorem.
Quid si condemnatus fractolaqueo cadat in terram.

39 *De indulto, seu indulgentia à Principe concessa.*

40 *Restituens per Principem an recuperet bona confiscata alienata.*
Alij casus in quibus pœna remittitur remissiue.

DE hac materia agunt latissimè præter ordinarios, Bossius *in tit. de indic. & consideratione ante tortur. & in tit. de tortur. reorum*, Carter. *in praxi, tract. de indic. & tort.* Clar. *in pract. §. final. quæstione 64. & seq.* Tusch. *lit. T. conclus. 325. & mult. sequent.* Parlad. *tom. 3. diffent. 113.* vbi explicat in quo differat tormentum, & quæstio, Par. *in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12.* Zeuall. *quæst. 619.* vbi de tortura clerici, & *quæst. 642.* vbi de minis, Auend. *in diction.* verb. *Tormento*, Bobadil. *in polit. lib. 5. cap 3. ex num. 12.* Bolan. *in Cur. Philip. 3. parte, §. tormento*, (& vide *conclus. criminal. 76. 77. & 78.* post operam Roderici Suarez) Petrus Gregor. *in singul. lib. 48. cap. 12.* & latissimè Farinac. amplissimum tractum faciens *quæst. 36. & multis sequent.* vbi optimè materiam explicat ad saturitatem, L. ff. *de iustit. libr. 2. ca. 29. dub. 17. per totum*, Thom. Sanch. *in consil. moral. libr. 6. cap. 3. dub. 15. per totum & cap. 4. dub. 5.* Simanc. *de cathol. institut. cap. 63.* Egid. Trullench. *in decalog. lib. 8. cap. 1. dub. 20. & 21.* D. Anton. de Queued. *in suo tract. de tortura.*

Ad nu. 1. ibi: *Sed sustinendo ins cõmune, &c.* 2

Iustum esse torquere delinquen-

tem

tem præcedentibus indicijs legitimis vt hic resoluitur, docet Bossius *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. n.* 2. Clar. *in pract. § fin. quæst.* 64. Mascard. *de probat. conclus.* 1385. *ex nu.* 1. & plures per Sayr. *in claui Reg. lib.* 12. *cap.* 16. *ex num.* 23. Salon. 2. 2. *quæstion.* 69. *articul.* 2. Lessl. *de iust. lib.* 2. *cap.* 29. *dubio* 17. *num.* 151. Simanc. *de cathol. institut. cap.* 63. late *ex num.* 1. optime Thom. Sanch. *in consil. moralib.* 2. *parte, lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 15. *numer.* 1. Diana *resol. moral.* 4. *parte, tractat.* 6. *resolut.* 1. *& seq.* qui aduertunt torturam tantummodo adhibendam in criminibus grauioribus quæ pœna corporali, mortis, mutilationis, vel trirremium puniri debent, de quo infra *num. seq.*

3 Ad num. 2. ibi: *Vnũ tamen est quod non semper, &c.*

Non in causa vbi venit imponenda pœna exilij, seu pecuniaria, sed quando venit imponenda pœna mortis vel alia corporalis, torquendum esse reum, vt hic resoluitur, docent relati numero præcedenti, maxime Thom. Sanch. *d. cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 1. *lib.* 6. *consil.* Clar. *in pract. § final. quæst.* 64. versic. *Præterea debet*, Tuschus *lit. T. conclus.* 326. Carrer. *in pract. in secundo tract. de indic. & tortura, § circa secundum num.* 27. *in fine* Peguer. *decis. crimin.* 16. *num.* 61. vbi etiam addit quod vbi venit imponenda pœna fustigationis locum habere potest tortura, Paz *in praxi 1. tom.* 5. *parte, §.* 12. *nu.* 32. *& sequent.* Bolan. *in Curia Philipp.* 3. *part. §. tormento, num.* 3. & latissime Farinac. *quæst.* 42. *num.* 3. *& sequent. & per totam*, vbi explicat quæ delicta grauia quæ leuia, & an in causis pecuniarijs aliquando liceat torturam imponere? vide etiam eum *in consil.* 22. *num.* 22. *&, consil.* 25. *num.* 69. *& consil.* 70. *num.* 33. 34. *&* 52.

4 Ad num. 3. ibi: *Prohibitus autem reperitur minor, &c.*

Omnem personam posse torqueri quæ non reperiatur prohibita, vt sunt minores 14. annorum (de quibus etiam supra *cap.* 1. *nu.* 67.) & senes, qui non possunt torqueri grauiter, sed leuiter, eo tormento quod cadere potest in puerum, & senem, item miles, doctor, nobilis, & mulier prægnans, vt hic resoluitur, docent Carrer. *in pract. in secund. tract. de indic. & tort. §. circa tertium. ex nu.* 1. Clar. *in §. final. quæstione* 64. Tusch. *lit. T. conclus.* 328. Boss. *in pract. tit. de indicijs, & considerat. ante tort. num.* 103. vbi etiam extendit ad clericos, Simanc. *ca.* 63. *num* 26. Bernard. Diaz *in pract. criminal. cap.* 117. Dueñas *in regul.* 259. Narbon. *in l.* 61. *tit.* 4. *lib.* 2. *Recopilat. glossa* 1. late & alter Narbona *de ætate anno septuagesimo quæst.* 5. post Gratianum *disceptation. cap.* 328. *ex num.* 8. Plaza *in epitome delict. lib.* 1. *cap.* 32. Baeç. *de debitore, cap.* 16. *ex num.* 122. vbi de nobili, & quid si sit mercator? Azeued. *l.* 4. *tit.* 19. *lib.* 5. & de vxore nobilis Auilès *in proæmio, ca. præter. ex num.* 16. vbi etiam de filio doctoris, Pichard. *in disputat. de nobilitate communicata ex num.* 44. Tiraquel. *de leg. connubial. fol. mihi* 79. vbi plura de tortura fœminarum, Suarez *titul. de los gouiernos, quæst. vltima*, vbi de aduocato, & (vt in vno plures tibi referam) Farinac. latissime *quæst.* 41. *per totam*, vbi agit de omnibus personis, quæ torqueri nõ possunt, amplians, limitans, & declarans, & quid in clerico, decurione, muto, & surdo, & seruo? *& num.* 100. fusissimè explicat quid in criminibus exceptis, læsæ Maiestatis, simoniæ, falsitatis, proditionis, baratariæ, veneficij, mathematicæ, priuati carceris, & alijs, in quibus torquentur qui ob dignitatem, & priuilegium excusabantur secus si propter ætatem

rem, aut debilitatem, eum omnino videas, *et consil.* 22. *num.* 18. vbi de minore, Auendañ. *cap.* 27. *prat.* 2. *part. num. fin.* vbi de nobili periuro, Zeual. *quæst.* 619. vbi etiam de clerico, & nobili, Bolan. *in Cur.* 3. *par.* §. *tormento, num.* 5. Paz *in praxi tom.* 1. *part.* 5. *ca.* 3. §. 12. *num.* 43. *et seq.* vbi etiam omnes priuilegiatos enumerat, Gutier. *in pract. lib.* 4. *quæst.* 17. 18. *et* 19. vbi de milite, & doctore, *et quæst.* 15. vbi de nobili, *et quæst.* 16. vbi de diuite, vel honesta persona, Morla *in empor. titul.* 1. *num.* 44. *et tit.* 2. *nu.* 156. Quened *de tort.* 1. *part. cap.* 12. *ex num.* 8. Gratian. *reg.* 145. *nu* 3. *et* 16. Sanch. *in consil. lib.* 6 *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 12.

Ad num. 4. ibi: *Ego tamen in hoc articulo*, &c.

Qui non potest torqueri propter ætatem, seu debilitatem, potest terreri, ille verò qui ob beneficium alterius, vt mulier prægnans non potest terreri: ille autem qui ob dignitatẽ, seu priuilegium, similiter terreri nõ potest, & si de facto fiat, & confiteantur, non valet confessio: ita Gomez. & comprobant Carrer. *in pract. in secundo tract. de indic.* §. *circa tertiam num.* 43. Scacc. *de indic. lib.* 2. *ca.* 8. *ex num.* 274. vbi de prægnante, Quened. *de tortura*, 1. *part. cap.* 12. *ex num.* 10. & alij relati, & secuti à Farin. *quæst.* 41. *ex num.* 104. vbi laudat Gomez. *et num.* 110. addit quod personæ, quæ non possunt torqueri de iure, poterunt torqueri cõsulto Principe: Boss. *in pract. tit. de tort. reor. num.* 20. Paz *in praxi tom.* 1. *par.* 5. *cap.* 3. §. 12. *nu.* 51. Less. *de iust. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 17. *nu.* 155. vbi cum nostro Gomez. ait, quod si verbis tantùm & non per actũ proximum fuerint territi dicti priuilegiati, & sic cõfessi fuerint valet cõfessio. quia censetur spontanea, si verò dum leuiter minatur, constet, ex circumstantijs, illam confessionem nõ fuisse spontaneã, sed metu etiam leui extortam, non erit sufficiens ad cõdemnandum, nisi sequatur libera ratificatio, eum vide, & Egid. Trull. *in decalog. lib.* 8. *cap.* 1. *dub.* 20. *num.* 6. & Farinac. iterum *in consil.* 16. *num.* 34. *et consil* 83. *nu.* 7. vide etiam Narbonam *dicta quæstione* 5. *in tractat. de aetate.*

Ad num. 5. ibi: *In quo articulo dico*, &c. 6

Genus, modum, & tempus exequendi torturam arbitrio iudicis relinqui, dummodo sit consueta, & modus non excedatur, vt hic resoluitur, docent Boss. *in pract. tit. de tort. num.* 40. Paris de Puteo *de sindic.* in verb. *Tortura, lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 5. *ad fin.* optimè Paz *in praxi, tom.* 1. *par.* 5. *ca.* 3. §. 12. *ex num.* 60. *vbi num.* 66. limitat in crimine læsæ Maiestatis, parricidio, & alijs atrocibus criminibus in quibus acerrima fieri debet indagatio, Gregor. Lopez *in l.* 1. *tit.* 30. *par.* 7. Throm. Sanch. *in consil. moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 15. *num.* 2. Simanc. *de cathol. institut. cap.* 63. *ex num.* 31. Bolan. *in Cur. Philip.* 3 *part.* §. *tormento*, & latissimè Farinac. *q.* 38. *ex n.* 55. *& q.* 37 *ex n.* 111. Bobad. *in polit. lib.* 5. *c.* 3. *ex n.* 20. D. Anton. de Quened. *in tract. de tortura*, 2. *parte*, *capit.* 1. *num.* 3.

Ad num. 6. ibi: *Ex breuiter, et resolutiné dico*, &c. 7

Quod si iudex dolosè reum torsit, & mors sequatur iudex teneatur pœna mortis, si verò alia læsio corporis contigerit, pœna arbitraria puniri debeat, si autem non dolosè, sed culpabiliter in tortura excessit modum, similiter pœna arbitraria locum habeat, secus si licitè, & cum moderamine quia nulla pœna tenetur, quamuis mors sequatur, ita Gomez. hic, & comprobant Clar. *in* §. *fin. quæst.* 64. Tusch. *lit. T. concl.* 325. Menoch. *de arbitrar. cas.* 340. Puteus *de sindic.* verb. *Tortura, cap.* 12. Boss. *in tit. de tor-*

tortura, num. 28 *& seq.* & latissime Farinacius omnino videndus *quæstione* 37. *ex num.* 111. vbi fusissime ampliat limitat, & declarat, Paz *in praxi, tom.* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex numer.* 61. vbi bene declarat, Bobadil *in politica, libr.* 5. *cap.* 3. *numer.* 24. *&* 25. & post eum D. Antonius de Queuedo *in tract. de tortura* 2. *parte, cap.* 1. *num.* 7. *&* 8.

8 *Ad nu.* 7. ibi: *Quando vnus testis deponit de visu, &c.*

Vnum testem deponentem de visu sufficere ad torturam, vt hic resoluitur, docent late, post plures ex antiquioribus, Carrer. *in pract. in secundo tract. de indic. & tortur.* §. *quæ autem sint n.* 2. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 21. *& quæst.* 22. Oliuius *in suis communib.* verb. *Testis vnicus, n.* 7. Mascard. *de probat. quæst.* 15. *nu.* 12. *& concl.* 894. *nu.* 5. Simanc. *de cathol. in inst. cd.* 63. *num.* 12. Menoch. *de præsumptionib. lib.* 1. *quæstione* 89. Sanchez *in consil. lib.* 6. *cap.* 3. *dubio* 15. *num.* 1. Peguera *decisione criminali* 17. *nu.* 1. & alijs fere infinitis relatis Farinacius *quæst.* 37. *num.* 54. *& sequentibus, vsq; ad* 71. vbi limitat, & declarat, & Paz *in praxi, tom.* 1. *parte* 5. *capite.* 3. §. 12. *numer.* 38. *& sequentib.* iterum Farinac. *consil.* 41. *n.* 10. *& consil.* 65. *n.* 53. Scacia *de indic. lib.* 2. *ca.* 9. *num.* 368. *&* 369. Queued. *de tort.* 1. *part. cap.* 5. *ex n.* 3. vbi quod hoc casu requiratur quod reus sit vilis, vel infamatus.

9 *Ad num.* 8. ibi: *Secundum indicium est confessio extraiudicialis, &c.*

Confessionem extraiudicialem etiam minoris, eius tamen ætatis in qua torqueri potest, dum tamen sit specialis, & determinata, verbi gratia: *Occidit talem hominem*, esse sufficientem ad torturam, vt resolut Gomezius, docent latè Bossius *in pract. tit. de confessis, nu.* 57. Antonius Gabriel *tit. de confessis. concl.* 1. *numer.* 53. Simancas *de catholic. instit. c.* 63. *num.* 21. Menochius *de arbitrar. iud. casu* 331. *n.* 1. *& lib.* 1. *de præsumptionib.* 1. *quæst.* 89. *num.* 17. vbi quod etiam debet concurrere verisimilitudo, Queuedo *de tortura*, 1. *parte, capite.* 5. *numer.* 3. *& capite.* 7. *numer.* 3. Clarus *in* §. *finali, quæstione* 21. Farinacius *consilio* 48. *numer.* 31. *& consilio* 50. *in additione litera D. & quæstione* 81. *numer.* 32. vbi quod confessio indeterminata non sufficit, *& quæstione* 82. *ex numer.* 23. *vsque ad numerum* 47. vbi ampliat, limitat, & declarat, *& quæstione* 83. *numer.* 84. *&* 81. vbi quod post confessionem in tortura emanatam respectu confessionis extraiudicialis requiritur ratificatio, vt docet Gomezius hic, Lessius *de iustitia, libr.* 2. *capite.* 29. *dubio* 17. *numer.* 157. Thomas Sanchez *in consiliis moralibus, parte* 2. *libr.* 6. *capite.* 3. *dubio* 15. *numer.* 8. Diana 4. *parte, tractatu* 6. *resolutione* 12. Egidius Trullench *in decalogum, libr.* 8. *capite.* 1. *dubio* 20. *numer.* 4. Gratianum etiam vide *in regula* 126. *numer.* 61. & iterum Farinacium *consilio* 19. *in additione lit. I. & consil.* 25. *in additione lit. Q.*

10 Ad num. 9. ibi: *Præterquam si fiat in confessione pœnitentiali. &c.*

Confessionem extraiudicialem factam in Sacramento pœnitentiæ non sufficere ad torturam licet reueletur, & probetur, vt hic resolutur, docent omnes relati num. præcedenti, maxime Lessius *num.* 160. & Farinacius *dicta quæstione* 82. *& quæstione* 51. *num.* 96. *& sequent.* Menochius *de præsumptionibus, quæst.* 89. *nu.* 26. *&* 27.

11 Ad num. 10. ibi: *Tertium indicium est fama. &c.*

Si adsit fama publica quod quis commisit tale delictum, quod hoc indicium ad torturam, vt hic resoluitur,

docent Dueñas *in reg.* 300 *fallent.* 4. Simanc. *de catholic. instit. tit.* 63. *ex n.* 14. qui alia adminicula requirit fe re semper, & alij plures relati à Farinacio *quæstione* 47. *num.* 5. sed contrariam opinionem imo famam solam non facere sufficiens indicium ad torturam, tenuerunt alij ferè infiniti congesti ab ipso Farinacio *dicta quæstione* 47. *numer.* 4. Morla *in emporio titul.* 11. *quæstione* 11. *numer.* 2. Clarus *in §. finali, quæstione* 21. *numer.* 1. Quevedo *de tortura,* 1. *parte, cap.* 6. *num* 3. Sanchez *in consilijs libr.* 6. *capit* 3. *dubio.* 15 *numer* 9. Lessius *de iustitia, libr.* 2. *capit.* 29. *numer* 156. vbi ait quod fama debet esse iuncta cum alijs adminiculis, vt sufficiat ad torturam, prout etiam probat Farinacius vbi supra, quem omnino videas, & Quesadam *capit.* 15. *numer.* 12. & Gratianum *regula* 187.

Ibi: *Quartum indicium est, &c.*

Fugam etiam sufficiens indicium facere ad torturam innuit noster Gomezius hic, de quo tamen videndi sunt Bernardus Diaz *in regul.* 303. *numer.* 4. Dueñas *regula* 390. Bossius *in titulo de indicijs, & consideratione ante torturam, numer.* 49. Simancas *de catholicis institutionibus cap.* 63. *num.* 19. Clarus *in practica, quæstione* 21. verficul. *Fuga delinquentis,* qui & alij plurimi relati à Farinacio *quæstione* 48. *numer.* 3. affirmatiuam opinionem defendunt contra alios plures, qui contrarium tuentur, imo non sufficere solam fugam sine alijs adminiculis, quos etiam refert, & sequitur ipse Farinacius ibi *num.* 5. quem videas quia fusissimè materiam prosequitur per ampliationes, & limitationes, vt solet, & Zeuallos *quæstione* 393. & Bolanum *in Curia Philipica, parte tertia, §. tormento numer.* 8. & Thomam Sanchez *in consilijs moralibus, lib.* 6. *cap* 3. *dubio* 15. *num.* 11. & vide Scacciam *de indicijs libr.* 1. *cap.* 97. *ex num* 78. vbi an contumacia faciat indicium ad torturam?

Ad num. 11. ibi: *Quintum indicium* 12 *est, &c.*

Et ibi: *Ego tamen distinguo, &c.*

Inimicitiam solam non facere indicium fuficiens ad torturam, nisi sit iuncta cum alijs adminiculis, vel sit orta, & causata, ex maxima & graui causa, vt hic resoluitur docent Bossius *titul. de indicijs. numer.* 47. Clarus §. *finali, quæstione* 21. Mascardus *de probationibus conclusione* 901. *n.* 6. *& sequent.* Menochius *de præsumptionibus, quæstione* 89. *nu.* 51. Fachinæus *lib.* 9. *controuersiarum cap.* 82. qui & alij plurimi ab eis relati aiunt quod si cum inimicitia concurrant alia adminicula, faciant indicium ad torturam, Carrerius *in practica, in secundo tractatu de indicijs, & tortura,* § *quartum indicium, nu.* 2. & 3. & 4. & alij plures relati à Farinacio *quæstione* 50. *ex numer.* 29. *& in consilio* 22. *numer.* 9. *& consilio* 55. *ex num.* 43. *& quæstione* 49 *num.* 101 qui probant inimicitiam capitalem sufficere, *& nu.* 102. alios plures adducit ad probationem prioris partis resolutionis nempe inimicitiam iunctam cum alijs adminiculis sufficere, vide etiam Zeuallos *quæstione* 158. & Quevedum *de tortura,* 1. *parte, capit.* 6. *num.* 5.

Ibi: *Sextum indicium, &c.*

De indicio resultante ex eo quod aliquis visus fuit exire cum gladio euaginato, vide Menochium *de arbitrarijs, casu* 270. *numer.* 18. *& sequent. & de præsumptionibus, quæstione* 89. *numer.* 117. & alij plures adducti à Farinacio *quæstione* 52. *nu.* 50. *& sequent.* vbi ait neminem in hoc contradicere, & etiam disputat latè an hoc indicium sufficiat ad condemnationem? vide etiam Quevedum

de tortura, 1 parte cap. 7. n. 21. & 37.

13 Ad numer. 12. ibi: *Quando res furtiua sit reperta, &c.*

Quod res furata reperta penes aliquem non faciat indicium ad torturam præterquã si possessor sit persona vilis, & leuis opinionis: & quod si talis possessor sit officialis publicus qui solet emere, & vendere tales res vel si ostendat auctorem à quo eam habuit, cesset præsumptio, docuerunt Menochius *de præsumptionibus, lib. 5 præsumptione 29. num. 2. & seq.* Mascard. *de probationibus, conclusione 833. numer. 2.* Tuschus *lit. F. conclusione 555.* Peguera *decisione criminali 73.* Lessius *de iustitia, libr. 2. cap. 29. dub. 17. nu. 165.* Farinacius latissimè *quæstione 177. ex nu. 1. vsq; ad numer. 15.* vbi ampliat, & limitat latissimè, & post eum D. Antonius Queuedo *in tractatu de tortura, 1. p. cap. 6. num. 13.*

14 Ad num. 13. ibi: *Si post furtum commissum, &c.*

Vicinus notam habens domum in qua furtum est commissum, si postea reperiatur diues, vel plures expendere pecunias, cum antea esset pauper, quod hoc faciat indicium ad torturam, docent, & explicant, Menochius *de præsumptionibus, libr. 5. præsumptione 31. num. 3.* Mascardus *de probationibus, conclusione 831.* & eos, & alios referens Farinacius *quæst. 177. num. 80. & sequentibus, vbi num. 82.* cum Menochio supra *num. 4.* & alijs ait, quod hoc non procedit in viro bonæ famæ, & opinionis, vide etiam Queuedum *de tortura, 1. p. cap. 6. num. 9.*

15 Ad num. 14. ibi: *Aduertendum tamen, &c.*

Contra eum qui primo dicit, vidisse hominem occisum, & denuntiat, posse fumi indicium, vt hic resolutur, docent Puteus *de sindicat. verb. Tortura, el 2. cap. 1.* Carrerius *in practica in primo tractatu de indicijs, & tortura §. 15. indicium,* Menochius *de præsumptionibus, libr. 1. quæstione 89. num. 106.* & alij adducti à Farinacio *quæstione 52. ex num. 93. vbi numer. 95.* ait quod hoc solum non erit sufficiens indicium, nisi concurrant alia, *& num. 96. & 97.* agit quid è contra si taceat, & non denuntiet homicidium, & quod ex hoc oriatur indicium contra eum, & ibi de vicino & domino domus, vbi delictum fuit commissum, & alijs, vide etiam Gutierrez *tom. 4. quæstione 27. numer. 3. & 5.* vbi de occisso iuxta domum alicuius.

Ad num. 15. ibi: *Sed saluo meliori iudicio, &c.* 15

Indicium ad torturam nõ oriri ex eo quod cadauer sanguinem emittat coram aliquo, nisi alia concurrant indicia, vt hic resoluitur, docet ex alijs laudans nostrum Comezium Farinacius *quæstione 52. numer. 156. vbi num. 154.* p̃ares Doctores refert, contrarium tenentes, & aliquos casus speciales adducit qui (aiunt) cõtigerunt.

Ad num. 16. ibi: *In quo notabili, &* 17 *quotidiano articulo, &c.*

Declarationem occisi non facere indicium ad torturam, vt hic resoluitur, docent Paris de Puteo, *de sindicatu,* verb. *Tortura el. 3. cap. 6. numer. 9.* Carrerius *in practica in secundo tractatu de indicijs, & tortura, § decimum indicium, num. 1.* Plaza *in epitome delictorum, libr. 1. cap. 13. num. 15. & seq.* Gouarrubias *variarum lib. 2. cap. 13. num. 8,* Clarus *in practica, § finali, quæstione 21.* Menochius *de præsumptionib. lib. 1. quæst. 80. ex nu. 7.* Mascardus *de probation. conclusione 144. & 1129.* & latissimè Farinacius *quæstione 46. num. 10. & sequentibus,* vbi ampliat, & limitat, *& num. 35.* probat quod concurrentibus ad minus alijs erit sufficiens

ad torturam, *et nu.* 44. *et* 45. verius esse ait talem declarationem, etiam iuratam non facere indicium ad torturam, & etiam si susceperit Sacrosanctam Eucharistiam, eum omnino videas, & Fachinæum *lib.* 9. *cap.* 90. & Barbosam *in collect. capit. literas de præsumptionibus.*

18 Ad num. 17. ibi: *In quo articulo notabiliter, et resolutiué*, &c.

Exculpationem occisi, si delictum non erat verè, & realiter probatum, enervare, & tollere indicia, etiam si essent sufficientia ad torturam, secus verò si delictum erat probatum, licet hoc casu talis exculpatio habeat vim remissionis, & pacis, vt hic resoluitur, docent Couarrubias *variarum, libr.* 2. *cap.* 13. *num.* 8. Carrerius *in practica in secundo tractatu de indicijs, et tortur.* §. *decimum est indicium, num.* 5. Plaza *in epitome delictorum cap.* 13. *ex num.* 15. Mascardus *de probationibus, conclusione* 389. *et conclusione* 1130. & alij plurimi in vnum congesti à Farinacio *quæstione* 43. *ex numer.* 10. *et quæstione* 46. *numer.* 104. *et* 110. *et sequentibus vsq; ad finem. vbi num.* 106. ait quod exculpatio etiam tacite fieri potest, vt pura si aliquem inculpauerit nominatim, nã ex hoc exculpatio cæterorum inducitur, eum videas quia late etiam agit de inculpatione facta per morientem, *et cons.* 79. *n.* 18. & Fachin. *lib.* 9. *c.* 90.

19 Ad num. 18. ibi: *In quo articulo resoluitur dico*, &c.

Quod vnus testis deponens de ipso actu, & delicto, sit sufficiens ad torturam, reliqua verò indicia debere probari per duos testes contestes, vt hic resoluitur comprobant latè Carrerius *in practica in secundo tract. de indicijs, et tortura*, §. *viso ergo quid sit*, Bossius *in tit. de indicijs, et consideratione ante torturam, numer.* 5. 18. *et* 19. Clarus *in practica, quæstione* 22. asserens dictam resolutionem nõ habere contradictorem, Mascardus *de probationibus, conclusione* 894. *num.* 2. *et conclusione* 462. *num.* 18. Menochius *de arbitrarijs casu* 270. *numer.* 23. *et de præsumptionibus, quæstione* 91. *lib.* 1. *numer.* 2. & alijs pluribus relatis Farinacius *quæstione* 37. *ex numer.* 13. *vbi numer.* 18. *et* 28. probat contra alios quod isti testes debent esse omni exceptione maiores *et n.* 38. docet quod testes singulares sufficiunt in probatione indicio rum tribus concurrentibus, primum quod sint omni exceptione maiores, & idonei, secundum quod deponant super indicijs proximis delicto, non autem super valde remotis (& etiam declarat quæ sint proxima indicia in proposito) tertium quod indicia super quibus isti testes singulares deponunt, sint plura, & talia, quæ reddant animũ iudicis quasi certũ quod reus deliquerit, de quo etiam Scaccia *de indicijs, lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 370. eos videas, & iterum Farinac. *cons.* 22. *n.* 7. *et cons.* 37. *n.* 22. *et cons.* 61. *nu.* 18. & post eum Scobar *in tract. de puritate sang.* 2. *part. quæst.* 6. §. 5. *n.* 12. vbi etiam alios refert, & Farinacium *de testibus, quæstio.* 56. *ex numer.* 77. vbi quod in criminibus exceptis sufficiunt testes inhabiles ad indicia probanda, Thomas Sanchez *in consiliis. libr.* 6. *capit.* 3. *dubio* 15. *numer.* 3.

20 Ad num. 19. ibi: *In quo resolutiué dico*, &c.

Post publicationem factam in processu debere adhiberi torturam, vt resoluitur, docent Paz *in praxi tomo* 1. *parte* 3. *capit.* 3. §. 12. *numer.* 1. Clarus *in practica*, §. *finali, quæstione* 64. Bobadilla *in politica lib.* 5. *cap.* 3. *numer.* 13. Pichardus *in manuductionibus*, 3. *parte*, §. 3. *num.* 31. & Scaccia *de indicijs, lib.* 1. *cap.* 97. *nu.* 79.

21 Ad num. 20. ibi: *In quo articulo re. solutione dico*, &c.

Stantibus legitimis probationibus reum non posse torqueri, & iudicem contra facientem teneri indicatu si autem torqueatur, quod non elidantur legitimæ probationes sed adhuc possit condemnari vt resolvitur, docent latissime Villalobos *in suis communibus*, verb. *Torqueri*, *numer.* 118. Boerius *decisione* 163. *numer.* 13. Clarus *in practica*, §. *finali*, *quæstione* 64. Carrerius *in practica in secundo tractatu de indicijs*, *et tortura*, §. *viso igitur de indicijs*, *numer.* 31. Couarrubias *in practicis*, *capit.* 23. *numer.* 5. Scaccia *de re iudicata glossa* 14. *quæstione* 21. *ex num.* 11. Baiardus ad Clarum *dicta quæstione* 64. *num.* 116. *& sequent.* Auendañus *in dictionario*, verb. *Tormento*, & alij relati, & sequuti à Zeual. los *quæst.* 375. Paz *in praxi*, *tom.* 1. *parte* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex num.* 5. sed Farinacius *in quæstione* 40. *ex numer.* 6. contrariam partem defendit, imo per torturam purgari etiam probationes legitimas, & plenas, & eam ampliat limitat, & declarat, eum videas, ibi *et consilio* 33. *numer.* 23. *et consilio* 43. *in fine*, & Fachineum *libr.* 9. *controuersiarum*, *capit.* 6. & Thomam Sanchez *in consilijs*, *lib.* 6. *cap.* 4. *dubio* 3.

22 Ad num. 21. ibi: *Et breuiter dico quod sic*, &c.

Copiam indiciorũ debere dari reo vt possit se defendere, & allegare quod velit, vt hic resolvitur, docent Carrerius *in practica secundo tractatu de indicijs*, *et tortura*, §. *circa quintum*, *nu.* 8. Bossius *in titulo de indicijs*, *et considerationibus ante torturam num.* 74. Clarus *in practica*, §. *finali*, *quæstione* 49. Villalobos *in suis communibus*, *liter. I. numer.* 22. Bobadilla *in politica*, *libr.* 5. *capit.* 3. *numer.* 16. vbi limitat in delictis enormibus, & delinquentibus malæ opinionis, Tuschus *liter. T. conclusione* 326. *ex numer.* 15. Scaccia *de indicijs*, *libro* 1. *capite* 97. *numer.* 79. Simancas *de catholicis institutionibus*, *capit.* 63. *numer.* 35. & plurimis relatis Farinacius *quæstione* 39. *quasi per totam maxime numer.* 2. *et numer.* 3. vbi etiam docet quod non solum debet dari reo copia indiciorum, sed etiam competens terminus ad illa purganda, *et numer.* 9. limitat præterquam si iudex timeret tumultum in populo ob retardatam punitionem delinquentis, quia tunc poterit etiam ad executionem pœnæ etiam capitalis deuenire, eum vide latissime ampliantem, & limitantem, Paz *in praxi*, *tom.* 1. *parte* 5. *capit.* 3. §. 9. Salgado *de protectione* 3. *parte*, *capit.* 14. *numer.* 46. Sanchez *in consilijs*, *libr.* 6. *cap.* 3. *dubio* 15. *numer.* 4. & nouissime Pareja *de instrumentorum editione*, *tom.* 2. *titul.* 6. *resolutione* 8. *per totam*, quem videas.

Ad numerum 22. ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Etiam parte non petente iudicem posse, & debere venire ad torturam stantibus legitimis indicijs plene probatis, vt hic resolvitur, docet, & comprobat Farinacius *quæstione* 40. *numer.* 15. *et quæstione* 37. *numer.* 148. vbi cum alijs probat puniendum esse iudicem qui non torquet eum, quem torquere debebat, cum vide, & Scaciam *de re iudicata*, *glossa* 14. *quæstione* 21. *ex numer.* 11. *vbi numer.* 14. an possit omissa tortura condemnare pœna arbitraria? (de quo Farinacius *quæstione* 86 *ex num.* 78,) *et quæstione* 7, *ex num.* 113, *dicta glossa* 14.

24 Ad num. 23. ibi: *In quo articulo breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

A sententia torturæ appellari posse quamuis sit interloquutoria, cum inferat grauamen irreparabile, vt hic resoluitur, docent Clarus *in §. fin. q. 64.* & ibi Baiardus, Lancelotus *de attentatis, cap. 12. limitat. 1. ex num. 92.* Bobadilla *in polit. lib. 5. cap. 3. n. 19.* Tusch. *lit. T. conclu. 25. ex num. 14.* Scac. *de iudic. lib. 1. c. 97. ex num. 81.* & alij plurimi relati, & sequuti à Farinacio *quæst. 38. nu. 10. & sequent.* vbi etiam probat quod nec dum post appellationem supersedere debet iudex, sed etiam in termino ad appellandum constituto, *& num. 23. & seq.* limitat, præterquam si appellatio esset friuola, & calumniosa, quæ non debet admitti, quando euidenter apparet de calumnia, *& num. 14.* ait, de consuetudine non seruari, vt iudex supersedeat intermino ad appellandum, si non fuerit appellatum, *& nu. 20.* verius opinatur cõtra alios quod accusator, vel fiscus non poterunt appellare à decreto de non torquendo, vide etiam eum *in conf. 22. nu. 19.* sed profecto opinio nostri Comez. probabilior videtur, vide Suarez de Paz *in pract. tom. 1. par. 5. cap. 3 §. 12 ex num. 79.* & ante omnes Salgad. *de protect. part. 2. cap. 1. ex num. 98.* omnino.

Si autem iudex fuerit recusatus in hoc casu, quomodo debeat se gerere, explicat latè Suar. de Paz *in pratic. tom. 1. par. 5. cap. 3. §. 12. ex num. 52.* quem videas, & Bobadil. *in polit. libr. 5. cap. 3. num. 19.* & D. Antonium de Queued. *tract. de tort. cap. 13. ex nu. 11.*

Ibi: *Et resolutiuè dico, &c.*

Reum non esse interrogãdum per suggestionem, sed simpliciter quis commiserit illud delictum absq; nominatione alicuius, vt docet Gomez. probant Carrer. *in pract. in secundo tract. de indic. §. in textu ibi formidine tormentorum, nu. 19.* Bossi. *in titul. de examine reorum, num. 12.* Scacc. *in tract. de iudic. cap. 86. num. 7. & 40.* & latè explicans Farinac. *in quæst. 83 num. 84. & seq. vbi n. 97.* limitat præterquam si iudex certo sciat illum cõmisisse delictum, quia tunc poterit illum specialiter interrogare, quod maxima indiget circumspectione, & cautela, iterum Farinac. *in quæst. 43. nu 132.* vbi quod in interrogatione de socijs non debet interrogari de aliqua certa, & determinata persona sed generaliter Paz *in praxi, tom. 1. part 5 ca 3. §. 12. num. 92.* Item an possit interrogari de socio? vide supra, *cap. 12 n. 18. & 19.* & Scacc *de iudic. lib 1. cap. 81.*

Ad num. 24. ibi *Et breuiter, & resolutiuè dico &c.* 25

Confessionem factam in tormento non sufficere ad condemnationem nisi sequatur ratificatio post 24. horas, vt docet Gomezius, comprobant Carrer. *in pract. in secundo. tract. de iudic. & tort. §. circa septimum. num. 2. & 3. & 5.* Bossi. *in pract. tit. de confess num 88. & in tit. de confess per tort. ex num. 1.* Menoch. *de arbitrar. casu 38. num. 1.* Clar. *in pract. §. final. quæst 64.* versic. *Caterum sine*, Paz *in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 94.* & late, & optimè Farinac. *quæst. 83. ex num. 67. vsq; ad 82.* vbi ampliat, & limitat, *& num. 79.* asserit dictam resolutionem locum habere non solum in confessione facta in tormento, sed si fuerit facta metu tormenti, eum videas & Simanc. *de catholic. instit. ca. 63. num. 39. & seq.*

Ad num. 25. ibi: *Et breuiter, & resolutiuè, dico, &c.* 26

Si tortura iniustè inferatur nõ præcedentibus legitimis indicijs quamuis in confessione ratificetur reus, quod non possit condemnari, vt hic resoluitur, docent Carrer. *in pract.*

in

in secundo tract. de indic. & tort. §. circa quartum quatuor, & quando, nu. 2. Villalob *in sua communib. lit. C. num.* 151. Maicard. *de probat. concl.* 853. *ex num.* 1. *& conclus.* 1385. *num.* 5. Boss. *in tit. de confess. per tortur. numer.* 1. *&* 17. & alij plures relati, & sequuti à Zeual. *quæst.* 618. *num.* 2. Thomas Sanch. *in consil. moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dubio* 13. Tuschus *liter. T. conclus.* 329. Scacc. *de re iudic. gloss.* 14. *quæst.* 8. *ex num.* 33. *& quæst.* 21. *ex nu.* 12. Sananc *de cath. instit. cap.* 63. *num* 34. & Farinac latissimè *in quæst.* 83. *ex num.* 1. *vbi* plures ampliationes, & limitationes congerit, *& num.* 11. ampliat mirabiliter etiam si confessio fuerit verificata per aspectum oculorum, & ponit exemplum, in eo qui confessus est se occidisse hominem tribus vulneribus illumq; sepelisse in horto, in quo facta diligentia fuit reperta cadauer cum tribus vulneribus secundum confessionem, talis enim confessio nà verificatà non sufficiet ad condemnandum reum, si in tortura positus fuit non præcedentibus legitimis indicijs, vide eum ibi, *in consil. 19. in additione lit. B. & consil. 99.*

Et pro illationibus hic adductis à nostro Gomez. quando scilicet aliquis iniustè fuit positus in tortura, quod eius confessio, quamuis ratificata, non noceat, vide eundem Farinacium *quæst.* 41. *num* 95. vbi illud comprobat, & alios plures refert, *& quæstione* 38 *num.* 17. Azeued. *in l.* 3. *tit.* 10. *nu.* 108. *& seq. lib.* 4. *Recop.* Sanch. *in consil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 13. *& cap.* 4. *dub.* 3. *num.* 6.

27 Ad nu. 21. ibi: *In quo articulo, breuiter, & resolutiuè dico, &c.*

Si indicia sint grauissima, & nimis vrgentia, vel si reus in tortura confessus fuerit delictum, & postea illud neget, quod his casibus possit repeti tortura, vt hic resoluitur, docent latissimè Paris de Puteo *in tract. fiscalis, verb. Tortura, el.* 3. *cap.* 3. *ex n.* 1. Boerius *decis.* 164. *ex nu.* 9. Tusch. *lit. T. concl.* 331. Cancer. *in pract. in secundo tract. de indic. & tortur. circa sextum de repetitione tortura, num.* 1. Boss. *in tit. de tort. nu.* 42. Menoch. *de arbitrar. cas.* 272. *n.* 5. Clar. *in pract. §. final. quæst.* 64. versic. *vltimo videndum est*, & latissimè Farinac *quæst.* 38. *num.* 72. *& sequent. vsq; ad num.* 106. vbi late limitat, & declarat *et nu.* 86 *sequent.* probat arbitrio iudicis remitti quando reus dicatur sufficienter tortus vel non, ad hoc vt repeti possit tortura, ex hoc quod leuiter fuerit tortus, cum videas ibi *et consilio* 99. Zeuall. *quæst.* 618. *num.* 3. *et seq.* Suar. de Paz *in praxi, tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. §. 12. *ex num.* 14. late Sanchez *in consil. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 5.

Ad num. 27. ibi: *Sed in eo videtur dicendum, &c.* 28

Quod reus vltra tertiam vicem non possit torqueri, si positus in tortura confessus fuit delictum, & postea in ratificatione negauit semper, docent Carrerius *in practica in secundo tract. de indic. et tort. §. circa sextum, num.* 14. Boer. *decis.* 163. *num.* 18. *et sequent.* Boss. *in pract. tit. de tort. nu.* 44. Clar. §. *final. quæst.* 21. versic. *Ulterius quæro*, Tusch. *lit. T. concl.* 331. & alij plures relati, & sequuti à Farinac. *quæst.* 38. *ex num.* 95. vbi etiam addit quod hoc casu, vel absoluitur reus, vel sub fide iussore de representando relaxatur, Paz *in praxi, tom.* 1. *fo.* 5. *c.* 3. §. 12. vbi addit quod de iure Regio in crimine proditionis, falsæ monetæ, furti & rapinæ vltra primam torturam reus poterit bis torqueri, in alijs tamen delictis tortura semel debet repeti, ex text. *in l.* 4. *tit.* 30. *part.* 7. vide etiam Thom. Sanch. *in consil. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 5. *nu.* 3. post Sananc.

de

de cathol. inst. cap. 63 num. 44.

29 Ad num. 28. ibi: *Sed his non obstantibus*, &c.

Quod si reus in negatiua perstrat fit absoluēdus diffinitiué, vel aliqua pœna arbitraria puniendus si indicia non fuerint legitimè purgata, docent Paz *in praxi, tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 22.* Scacia *de indic. lib. 1. cap. 95. sub num. 1.* post Simanc. *de cathol. institut. cap. 63. nu. 36.* & alij relati à Farinac. *quæst. 4. num. 26. & sequent.* vbi relata opinione nostri Gomez. & altera Menoch. *de præsumption. lib. 1. quæst. 93.* ab obseruatione iudicij hoc casu reum absoluendū asserētis, tandem totum iudicis arbitrio remittit, quem quidem arbitrari debere, ait, secundum regulam ab eo traditam, eum vide, & Fachin *lib. 2. controuersiarum cap. 33. & libr. 9. cap. 16.*

30 Ad numer. 29. ibi: *In quo articulo, &c.*

Torqueri posse testem, quando vacillat in testimonio in causa criminali, vel quando probatur interfuisse facto, & ipse negat, docent Bossi. *in tit. de tortur. test. nu. 4 & 12. & 19.* Simanc. *cap. 63. nu. 38.* Clar. *in §. fin. quæst 25.* Bobadil. *in pol. lib. 5. cap. 3 num. 17.* Tusch. *lit. T. concl. 333.* Zeual *quæst. 803 num. 16.* Scacc. *de indic. lib. 2. cap. 9. ex nu. 607. & 816. & 823 & seq.* omnino videndus, vbi etiam de iudice delegato torquente, & alij plures relati, & secuti à Farinac. *in quæst. 66. num. 98. & sequent.* vbi de teste vacillante, *& nu. 105. & sequent.* agit quid si in iudicio deponat contrarium eius quod dixerat extra iudicium? *& in quæst. 79.* latissime disputat de tortura testium, & omnes casus declarat *& in consil. 21. & consil. 40 nu. 21.* & vide Salgad. *de protect. 2. part. cap. 4. num. 174.* vbi quod in casibus quibus testis torquendus est, non potest relaxari sub fide iussoribus.

Ibi: *Adde tamen, &c.*

In causa leui, vel mere ciuili quod non possit tortura inferri, docent Bossius *in tit. de indic. & considerat. ante tortur. num. 92.* Peguer. *decis. criminal. 16.* & alijs relatis Farinac. *quæstion. 42. quasi per totam, maximè nu. 6. et sequent.* vbi loquitur de leuibus delictis & declarat quæ talia dicantur, *et num. 26. et sequent.* vbi late agit de causa ciuili, & septem limitationes adducit, in quibus tortura potest inferri in causa ciuili, Tusch. *lit. T. concl. 333.*

Ad numer. 30 ibi: *In quo articulo,* 31 &c.

Sententiam debere pronunciari absoluendo, vel condemnando eo modo quo explicat in præsenti nostet Gomez. docet Paz *in praxi tom. 1. p. 5. cap. 3. §. 12. num. 96.* Morla *in empor. tit. 2. in pramis. num. 35.* Farinac. *in quæst. 4. ex num. 23.* vbi latissime prosequitur varios modos sententiādi causam criminalem, & Scacc. *in tract. de re indic. gloss. 14 quæst. 7. 21. et 23.*

Ad num. 31. ibi: *In quo vtili, & quo* 32 *tidiano articulo*, &c.

Regulariter appellationē permitti in criminalibus (& quod non solum reus ipse sed alius pro eo possit appellare) præterquam si reus sit cōuictus, & confessus, & in crimine hæresis, falsæ monetæ, raptus virginis, in quocunq; crimine violentiæ, & in publico, & famoso latrone, & in seditioso, quibus appellatio est prohibita, docent Paris de Puteo *in tract. de syndic.* verb. *Appellatio, cap. 1. nu. 16.* Bossi. *in tit. de appellat. ex num. 1.* Peregri. *de iure fisci, lib. 7. tit. 4. num.* 12. Decian. *lib. 5. cap. 58.* & plures referens Barbos. *in collect. cap. ut debitus de appellation. num. 13. et 14.* vbi etiam plures cōgerit casus in quibus non admittitur appellatio, & quando

non

non habeat effectum ſuſpenſiuum, & Pichard. *in manuduct. 4. part. precep. 14. num. 7. & precep. 1. per totum*, Salgad. *de protect. 3. par. cap. 14. per totum*, Scacc. *de iudic. lib. 1. cap. 97. ex num. 80.* & latiſsime ad ſaturitatem, Farinac. *quæſt. 101. ex num. 1. vbi vſq; ad num. 113.* diſputat omnes caſus in quibus admittitur, vel non appellatio in criminalibus, *& num. 114. & ſequent. vſq; ad finem quæſtionis*, latiſsimè etiam agit de reo confeſſo, & conuicto quãdo audiatur appellans, *& num. 23. & ſequent. vſq; ad num. 29.* explicat quando, & quomodo extraneus appellans pro reo inuito audiatur, de quo etiam videndi ſunt Gregorius *in l. 6. tit. 23. partita 3.* vbi limitat ex illa lege quod pro reo inuito ſolummodo conſanguinei appellant, Oſuald. ad Donel. *lib. 28. cap. 6 lit. G.* Gratian. *in regul. 81.* item ipſe Farinac. *quæſt. 99. num. 175. & ſeq. & in conſil. 85. nu. 53.* latè etiam Menchaca *vſ. frequent. cap. 39.* qui omnes agunt de eo qui pro alio appellat abſq; mandato; & Pichard. *in manuduct. 4. parte, §. 1. ex num. 3.*

Item de reo confeſſo, & conuicto, præter Farinac. *d. quæſt. 101. ex num. 114.* Morla *in empor. cit. 2. num. 41.* & Pichard. *in manuduct. 3. part. §. 3. num. 12.* poſt Couarr. *ſub. in pract. cap. 23. nu. 5.* Zeuallos *quæſt. 509.* iterum ipſe Pichard. *ibidem 4. par. in prælud. 5, num. 30.* Sanch. *in conſil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 4. dub. 3.* vbi quod non poteſt toqueri reus conuictus, vt fateatur delictum, & ſic non poſsit appellare; *& dub. 4.* & poſt eos Salgado *de protect. par. 3. ca. 14.* quaſi per totum omnino videndus, Scacc. *de indicijs, lib. 1. cap 97. ex n. 124.*

Ad num. 32. ibi: *In quo articulo breuiter, & reſolutiue dico.*

33 Iudicem non poſſe exequi ſententiam poſt appellationem admiſſam, etiam quando eam non debuit admittere, vt hic reſoluitur docent Carrerius *in pract. in tract. de appellat. §. vltimus caſus eſt. num. 2.* Lancellot. *de attentatis, par. 2. ca. 12. limitat. 1. num. 70. & ſeq.* Thom. Sanch. *in conſ. moral. lib. 3. cap. vnic. dub. 15.* Scacc. *de indic. caſ. ciuil. & crim. lib. 1. cap. 97. n. 123* & bene explicans Farinac. *in quæſt. 101. ex nu. 106. & in conſil. 17. lib. 1. in addit. lit.* D. eum vide, & Rodriguez *de reddit. lib. 1. quæſt. 17. nu. 68.* & latiſsimè Salgad. *de protect. 3. par. cap. 18. per totum.*

Ad num. 33. ibi: *In quo articulo vti* 34 *li, & quotidiano, &c.*

Reum poſſe innocentiã ſuam probare in termino probatorio, & poſt eum, & publicatis atteſtationibus quolibet genere probationis, & etiã poſt ſententiã, dũmodo hoc caſu probationem faciat per euidentiam facti, vt hic reſoluitur, docent Carrer. *in pract. in mater. appellat. §. tertius caſus, num. 22. & §. ſeptimus caſus, nu. 12.* Boſi. *in tit. de reme. d. contra bannum, nu. 2. & in tit. de lit. princip. ſub num. 3.* Gail *de pace publica, lib. 2. cap. 8. num. 2.* & plures referens Farinac. *quæſt. 75. num. 42. & conſil. 73. in addit. lit. A. & quæſt. 81. nn. 25. & quæſt. 11. ex num. 11. vbi nu. 13.* probat quod licet iudex in conſulto Principe non poſsit ſententiam ſuam retractare, etiam ſi cõſtet de innocentia rei, hoc tamen procedit in ſententia lata ex veris probationibus, ſecus ſi ex præſumptionibus, talis enim ſententia nunquam in iudicatum tranſit, nec eſt neceſſe quod eius retractatio petatur à Principe, ſed ſatis petatur à iudice, & idem quando notoriè cõſtat de innocentia rei, Gregorius *in l. 4. tit. 30. part. 7. gloſſ. 6. & 7.* Auilès *in cap. 8. prætor. verb. Mondamiẽtos, num. 27.* Bobadill. *lib. 2. cap. 16. num. 99.* vbi an Rex, & domini inferiores poſsint remittere pœnam legalem? vide etiam, Cened. *quæſt. 9.*

num.

num.16.& 31. Carleual. *de indic. lib. 1. disputat.16.* Cancer. *variar. 1. par. cap.20.nu.44* Sanch. *in consil. moral. lib 6.cap.1.dub.23.& 24.& ca.5.dub 19.num.4.& lib.3. cap. vnico dub.5.* Paz *in praxi, tom.1.par.5 cap.3.§.10. num.6.& 7.* vbi etiam cum Gregor. sup.& nostro Gomez. aduertit, quod hodie *ex d.l. pœnitet* (quam se non inuenire, dicit Pichard. *in manuduct. 3.par.§.3.num.27.*) constito de innocentia rei per euidentiam facti, ipse iudex poterit sententiam suam reuocare, vt etiam tenet Bolan. *in Curia Philipp.3.par.§.prœua, num.9.* Morla *in emporio, tit.2.num.74.* Gratianus *regul.421.* Matenzo *in dialog.3.par. cap.49.* vide etiam Parej. *de instrum. edit.tom.2.tit.6.resolut.3.ex nu.69.* & Cancer. *2.par.cap.2.nu.155.* & vide infra *num.37.*

35 Ad num.34, ibi: *In quo notabiliter &c.*

Iudex siue procedat per viam Inquisitionis, siue accusationis, quod possit etiam post publicatas attestationes, & conclusionem in causa recipere testes ex officio contra reum, vt puniatur, probant Anton. Gabr. *tit. de testib. conclus.21.num.101.* Menoch, *de arbitrar. quæst. 34 num.17.* Andr. Gail. *obseruat.105.num.11. lib. 1.* Auilès. *de iudic. cap. 5. verb. Saber la verdad,* Cancer. *variar. 1.par. cap.20.num.43.* & Sanch. *in consil. lib. 6.cap.5.dub.19.num.4.* & alij plures in vnum congesti à Farinacio *quæstione 75 nu.407.& sequent.* vbi ampliat & limitat late, *& nu.413.* ampliat dictam resolutionem, vt etiam procedat quando iudex ad instantiam promotoris fiscalis procedit, adhuc enim poterit testes recipere post publicatas attestationes, Pichard. *in manud. 3.part.§.3.num.25.* vide *conclus.122* post opera Roder. Suar. & vide sup. *cap.12.num finali,* & Parej. *de instr. edit.tom.2.tit.6.resolut.3.ex nu.69. & 106.* vbi explicat omnino videndus, quia declarat Gomez.

Ad num.35, ibi: *Et breuiter dico, &c.* 36

Statim ac sententia in rem iudicatam transierit, mandari debet executioni, & executio fieri debet in loco consueto præterquam, si aliud postulet grauitas delicti, ita Gomez. in præsenti, & docet Scacc. *de re iudic. glossa 14.quæst.11.* Paz *in praxi, tom.1.part.1. 5.cap.3.§.12. ex num.129.133.& 134.* additio autem Soarez hic *lit. I.* iuridica mihi profecto videtur, vide Gratian. *in reg.445.* & Farinac. *in fragmentis lit.C.n.610.*

Ad numerum 36. ibi: *Primus est, &c.* 37

Quando constat de innocentia rei, post sententiam an ipse iudex possit eam reuocare? dictum manet supra *n.34.* vbi plures Doctores retulimus quæstionem explicantes, & vide Farinac. *in fragment. lit.C. num.616.* & Cancer. *variar.2.parte cap.2.num.157.* & Cened. *quæst.9.nu.16.* & Zeuallos *quæst.82.nu.6.*

Ibi: *Secundus est casus, &c.*

Quando condemnatus debet reddere rationes alicuius administrationis quod sententia debet suspendi, vt resoluit Gomez. docent Cujac. *lib 20.obseruat.ca.32.* Cepol. *cautel.224 num.3.* Peguera *quæst.crimin.22.* Scobar *de ratiocc. cap.4.num.18.* ex quibus colliges ad octo forte dies sententiam posse suspendi, Castillo *in l. 27. Tauri, fol. mihi 108.* Bolan *in Cur. Philipp.3.part.§.sententia, num.18.* late Farinac. *in fragment. lit. C. ex nu. 615.* Carleual. *de iudic. lib. 1. disput. 2.num.168.* Cened. *quæst.9.nu.12.*

Ibi: *Tertius est casus, &.*

Insignem, & peritissimum in arte sua non esse puniendum pœna ordinaria, imo nec torquendum, vt hic resolutum, docent Clarus *in pract. §. fin. quæst.60.numer.26.* Couarruu. *lib.2. variar.*

variar. cap. 9. num. 6. Gregor. *in l. 1. tit. 32. part. 7.* Bræn *de debit. cap. 16. num. 5.* Aulès *in c. 1. prator.* verb. *Mandamiento, num. 24.* Farinacius *quæst. 41. num. 83. & quæst. 98. num. 134. & seq.* Narbona *in l. 35. tit. 3. lib. 1. Recopilat. gloss. 5. ex nu. 35.* Cened. *quæst. 9. num. 21.* Bayo *in praxi, ca. 23. num. 26.* Bolañ. *in Curia Philip. 3. par. §. sententia, num. 20.* vide etiam Caldeir. *de errorib. pragmat. libr. 3. capit. 4.*

38 Ad numer. 37. ibi: *Quartus casus, &c.*

In muliere prægnante suspēdi pœnam corporalem etiam relegationis, & tortura, donec pariat: docent Morla *in empor. tit. 2. num. 48.* Farinac. *q. 41. ex nu. 78.* vbi de tortura ampliās & limitans, Bolañ. supra. *num. 17.* item Farinac. *in fragment. lit. C. nu. 611.* Cened. *quæst. 9, num. 9. & num. 11.* vbi idem ait si post partum non reperiatur nutrix, quæ paruulum lactet.

Ibi: *Quintus est casus, &c.*

Quod accipienti meretricem in vxorem non debet remitti pœna, docent *Medicis in tract. mors omnia solvit, 1. parte, nu. 158.* Farinac. *in frag. lit. C. num. 641.* Casan. *in consuetud. Burgund. §. 5. tit. des indices*, verf. *Duodecimus casus*, Tiraquel. *de pœn. temper. cauf. 56.* vide etiam Aulès *c. 1. prator.* verb. *Mandamientos, num. 29.* Bobadilla *libr. 3. cap. 15. num. 142.* Cened. *quæst. 9. nu. 19.* Bolañ. *in Cur. 3. par. §. sentencia, num. 21.*

Ibi: *Sextus casus, &c.*

Si condemnatus fracto laqueo cadat in terram, quod executio sententiæ debeat suspendi, tenuerunt aliqui, vt videre poteris per Carrer. *in pract. in tract maleficior. §. circa, num 175.* sed hoc alijs non placuit, vt constat ex Clar. *§. fin. quæst. 98. n. 9.* Farinac. *in fragm lit. C. num. 638. & seq.* Bobad. *lib. 3. cap. 15. num. 137.* Cenedo *quæst. 9. num 15.* Bolan. supra *num 22.* & alijs.

Ibi: *Septimus casus, &c.*

Quod si reus condemnatus habet acculationem contra alium, debeat suspendi executio sententiæ contra eum latæ, donec accusatio cepta perficiatur, licet Clar. *quæst. 97. num. 2.* dicat difficile esse in practica obtinere, cum nostro tamen Gomez. transit Cened. *dict. quæst. 9. num. 13.* qui alios refert.

Ad numer. 38. ibi: *Octauus casus,* 39 *&c.*

Etiā Principis speciali, vel generali indulto ob publicam, letitiā remitti pœnam delinquentibus, vt explicat Gomez. comprobant Carrer. *in praxi, tract. de homicid.* versic. *Vigesimo nono excusatur, ex num. 1.* Couar rub. *variar. lib. 2. cap. 10 nu. 2.* Clar. *§. finali, quæst. 59.* Bosf. *in pra. tit. de remedijs ex sola clementiā*, Auendañ. *tit. de iniurijs, ex num. 2.* Molina *de iustit. tom. 4. disput. 48.* Diana *resolut. moral. part. 6. tract. 6. resolut. 1.* Azeued. *tit. 25. per totum, libr. 8. Recopil.* Parlador. *differ. 31. §. 1. & 2.* Gregor. *l. 19. tit. 1. part. 7. & tit. 32. eadem partita*, Gutierr. *tom. 4. quæst. 69. maximè num. 3.* Bolan. *in Curia 3. parte, §. sentencia num. 25.* Fachin. *lib. 9. controuersiar. cap. 17. & 18.* Mastrillus *ad indultum Siciliæ* late, apud quos materiam remissionis, vel indulgentiæ Principis latissimè explicatam inuenies, & apud Farinac. *q. 6 per totam*, vbi an iudices inferiores eam possint concedere? & quando, & quibus casibus Princeps eam concedat? eum omnino videas ibi, *& in fragment.* verb. *Abolitio, & conf. 3. 46. 53. et 93.* Amayam *in l. 1. Cod. de pœn. fiscal. lib. 10. ex num. 73.* post Decian. *lib. 3 c. 35.* D. Larr. *decis. Gran. 25. per totam, et multis sequent.* qui late agunt de indulto ob publicam letitiam, & an censeatur pars legitima ille qui denuntiat tanquam vnus de

pos

populo, ad hoc vt reus non gaudeat indulto concesso non existente parte (& distinguit ipse Amaya inter delatorem, qui debet consequi premiũ & eum qui solum agit ad vindictam publicam, vt hic nõ reputetur pars, ille vero secus, & sic obstet indulto, cum videas, & D. Larr. *dec. sup. 27 per totam*, & Carleual. *in sua apolog. contra Rouitum dec. sup. 91.* vbi declarat clausulas indulti, & Zeuallos *quæst. 581.* vbi de pœna parti applicata, & eius remissione.

40 Ad nu. 39. ibi: *Debent intelligi quæ dona non erant alienata*, &c.

Restitutum per Principem recuperare bona dummodo non fuerint alienata, vt hic resoluitur, docent Gregor. *in l. 2. tit. 32. part. 3. verb. Primer estado*, Menoch. *consil. 103. num. 25. lib. 1.* Costa *in §. et quid si tantum verb. Quid enim n. 96.* & ibi Pichar. *in select. nu. 196. cap. 7.* Clar. *§. fin. q. 56. num. 6.* Farinac. latè *in d. quæst. 6. ex n. 32.* vbi de bonis feudi, maioratus, seu fideicommissi, quæ in alium possessorem deuenerunt, Suar. *allegat. 12. nu. 56. et 58.* item Farinac. *decis. 73. lib. 1. & decis. 90.* Cald. *in l. si curatorem, §. implorare, ex num. 19.* & D. Larr. *decis. Gran. 8. num. 71.*

Limitatur tamen dicta resolutio, vt tantum procedat in restitutione gratiæ, secus vero in restitutione iustitiæ, quia tunc comprehenduntur omnia alienata, Burgos de Paz *in præmio legum Tauri, n. 323. et in cons. 26. nu. 7.* Sarmien. *lib. 1. select. cap. 8. num. 13.* noster Gomez *in l. 40. Taur. nu. 82. 86. & 89.* Pinel. *de rescind. in pragm. 1. part. cap. 2. num. 15.* Molina *de primog. lib. 1. cap. 8. n. 28. et lib. 2. cap. 7. nu. 18. et lib. 3. cap. 3. n. 11.* Mieres *de maior. in limit. 2. par. ex nu. 46. vsq; ad 64.* Maseard. *de probat. concl. 276.* Castillo *lib. 2. controu. cap. 28. et lib. 3. cap. 7.* Fachin. *lib. 8. contr. cap. 63.* & nouissimè Nagerol *allegat. 8. ex num. 37.* vbi quod in restitutione gratiosa Principis non veniũt fructus, etiam si amplissimè sit concepta, vide etiam Salgad. *de protect. 4. part. cap. 9. ex num. 102.*

Alij etiam casus in quibus pœna minuitur, vel tollitur, videri poterunt per citatos supra num. præcedẽti maximè per Farinac. *in tit. de pœnis temp. quæst. 87. et seq. vsq; ad q. 98.* & Gregor. *in l. 5. tit. 4. part. 1.* vbi an pœna remittatur per baptismum? & Pinel. *de bonis mat. in rubr. 2. par. ex num. 32.* vbi quid si pater offerat filium delinquentem an pœna remittatur? & per Bolanum *in Curia Philippica, 3. part. §. sentencia, ex num. 17. vsq; ad finem*, & Cenedum *quæst. 9. ex numer. 6.* vbi fere triginta casus congerit, & exornat.

CAPVT DECIMVM QVARTVM

DE CONFISCATIONE BONORVM DELINQVENTIS:

SVMMARIVM.

1 *Doctores materiam explicates refe-runtur.*

2 *De confiscatione, & an extendatur ad bona furura, & quid de bonis de talibus, & datis filio prælegitimæ?*

3 *In confiscatione an veniant iura conditionalia? & quæ bona possint confiscari.*

4 *An pœna ipso iure impósita debeatur in foro conscientiæ ante condemnationem.*

5 *An fiscus possit auferre bona alienata à quolibet possessore?*
De materia text. in l. post contractum, ff. de donationibus.

6 *Intra quantum tempus bona quæ confiscantur, debeant peti ab heredibus, vel à tertio possessore?*

7 *Sacramenta sunt administranda condemnatis antè quam patiantur.*

8 *Animal alicuius priuati an possit capi ad executionem sententia.*
Persona vilis an possit compelli exequi sententiam, & de capitare reum?
Et an possit pœna condenari reo dummodo exerceat officium carnificis.

9 *Cadauer rei an possit sepeliri sine licentia iudicis?*

10 *Cadauer an possit tradi medicis ad anatomiam faciendam?*

EXplicant præsentē materiam late Boss. *in prac. tit. de bonor. publicatione*, Gigas *de crimine læsæ maiestatis lib. 2. tit. de pœnis*, Suar. *in suis communib.* verb. *Confiscatio bonorum*, Cassan. *ad consuetudines Burgund. tit. de cõfiscat.* Tuschus *lit. C. conclusione 712. & sequent. vsq; ad 727.* Petrus Gregorius *in syntagmat. libr. 31. capit. 31.* & latissime Farinacius *quæst. 24. & 25.* omnino videndus, *& in frágmentis*, verb. *Fiscus, & consil. 71.* vbi cui fil-

co pertineant bona confiſcata, an cõfiſcantis, vel illius, in cuius territorio ſita ſunt? *& in deciſs. 16. lib. 1.* Scaccia *de iudicijs lib. 2. c. 9. ex n. 1563.* vbi de confiſcatione bonorum feudalium, Amay *in l. 1. C. de iure fiſci, lib. 10 ex n. 57.* vbi de confiſcatione in crimine læſæ maieſtatis, & alijs, *& in l. 4. ex n. 34. vbi n. 37.* agit an in confiſcatione veniant acquiſita poſt delictũ? Bernard. Diaz *in reg. 165. lit. D.* Barboſ *in l. 6. & in l. ſi conſtante, § 1. & § fin. per tot. ff. ſoluto matrimon.* Franciſ. Lucanus, Peregrinus, & reliqui integros tractatus ediderunt, Thomas Sanchez *in ſumma, lib. 2. cap. 14. & ſeq.* & nouiſsimè Rouitus *de bonis proditorum*, Carleual *tom. 2. diſputat. 1.* vbi de pœna, & hipotheca pro ea, Zeuallos, *quæſt. 634.* vbi quid comprehẽdatur in confiſcatione mobilium, & immobilium? Surd. *de alimentis, tit. 8. quæſt. 59.* vbi de iure petendi alimenta confiſcatis bonis, *& in quæſt. 35.* Caſtillo *in l. 78. Tauri*, vbi de confiſcatione dotis, Suar. *alle gat. 2. n. 56. & 58. & alleg. 18. n. 10. & in l. poſt remiſſionem*, verſ. *Nota 3. ex n. 5.* vbi Valdeſius in verſ. *Note ſt etiam addi*, idem Suarez *conſil. 2.* Oſuald. ad Don. *lib. 20. cap. 1. lit. F.* Gratian. *reg. 55. maximè ex nu. 49.* Baeç. *de dote, c. 10. ex n. 24.* Caldas *in l. ſi curatorem, § laſis ex n. 112.* Fachin. *lib. 5. c. 95. & libr. 7. c. 7. & 20. & lib. 9. capit. 17. & 18. & 37. & 47. & ſequent. & ca. 87.* Menoch. *de recuperanda, remed. 9. ex num. 70.* Anilès *in proœm.* verb. *En los caſos, in capit. prat.* & alij plures apud ipſos, D. Lar. *in proœm. alleg. fiſcali, nu. 6.* vbi quod domini vaſſallorum non poſſunt facere confiſcationem bonorum.

2 Ad num. 1. ibi: *Et breuiter, & reſoluendo dico, &c.*

Quod confiſcatio bonorum nõ extendatur ad futura, vt hic reſoluitur (præter additionem Suar. hoc loco, vbi laudat noſtrũ Comez. in hac parte, licet reprobet eum in quantum dicit, talia bona futura ad hæredes peruenire) cõprobant Clar. *in pract. § fin. q. 78.* verſ. *Item in fiſcũ*, Gig. *de crimine laſ. mai. lib. 2. tit. de pœn. commit. crim. laſ. mai. q. 7. n. 1.* Boſſ. *in tit. de bonor. confiſ. n. 15. & 66.* Pinel. *in rub. de bon. mat. in prin. n. 3.* Surd. *dec. 167 n. 2.* vbi de bonis aſſignatis filio in vita prolegitimia, Suar. *in comm. ver. Cõfiſcatio bon. ex n. 263.* & plurimis relatis, Farinac. *q. 25. n. 138. & ſeq.* vbi noſtrũ Gomez. defendit ab impugnatione, Suar. ſup. *d. addition. lit. A.* eum vide, & Pichard. *in repetit. l. Gall. §. & quid ſi tantum, n. 147. c. 7.* & Amay *in l. 4. C. de iure fiſ. lib. 10. n. 37.* vbi alios refert, & Fachin. *lib. 9. contro. c. 51.* & Noguer. *alleg. 22. n. 58.* vbi de bonis extra territorium, & Carleual. *de indic. tom. 2. diſput. 19. nu. 18.* vbi de bonis doralibus, poſt Azeuedum *in l. 11. tit. 9. lib. 5.*

Ad num. 2. ibi: *Non veniunt iura conditionalia, &c.* 3

Iura conditionalia proueniẽtia ex vltima voluntate, quod nõ veniãt in cõfiſcatione cũ declarationib. Gom. probãt Clar. *in pra. § fin q. 78.* verſ. *Item in fiſcũ.* Suar. *in ſuis comm.* verb. *Confiſcatio bon. n. 263.* Gig. *in tra. de crim. laſ. mai. lib. 2. tit. de pœn. q. 7. n. 2.* Boſſ. *in prac. tit. de bon. publ. n. 15.* Menoch. *conſ. 101. lib. 1. n. 26. & ſeq.* & latè Farin. *q. 25. n. 142. & ſeq.* Amay. *in l. 4. C. de iur. fiſ. li. 10. n. 36.* Barb. *in l. ſi cõſtante, ff. ſol. mat. § 1. ex n. 6. 19. & ſeq.* & Aluarad. *de conſi. men. defun. li. 2. c. 1. ex n. 15.* Scac. *de iud. li. 2. c. 9. ex num. 1098.* vbi de bonis quæ non poſſunt confiſcari.

Ad num. 3. ibi: *Et breuiter, & reſoluendo dico, &c.* 4

Pœnã ipſo iure impoſitã nõ deberi in foro cõſcientiæ ante cõdẽnationẽ vt hic reſoluitur, comprobatum manet latiſsimè ſup. *cap. 2. hoc tom. 3. in ad-*

in addit. ad nu. 5. vbi omnino videas & Parla. *differ.* 12. *n.* 18. & Cened. qui plures refert *in collec. ad decr. collec* 2. *n.* 3. & Zeual. *q.* 687. & latissimè Noguer *alleg.* 12. *ex n.* 75. & Carleu. *t.* 2. *de iudic. disp.* 1. *ex num.* 39.

5 *Ad num.* 4. ibi: *In quo notabili, & quotidiano articulo, &c.*

*Fisc*um non posse alienationes factas ante delictũ, vel post reuocare, nisi factæ fuerint in fraudẽ, vt hic resoluitur, docẽt, & explicant Boss. *in prac. tit. de bonor. publicat. ex nu.* 43. Clar. 5 *fin. q.* 78. *ex n.* 15. Pereg. *de iure fisc. lib.* 5. *rub de public. tit.* 1. *n.* 152. *& seq.* Dueñ. *in reg.* 126. Gratian. *discep. lib.* 1. *c.* 54 *n.* 17. & (vt in vno plures referã) Farin. *q.* 164. *per tot.* vbi latissimè omnes versicul. huius n. explicat, eũ videri sufficier, ibi *& consil* 42. *lit. G. & decis.* 140. *li.* 1. & D. Lar. *decis. Gran.* 55. *per tot. & maximen.* 7.

Et de materia tex. *in l. post ætatẽ ff. de donat.* (de quã noster Comez. in præsenti) præter *Farin.* sup. citatũ, videri poterũt Menoch. *de arbitr. cas.* 361. *n.* 46. *& li.* 5 *præs.* 124. Surd. *de alim. ti.* 8. *prin.* 35. *& ti.* 9. *q.* 32. *& dec.* 214. vbi quid si alienatio fiat pro soluendo ære alieno? Gutier. *canõ li.* 3. *c.* 5. *ex n.* 64. Osual. ad Don. *li.* 9. *c.* 10. *lit. Dd.* Barb. *in l.* 8. §. *si vir ff sol. matrim. n.* 45 *& seq.* Mant. *de conuen. lib* 13. *tit.* 39. Farin. iterũ *q.* 25. *n.* 110. *& seq* Thom. Sanch. *in summ. lib.* 2. *c.* 21 Herm. latissimè *in l.* 2. *tit.* 4. *p.* 5 Amaya *in l.* 1. *C. de iure fisc. ex* 52. Bonac. *de contract. & rest. disp* 3. *q.* 8. *punct. vlt.* & D. Lar. *decis. Gran.* 55. *ex n.* 7. *& per tot. vbi n.* 4. probat quod renuntiatio iuris adquirendi fauore fisci in eius fraudem facta intelligitur.

6 *Ad* n. 5. ibi: *Sed his nõ obstãtib. &c.*

Iutra quinquiẽniũ bona, quæ confiscantur, debere peti à hæredibus, vel à tertio possessore, vt hic resoluitur docẽt plures Doctores relati à Fachin. *lib.* 9. *contr. c.* 54. & Farinac. *q.* 25. *n.* 158. *vbi n.* 162. distinguit, *& nu.* 164. laudat Come. in præsẽti in vers. *Aduertendũ tamen, &c.* eũ videas, & Noguer. *alleg.* 12. *ex n.* 141. vbi quod nõ est necessaria scientia fisci, vt currat hæc præscriptio, nec aduersus eã restituitur.

Ad n. 6. ibi: *Et resolutiue dico, quod sic &c.* 7

*Q*uod Sacramẽta pœnitẽtiæ, & Eucharistiæ debeant administrari reo, antè quã sentẽtia mortis exequatur, docẽt Clar. §. *fin. q.* 97. *n.* 4. Enriq. *lib.* 8. *de Euchar. c.* 5. *n.* 4. aduersus Sotũ *de iust. li.* 5. *q.* 1. *art.* 3. Per. à Nauar. *tit.* 2. *de rest. c.* 2. *n.* 23. Siluest. ver. *Iudex. q.* 13. Tolet. *in sum. lib.* 2. *c.* 28. Bolan. *in Cur. Phil.* 3. *p.* §. *sentẽtia, n.* 14. & post eos Fagun. *in præc. eccl. lib.* 1. *præc.* 3. *c.* 4. *n.* 3. & 4. vbi probat iudices ad hoc obligari, etiã si certo sciãt isto tẽpore, quo rei debẽt se præparare ad cõmunionem per sacramẽtalẽ confessionem, fore erepiendos violẽtia, vel euasuros, præterquã fidelictũ ita sit atrox, vt scandala, & dãna publica, vel proditio Principis, aut traditio vrbis timeãtur, vel mors ipsius iudicis, tunc enim exequi poterit sẽtentia absq; dilatione, vide ibi per eum, & Zeual. *tom.* 5. *q.* 98. & Surd *de cis.* 121. & latè materiã explicãtẽ Cened. *collect.* 4. *ad decr. n.* 1. *vbi n.* 3. an ipsa die possit exequi sentẽtia? *& q.* 9. vbi etiã an ipsa die, qua Eucharistiã suscepit possit suspendi reus? & resolvit, non debere fieri, nisi adsit periculũ in mora, *& n.* 24. quod si impœnitens nolit confiteri peccata per alium quod tẽporis spatiũ debet suspendi executio sẽtẽtiæ, vt reducatur, & hoc cessante periculo, nõ aliàs, eũ videas per tot. q. vbi plures casus enumerat in quibus suspenditur executio sententiæ, Barbosa *in collect. c.* 2. *de furtis, nu.* 3. & 4.

Ad num. 7. ibi: *Et breuiter dicendum est quod sic &c.* 8

CAPVT XIV.

Quod animal cuiuslibet priuati possit capi pro executione sententiæ vt hic resoluitur, docent Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 15. n. 141.* & Bolan. *in Cur. Philip. 3. par. §. sententia, nu. 15.* vbi aduertit hoc esse intelligendum præterquam in equis de ventre, hoc est: *Regnas de vientre, de casta*, quæ tolli non possunt ad hoc nec pro alio seruitio Regali, *ex l. 3. tit. 17. lib. 6. Recop. in cap. 5.* vide etiam Thom. Sanchez *in consil. moral. lib. 3. cap. vnico, dub. 7. nu. 3.*

Ibi: *Ex quo etiam infertur, &c.*

Seruum, vel personam vilem posse compelli, vt exequatur sententiam mortis, imo alium condemnatum ad mortem commutata pœna posse condemnari, vt sit executor, vulgo *verdugo* post Bart. & Perr. Greg. *in sint. lib. 31. c fin. n. 5.* docuit Bolan. *in Cur. Philipp. 3. par. §. sentencia, nu. 15.* Bobad. *in polit. lib. 3. cap. 15. nu. 139. & 140.* & Cened. *q. 9. n. 29.*

9 Ad nu. 8. ibi: *Et breuiter dico, quod non, &c.*

Quod cadauer condemnati non possit tolli, & sepeliri sine licentia iudicis, vt hic resoluitur, docent Baiard. ad Carum §. *fin. quæst. fin.* Greg. *in l. 7. tit. 18. dare. 1. & l. fin. tit. 31. part. 7.* & Bolan. *in Curia Philipp. 3. part. §. sententia, num. 16.* post Bobad. *in polit. libr. 3. cap. 15. num. 143.* vide etiã Thom. Sanch. *in consil. moral. lib. 3. cap. vnico, dub. 7. num. 2.* & Cened *in collectan. 4. ad decret. n. 3.*

Ibi: *Item adde quod si propter delictum quis est relegatus, &c.*

Diximus de hoc iam *in cap. de exilio, & relegatione.*

Ad numerum. 9. ibi: *Sed ego teneo, &c.*

Quod cadauer condemnati possit tradi medicis, & chirurgis ad anatomiam faciendam, vt hic resoluitur, probant Farinac. *in fragm.* verb. *Cadauer* post Clar. *in praxi §. fin. q. fin. num. 2.* vbi Baiard *nu. 4.* & Menoch. *de arbit. cas. 285. ex n. 10* & alios, Bolãnus *in Curia Philippica, 3. parte, §. sentẽcia, num. 16.* & Cened. *in collectan. 4. ad decretum num. 4.*

FINIS

INDEX NOTABILIVM QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

A

ABortu procurato, t.3. c.3.n.33
Abonatores, vulgo *Abonadores*, tom.2.cap.13.sub nu.6.
Abigeatu tom.3.cap.5 num.14.
Absolutus, vide *delinquens*.
Actiones an possint vendi, tom.2. cap.2.num.7.
Actio personalis non datur contra tertium, tom.2.cap.2.n.47.
Actio dicitur mobilis, vel immobilis secundum naturam rei pro qua competit, tom.2.c.10.sub n.3.
Actionibus hæreditarijs, & an diuidãtur, tom.2.ca.10 num.4.
Actio de aqua pluuia arcenda contra quem competat, & quomodo, tom.2.ca.10.n.15.
Accusatio quanto tempore duret, tom 3.cap.1.nu.6.
Accusatori an possit iudex terminum præfigere, tom.3. cap.1. nu. 23.& 25.vbi etiam an sufficiat vni ca monitio.
Ad accusandum an admittatur foresis, tom.3.cap.1.nu.28.
Accusare qui possint, tom.3. cap.1. num.31.
In accusatione quis præferatur, ibid num.34.
Accusatore mortuo vel impedito pendente accusatione, tom.3.cap 1.nu.36.& 85.& seq.
Et quid si reus moriatur, idid.nu.82. & seq.
Accusatio an sit necessaria in notorijs ibid.num.41.& 42.
Accusatio si facta fuerit de vulnere, & pendente accusatione mors contingat, an possit sequi condemnatio de homicidio, tom.3. cap.3. sub num.32.
Accusationis solemnitatibus, t.3.ca. 11.nu.2.& 4.
Quid si accusator proposuit locum, & tempus, & de alio loco, & tempore probauit, ibid.nu.3.
An accusator debeat declarare in libello diem, & horam commissi criminis ad instantiam rei, nu.5.& 6. ibid.& n.7.
Adoptiuus in qua parte succedat, tom.1.cap.1.nu.1.& capit.9. sub num.13.
Aduocati contractu cum cliente, t.2 c.1.n.6.& c.14.nu.34.
In aduentitijs an possit fieri executio pro debitis filij, tom.2 cap. 15.nu.12.
Adulteri an simul sint accusandi, to. 3.cap.1.nu.89.

NOTABILIVM.

In adulterio deprehensum nobilem an liceat occidere? *tom.3.cap.3.sub num.3.*

Adulteram vxorem si maritus occidat, an aliquid possit lucrari ex ea, tom.3.cap.3.sub nu.53.

Affectus an puniatur effectu non sequuto, tom.3.cap.3.nu.31.

Alimentorum obligatio an sit diuiuidua, tom.2.cap.10.nu.21.

Alimēta an possint denegari ex causis ex quibus licet ex hæredare, to. 1.cap.11.num.13.

Alienationis prohibitio quid comprehendat in bonis minorum, to. 2.cap.14.nu.15.

Ad alienationem minori concedendam, qui iudex sit competens, to. 2.cap.14.nu.18.

Alienatione in fraudem creditorum, vide *repudiare.*

De alternatiua, & an vtraq; in ea sit in obligatione, & alia, tom.2.cap 10.nu.13.& cap.11.nu.40.& seq.

De Amatorium poculū præbente ex quo mors sequatur, t.3.c.3.n.34.

De amoris impetu capto, & eius contractu, t.2.c.14.n.9.

Ancilla si vrgeatur ad impudicitiam an cōsequatur libertatem, t.2.c.2. n.52.

Annuo legato, vel contractu, vide *contractus.*

Annua promissio an sit perpetua, & transitoria ad hæredes, t.2.c.11. nu.47.

Appellatione ad concilium ciuitatis t.2.c.11.sub.n.17. vbi quid si sententia contineat plura capitula.

Appellatio vnius partis prodest alteri super eodem capitulo sententiæ ibid.

Appellationis terminus ad se præsentandum quando currere incipiat, ibid.n.36.

Appellatio vnius ex correis an prosit alteri.t.2.c.12.n.7.

Appellare quomodo possit extraneus pro reo, t.3.c.13.n.32.

Appellare an possit reus confessus, & conuictus, ibid.

Appellatio si fuerit admissa quando admitti nō debuit, quid, ibid.n.33.

Arra in contractu venditionis, vide *venditio.*

Arris promissis vltra decimam partem bonorum, t.2.c.14.n.18.

Assassino, & eius pœna, t.3.c.3.n.11.

Auferens rem propria auctoritate, vide *spolians.*

Auxiliatore in delicto, t.3.c.3.n.49. & seq.

Auxilio præstando iudici Ecclesiastico per sæcularem, vel e contra, t.3.c.10.n.7.ad fin.

B.

Breuiloqua substitutio, seu reciproca quid.t.1.c.8.n.1.

Reliqua de hac substitutione, ibid.

Blasfemia, & eius pœna, t.3.c.1.n.3.

Bestia alicuius priuati an possit capi pro executione sententiæ criminalis.t.3.c.14.n.8.

C.

Cadauer rei an possit sepeliri sine licencia iudicis, t.3.c.14.n.9.

Cadauer rei an possit tradi medicis ad anatomiam, ibid.n.10.

Cadauer occisi an possit exhumari per iudicem laicum, t.3.c.12.n.30.

Captura reorum, t.3.c.9.

Antequam reus capiatur debet constare de delicto, ibid.n.2.

Capere delinquentem in alieno territorio an liceat, ibid.n.5.

De fugiente ad aliud Regnum. ibid.

Quid si iudex sequatur reum fugientem extra suam iurisdictionem, ibid.n.6.

Reus ante sententiam potest relaxari à carcere, si constet de innocentia, t.3.c.9.n.7.

An subfideiussoribus possit à carcere relaxari reus, ibid.n.8.

Reus

Reus promittens se præsentare in carcere intra certum tempus sub pœna, an trãsacto termino incidat sine interpellatione, n. 9. ibid.
Si reus fuit captus pro eadem causa, & fugiat, an fideiussor liber maneat. ibid.
Iniustè carceratus an semper possit appellare, ibid. n. 10.
Fugiens à carcere an fateri videatur delictum, ibid. n. 11.
Innocens iniustè captus an possit fugere rupto carcere, ibid.
De obligatione custodis carceris, ibid
Carceratum eripiens à carcere an committat crimen læsæ maiestatis t. 3. c. 2, n. 8.
Casibus fortuitis, & et eorum renuntiatione, t. 2. c. 3. n. 20.
Caupone reddente aream vel valisiã apertam, t. 2, c. 7. n. 3.
Caupo ad quid obligetur, ibid.
Cautio Mutiana an habeat locum in contractibus, t. 2. c. 11. n. 38.
Cautio iuratoria an sufficiat, quando quis non inuenit fideiussorem, t. 3. c. 6. n. 18.
Cautio quando intelligatur cum fideiussore, ibid.
Causa an hodie requiratur in contractibus de iure Regio, t. 2. c. 9. sub n. 4. & c. 11. n. 4. & 5.
Castrense peculium an possit confiscari ob delictum filij, t. 2. c. 15. n. 14
Census redemptione facienda minori, t. 2. c. 14. n. 14.
Cessione bonorum, t. 2. c. 11. n. 52. & seq. vbi quid in delictis, & alia, & an vxor præferatur in seruitio mariti alijs creditoribus, n. 54. & quid in filio, vel patre, & t. 2 c. 15. num. 12.
Cessio actionum vulgo *lasto*, quomodo, & quo tempore facienda? & quando non sit necessaria, t. 2. c. 12. n. 4 & c. 13. n. 27.
Citatio facta vni ex correis an noceat alteri, t. 2. c. 12. sub n. 3.
Ciuitas an possit delinquere, t. 3. c. 1 n. 52. & seq.
Cicatricis an fieri debeat æstimatio t. 3 c. 6. n. 13.
Citatio an requiratur in notorijs, t. 3. c. 1. nu. 43.
Compendiosa substitutio quas substitutiones comprehendat, t. 1. c. 7. num. 3,
Reliqua de hac substitutione vide in summario eiusdem capis.
Compensatio an possit opponi contra cessionarium, vel emptorem hæreditatis, t. 2. c. 2. n. 7.
Commodato, & eius diffinitione, t. 2. c. 7. nu n. 2.
Reliqua de commodato in summario eiusdem capitis.
Commissoria l. & gabella debita in eo casu, t. 2. c. 2. ex n. 31.
Communi re vtens ad quid teneatur t. 2. c. 3. nu. 15.
Communem rem si vnus vult locare, alius non: quid faciendum. ibid. n. 15.
Communi re expensas factas in eius refectione non soluens pro sua parte, quid, t. 2. c. 5. n. 10.
Conditione positi an censeantur vocati, t. 1. c. 3. n. 33. & quid de posito in substitutione? & c. 5, sub n. 26. & n. 45.
Conditio *si sine liberis decesserit*, quãdo intelligatur, t. 1. c. 5. n. 34.
Conditio *si sine liberis masculis*, an aliquando comprehendat fœminas, ibid. n. 40.
Conditio an possit impleri pro parte, t. 1. c. 12. nu. 36. & ibi plura de conditionibus, ex n. 62.
De conditionibus, & earum impleméto, & quomodo inducantur, ibid. n. 62. & seq.
De conditione non nubendi, vel ingrediendi religionem, vel nubendi certæ personæ, ibid. num. 74. & seq. folio 114.
*De conditione per quam libertas infringitur.

* fringitur, vel habitandi in certo loco, ibid. num. 76.
Conditio hæredi, vel legatario apposita an transeat in substitutum ibid. n. 72.
De conditione non ingrediendi religionem, ibid. nu 91.
Conditionalis creditor agens ante conditionis euentum repellitur peiudicē ex officio, t. 2. c. 11. numer. 25.
Creditor conditionalis prior præfertur posteriori puro, ibid. n. 31.
De contractu cum conditione, & die celebrato, ibid. n. 33. & 34.
Conditio si vxor non nubat, & quod post mortem restituat, ibid. n. 35.
Conditionalis contractus, & eius implementum an transeat ad hæredes, & alia, t. 2. c. 11. sub. n. 37.
Reliqua de conditione, & eius implemento, vide in summario eiusdem capitis.
Confessio debiti in testamento an inducat legatum, t. 1. c. 12. n. 78. vbi alia.
Confessione extraiudiciali, ibid.
Confessio facta in testamento an possit reuocari, vel testatori viuenti præiudicet, vel alijs creditoribus, ibid. n. 78. & c. 6. n. 6. t. 2.
De confessione mulieris coniugatæ, t. 2. c. 1. n. 9. & quid facto diuortio.
Confessio debitoris facta inter vivos an probet, & valeat, t. 2. c. 11. nu. 7.
Confessio minoris an valeat, & teneat. t. 2. c. 14. sub. n. 16.
Confessio an sit probationis species t. 3. c. 12. nu. 4. & ibi an possit pro parte acceptari.
Confesso in causa criminali datur terminus ad probandam suam defensionem, t. 3. c. 12. sub. n. 4.
Confessio non sufficit ad condemnationē n si cōstet de delicto, ibid
Confessio sine iuramento an sufficiat ad condemnationem, t. 3. c. 12. num 5.
Confessio sola rei cum persuasione iudicis extorta an sufficiat ad condemnationem ibid. n. 7.
Ex confessione facta in processu nullo an possit reus condenari, ibid. num 9.
Confiscatione bonorum. t. 3 c. 14.
De reseruatione bonorum in fauorē ascendentium. vel descendentium t. 3. c. 3 n. 14.
Reliqua de confiscatione, t. 3. c. 14. & in t. 2. c. 11. ex n. 13.
Cōfiscationis pœna an trāseat cōtra heredes mortuo reo intra terminū ad appellandum, t. 3. c. 1. n. 82.
In contractibus res assignata si pereat, an pereat contractus, tom. 1. c. 12. n. 48.
Contractu Principis cum subditis, t. 2. c. 1. num. 2.
De contractu filiifa n. ibid. n. 3.
De contractu serui, bid. n. 4.
Con facta aduocati cum clicte, ibid. nu. 6.
Contractibus iudicium, ibid. n. 7.
Contractibus minorum ibid. n. 8.
Contractu muti, ibid.
De contractu prodigi, & freneticij ibid
Contractu mulieris coniugatæ, ibid
An soluto matrimonio conualescat contractus antea factus, ibid. sub nu. 9.
Quid ante benedictiones nuptiales, ibid.
Contrahere prohibitus an censeatur prohibitus pignus accipere, t. 2 cap. 1. nu. 10.
Contrahere an possit deportatus, ibid. n. 11.
Contrahere an possit damnatus ad mortem, ibid.
Contrahere qui non potest an obligetur ex causa dotis, ibid. n. 12.
Contractus an possit conferri in voluntatem vnius ex contrahentibus t. 2. c. 2. n. 20.

De contractu sub conditione, *si placuerit, vel nisi displicuerit, &c.* ibid.
Qui contractus vnius partis consensu dissoluantur, t.2.c.2.n.22.
De contractu dolo celebrato ibid.
Contractus, purè celebratus quod transeat ad hæredes, t.2.c.11.n.13.
Quid si apposita fuerit dictio taxatiua, ibid.n.14.
Contractus an tot sint quod sunt res ibid.nu.17.
Contractu annuo, & in quo differat à legato annuo, t.2.c.11.n.45.
Contractus iuratus an trãseat ad hæredes, t.2.c.14.n.20.
Contractu iuramẽto cõfirmato, vide *iuramentum*.
Differentia inter contractum qui re contrahitur, & inter eum qui rei interuentu celebratur, t.2.c.8.n.2.
Contractibus innominatis, & de virtute, & effectu eorum, c.8.t.2.n.3.
Contractum implens ex sua parte an possit pœnitere, & quid petere possit, ibid.
Si res quæ debebat dari implenti ex sua parte pereat, an liberetur qui eam dare debebat, ibid.
De pœnitentia in his contractibus, & implemento, vel non implemento in eis, ibid.
Reliqua de his contractibus in summario eiusdem capitis.
De contractu verborum, t.2.c.9.
Contractus super re certa, & determinata an sit diuiduus, t.2.c.10.n.8. vbi alia.
Condemnatus semel an possit iterum condemnari, vide *delinquens*.
De conductoribus reddituum regalium, vel publicorum, vel ciuitatis, t.2.c.3.sub.n.4. & n.6. vbi an antiquus conductor præferatur in conductione.
Conductor, vide *locator*.
Reliqua de conductoribus, vide dicto ca.3.
Colonus partiarius an possit conueniri vltra quam facere potest, t.2.c.3.n.26.
Collectis impositis per dominos vassallorum, t.2.c.15.n.30.
Clericus an possit accusare laicum coram iudice sæculari, t.3.c.1.n.33.
Clericorum immunitate quoad forũ, t.3.c.10.n.4.
Clerici coniugati exemptione, ibid.
De eo qui post delictum fit clericus, ibid.n.6.
Laicus delinquens simul cum clerico an gaudeat priuilegio fori, ibi.n.7.
Clericus declinans iurisdictionem sæcularem amittit officia Regalia, ibid.
Clericus delinquens in officio sæculari an à sæcalari iudice possit puniri, & ibi referuntur plures casus in quibus iurisdictioni sæculari subijcitur, bid.
Consulente, seu persuadente delictũ, t.3.c.3.n.44.& 45.
Si consilium reuocet qualiter excusetur, ibid.
Creditores ex causa onerosa an præferatur creditoribus ex causa lucratiua, t.2.cap.4.n.fin.
Crimen læsæ maiestatis, vide *læsæ maiestatis*.
De culpa lata leui, & leuissima, t.2.c.7.sub n.2.
Culpa quomodo differat à dolo, ibid.n.3.

D.

Damno dato per pastores dominus tenetur, t.2.c.3.sub n.23.
Debitor an possit repudiare hæreditatem, vel legatum in fraudẽ creditorum, t.2.c.4.sub.n.25.
Debitor speciei an liberetur si eam tradat seruo, vel alteri, qui fugiat cum ea, & quid in debitore quantitatis, ibid.
Debitores insolidum obligati si simplici-

pliciter condemnentur, quid, t. 2. c. 10. n. 5.
Debitoris hæredes si discordent in solutione facienda, quid, ibid. n. 11. & 12.
Debitor in diem certum an possit ante diem soluere, t. 2. c. 11. n. 23.
Debitor in causa ciuili an gaudeat immunitate Ecclesiæ, ibid. n. 56.
Debitor in diem vel sub conditione, an teneatur præstare cautionem, si efficiatur suspectus, ibid. n. 58.
Debitor quanticatis respectu certæ speciei an ea perempta liberetur, t. 1. c. 12. n. 34.
Debitor, vide *promittens*.
Declaratio occisi an noceat, t. 3. c. 13. n. 17. & 18.
Declaratio voluntatis testatoris an fiat ex testamento nullo, t. 2. c. 14. n. 17.
Delinquens quo tempore possit probare innocentiam suam, t. 3. c. 13. n. 34.
Delinquentem de capitare, vel fusti gare potest, compelli persona vilis vel seruus, t. 3. c. 14. sub n. 8.
Delinquentis cadauer, vide *cadauer*
Delictum aliud publicum, aliud priuatum, t. 3. c. 1. n. 2. 5. & 10.
In delictis priuatis an iudex possit procedere ex officio, ibid. n. 11.
Delinquens absolutus an possit iterum accusari, t. 3. c. 1. n. 26.
Et an condemnatus iterum possit accusari, ibid. n. 27.
In delictis mixti fori, si reus est punitus per vnum iudicem an possit puniri per alium, t. 3. c. 1. n. 40.
De delicto comisso in præsentia iudicis, ibid. n. 48.
Delicti corpus ante omnia debet cõstare, ibid. n. 49.
Delinquens confiteri veritatem quãdo debeat, ibid. sub n. 65.
De dormiente delinquente, ibid. n. 74. & ibi an irregularitatem incurrat.
Delinquens an possit post mortem accusari, & puniri, ibid. nu. 78. & sequent.
Delinquẽtis remissione ad locum delicti, ibid. n. 87.
Si plures deliquerunt an vnius sententia prosit, vel noceat alteri, ibid nu. 88.
Delictum sciente, & non reuelante, vel impedente, ibid. nu. 92. & t. 3. c. 2. n. 9. & 10. & c. 12. n. fin.
Delinquens an possit innocentiam suam probare post sententiam, t. 3. c. 1. n. 93.
Delinquens sine dolo an excusetur, t. 3. c. 3. n. 17.
Delicta quæ atrocia, & quæ leuia, t. 3. c. 3 sub n. 42.
Delinquentis captura, vide *captura*.
Delinquentes plures an insolidum teneantur, t. 3. c. 1. n. 95. & ibi quid de salarijs.
Delicti qualitas agrauans an possit addi pendente iudicio c. 11. n. 9.
Defendere alium qui offenditur, an quis teneatur, t. 3. c. 2. n. 9.
De defensione, vide *homicidium*.
Degradatio an locum habeat pro homicidio proditorio, t. 3. c. 3. n. 6. v. bialia.
De demonstratione plura, t. 1. ca. 12. ex n. 71.
De posito restituendum deponenti etiam prædoni, vel seruo, t. 2. c. 7. n. 3. vbi limitatur.
Reliqua de hac materia, vide in summario eiusdem capitis.
Dictio, & posita inter personas dividit effectum dispositionis æqualiter, t. 1. c. 10. n. 27.
Dilatio concessa à Principe an comprehendat debitum ex causa locationis, t. 2. c. 3. n. 24.
Die certa, vel incerta adiecta in promissione, t. 2. c. 11. n. 22.
Dies in promissione adiecta an intelligatur de proxima, & alia, & quid

si dies non fuerit adiecta, t. 2, c. 11. n. 27. & 28.
Donationis diffinitio, t. 2. c. 4. n. 2.
In donatione an debeatur euictio. t. 2. c. 2, n. 36.
Donatarij ingratitudo an deleatur ingressu religionis, c. 4. n. 15.
De donationicus inter virum, & vxorem, & quid si fiat à viro ignobili, vel sene vxori nobili, vel iuueni, ibid. num. 24.
Si res donata soluatur, & postea ad donatorem reuertatur, an conueniri possit in quantum facere potest, ibid. n. 27.
Reliqua de donatione, vide in summario eiusdem capitis.
De duobus reis stipulandi, vel promittendi, t. 2. c. 12.
Si vnus ex duobus reis soluat in solidum an possit partes repetere, à correis, & de cessione facienda in hoc casu, ibid. n. 4.
An reus possit petere à correo, vt eũ liberet ab obligatione, ibid. n. 5.
Lite pendente contrà vnum ex duobus reis, an liceat aduersus alium regredi ibid n. 8.
Reliqua de duobus reis, vide in summario eiusdem capitis.

E.

Ebrius delinquens an possit puniri, t. 3 c. 1. n. 73.
Ecclesiæ immunitate an gaudeat publicus latro, nocturnus depopulator agrorum, delinquens in Ecclesia, vel qui ducitur captus per eam, homicida proditorius, & alij t. 3. c. 10 ex n. 2.
Ad Ecclesiam confugiens si inde exeat sub promissione impunitatis quid, t. 3. c. 12. n. 8.
Eligendi ius an tranleat ad hæredes t. 1. c. 9. n. 5.
Eligantur si plures qui præferatur, t. 1. c. 12. n. 20.
Emancipari an possit filius ad vnum tantum actum, t. 1. c. 3. n. 31.
Emphiteuta si decedat pluribus hæredibus relictis. & vnus non soluat quid, t. 2. c. 10. sub n. 26.
De ætate ad quodlibet officium, t. 3. c. 1. n. 5.
De exceptione quæ constat ex actis processus, t. 2. c. 11. n. 20.
De excussione remissiue, t. 2. cap. 13. nu. 15.
Excommunicatus an possit contrahere, t. 2, c. 1. n. 13,
An possit accusare, t. 3. c. 1. n. 32.
Exemplaris substitutio quomodo fiat, t. 1. c. 6. n. 2.
Reliqua de hac substitutione, vide in summario eiusdem capitis.
De exhæredatione, & eius causis, t. 1. c. 11. n. 10. cum seq. vbi de materia late.
De exhæredatione fratrum, ibid. n. 37. & seq. vbi etiam an tuta conscientia fieri possit.
Filius iuste exhæredatus succedit si testamentum per alium rumpatur ibid. n. fin.
Reliqua de exhæredatione, ibid. in sumario.
Ad executionem sententiæ criminalis potest compelli vilis persona, t. 3. c. 14.
Executio sententiæ criminalis an aliquando suspendatur, ob reditionem rationum, vel ob peritiam in arte, & quid in muliere prægnante, vel in accipiente meretricem in vxorem, vel si laqueus frangatur, t. 3. c. 13. ex n. 37. vbi alia.
De exilio, & relegatione, t. 3. c. 8.
De exceptione non numeratæ pecuniæ, t. 2. c. 6. n. 3. & seqq.
Excipiens non videtur fateri, t. 3. c. 12. sub n. 17
Exilium non implens qua pœna puniatur, ibid. n. 2.
An iudex durante tempore exilij possit illud remittere, ibid. n. 5.
Exilium voluntarium an iudice de-

functo, vel remoto ab officio reuocatum censeatur, ibid. n. 6.
Reliqua de exilio, vide in summario eiusdem capitis.
De euictione late, t. 2. c. 2. nu. 34. & seqq.

F.

Facti obligatio an sit præcisa, t. 2. c. 10. n. 22. & 23. & 24. vbi etiam de facto alieno.
Factum an sit indiuiduum, & quid de pœna apposita, t. 2. c. 10. n. 26.
Facti obligatio, an transeat adhæredes, t. 2. c. 11. n. 14.
Falcidia quando habeat locum, t. 1. c. 12. ex n. 13.
Familiaris Sanctæ Inquisitionis, qui efficitur post delictum commissum an gaudeat priuilegio fori, t. 3. c. 10. sub n. 6.
Famulus infirmus an consequatur salarium, t. 2. c. 3. n. 4.
Famulo seruiente sine pretio, & quid si sit consanguineus domini, ibid. n. 5.
Famulo minori decem annorum cū dimidio an debeatur salariū, ibid. nu. 5.
Famulo vide *salarium*.
Fideiussor an possit conueniri ante principalem, t. 2. c. 13. n. 15.
Fideiussor cuius periculo recipiatur ibid. num. 24.
Fideiussorem dare debens si sit pauper, an faciendo cautionem iuratoriam liberetur, & quid si sit forensis, t. 2. c. 15. sub n. 4.
Fideiussorem talem dare debens an possit dare alium æque idoneum, t. 2. cap. 3. n. 3 & t. 3. c. 6. n. 18.
Fideiustori qui debitum soluit, quando, & quomodo facienda cessio, t. 2. c. 13. n. 27.
De fideiussore in causa criminali, ibid n. 23.
Fideiussore pro dote, ibid. n. 26.
De fideiussore iudicio sistendi, & quo modo liberetur, t. 3 c. 9 n. 9.
Reliqua de fideiussoribus, vide in summario c. 13. t. 2.
Fideicommissa an sint odiosa, vel fauorabilia, t. 1. c. 5. nu. 2.
Quid in maioratibus, ibid. n. 3.
Quæ actiones competant pro fideicommisso, & an via executiua, ibid. n. 9. 16. & 32.
De grauato restituere post mortem, ibid. n. 11.
Rogatus restituere *quod superierit*, ad quid teneatur, ibid. n. 18.
Rogatus restituere per fideicommissum intelligitur *si sine liberis decesserit*, ibid. n. 34. vbi de materia, l. cum auus, ff. de conditionib. & demonst. vsq; ad n. 46.
De materia authen. res quæ, Cod. comm. legatis, & fideicom. ibid. n. 47.
Fideicommissi species an possit vendi, t. 2. cap. 2. sub n. 6.
Reliqua de fideicommissis, vide in summario, c. 5. t. 1.
Filius an possit vendere proprietatem rerum in quibus pater habet vsumfructum, t. 2 c. 15. n. 11.
Pro debitis filij an executio possit fieri in aduentitijs, ibid. nu. 12.
Filius fam. an conueniatur sui iuris effectus in quantum facere potest pro contractibus factis tempore quo erat sub patris potestate, ibid. sub n. 12.
Filius fam. quando possit existere in iudicio, ibid. sub nu. 12. & cap. 1. sub n. 3.
Filius habet beneficium abstinendi ab hæreditate paterna, t. 1. cap. 9. nu. 15.
Filius quomodo possint conueniri à creditoribus post obitum patris ibid n. 25.
Filius furis an possit habere regressum ad hæreditatem quam prius repudiauit, & de explicatione tex. in l. fin. Cod. de repudiat. hæredit. ibid. n. 31.

Filius subripiens res hæreditarias censetur se immiscere, ibid n. 36.
Filius fam an possint contrahere, t. 2 cap. 1. nu. 3. & ibi an possit testari.
Filius ergo hæres declaratur, t. 1. c. 1 nu. 7.
Filius, & pater vna, & eadem persona censetur, ex quo aliqua inferũtur, ibid. n. 10.
Filio repetato pater potest pro eo respondere, ibid. n. 11.
In filios transeunt merita, & seruitia patentum. ibid. n. 12.
Filius potest habere officium in quo requiritur, quod habeat tantum patrimonium, si pater illud habet, ibid. n. 14.
Filius patre viuente potest vocari dux, Marchio, &c. ibidem numer. 16.
Filius hæres in certa re, vide *heres*.
Filius an possit vindicare bona alienata per patrem eo viuente, vel post eius mortem, tom. 2. cap. 14. & ibi de præscriptione in hoc casu.
Filio fam. delinquente an confiscari possit proprietas aduentitiorum, t. 2. c. 5. n. 13.
De filio sciente delictum committendum contra patrem, & non reuelante, t. 3. c. 3 num. 5.
An filius fam. teneatur de furto commisso in domo patris, to. 3. cap. 5. num. 4.
Fiscus an teneatur stare locationi facte à reo læsæ maiestatis, t. 3. cap. 2 n. 4.
De foro ratione contractus seu distractus; & quid deuenientibus ad nundinas, tom. 2. cap. 8. sub numer. 1.
De foro in criminalibs, t. 3. cap. 1. numer. 87.
Foro in delicto furti, tom. 3. cap. 5. num. 19.
Forenses an ligentur legibus loci in quo reperiuntur, tom. 3. c. 1. n. 28.
Fratris præteritione, vel exhæredatione, t. 1. c. 11. ex n. 37.
Frumenti vendition, & an ciuibus sit vendendum, & an iudices inferiores possint prohibere extractionem, & an clerici tempore inopiæ cogantur illud vẽdere, & alia, t. 2. c. 2. sub n. 52.
Furiosi vel mente capti contractu, t. 2. c. 4. n. 29.
De furto, t. 3. c. 5.
De æstimatione quanti plurimi soluenda per furem. & de ductione expensarum ad interpretationem text. in l. 1. Cod. de infantibus expositis, ibid. n. 18.
Reliqua de hac materia, vide in sumrio eiusdem capitis.

G.

Gabella nõ soluitur exhæreditate dela. a filio suo, licet adsit statutum quod ea soluatur ex qualibet hæreditate, t. 1. c. 9. nu. 18.
Gabella quando debeatur in contractu venditionis, vide plura in cap. 1. tom. 2.
De gabella in pacto de retrouendendo, & in casu legis commissoriæ, & pacto adiectionis indiem, t. 2. c. 2. nu. 32.
Gabella in cõtractu permutationis, t. 2. c. 8. sub n. 6.
Gabella in contractu conditionali debetur gabellario qui erat tempore contractus, t. 2. c. 11. sub. n. 31.
Gabella an & quomodo debeatur in contractu annuo, & constitutione census. ibid. n. 45.
De grauamine iniuncto cuilibet dispositioni plura. t. 1. c. 12. n. 28. & an deducatur grauamen, seu onus ad solutionem gabellæ.

H.

Habitare in certo loco promittẽs an teneatur implere, t. 2. ca. 10. n. 25.

Hæredes vocati collectiuè qualiter succedant cum vocato per se, t.1.c 2.n.7.
Hæres sub conditione an possit consequi hæreditatem pendente conditione, ibid.n.18.& 19.
Hæres pure institutus an possit partē alterius institutionis sub cōditione habere pendente cōditione, ib.n. o
De hærede in re certa instituto, ibid. nu.12,& seq.
Hæredi instituto in re certa si apponatur clausula quod plus petere non possit, quid, ibid n.26.
Reliqua de hæredis institutione vide in summario eiusdem capitis.
Hæres compulsus adire non detrahit quartam, to. 1.ca.5.nu.5.& ibi an perdat ius dicendi nullum fideicommissum.
Hæres coactus adire,& restituere nō tenetur soluere legata, ibidem, n.5.
Hæredis institutio tacita non valet, ibid n.25.
Hæreditas iacens non datur, quando quis decedit cum hærede suo, t.1.c,9.nu.17.
Hæreditati iacenti ante immixtionem sui hæredis an detur curator t.1.c 9.sub n.17.
Hæres in re certa, vide *institutus*.
Hæres viuersalis qui aceptauit vnā rēan cōsequatur cætera bona, t.1, c.10.n.18 & 20.& quid in hærede hæredis, ibid.
De hæreditatis venditione, t.2.c.2. n.6.
Actiones an transeāt in emptorē hereditatis, ibid.
Si creditores incipiant agere cōtra emptorem hæreditatis an possint re gredi contra venditorem, ibi.d.
An hodie emptor hæreditatis possit conueniri, ibid.
Hæredes an possint inter se pacisci, vt vnus soluat debita, t.2.c.10.sub n.4.& ibi de hæreditarijs actionibus.& c.11.n.16.
Hæredes si discordant in solutione facienda, quid, t.2.c.10 n.11.& ibi de hæredibus creditoris.
Hæredum mentio quos herepes comprehendat, t.2.c.11.n.15.& t.15. num.19.
Heredem vnum an possit grauare dē bitor, vt totum debitum soluat, t. 2.c.11.n 16. vbi etiām de heredibus creditoris.
Heres an teneatur vindicare necē defuncti.t.3.c.3.n 54.
Hereditatis expilatæ crimine, t. 3. c. 5.nu.17.
Heredipas intestati ad transuersales quando pertineat, & intra quantum gradum, to.1.ca 1.sub n.21.
Beneficium abstinendi ab hereditate in suis an finiatur anno, t.1.c.9. uum.22.
Hæreticorum filij an sint successibiles, t.2.c.2.n.14.
De hæretico pœnitenti seu conuerso & reincorporato eccles. ibid.n 2.
Hipotheca an inducatur ex assignatione rei ad aliquod onus, t.1.c.12 n.47.
Hipotheca generalis comprehendit futura, t.2 c.2.n 5.
Hipotecaria sine personali an possit existere, t.2.c.3 n.13.
Hipotheca in mutuo quem locum habeat in prælatione, t.2.c.6.n.1.
Hipothecatæ rei possessor quomodo conueniatur, t.2.c.10.sub n.4.
Hipotheca an possit pro parte lui ab vno ex pluribus heredibus t. 2. c. 10.sub nu.26.
Hipotecæ ius quare ex solo titulo sine traditione transferatur, t.2.c. 15.n.22.
Hipothecam aliam pro alia an recipere debeat creditor.t 2 c.3.n.3.
De hipotheca, reuocata donatione ob ingratitudinem, t.2.c.4.n.15.
Homicida an possit succedere in bonis occisi, t.3.c.3 n.52.

Quid

Quid de successore maioratus occidente eius possessorem ibid.
Homicida an possit succedere ei qui occisso successerat, ibid. n. 53.
Reliqua in materia homicidij, vide in summario eiusdem capitis.

I.

De indultis à Principe concessis, t. 3. cap. 13. n. 39.
De indiuiduis, & an contractus qui in re pondere, numero seu mensura consistente fit, sit diuiduus, t. 2. c. 10. n. 3. & 4.
Incertitudine in contractibus, & vltimis voluntatibus, t. 2. c. 11. n. 8. & seq. late.
Post inhibitionē iudex nō potest exequi sententiam, t. 3. c. 1. n. 47.
De infante reperto mortuo in lecto nutricis, t. 3. c. 3. n. 20.
Inquisitio generalis quando fieri possit, t. 3. c. 1. n. 49.
Immemorialis, vide *præscriptio*.
De iniuria verbali, & an veritas eius excusset, t. 3. c. 6. n. 3.
De palinodiæ recantatione, ibid. nu. 3.
De alapa & eius pœna ibid.
Iniurias an possit remittere Princeps pro bono pacis etiam absq; satisfactione damnorum, ibid. nu. 16.
Reliqua de iniuris vide in summario eiusdem capitis.
De instituto hærede in re certa, t. 1. c. 10. nu. 10. & seq.
Institutus hæres in re certa dato cohærede vniuersali sub conditione an possit pendente conditione occupare cetera bona, t. 1. c. 10. sub num. 10.
Inuentam rem retinens, vel cuius dominus ignoratur, t. 3. c. 5. n. 3.
Inuentionis præmium nn petere possit, ibid.
De indicijs ad torturam, t. 3. c. 13. n. 19. & per totum.
Inuentarium non faciens hæres an & quomodo in solidum teneatur, t. 1. c. 5. sub nu. 14.
Inuentarium hæreticis an prosit fidei cōmissario, t. 1. c. 5. n. 14.
Iudicum contractibus, t. 2. c. 1. n. 7. & c. 14. n. 34.
Index an possit compellere ad concordiam, & pacem, t. 3. c. 6. n. 17.
Iuramentum de calumnia & de veritate dicenda an sit præstandum in causa criminali, t. 3. c. 12. n. 6.
Irregularitas an incurratur ex homicidio ad defensionem bonorum, t. 3. c. 3. n. 21. & seq.
De irregularitate quando plures occiderunt aliquem, ibid. n. 38.
De irregularitate quando consanguineus, vel amicus occidit eum cum quo consanguineus rixam habuit, & an eam incurrat, vterq; t. 3. c. 3. n. 48.
Iudicium an possit intentari super iure de futuro, t. 2. c. 11. n. 48.
Iuramentum an possit præstari per procuratorem, t. 2. c. 14. sub. n. 19.
Iuramento contractus confirmatus an transeat ad heredes, ibid. n. 20.
Iurans contractum, & eius hæres coram quo iudice conueniatur, ibid. n. 20. & 23.
Iuramentū ex parte eius cui iuratur an transeat ad hæredes, ibid.
Iuramenti relaxatione, ibid. n. 22.
Iuramentum prohibentes leges an sint validæ, & quando liceat illud apponere, t. 2. c. 14. sub n. 23.
Iuramentum an confirmet promissionē sine causa, t. 2. 14. n. 24.
Iuramentum an confirmet contractū nullum, vel contra publicam vtilitatem, ibid. 25.
Iudex minor an restituatur, id. n. 42.
Iurisdictionis præscriptione, t. 2. c. 15. n. 25.
De iudice malè iudicante ob imperitiam, vel dolum, t. 3. c. 3. n. 17.
Index, vide *delinquens*.
Ius patronatus an transeat in fideicōmissarium, t. 1. c. 5. n. 31.

Ius accrescendi an sit potentius iure substitutionis, t.1.c.3.n.36.&37.
Ius accrescendi an habeat locum in cõtractibus, t.1.c.10.n.3.&5.&seq.
Reliqua de iure accrescendi, vide in sumario eiusdem capitis.
Iudex an debeat iudicare secundum allegata, & probata, t.3.c.12.n.29

L.

De laboratoribus seu operarijs laborantibus in alieno de mandato alterius, t.3.c.3.n.43.
Legata an sint odiosa, vel fauorabilia t.1.c.12.n.2.
Executio locum habet pro legatis, ibid.n.10.
Seruo generaliter legato quid si morbosus tradatur, t.2.c.2.sub n.49.
L.si Titio, aut Seio, ff.de legatis 2. explicatur, t.1.c.12.n.19.
l.mortuo boue, ff.de legat.2.ib.n.18
l.diffamari, Cod.de in gen.manum. exornatur, t.3.c.1.n.19.
Si fideiussor legat creditori illud quod debet pro alio an valeat legatum, t.1.c.12.n.31.
Legatum pecuniæ quæ potest intelligi diuersi generis quomodo intelligatur, ibid.n.32.
Si testator legauit rem pignoratam, quis luat, ibid.n.42.
De iure accrescendi in legatis, & in legato facto seruo plurimum dominorum ibid.n.83.
Diminuto legato an diminuatur onus, ibid.n.18.
Reliqua de legatis vide in summario eiusdem capitis.
Legitima an in totum tolli, vel minui possit, & ampliationes, & limitationes, t.1.c.1.n.5.& c.11.n.2.
Legitima tit.instituat. relinquenda, t.1.c.2.n.25.& c.11.sub n.2.
De legitima omne grauamen tollitur, t.1.c.3.n.27.
Et an valeat grauamen in bonis vltra legitimam, & de intellectu, l. 11.tit.4.part.6.
l.finalis, Cod.de institutionibus, & substitutionibus explicatur.
l.si mater, ff. de vulgari intellectus, ibid.n.42.
Legitimæ non imputat filius quodcapit ex substitutione pupillari, vide *pupillaris*.
l.1.ff.de hæredib.instituend. §.si ex fundo. an corrigatur per l.1.tit.4.lib 5.Recop.t.1.c.10.n.10.
An procedat in foro conscientiæ dispositio dicti §. si ex fundo, ibid. nu.10.
Legitimam an possit filius accepta re, & reliqua bona repudiare, t.1. c.10.sub n.21.
l.si cui, ff.de adimendis legatis, ibid num,25.
Legitimæ grauamẽ an possit imponi & quid si imponatur venientibus ab intestato, t.1.c.11.ex n.25.
Et de maioratu sine facultate Reg.ib
Filio vniuersaliter instituto an valeat vsusfructus alteri relinqui, ibid.n.26.
Grauamen respiciens fauorem filij, an valeat, ibid.n.27.
Conditio non alienandi bona an reijciatur de legitima, & alia de grauamine in legitima, ibid.
Conditio hęc *si voluerit*, an reijciatur de legitima, ibid.
Quid de grauamine apposito de consensu filij, ibid.n.31.
Filio instituto sub cõditione quæ reijcitur de legitima. quid faciẽdum de alijs bonis, t.1.c.11.n.32.
Filius grauatus in legitima si repudiet, an grauamen trãseat ad substitutum n.33.
De locatione, & eius virtute, & effectu, & an liberetur locator re perẽpta absq; eius culpa, t.2.c.3.n.2.
In locatione an habeat locum, l.2. Cod.de rescindenda, & quid ea finita, t.2.c.2.c.24.
Opere artificialis an possint per aliũ

impleri, t.2.c.3.n.8.
Creditor qui mutuauit triticũ ad seminandum præfertur domino fundi agenti propensione, ibid.
Secundus conductor debet soluere ex fructibus integram pensionem etiam pro annis præteritis, ibid. sub n.13.
Si plures habent rem communem, & vnus vult locare, an alter possit contradicere, ibid.n.15.
Si vnus socius vtitur tota re, quid, ibid.
Locator, & conductor contribuũt ad occisionẽ locustarum, ibid.n.19.
Sterilitatem in locatione non potest allegare qui non soluit decimas, ibib.n.20.
De obligatione pastoris, custodis, vel tabellionis circa custodiã, ibid. sub n.23.
Reliqua de locatione, & conductione, vide in summario eiusdem capitis.
Legibus an ligentur forenses, t.3 c. 1.n.28.
Leges iustæ an obligent in foro conscientiæ, t.1.c.12.n.49.
Læsæ maiestatis crimẽ, & eius pœna, t.3. c.2.n.2.& 12.& seq.
Reliqua de hac materia, vide in summario eiusdem capitis
Libellis famosis, t.3.c.6.n.2.
Lesio enormissima quæ, t.2.c.14.sub nu.21.
L.1.Cod.de infantibus expositis, t.3 c.5.n.18.
Lupam lactantẽ catulos capiens vnũ tantũ præmiũ consquitur, & nõ pro singulis capitibus, t.2.c.2.n.15.

M.

Maioratus spes an possit vendi, t.2.c. 2.nu.6.
Mandatarius in delictis quando excusetur, t.3 c.3.n.43.
Mandatum an præsumatur ex coniecturis, ibid.n.46.& ibi de secreta alloquutione ad aures. n.47.
Mandatum occidendi, vide *homicidium.*
Maritus provxore comparere potest in causa criminali, t.3.c.1.n.16.
De medici culpa, t.3.c.3.sub n.17.
Medici contractu cum infirmo, t.2 c. 14.n.34.
Melioratio in testamento nullo modo sustineatur ex text.in auth ex causa, t.1.c.3.n.34.
Melioratio hæredibus relicta an intelligatur pro hæreditarijs portionibus, t.1.c.12.nu.45.
Melioratio assignata in re certa, quæ non æquiualet tertio, & quinto an suppleri debeat, t.1.c.12.n.72.
De melioratione simpliciter facta sine expressione tertij, & quinti, t. 2.c.11.n.12.
Meretrici an possit locari domus, & an expelli possit à vicina, t.2.2.c.3 n.7.& t.3.c.6.sub n.18.
Metu reuerentiali, & eius effectu, t.2. c.14.n.28.
Metu in cõtractibus, t.2.c.4.sub n.31.
De minorum contractibus, t. 2.c.1. sub n.8.& t.2.cap.14.n.2.
De minori læso in vna ex pluribus rebus venditis, t.2.c.11.sub n.17.
De minori matrimonium cõtrahẽte & eius priuilegijs iuxta pragmaticam anni 1623.t.2.c.14.n.13.
De alienatione rerũ minoris, ib.n.14
Minori à possit pater dare licẽtiã ad alienationẽ immobiliũ t.2.c.14.n.17
Minoris contractu iuramento confirmato, ibid.n.19.& 21. vbi alia.
Minor an restituatur aduersus amissionẽ bonorũ ob adulteriũ, ib.n.39
De minori delinquente, eius pœna, t. 3.c.1.n.55.& seq.
Minor an possit euitare in iudicio, & esse iudex Rex, & alia, ib. n.55.
De minori extrahente res veritas, ibid.n.61.
Minori dandus curator in causa criminali, ibid.n.64.

Minor an restituatur aduerrsus confessionem, ibid. n. 66.
De modo & eius impleméto, t. 1. c. 12 ex num. 68.
Monacho hæreditas delata an acquiratur monasterio sine aditione, t. 1. c. 2. n. 4.
Monachus per professionē an liberetur à patria potestate, t. 1. c. 3. n. 30
De moneta de proximo minuēda, & solutione eius, t. 2. c. 2. n. 33. & vide *solutio*.
An monacho competat exceptio Macedoniani, tom. 2, c. 6. sub n. 3.
Monetam aliam pro alia soluens an liberetur, & de moneta de proximo minuenda, t. 2. c. 9. sub n. 5.
Mutus & surdus an possit cōtrahere, t. 2. c. 14. n. 30. & t. 1. c. 6. n. 6. & t. 2 c. 1. n. 8.
De muto, & surdo delinquente, t. 3. c. 1. n. 69.
Mutuū quomodo contrahatur, t. 2. cap. 6. n. 2.
Mutuare quando quis teneatur, ibid
Hipotheca prō mutuo quem locū habeat in prælatione, ibid. sub n. 2.
Reliqua in materia mutui, vide in summario eiusdem capitis.

N.

Ex natis simul quis præferatur in successione Regni, vel maioratus, t. 1. c. 12. sub n 21.
Nepos succedit auo si sit natus, vel ceptus eo viuo, t. 1. c. 1 n. 23. & seq
Nepotes succedunt in stirpes, & non in capita, ibid. n. 26.
Nepos an succedat auo filio excluso per exhæredationē, t. 1. c. 11. n. 21.
De nobili negante se esse talem, ibid
Nobilitas an amittatur ex exercitio artis vel officij vilis, ibid.
Nobilis ex priuilegio ad admittatur ad honores ordinū militarū, ibid
Nobilem in adulterio deprehensum an liceat occidere, t. 3. c. 3. n. 3.
Nobilis an possit excōmunicari pro debito, & an possit priuilegio renuntiare, t. 2. c. 11. n. 55.
Nominis expræssio si requiratur pro forma an sufficiat impleri per æquipolens, t. 1. c. 2. n. 13.
In noxiali actione quilibet tenetur in solidum, t. 2. c. 10. n. 14.
De nouatione & liberatione per eā, t. 2. c. 13. sub n. 21.
Nouitij ordinum militarium an gaudeant priuilegio fori, t. 3. c. 10. n. 8
Nullus licet sit actus demōstrat volūtatem defuncti, t. 1. c 3. n. 42. & c. 14. n. 17.
De nulitate interueniente in contractu, t. 2. c. 2. sub n. 22.
Notorium quando dicatur, t. 3. c. 1. n. 42 & seq vbi an in eo requiratur citatio probatio, seu sententia, vel admittatur appellatio.

O.

Obligatio an possit alteri per alterū quæri de iure Regio, t. 1. c. 10. n. 3.
Obligati in solidū si simpliciter cōdēnentur à iudice, quid, t. 2. c. 10. n. 5.
Obligatio generalis quid comprehēdat, t. 2. c. 11. n. 50 & de obligato ad genus, an satisfaciat cum re medio cri, ibid.
Obligatio personalis an extingatur extincta re, super qua contracta fuit, t. 2. c. 15. n. 25.
Obligatus, vide *promittēs*.
De occidente se ipsum, t. 3 c. 3. n. 14.
De venditione officij publici cum iurisdictione, t. 2. c. 2. n. 51.
Officium iudicis quanto tempore duret, t. 3. c. 1. n. 7.
Onera remanēt penès reliquos ciues etiamsi aliqui eximantur, t. 1. c. 12. nu. 47.
Operarijs laborantibus in alieno demandato alterius non domini, t. 3. c. 3. n. 43.

P.

Pater an teneatur pro filio electo ad aliquod officium publicum, t. 2. c. 15. n. 15.
Pater conseruatur in filio, & cēsetur vna & eadem persona cum illo, t. 1. c. 1. n. 15.

Patria potestate,& eius effectus,t.1. c.9.n.12.
Pater an possit remittere filio vsum fructum,t.2.c.4.sub n.24.
Pater an possit alienare bona filij adueniticia sine decreto,t.2.c.14.sub num.14.
Pater pro filio potest comparere in causa criminali pro suo interesse, t.3.c.1.sub n.16.
Pace facta super homicidio, an alius possit accusare,vel iudex procedere,t.3.c.3.n.56.
Pacem facere qui possint, & alia de hac materia,ibid.vsq;ad finem capitis.
De partu naturali, & de extracto ex vtero matris secto, & an debeatur legatum matri relictum, *si peperit filios*,t.1.c.1,n.20.
De patruo,& nepote,ibid.n 26.
Parentes,vel ascendentes præteritiquod remedium habeant,t.1.c.11.n.36.
Pactum nudum an hodie pariat actionem,t.2.c.2.n.23.
Pacto de retrovendendo,t.2.c.2.ex n. 28.vbi de hac materia vsq;ad n.30
De pacto legis commissoriæ,t.2.c.3 n.31.vbi de hac materia
De pacto adiectionis in die,ib.n.31.
Pastoris obligatione circa custodiã & quid de alijs custodibus, t.2.c.3. nu.23.
De pacto nudo,& eius effectu,t.2.c. 9.ex n.2.
De pacto habitandi incerto loco perpetuo,vide *habitare*.
Pactũ de retrovendendo an possit pro parte exequi,t.2.c.10.sub n.26.
Pacto super hæreditate viuentis, t.2 c.14.nu.25.
De parricidio,& eius pœna,& grauitate.t.3.c.3.ex n.4.
Pater vide *filius*.
Pœna an debeat minui ex diuturnitate temporis post delictũ,t.3.c.1 n.9.
Pœnas diuersas, si ob delictum iusimponat,quæ sit imponenda,t,3.c.1. n.38.& seq!
Ad pœnæ impositionem an tempus commissi delicti inspiciatur,ibid.
Pœnã minuere an possit iudex, vel augere,ibid.n.51.& 94.& c.13.n.34.
Pœna an tranſeat contra hæredem, ibid.n.82.
Pœna ipso iure imposita an debeatur in foro conscientiæ, & quando,t 3 c.2.n.6.& c.14.n.4.
Pœna arbitraria an possit extendi vsq.ad mortem,t.3,c.6.n.9.
Sub pœna promittens se præsentare in carcere intra certũ tẽpus antrã facto tẽpore incidat in pœnã sine interpellatione,t.3.c.9.n.9.
Pœna pro facto adiecta,an in totum committatur si in parte deficiat factum,t.2.c.10.
Periculo,& commodo rei venditæ,t.2.c.2.n.33.
Permutatione,t.2.c.8.sub n.6.
Peritis in aliqua arte,t.2.c.9.n.6.
Percutiente se ipsum,t.3.c.3.n.15.
Pestis vide *vassalus*.
Pignus aliud pro alio accipere andeat creditor,t.2.c.3.sub n.3.
Plus petitionibus,t.2,c.11,n.25.&26
Possessio non acquiratur aditione hæreditatis.t.1.c.2.n.3.
Posthumus gaudet priuilegio suitatis,t.1.c.1 n.19 & c.9.n.14.
Posthums ita rumpit testamentum si nascatur,t.1.c.11.n.4.
De polliciuasione,t.2.c.9.n.2.&3.
Præscribere an possit suus hæres,t.1. c.9.n.19.& c.3.n.30.
Præscribi an possit ius adeundi,ibid num.27.
Præscribi an possit ius offerendi creditori proluitione prignoris,ibid. num.27.
præscriptione in actibus meræ facultatis,ibid.sub n.27.& t,2.c.15 nu. 27.ad finem.
Præscribi an possit iuri immiscendi contra filium,t.1.c.9.n.28.
Præscriptione seruitij famulorum. t. 2.c.14.n.4.

Serua si vrgeatur ad impudicam an consequatur libertatem, ib. n. 52.
Seruo delinquente, t. 3. c. 1. n. 16. & 17.
Seruus communis ab vno manumissus a alio socio est manumittendus accepto precio t. 2. c. 10. n. final.
Seruitus vel res incorporalis an sit individua, t. 2. c. 10. nu. 16. & seq. vbi alia.
Seruitutum species, t. 2. c. 15. n. 2.
Reliqua de seruitutibus, vide in summario eiusdem capitis.
Societas inter fratres quado contrauideatur, t. 2. c. 5. n. 2.
Si vnus coniugum moriatur, & alter remaneat in possessione bonorũ, an societas cum filis continuata videatur, t. 2. c. 5. sub n. 2.
De socio qui vtitur rotare, t. 2. c. 3.
Si ex pacto hæreditas iusta, & legitima est communicanda, de qua hereditate hoc est intelligendum ratione societatis, t. 2. c. 5. n. 5.
De societate cum pacto, vt soluantur decem procentum per modum interesse, ibid. sub n. 6.
Socius non cõuenitur vltra quam facere potest, ibid. n. 8.
De socio non soluente ex pensis refectionis rei communis, ibid. n. 10.
Reliqua de societate vide in summario eiusdem capitis.
De socio criminis, t. 3. c. 12. n. 17. & 18. & 19.
Solemnitas quãdo præsumatur interueisse in aliquo actu, t. 2. c. 11. n. 18.
Solutio vnius monetæ pro alia vel vnius rei pro alia an fieri possit, t. 2. c. 9. n. 5.
De solutione facta in moneta de proximo minuẽda, t. 2. c. 2. sub n. 33.
Solutio trium annorũ facit præsumi solutionem pro præteritis, t. 2. c. 3. n. 14.
Solutio facta procuratori reuocato, an valeat, t. 2. c. 4. n. 4.
Solutio facta seruo, vel famulo, vel alteri qui fugit cum ea, an liberet, t. 2. c. 7. sub n. 3.
Solutio partis pecuniæ debiti an valeat, & liberet, t. 2. c. 10. n. 6. & 10.
Solutio in dubio in quam causam facta intelligatur, ibid. n. 6.
Si hæredes debitoris discordant in solutione quid, ibid. n. 21.
Solutio quando fieri debeat in contractu puro vel conditionali, t. 2. c. 11. n. 3.
Solutione ante diem, vel conditonẽ, t. 2. c. 11. n. 24.
Sortis iudicium quando locum habeat, t. 2. c. 10. sub n. 11.
Sponsio, vulgo *apuesta*, an valeat, t. 2. c. 11. n. 5.
De spoliante alium re propria, vel aliena, & de pœna l. si quis in totam, t. 3. c. 4. sub n. 2.
De stellionatus crimine, & an illud cõmittat qui tacuit obligationem generalem, t. 3. c. 7. n. 2.
Substitutionis diffinitio, & diuisio, t. 1. c. 3. n. 2. & 3.
Substitutus succedit post annum ad deliberandum datum, idid. n. 23.
Reliqua de substitutione vulgari vide in summario eiusdem capitis.
Successionis ab intestato definitio, *Succedere* verbum quid significet, t. 3. c. 1. n. 2.
Alia de successione vide eod. cap.
Succedere qui non potest ex testamẽto, an possit succedere ab intestato, t. 1. c. 9. n. 29.
Sutras tantum datur in prima persona, vel gradu descendentiũ quoad transmissionem, t. 1. c. 9. n. 8.
Reliqua de sutare vide numeris sequentibus, ibid.
Sutras an possit dari pro parte, t. 1. c. 3. n. 29.
De stipulatione, & quomodo celebretur, t. 2. c. 17.
Stipulatio vel promissio alteri facta quando valeat, & quid de iure regio, t. 2. c. 11. n. 19.
Stipulante copulariua sibi & extraneo, ibid. n. 20.

Ta-

T.

Tabellionis obligatio circa custodiã instrumẽtorũ, t.2.c.3.sub n. 23.
Testamentum quo iure introductum, t.1.c.1.n.6.
Testatus, & intestatus an quis possit discedere, t.1.c.10.n.12.
Testamenti factionem an habeat dãnatus ad mortem, t.1.c.10.n.30.
Testamentum in quo filius præteritus est nullum, t.1.c.11.n.2.
Testamentum esse nullum vel rũpendum in quo differant, ibid.n.4.
Testamentum impugnare an possit filius qui renunciauit hæreditatẽ, ibid.n.9.
De testamento inofficioso la e.t.1.c.11.ex n.5.vbi de querela.
Testamentum an possit impugnari ab aliquo tertio, vel à creditoribus, n.38.ibid.
Testamento facta confessio vide *confessio*.
Ex testamento nullo & invalido probatur volũtas testatoris, & sumitur eius declaratio t.2.c.14.sub n.17.
Testamenta duo si appareant, quod præferatur t.1.c.12.n.56.
Temporis diuturnitas, vide *diuturnitas*.
Testes contra reum an possit recipere iudex in qualibet parte litis, t.3.c.3.n.35.
Testes an possint recipi post publicatas attestationes in criminalibus, t.3.c.12.n.fin.& c.13.n.35.
Testes ad perpetuam rei memoriam an possint examinari ante litem contestatam, t.3.c.1.n.20 & 22.
Testis vnitus, & alia semiplena probatio an probent delictum, t.3.c.12.n.27.
Testes summariæ informationis an possint dari pro ratificatis in criminalibus, ibid.
Reliqua de testibus, vide in summario eiusdem capit.
An iusta sit tortura, t.3.c.13.n.2.
Reliqua de tortura vide in summario eiusdem capitis.
Transmissionis ius an sit potentius substitutione, t.1.c.3.35.
Transmissio hæreditatis an fauorabilis, vel odiosa, t.1.c.9.n.3.
Fideiussio amissum conditionale iunctam cum iure accrescendi an trãsmittatur, t.1.c.10.n.36.
Reliqua in materia transmissionis, vide in summario c.9.t.1.
In transactione an habeat locum remedium, l.2. Cod. de rescindenda vendit. t.2.c.2.n.23.
Transactione super alimentis de futuro, t.2.c.14.n.27.
Trebelliaca an possit à testatore prohiberi, t.1.c.5.n.13.& quid pia causa substituta.
Trebellianica videt. 1.c.5.ex n.12.
Transuersales succedunt ab intestato vsque ad quartum gradum, t.1.c.1.num.21.
Tutorem si non petit mater filio & filius moriatur in fine anni, quid iuris, t.2.c.11.n.36.
Tutoris contractu cum minore, t.2.c.14.n.34.

V.

Vassallo fideiussore pro domino, t.2.c.13.n.20.
Vassallus potest impone non recipere dominum venientem è loco infecto peste, vel suspecto de hoc. t.3.cap.4.num finali.
Uenditio an possit contrahi inter patrem, & filium, t.2.c.2.n.2.
Uenditione hæreditatis, vide *hæreditas*.
Vendi an possit res, quæ non est in rerum natura, t.2.c.2.n.8.
Gabella ex dicta venditione quando debeatur ibid.
De venditione rei morbosæ, & alia de redhibitoria, ibid.ex n.49.
An redhibitoria competat si equo vendito ornamenta non tradatur ibid.n.16.

De remedio l. 2. Cod. de rescindenda, ibid n. 23.
Læso intra dimidã succurritur, si dolus intercesserit, vel sciens iustũ valorem vendat, vel emat, ibid.
Alia de dicto remed. vsq; ad n. 27.
De venditione sepulturæ, vel officij publici cũ iurisdictione, ib. n. 51.
Uendere frumentum ciuibus quis cõpelletur, t. 2. c. 2. sub n. 52.
De venditione vassalorum, seu opidorum, ibid. sub n. 52.
Venditio an probetur non facta mẽtione de pretio, t. 2. c. 11. n. 18.
Uenditor non videtur habere fidem de pretio, licet rem tradat adueniente emenți. t. 2. c. 2. in fine, vbi alia
Reliqua de venditione, vide in summario eiusdem capitis.
Uenenum an vendi, vel emi possit, t. 3. c. 3. nu. 10.
Uenia ætatis, & quod non prosit ad publica munera subeunda, t. 2. c. 14. n. 13.
De violentia cum armis, & seditione t. 3. c. 4. n. 2.
Uiolentia probata statur iuramento vim passi super æstimatione damnorum, ibid.
De contractu per vim vel metum celebrato, ibid. sub n. 2.
Verbũ *relinquo*. & alia obliqua quo modo accipiantur, t. 1. c. 2. n. 27
Uerba quæ directa, quæ obliqua, t. 1. c. 7. n. 4.
Vsus seu vsus fructus an sit diuiduus, 2. c. 10. n. 19. & seq.
Vlus fructus an possit confiscari ob delictum fiscuarij, t. 2. c. 15. nu. 17. & ibi pater fructuario.
De vsufructu pineti, ibid. n. 32.
Reliqua de vsufructu vide in summario eiusdem capit.
Uniuersitas an possit delinquere. puniri. vel excommunicare, t. 3. c. 1. num. 52. & 53.
Uulneratus si moriatur ob malam curationem quid, t. 3. c. 3. n. 29.
Uulneratum decessisse ex vulnere an præsumatur, ibid. n. 30.
Vulneratus ita grauiter, vt mors speretur an possit accusari de homicidio, ibid. n. 32.
Uxor an possit renunciare lucris constante matrimonio acquisitis, t. 1. c. 10. n. 29. & t. 2. c. 4. sub n. 24. vbi alia.
Uxori pauperi datur quarta pars bonorum mariti, ex tex. in auth. præterea, Cod. vnde vir, vxor. t. 1. ca. 12 sub n. 30. vbi alia.
Uxore quæ mutatis vestibus exemit maritum à carcere, t. 3. c. 9. n. 12.
Uxoris contractus, vide *contractus*.

FINIS

Num. 183. Fol. 227. Y en 14. de Março de 51. hizo publicacion desta probança, à pedimiento de num. 37. y auiēdose hecho, por parte de Esteuan, num. 34. en 1. de Abril de dicho año, pidiò se replicasse la dicha probança, por las razones que dixo en la petiçiō siguiente.

M. P. S.

Num. 184. Fol. 225. Garcia de Montoya, en nombre de Esteuan de Arbide, en el pleyto, con Francisco de Valdiarra y Arbide. Digo: que la parte contraia, para preuenir testigos que depusiessen lo que èl pretende, con maña, y negociacion, ayudado, y fauorecido de Francisco de Sarasti, Escriuano, vezino de Sansebastian, y del Licenciado Arpide, Notario Presbytero, ganò vnas censuras, con las quales grangeò testigos que depusiessen todo lo que preuenia. Y auiendolas presentado en este pleyto, y las declaraciones de los testigos, pidiò se le entregassen, para ratificarse al tenor dellas: y aunque por decreto ordinario se mandò assi, mi parte lo contradixo, por no se auer podido hazer las dichas declaraciones, en la forma en que estauan. Por lo qual, por autoque se passò en autoridad de cosa juzgada, aunque se mandaron entregar, solamente fue para que vsassen dellas, conforme à derecho, con que se calificò, que no se auian de ratificar los testigos al tenor dellas, y reconociendolo assi la parte contraria, no las sacò del oficio, dexandolas en èl: y lo que hizo, fue ante el Recetor presentar vn traslado de las dichas censuras, y declaraciones, que contienen lo mismo que las q̄ estauan en el pleyto, y no pudiendo recibirlas el Recetor

El dicho Fray Miguel, dize: que solo ha oydo algo confusamente de lo contenido en la pregunta. Num.176. Fol.99.

El dicho Cpitan, dize: oyò por publico, que num.3. auia sido hermano de num.2. y auia casado à la casa d' Vidasoro, y auia tenido vn hijo natural, ò espurio, el qual casò con Maria Esteuan, num. 13. señora de la casa de Alcachipia, y que desta descendencia es num.31. Num.177. Fol.107.B.

Los testigos de las censuras, que se ratificaron, que van puestos en la 1. y 2. pregunta desta probança, se ratifican en las preguntas 3.4.5.6.7.8.9.y 10. auiendoselas leydo el Recetor. Num.178.

Oncena pregunta.

℣ Articula, que por muerte de n. 25. se ha mouido este pleyto. Num.179.

Es llana esta pregunta. Num.180.

Duodecima pregunta.

Num.181.

℣ Que num.29. muriò, y por su muerte saliò à este pleyto Francisco, num.37. Y en el testamento declarò, que el del n. 37. es el principal interesado, à quien toca este mayorazgo. Y que Francisco de Sarasti, Escriuano, ante quien se otorgò, es fiel, y legal.

Es cierto, que murió, y que saliò a este pleyto, num.37. y que hizo la declaracion, que se refiere, que va puesta num.46. Y que Sarasti, es Escriuano fiel, y legal, lo dizen los testigos, que se examinaron de nueuo, fol.80.88.94.B.99.B. Num.182.

Y en

Num.167. Y el dicho Fray Miguel, dize, la pregunta sin dar razon.

Octaua pregunta.

Num 168. ℣ Si saben, que Pedro num. 10. murió siendo Presbytero, sin auer sido casado.

Num.169 Los testigos, que dixeron de nueuo, la dizen de oydas generales.

Nona pregunta.

Num.170. ℣ Si saben, que por muerte de los referidos, toca este mayorazgo à num. 37. por descendiente de los fundadores.

Num.171. Y los testigos, de nueuo presentados, dizen; lo tienen por cierto, por lo que lleuan dicho.

Dezima pregunta.

Num.172. ℣ Si han oydo dezir, que Iuan, n. 3. casò à la casa de Villasoro, y tuuo por su hijo espurio, ò natural à num. 13. abuelo de num. 31. Y que los del num. 13. fueron marido, y muger, y tuuieron por sus hijos à num. 21. 22. y 23.

Num.173. Fol.79. B El dicho Sebastian de Castelumendi, dize: oyò a diferentes personas, que vn hijo de num. 3. se casò à la casa de Vidasoro, y que auia tenido vn hijo: que casò à la casa de Alcachipe.

Num.174. Fol.87. El dicho Diego de Zurieta, dize: solo oyò dezir, que num. 3. fue hermano de n. 2.

Num.175. Fol.94. El dicho Sebastian de Arbide, dize: que dize lo que dicho tiene. El